EXERCITATIONVM RHETORICARVM LIBRI VIII.

Quorum

Primi quinque Analytici *sunt, Exempla ex illustribus Poetis, Historicis, & Oratoribus, eaque omnia ad scopum & summum revocata, nonnulla etiam plenius excussa, suppeditantes, & quidem secundum genera causarum qua dicuntur: qua Eloquentia studiosis juxta artis praecepta examinanda imitandaque. Reliqui tres* Synthetici *sunt, dispositionem adumbrantes Carminum, Epistolarum, Orationum, quibus exadificandis & illustrandis iidem dicendi usum sibi comparabunt.*

AVCTORE

IOANNE TESMARO, Patre,

è Pomeranis Gryphiswaldensi, & in Illustri Schola Bremensi Rhetoricae Professore denato.

DANIELE TESMARO, Bremensi.

AMSTELODAMI,
Apud Ludovicum & Danielem Elzevirios
CIↃ IↃC LVII.

BRITISH MUSEUM

Generoso, & summæ spei

IVVENI,

D.o BOCCONI

à BVRMANIA,

Salutem & Officia.

PRopitio Iove nati videntur, qui sepositis aliis cupiditatibus eo feruntur, ut nomen sibi comparent gloriosum, in omne ævum apud posteros duraturum. His, Nobilissime Iuvenis, merito annu-

meraris, qui jam ab ineunte ætate, dirigens eo vitæ tuæ curriculum, viam tibi præparas ad immortalitatem. Vix quidem de primordio ætatis tuæ, tantam tibi aliquando ſuperabundaturam indolem præſagire licebat, præmature nimis utroque Parente fatis concedente. Matrem enim vix riſu tibi cognoſcere licuit. Patrem ad urbem GELRE fortiter pro patria præliantem anniculus amiſiſti. Verum infauſta hæc tibi Genitorum tuorum fata redintegravit vegeta minuſque ef-

fœ-

fœta ſenectus materni tui Progenitoris, tunc adhuc ſuperſtitis. Quid non fecit prudens Senex, ut tenellos tuos annos cordate foveret, & omnimoda virtute generoſam indolem imbueret? In teneritudine tua ſe renatum videns, ille te amplexus, fomenta, miniſterium, alimentaque uberrime ſubminiſtravit. Præcipua ipſi cura fuit, ut, ſub ingenuis Præceptoribus ad fundamenta orthodoxæ religionis initiatus, in moribus & honeſtis artibus proficeres. Contulit huc opem con-

siliumque familia Burmaniadum, præclustre Frisiæ tuæ decus: Præcipue amatissima tibi Amita, inque ejus & tuo ipsius intuitu conjux illius dilectissimus, Nobilissimus & Amplissimus vir, Dominus FRIDERICVS à GROVESTEIN, Provincialis ærarii Frisiæ Præfectus Generalis, qui te à teneris unguiculis nunquam non peramanter habuerunt, omnique studio & paterno favore pupillarem ætatem sunt complexi. Et licet curriculum istud vitæ tuæ fortunatum restitare &

suf-

ſufflaminare videretur fatalis dies Avi tui materni: te tamen omni diſcrimini prudentia Cognatorum & benevolentia eripuit. Qua ſuffultus, rerum tuarum Adminiſtratores ſelegiſti Heroës illos, ſub quorum gubernaculo navicula rerum tuarum tam ſecundis ventis navigat, ut reliquarum curarum, quibus vita humana obnoxia ſolet eſſe, ſecure hanc unam proficiendi in literis & moribus tibi ſuſcipere contingat. Haud ſatis dici poteſt, quantum huic gubernationi impen-

denit genuinus & vere paternus amor Heroüm illorum, tum præclari Avunculi tui, Nobiliſſimi viri, Domini FEYONIS SICKINGE, Dynaſtæ in Warfumborch, Toparchæ in Warfum, Vſquert, Breda, Suidwolde, &c. tum Amitæ tuæ unice dilectæ Mariti, Nobiliſſimi Viri, Domini FREDERICI à GROVESTEIN, Viri apud Friſios ſpectatiſſimi. Quibus non impar Nobiliſſimi MENONIS ab HOWERDA, Domini in Dam, Delfzyl, Farmbſum, &c. Senis graviſſimi, & ſummi

mi Viri, prudentia ſuccincta & authoritas. In tanta igitur rerum tuarum amplitudine, nullis tibi deficientibus adminiculis ad emergendum, nequaquam urgeri te pateris præpoſteris cupiditatibus, vel deſiderio propinquorum, tum in Friſia tua, tum in Omlandia præluſtrium. Quo facile pellici poſſes, ut ab illorum lateribus vix unquam avellereris. Frui enim apud illos poſſes omnis generis deliciis & honeſtioribus voluptatibus. Quo quidem juvenilis ætas ut plurimum abripi ſolet. Verum

animus grandis non didicit humi serpere. Infra te recte jubes esse tales cupiditates, qui suspenso propinquorum desiderio, apud exteros vivendo, cogitationes tuas omnes eo confers, ut optimis literis & artibus animum instruas; quo tandem, his opibus succinctus, patriæ, propinquis, amicisque, prodesse, ad summos honorum apices pertingere, & indelebile nomen apud posteros tibi comparare possis. Ego proinde videns, animum tuum tam honesto & nunquam satis laudan-

dando desiderio ferri, ex quo à Nobilissimis D. D. Curatoribus tuis jussus sum Iuventuti tuæ moderari; quantum in me fuit, & est, non desii magis magisque fovere hanc generosam indolem tuam, & ad pietatem, virtutem & eruditionem excitare. Idem quod præstare volui, *Opusculum hoc Rhetoricum*, ab Affine defuncto mihi hoc fine concreditum, ut aliquando lucem publicam aspiceret, nomini tuo inscribens, quo tum amori in te meo profusissimo satisfacerem, tum adju-

adjutamentum conferrem ad consecrandum nomen tuum æternitati. Suscipe igitur, Pereximie Iuvenis, Laborem hunc postumum, tanquam sinceri affectus mei testimonium. Qui maximum tibi ad assequendam metam conferet pondus, si hunc eo, quo assoles, studio & assiduitate excuties & evolves. Infinita enim exempla magnorum retro Virorum te docebunt, quanta vis Eloquentiæ semper in omni vitæ genere fuerit. Interea, Cultissime Iuvenis, ut conatus hos meos æ-

qui

qui bonique consulas, meque solito tuo favore complecti pergas, obnixe rogo. Qui tibi faustissima quæque, &, ut imprimis hunc cœptum annum, cum reliquo vitæ quam felicissime teras, ex animo precor. Qui quoad vivam, mansurus sum,

Dabam Amstelredami, Cal. Ianuar. Anno CIↃ IↃC LVII.

Generositati tuæ addictissimus & humillimus Cliens,

DANIEL STEPHANI.

DA-

DANIEL STEPHANI,
EDITOR,
BENEVOLO LECTORI
S.

POstquam Amplissimus Senatus Reipubl. Bremensis, anno reparatæ salutis CIↃIↃC, 26. Iunii, è Schola Salis-Vsleniana, D. IOHANNEM TESMARUM ad suscipiendam Eloquentiæ Professionem Publicam in illustre Gymnasium suum accersiverat, ipseque plus septem & triginta annos Muneri huic magna cum laude præfuerat, emittere voluit Theoreticum Eloquentiæ Opusculum; Opus Practicum insuper, quod paulo post secuturum foret, pollicitus. Quod mihi constat ex præfatione Opusculo dicto præmissa. Verum anno CIↃIↃCXLI, VII. Idus Sextilis, fata illi finem vitæ properarunt: quando promissum illud Opus Practicum Filius illius unicus, IOHANNES TESMARUS, Patri defuncto in Professione publica succedens, è manu Patris excepit; hac conditione, ut illud publicæ luci tempo-

tempore ſuo committeret. Sed huic, qui magno bono rei Literariæ apud Emdanos Rectoratu fungebatur, vitalem auram, anno CIↃ IↃC-LIV, IV. *Idus Februarii, præmatura & inſperata mors vitæ filum abrupit. Denique, eodem Commentario per meam Sororem, quæ* Iohanni Teſmaro, Ioannis Teſmari, *venerandi Præceptoris mei, filio, uxor fuerat, ad manus meas deveniente, tam ſolidum laborem & cum cura elaboratum, qui per quadraginta ferme annos extendit ſeſe, ſupprimere diutius, haud æquum videbatur. Quocirca, ne rei Literariæ communibuſque ſtudiis, & commodo diſcentis Iuventutis, fraudem ſtruerem, publicæ lectioni eum commiſi & donavi. Tu interea, Candide Lector, omnium bonorum, meiſque conatibus ut faveas, eoſque æqui bonique conſulas, etiam etiamque rogo & oro.* Vale.

OCTO

OCTO LIBRORVM,

PRO

EXERCITATIONIBVS

Rhetoricis, Summaria.

LIBRORVM ANALYTICORVM

I,

Exempla habet promiscue ex variis auctoribus collecta: secundum ordinem Epistolarum Ciceronis & Plinii, itemque Generum causarum; ubi argumenta omnium Orationum Demosthenis, Isocratis, Ciceronis. Pag. 1

II,

Aliquot Libros & Orationes Ciceronis resolvit. 149

III,

Ideam exhibet Orationum Antonii Mureti. 235

IV,

Est Commentariolus Analyticus in omnes orationes T. Livii, quotquot extant, artificium Rhetoricum & fundamenta Philosophiæ practicæ ostendens. 269

V,

Commentarius est in Orationes Crispi Sallustii. 507

INTER SYNTHETICOS VERO

VI,

Materias & dispositiones habet componendorum Carminum. 529

VII,

Epistolarum. 595

VIII,

Orationum. 677

EXER-

EXERCITATIONVM RHETORICARVM

LIBER I.

Habens exempla Carminum, Epiſtolarum, & Orationum, ex bonis auctoribus deſumpta, & in genera cauſarum diſtributa, quæ ſtudioſi Eloquentiæ ſecundum artis præcepta examinare poſſunt.

CAP. I.

1. *Exempla hominum eloquentium.* 2. *Quique in dicendo diligenter & ſolicite verſati ſunt, ut monet Quintilian. Inſtitut. lib.* 1. *cap.* 1.

1. MOſes & Aaron eloquentia ab ipſo Deo ornantur, *Exod.* 4. Abigail ſuaviloquentia ſua irato Davidi ferrum è manibus excutit, 1. *Sam.* 25. Iuditha Holofernem ipſi jam Deo minitantem perdomat, *Iudith.* 11. Ad Servatoris divinam eloquentiam obſtupeſcunt Iudæi, quod gratia & auctoritate eſſet ſingulari, *Luc.* 4. Apollos concionator fertur potens & fervens ſpiritu, *Act.* 18. Auguſtinus vi eloquentiæ abolet Cæſareæ barbaricam de vita decertandi conſuetudinem. Homerus Neſtorem ſenem commendat, quod τῷ καὶ ἀπὸ στόματος γλυκίων μέλιτος ῥέεν αὐδή. Tyrtæus Poëta, Lacedæmonios jam victoriam omnem deſperantes carminibus ſuis in prælium reducit, *Iuſt. l.* 3. Periclem fulminaſſe ac permiſcuiſſe Græciam ſcribit *Thucydid. l.* 2. *& Plutarch. in vita.* Demoſthenes ſuis Athenienſibus præcipuas urbes Græciæ contra re-

ges Macedoniæ adjungit. *Iust.* 11. L.Iunius Brutus Romanos in Tarquinios concitat, & hos ab urbe movet. *Liv.* 1. Cicero seditiosum Rullum reprimit, & furiosi Catilinæ faces patriæ intentatas exstinguit. *Plut. in vita.* Vide plura apud *Quintil. lib.* 2. *cap.* 16. *& Valer. lib.* 8. *cap.* 9.

2. David Psal. 141. petit apponi custodiam ori suo. Servator de quovis etiam verbo ocioso rationem reddendam esse monet, *Matth.* 12. Apostolus prohibet dicacitatem stultam, vultque sermonem sale conditum, *Ephes.*. 5. *Colos.* 3. Pericles ad dicendum timide accedebat, ne quod verbum imprudenter elaberetur. *Plutarch.* Euripides cum apud Alcestiden Poëtam quereretur, quod toto triduo non ultra tres versus deducere potuisset, atque hic se contra centum perfecte scripsisse gloriaretur: sed hoc (inquit) interest, quod tui in triduum tantummodo, mei vero in omne ævum suffecerint. *Val. lib.* 3. *cap.* 7. Virgilium accepimus ursino more, hoc est, lambendo carmina fingere solitum. *Scal. 6. poet.* Horatius in arte carmen reprehendit, -------- quod non

Multa dies & multa litura coërcuit, atque
Perfectum decies non castigavit ad unguem.

Demosthenes malignitatem naturæ pertinacissimo animi robore superavit. *Valer. lib.* 8. *c.* 7. Idem dixit, se, si posset, non modo scripta, sed & sculpta dicturum esse. Impudentem enim ac improbum nebulonem esse, qui prodire ad dicendum ausit, re non diligenter multumque cogitata. De Ciceronis solicitudine vide ipsum in *divinatione contra Verrem*, & in persona Crassi 1. *de Oratore*, *pro Quintio & lege Manilia*, *& Quintil. l.* 6. *c.* 6. *& P. Ramum in ejus vita.* Imperator Augustus scribitur nunquam loquutus, nisi meditata. *Sueton in vita.* D. Lutherus requirit in Ecclesiaste orationem, meditationem & tentationem. Vide *præfat. in tom. Ienens. Luther.* Lege *Crinit. lib.* 5. *c.* 3. *Ovid.* 3. *Pont.* 1.

CAP. II.

Exempla Enthymematum Rhetoricorum, de quibus Institut. lib. 1. *cap.* 3.

I.

Ex argumentis consentaneis. Vt sunt

1. CAUSÆ.

1. EFFIC. Huc pertinent historiæ de artium, aliarumque rerum inventione. Quales sunt Polydori Virgilii: Et philosophorum disputa-

disputationes de augenda re familiari, de conservanda Republ. Et medicorum de tuenda valetudine. Sæpe etiam res commendatur à suis auctoribus. *Cic. 1. offic.* In omni injustitia permultum interest, utrum perturbatione aliqua animi, quæ plerumque brevis est & ad tempus, an consilio & cogitata fiat injuria.

Psal. 44. Buchan.

Non arcus istam lethifer fiduciam
Non mucro sævus ingerit.
Ab hoste tempus subtrahas, sternes solo
Infensa nobis agmina.
Non ergo semper jure te cantabimus
Nostræ salutis vindicem?

Matth. 19. Non legistis qui principio fecit hominem, eos marem & fœminam fecisse, atque ita pronunciatum esse: Propterea relinquet vir patrem atque matrem, & adhærebit uxori suæ, fietque ex duobus una caro. Itaque jam non sunt duo, sed una caro. Proinde quod Deus conjunxit, homo ne disjungat. *1. Joh. 3.* Quisquis ex Deo natus est, peccatum non committit, quod Dei semen in eo manet: ideoque peccare nequit, quod ex Deo natus est. In eo manifesti sunt filii Dei & Diaboli filii, quod quisquis justa non facit, Dei non est, itemque qui fratrem suum non amat. *2. Petr. 1.* Hoc primum intelligatis, nullum fatidicum spiritum privatæ explanationis esse. Non enim hominis voluntate editum est unquam oraculum, sed sancti spiritus instinctu loquuti sunt homines divini.

Ovid.

Quæritur Ægysthus, quare sit factus adulter.
In promtu causa est, desidiosus erat.

Virg. 7. Æneid.

Turnus avis, atavisque potens: quem regia conjux
Adjungi generum miro properabat amore.

Horat.

Scilicet uxorem cum dote, fidemque & amicos,
Et genus, & formam regina pecunia donat,
Et bene nummatum decorat Suadela Venusque.

Cic. 2. Verr. ad Glabeonem Prætorem. Suscipe causam judiciorum: Suscipe causam severitatis, integritatis, fidei, religionis: suscipe causam senatus, ut is hoc judicio probatus, cum populo Romano & in laude & in gratia esse possit. Cogita quo loco sis, quid dare populo Romano, quid reddere tuis majoribus debeas, &c. Pro Amer. Restat, judices, ut hoc dubitemus, uter potius S. Roscium occiderit:

is ad quem morte ejus divitiæ venerint: an is, ad quem mendicitas: is qui antea tenuis fuerit, an is qui postea factus sit egentissimus: is qui ardens avaritia feratur infestus in suos, an is qui semper ita vixerit, ut quæstum nosset nullum, fructum autem eum solum, quem labore peperisset; is qui omnium suetorum audaciissimus sit; an is, qui propter fori, judiciorumque insolentiam, non modo subsellia, verum etiam urbem ipsam reformidet: postremo, judices, id quod ad rem, mea sententia, maxime pertinet, utrum inimicus potens, an filius.

2. à MATERIA. *Ex Psal.* 115.

At impiarum finxit error gentium
Manu deos inutiles:
Aurum caminis excoquens, aut malleis
Massa è sequaci bracteas
Ducens; figura multiformi ludicra
Affixit aris numina.
Inane vocis os habent: oculos habent,
Orbes inanes luminis:
Naribus odores nec trahunt, nec auribus
Surdis sonores hauriunt:
Palpare manibus non queunt, torpentibus
Nec ingredi vestigiis:
Nec vox, anhelis edita è pulmonibus,
Cavo recurrit gutture.
Quicunque tales fingit aut colit Deos,
Diis ipse similis sit suis.

Virgil. 3. *Georg.*

Deucalion vacuum lapides jactavit in orbem:
Vnde homines nati durum genus.

Cæs. 1. *belli civil.* Naves totæ factæ erant ex robore, ad quamvis vim & contumeliam perferendam.

Cic. 1. *Tusc.* In animi cognitione dubitare non possumus, nisi forte in physicis plumbei sumus, quin nihil sit animis admixtum, nihil concretum, nihil copulatum, nihil duplex. Quod cum ita sit, certe nec secerni, nec dividi, nec distrahi, nec discerpi potest; nec interire igitur. Est enim interitus quasi discessus, & secretio ac diremtus earum partium, quæ ante interitum junctione aliqua tenebantur.

3. à FORMA. *Ovid.* 1. *Metam.*

Pronaque cum spectent animalia cætera terram,

Os ho-

Os homini ſublime dedit, cælumque tueri
Iuſſit, & erectos ad ſydera tollere vultus.

Cic. 6. Parad. Cui quæſito opus ſit, quis unquam hunc vere dixerit divitem? Eſt animo enim divitiarum fructus in copia: copiam autem declarat ſatietas & abundantia: quam tu quoniam nunquam aſſequere, nunquam omnino futurus es dives.

4. à FINE. *Buchan. ex Pſal.* 115.

Te, magne rector orbis, haud victoriam
Ex hoſte ſævo poſcimus.
Nos ut per omnes fama gentes differat,
Nec apparatu ut ſplendido
Per ora vulgi nos triumphus aureo
Curru ſuperbos transferat:
Sed impiarum ut ſecla gentium ſciant
Te largum opis cultoribus
Tuis fideque ſemper immutabili
Promiſſa promptum ſolvere:
Ne forte rebus inſolenter proſperis,
Vbi nunc Deus veſter? rogent.

Martial. ad Sext.

Quæ te cauſa trahit, vel quæ fiducia Romam,
Sexte? quid aut ſperas, aut petis inde? refer.
Cauſas, inquis, agam Cicerone diſertius ipſo,
Atque erit in triplici par mihi nemo foro.
Egit Ateſtinus cauſas; & civis: utrumque
Noras, ſed neutri penſio tota fuit.

Cic. 1. de orat. Quamobrem pergite, ut facitis, adoleſcentes, atque in id ſtudium, in quo eſtis, incumbite: ut & vobis honori, & amicis utilitati & reipubl. emolumento eſſe poſſitis. *Id. 2. de fin.* contra Epicuræos. Hi enim viderunt, ut ad curſum equum, ad arandum bovem, ad indagandum canem; ſic hominem ad duas res, ut ait Ariſtoteles, intelligendum & agendum, eſſe natum, quaſi mortalem Deum; contraque ut tardam aliquam, & languidam pecudem, ad paſtum, & ad procreandi voluptatem hoc divinum animal ortum eſſe voluerunt; quo nihil mihi videtur abſurdius. 2. *Philip.* Vini exhalandi, non ingenii acuendi cauſa declamitas.

II. EX EFFECTIS.

Ex Pſal. 19.

Inſanientis gens ſapientiæ

Addicta mentem erroribus impiis,
Tot luce flammarum coruscum
Cerne oculis animoque cœlum.
Hinc disce, prudens quam fuit artifex
Qui templa Olympi fornice flammeo
Suspendit, & terræ capacem
Et pelagi sinuavit arcum.

Claudian.

Iustitia utilibus rectum præponere suadet,
Communesque sequi leges, injustaque nunquam
Largiri sociis. Durum Patientia corpus
Instruit, ut nulli cupias cessisse labori.
Temperies, ut casta petas. Prudentia, nequid
Inconsultus agas. Constantia futile ne quid
Infirmumque geras. Procul importuna fugentur
Numina, monstriferis quæ Tartarus edidit antris.
Ac primum scelerum matrem (quæ semper habendo
Plus sitiens patulis rimatur faucibus aurum)
Effuge Avaritiam: cujus fœdissima nutrix
Ambitio, quæ vestibulis foribusque potentum
Excubat, & preciis commercia poscit honorem.

Cic. 1. Nat. In mundo est Deus aliquis, qui regit, qui gubernat, qui cursum astrorum, qui mutationes temporum, rerum vicissitudinem, ordinemque observat; terras & maria contemplans, hominum commoda vitasque tuetur.

Pro Rabir. Est boni magistratus, cum auxilia Reipubl. labefactari convellique videat, ferre opem patriæ, succurrere saluti fortunisque communibus, suam salutem posteriorem salute communi ducere, intercludere omnes seditionum vias.

2. *Agrar.* Quid ô tam populare, quam pax; qua non modo ii, quibus natura sensum dedit, sed etiam tecta atque agri lætari videntur? Quid tam populare, quam libertas; quam non solum ab hominibus, sed etiam à bestiis expeti, atque omnibus rebus anteponi videtis? Quid tam populare quam otium; quod ita jucundum est, ut & vos, & majores vestri, & fortissimus quisque vir maximos labores suscipiendos putet, ut aliquando in otio possit esse, præsertim in imperio ac dignitate? qui iccirco etiam majoribus nostris præcipuam laudem gratiamque debemus, quod eorum labore est factum, ut impune in otio esse possemus? Qui possum non esse popularis, cum videam, hæc omnia, Quirites, pacem externam, libertatem propriam

priam generis ac nominis veſtri, otium domeſticum, denique omnia, quæ vobis chara atque ampla ſunt, in fidem & quodammodo in patrocinium mei conſulatus eſſe collata?

III. è SUBIECTIS.

Pſal. 44.

Iniqua meritis ſi tuis oblivia
Offuderint ſe mentibus
Noſtris, manusve ſupplices prætendimus
Diis impiarum gentium,
Id te lateret, abditas qui pectoris
Prorſus latebras inſpicis?
Te propter, odio cæteris populis ſumus,
Et inſtar ovium cædimur.
In te favoris pendimus pœnas: tui
Amoris odia nos premunt.
Exſurge, ſimilem ſomnolentiæ moram
Salutis auctor corripe.

Ovid. 3. *Triſt. Eleg.* 11.

Et tamen eſt aliquis, qui vulnera cruda retractet,
Solvat & in mores ora diſerta meos.
In cauſa facili cuivis licet eſſe diſerto,
Et minimæ vires frangere quaſſa valent.
Subruere eſt arces & ſtantia mœnia virtus:
Quamlibet ignavi præcipitata premunt.
Non ſum, qui fueram, quid inanem proteris umbram?
Quid cinerem ſaxis buſtaque noſtra petis?

4. *Triſt. Eleg.* 3.

Sed magis in noſtri curam conſurge tuendi,
Exemplumque mihi conjugis eſto bonæ.
Materiamque tuis triſtem virtutibus imple:
Ardua per præceps gloria vadit iter.

4. *De Ponto. Eleg.* 16.

Quid juvat exſtinctos ferrum demittere in artus?
Non habet in nobis jam nova plaga locum.

Cic. in Hortenſ. citante Auguſtino. Si nobis, cum ex hac vita migraverimus, in beatorum inſulis immortale ævum, ut fabulæ ferunt, degere liceret, quid opus eſſet eloquentia, cum judicia nulla fierent? aut ipſis etiam virtutibus? nec enim fortitudine egeremus, nullo propoſito periculo aut labore: nec juſtitia, cum eſſet nihil quod

appeteretur, alieni: nec temperantia, quæ regeret eas, quæ nullæ essent, libidines: neç prudentia quidem egeremus, nullo delectu proposito bonorum & malorum. Vna igitur essemus beati cognitione naturæ & scientia.

IV. EX ADIUNCTIS.

Psal. 5.

Tu Deus, lætus pietate vera,
Impii ritus scelus exsequaris:
Nec frui pravi studiola mens te
Speret amico.
Vis tuos vultus metuit, nefasque:
Hostis es fraudum & cupidæ cruoris
Cædis: audacem simulare linguam
Falsa recides.
At tua fretus bonitate, sacrum
Lumen accedam, tua templa inibo:
Rite adorabo tua sancta castis
Numina votis.
Tu mihi, ut casses fugiam dolosos
Hostium, lumen, Deus, æquitatis
Dux tuæ præfer, dubioque cæcos
Dirige gressus.
Hostium verum fugit ora, pectus
Incolit fraus spurcitiesque; guttur
Tetrius putri est quod hiat recludens
Funera busto.
Lingua adulatrix tacito veneno
Blandiens, cæcos meditatur ictus,
O Deus, rerum ô pater alme, gentem
Perde nefandam.

1. *Georg.*

Ipse pater statuit, quid menstrua luna moneret,
Quo signo caderent Austri, quid sæpe videntes
Agricolæ, propius stabulis armenta tenerent.
Continui, ventis surgentibus, aut freta ponti
Incipiunt agitata tumescere, & aridus altis
Montibus audiri fragor: aut resonantia longe
Littora misceri, & nemorum increbescere murmur.
Iam sibi tum curvis male temperat unda carinis,

Cum

Cum medio celeres revolant ex æquore mergi,
Clamoremque ferunt ad littora. &c.

Cic. ad Quint. Frat. Atque ille quidem ingenii & doctrinæ princeps Plato tum denique fore beatas Resp. putavit, si aut docti aut sapientes eas regere cæpissent, aut qui regerent, omne suum studium in doctrina ac sapientia collocassent. Hanc conjunctionem videlicet potestatis & sapientiæ salutiem censuit civitatibus esse posse. Quod fortasse universæ reipubl. nostræ, nunc quidem profecto isti provinciæ contigit; ut is in ea summam potestatem haberet, cui in doctrina, cui in virtute atque humanitate percipienda plurimum à pueritia studii fuisset & temporis. Quare cura, ut hic annus, qui ad laborem tuum accessit, idem ad salutem Asiæ prorogatus esse videatur.

Pro Pompeio. Hunc quisquam incredibili quadam atque inaudita gravitate, virtute, constantia præditum, fœdera scientem, neglexisse, violasse, rupisse, dicere audebit?

Pro Mil. Videamus nunc id, quod caput est; locus ad insidias ille ipse, ubi congressi sunt, utri tandem fuerit aptior? Id vero, judices, etiam dubitandum, & diutius cogitandum est. Ante fundum Clodii: quo in fundo, propter insanas illas substructiones, facile mille hominum versabantur valentium, &c. Si hæc non gesta audiretis, sed picta videretis, tamen appareret, uter esset insidiator, uter nihil cogitarit mali; cum alter veheretur in rheda pænulatus, una sederet uxor. Quid horum non impeditissimum? vestitus, an vehiculum, an comes? quid minus promptum ad pugnandum, cum pænula irretitus, rheda impeditus, uxore pene constrictus esset? Videte nunc illum, primum egredientem è villa subito! cur vesperi? quid necesse est? qui convenit, præsertim id temporis? &c. Age, nunc iter expediti latronis cum Milonis impedimentis comparate. Semper ille antea cum uxore; tum sine uxore: nunquam non in rheda; tum in equo: comites græculi, quocunque ibat, etiam cum in castra Etrusca properabat; tum nugarum in comitatu nihil. Milo, qui nunquam, tum casu pueros Symphoniacos uxoris ducebat & ancillarum greges. Ille qui semper secum scorta, semper exoletos, semper lupas ducebat; tum neminem, nisi ut virum à viro lectum esse diceres. Cur igitur victus est? quia non semper viator à latrone, nonnunquam etiam latro à viatore occiditur: quia, quanquam paratus in imparatos Clodius, tamen mulier inciderat in viros &c.

II.

Ex argumentis dissentaneis, &

I. è DIVERSIS.

Psal. 4.

Poscit opes modo degeneres pars maxima vulgi,
Hæc animos vota una fatigant.
At tu me placido tandem bonus aspice vultu;
Aura tui jucunda favoris
Me insuper irradiet: sat amico te mihi felix.

Psal. 34.

Iustis labores suggerit semper piis
Iniqua sors conatibus:
Sed qui bonorum semper est custos Deus,
Sortis retundit spicula,
Et ossa servat ne terantur: impios
Vlciscitur scelus suum.
Et quisquis hostis est piorum, cum domo
A stirpe cæsus interit.
Animas tuetur se colentium Deus,
Nec rem domumque deserit.

Ovid. 1. Trist. Eleg. 8.

Est etiam in miseris pietas, & in hoste probatur.
Hei mihi quam paucos hæc mea dicta movent!

Id. lib. 2. Eleg. 1.

Non ideo debet pelago se credere, si qua
Audet in exiguo currere cymba lacu.

Horat.

Cœlum, non animum mutant, qui trans mare currunt.

Cic. pro Rose. Innocens est quispiam: veruntamen quanquam abest à culpa, suspicione tamen non caret. Philip. 8. Nam me tecum iracunde agere dixisti solere. Non est ita: vehementer me agere fateor, iracunde nego omnino! irasci amicis temere non soleo, ne si merentur quidem.

II. è DISPARATIS.

Psal. 14.

Omnes in scelera omnia ___
Conjurasse putes: fœda, nefaria,

Deteſtandaque perpetrant,
Nec cuiquam eſt ſtudium recta capeſſere.

Ovid. 1. de Pont. Eleg. 3.

Vox precor Auguſtas pro me tua molliat aures,
Auxilio trepidis quæ ſolet eſſe reis.
Aſſuetaque tibi doctæ dulcedine linguæ
Æquandi ſuperis pectora flecte viri.
Non tibi Theramedon, cruduſque rogabitur Atreus,
Quique ſuis homines pabula fecit equis:
Sed piger ad pœnas princeps, ad præmia velox,
Quique dolet, quoties cogitur eſſe ferox.
Qui vincit ſemper, victis ut parcere poſſit,
Clauſit & æterna civica bella ſera,
Multa metu prohibet, pœna qui pauca coërcet,
Et jacit invita fulmina rara manu.
Ergo tam placidas orator miſſus ad aures
Vt propior patriæ ſit fuga noſtra, roga.

Parad. 4. Tu ne nunc quidem es civis, niſi forte idem hoſtis & civis eſſe poteſt. An tu civem ab hoſte, natura & loco, non animo factiſque diſtinguis? Cædem in foro feciſti: armatis latronibus templa tenuiſti: privatorum domos ædeſque ſacras incendiſti. Cur hoſtis Spartanus, ſi tu civis?

III. è RELATIS.

Pſal. 45.

Tuque adeo regina audi, & rem pectore conde:
Nec mea dicta nega placidas dimittere in aures:
Iam nunc & patriam & patrem obliviſcere, jam nunc
Ex animo caros penitus depone propinquos:
Vnum oculis ſpecta, unum animo complectere regem,
Regem oculis animoque tuo qui pendet ab ore,
Vnius & pulchri defixus vultibus hæret.
Hunc Dominum agnoſce, & ſupplex venerare: nec ille
Officio, ſtudioque tibi concedet.

Ovid. 5. Triſt. Eleg. 7.

Tu quoque noſtrarum quondam fiducia rerum,
Qui mihi confugium, qui mihi portus eras.
Tu quoque ſuſcepti curam dimittis amici?
Officiique pium tam cito ponis opus?
Sarcina ſum, fateor; quam ſi tu tempore duro

Depoſi-

Depositurus eras, non subeunda fuit.
Fluctibus in mediis navem, Palinure, relinquis:
Ne fuge, neve tua sit minor arte fides.
Nunquid Achillæos inter fera prælia fidi
Deseruit levitas Automedontis equos?
Quem semel excepit, nunquam Podalirius ægro
Promissam medicæ non tulit artis opem.
Turpius ejicitur, quam non admittitur hospes;
Quæ patuit dextræ firma sit ara meæ.
Nil nisi me solum primo tutatus es: at nunc
Me pariter serva judiciumque tuum.

Malach. 1. Filius patrem, & servus dominum debet honorare. Quod si ego pater, ubi est meus honor? si ego Dominus, ubi est mei metus? inquit Dominus exercituum vobis, Sacerdotes, nominis mei contemptoribus.

Cic. 1. offic. Demetrius Phalereus disputator subtilis, orator parum vehemens, dulcis tamen, ut Theophrasti discipulum possis agnoscere. *Pro Amerino.* Patri non placebat; quam ob causam? Necesse enim est, eam quoque magnam, & justam, & perspicuam fuisse. Nam ut illud incredibile est, mortem oblatam fuisse patri à filio sine plurimis & maximis causis: sic hoc veri simile non est, odio fuisse parenti filium sine causis multis & magnis, & necessariis. Rursus igitur eodem revertamur, ut quæramus, quæ tanta vitia fuerint in unico filio, quare is patri displiceret. At perspicuum est, nullum fuisse. Pater igitur amens, qui odisset eum sine causa quem procrearat.

IV. EX ADVERSIS.

Psal. 56.

Te fretus uno, pollicitis tuis
Innixus unis nec metuam dolos
Mortalium cæcos, minasque
Terrificas & aperta bella.

Ovid. 2. de Pont. Eleg. 6.

Turpe erit, in miseris veteri tibi rebus amico
Auxilium nulla parte tulisse tuum.
Turpe, referre pedem, nec passu stare tenaci;
Turpe, laborantem deseruisse ratem.
Turpe, sequi casum, & fortunæ cedere amicum,
Et, nisi sit felix, esse negare suum.
Non ita vixerunt Strophio atque Agamemnone nati,

Non

Non hæc Ægidæ Peirithoique fides.
Quos prior est mirata sequens, mirabitur ætas,
In quorum plausu tota theatra sonant.
Tu quoque per durum servato tempus amico:
Dignus es in tantis nomen habere viris.
Dignus es: & quoniam laudem pietate mereris,
Non erit officii gratia surda tui.

Drances ad Turnum Æn. 11.

Quid miseros toties in aperta pericula cives
Projicis? ô Latio caput horum & causa malorum:
Nulla salus bello, pacem te poscimus omnes,
Turne.

Cic. 5. *de Fine.* Quomodo potest intelligi aut cogitari esse aliquod animal, quod se oderit? Res enim concurrent contrariæ. Nam cum appetitus ille animi ad se aliquid trahere cœpit consulto quod sibi obsit, quia sit sibi inimicus, cum id sua causa faciat, & oderit simul & diligat: quod fieri non potest: necesse est quidem si quis sibi inimicus est, eum quæ bona sunt mala putare, bona contra quæ mala: & quæ appetenda, fugere; & quæ fugienda, appetere: quæ sine dubio vitæ est eversio. 2. *Philipp.* Nunquamne intelliges, tibi statuendum esse, utrum illi qui istam rem gesserunt, homicidæ sint, an vindices libertatis? Attende enim paulisper, cogitationemque sobrii hominis ad punctum temporis suscipe; & ego, qui sum illorum, ut ipse fateor, familiaris, ut à te arguor, socius, nego quicquam esse medium. Confiteor, illos, nisi liberatores populi Romani conservatoresque Reipubl. sint, plusquam sicarios, plusquam homicidas, plusquam parricidas esse: siquidem est atrocius, patriæ parentem, quam suum occidere. Tu homo sapiens & considerate quid dicis? Si parricidæ, cur hominis causa à te sunt & in hoc ordine, & apud populum Romanum semper appellati? Cur M. Brutus te referente legibus est solutus, si ab urbe plus quam decem dies abfuisset? Cur ludi Apollinares incredibili M. Bruti honore celebrati? Cur provinciæ Cassio & Bruto datæ? Cur quæstores additi? Cur legatorum numerus auctus. Atque hæc acta per te. Non igitur homicidæ. Sequitur, ut liberatores tuo judicio sint, quandoquidem tertium nihil potest esse.

V. è CONTRADICENTIBUS.

Psal. 8.

Quam pia mundum tueare cura,
Lactentis ævi infantia

Pro-

Prodit: ut linguas temere obſtrepentum
Tibi refutes hoſtium,
Hoſtium, quorum vomitos furorem
In te, ſititque ſanguinem.

Catul. in Acmen.

Salve nec minimo puella naſo,
Nec bello pede, nec nigris ocellis,
Nec longis digitis, nec ore ſicco,
Nec ſane nimis elegante lingua,
Decoctoris amica Formiani,
Ten' provincia narrat eſſe bellam?
Tecum Lesbia noſtra comparatur?
O Seclum inſipiens & inficetum!

Idem in Carmine nuptiali:

Vt flos in ſeptis ſecretus naſcitur hortis
Ignotus pecori, nullo contuſus aratro,
Quem mulcent auræ, firmat ſol, educat imber,
Multi illum pueri, multæ optavere puellæ;
Idem cum tenui carptus defloruit ungui;
Nulli illum pueri, nullæ optavere puellæ:
Sic virgo dum intacta manet, tum cara ſuis, ſed
Cum caſtum amiſit polluto corpore florem,
Nec pueris jucunda manet, nec cara puellis,
Hymen ô Hymenæe, Hymen ades, ô Hymenæe!
Vt vidua in nudo vitis quæ naſcitur agro,
Nunquam ſe extollit, nunquam mitem educat uvam,
Sed tenerum prono deflectens pondere corpus,
Jam jam contingit ſummum radice flagellum:
Hanc nulli agricolæ, nulli accoluere juvenci:
At ſi forte eadem eſt ulmo conjuncta marito,
Multi illam agricolæ, multi accoluere juvenci:
Sic virgo dum intacta manet, tum inculta ſeneſcit:
Cum par connubium maturo tempore adepto,
Cara viro magis, & minus eſt inviſa parenti.

Ovid. 3. Metam. de Narciſſo.

Multi illum juvenes, multæ petere puellæ,
Sed fuit in tenera tam dura ſuperbia forma,
Nulli illum juvenes, nullæ tetigere puellæ.

Cic. pro Muræn. Etenim iſti ipſi mihi videntur veſtri præceptores & virtutis magiſtri fines officiorum paulo longius, quam natura vel-

ler,

let, protuliſſe, ut cum ad ultimum animo contendiſſemus, ibi tamen, ubi oporteret, conſiſteremus. Nihil ignoveris? imo aliquid, non omnia. Nihil gratiæ cauſa feceris? Imo ne reſiſtito gratiæ, cum officium aut fides poſtulabit. Miſericordia commotus ne ſis, ſed tamen eſt etiam in diſſolvenda ſeveritate laus aliqua humanitatis. In ſententia permaneto, enimvero niſi ſententia alia vicerit melior.

2. *Philip.* Tam autem eras excors, ut tota in oratione tecum ipſe pugnares: ut non modo non cohærentia inter ſe diceres, ſed maxime disjuncta atque contraria, ut non tanta mecum, quanta tecum eſſet contentio.

VI. è PRIVANTIBUS.

Pſal. 9.

Sic eſt: Interitu devorat impios
Improviſa dies: immemores Dei
Gentes mors inopina
Æternis tenebris premit.
At confiſa Deo nuda modeſtia
Æternum Domini non animo excidet,
Nec læto miſerorum
Spes fruſtrabitur exitu.

Martialis.

Semper eris pauper, ſi pauper es, Æmyliane,
Dantur opes nullis nunc niſi divitibus.

Cic. pro Mil. Ejus igitur mortis fedetis ultores, cujus vitam ſi putetis per vos reſtitui poſſe, nolitis: & de ejus nece quæſtio eſt, qui ſi eadem lege reviviſcere poſſet, lata lex nunquam eſſet.

III.

E comparatis, &

I. è PARIBUS.

Pſal. 7.

En qui nefandum parturiit ſcelus,
Concepit ærumnam, pariet velut
Quæ vana per ſomnum inquietas
Ludificat ſimulachra mentes.
Fodit doloſam, ut me caperet, ſcrobem,
Incautus in foſſam ipſe ſuam ruit,
In verticem ipſius recurret
Pernicies, recidentque fraudes.

Ovid.

Ovid. 5. Triſt. Eleg. 9.

Quæ tibi res animos in me facit, improbe? curve
Caſibus inſultas, quos potes ipſe pati?
Nec mala te reddunt mitem placidumque jacenti
Noſtra, quibus poſſunt illacrymare feræ?
Nec metuis dubio fortunæ ſtantis in orbe
Numen, & exoſæ verba ſuperba Deæ?
Exiget at dignas ultrix Rhamnuſia pœnas,
Impoſito calcas qnod mea fata pede.
Vidi ego naufragiumque, viros & in æquore mergi,
Et nunquam dixi, juſtior unda fuit.
Vilia qui quondam miſeris alimenta negarat,
Nunc mendicato paſcitur ille cibo.
Paſſibus ambiguis fortuna volubilis errat,
Et manet in nullo certa tenaxque loco.

Ita Themiſtocles Simonidi, parum juſtum judicium efflagitanti, dixit. Si tu malus poëta eſſes extra numerum canens; ego quoque, ſi præter legem judicarem, malus magiſtratus eſſem. Xenocrates pariter impios dicebat eſſe, & eos qui affirmarent naſci Deos, & eos qui dicerent mori Deos. Ex utroque enim colligi unam eandemque opinionem impiam; nimirum tempus aliquod eſſe, quo non ſint Dii. *Ariſt. in Rhetor.*

Cic. pro Sylla. Neque vero quid mihi iraſcare, intelligere poſſum, quod eum defendo, quem tu accuſas: cur tibi quoque ipſe non ſuccenſeo, qui accuſes eum, quem ego defendo? inimicum, inquis, accuſo meum: & amicum, inquam ego, defendo meum.

5. *Verr.* Non licuit imperare navem Mamertinis fœderatis. Ergo nec Tauromitanis.

Pro Milon. oſtendit, idem facturos judices, ſive Milonem condemnent, ſive legitimam ſui contra latrones defenſionem.

II A MAIORI.

Pſal. 46.

Cum muniat nos præſidio ſuo,
Virtute firmet, quum gravis intonat
Procella, fortunæ periclis
Excipiat dominator orbis:
Nullam expavemus vim: quatiat licet
Orbem tumultus, terraque ſedibus
Convulſa, montium ruinis
Arctet aquas pelagi frementis.

1. *Æneid.*

O Socii (neque enim ignari sumus ante malorum)
O Passi graviora! dabit Deus his quoque finem.

2. *Æneid.*

--- Quæ mens tam dira miserrime conjux
Impulit his cingi telis? aut quo ruis? inquit:
Non tali auxilio, nec defensoribus istis
Tempus eget, non si ipse meus nunc afforet Hector.

1. *Catilin.* Si summi viri & clarissimi cives, Saturnini & Gracchorum, & Flacci; & superiorum complurium sanguine, non modo se non contaminarunt, sed etiam honestarunt: certe verendum non erat, si quid hoc parricida civium interfecto, invidiæ mihi in posteritatem redundaret.

In Rull. Nec duo Gracchi, qui de plebis Rom. commodis plurimum cogitarunt; nec L. Sylla, qui omnia sine religione, quibus voluit, est dilargitus, agrum Campanum attingere ausus est: Rullus exstitit, qui ex ea possessione Remp. dimoveret, ex qua nec Gracchorum benignitas eam, nec Syllæ dominatio ejecisset.

7. *Famil.* Hunc ego belli mihi finem feci; nec putavi, cum integri pares non fuissemus, fractos superiores fore.

De Antonio. Quid interponerem me audaciæ tuæ, quam neque auctoritas hujus ordinis, neque existimatio populi Rom., neque leges aliæ possent coërcere?

III. à MINORI.

Psal. 22.

--- Tu fida spes majoribus
Nostris, salutem qui suam
Tibi credidere, à te salutis compotes
Abiere, salvi gratias
Egere, duris qui tuam in malis opem
Petiere, qui tuam in fidem
Se dedidere, non tulere dedecus,
Non hostium ludibria.
At vermis ego sum, non homo: sum fabula
Vulgi, infimorum opprobrium.

2. *De Ponto. Eleg.* 7.

Omnia deficiunt, animus tamen omnia vincit;
Ille etiam vires corpus habere facit.
Sustineas ut onus, nitendum est vertice recto;
At flecti nervos si patiare, cades.

1. *De Remed.*

Dura aliquis præcepta vocet mea; dura fatemur
Esse, sed ut valeas, multa dolenda feres.
Sæpe bibit succos, quamvis invitus, amaros
Æger, & oranti mensa negata fuit.
Vt corpus redimas, ferrum patieris & ignes,
Arida nec sitiens ora levabis aqua.
Vt valeas animo, quicquam tolerare negabis?
At precium pars hæc corpore majus habet.

Iphicrates adversus Aristophontem, cum quæreretur, num propter pecuniam proditurus naves esset? neganti autem, Ergo tu, inquit, cum sis Aristophontes, non proderes, ego vero, qui sum Iphicrates, prodidi. *Arist. in Rhet.* 1. *Catil.* An vero vir amplissimus P. Scipio Pontifex Max. Tiberium Gracchum mediocriter labefactantem statum Reipubl. privatus interfecit? Catilinam vero totum orbem terrarum cæde atque incendio vastare cupientem nos consules perferemus?

Pro l. Manil. Quæ civitas antea unquam fuit, non dico Atheniensium, quæ satis late quondam mare tenuisse dicitur; non Carthaginensium, qui permultum classe maritimisque rebus valuerunt; non Rhodiorum, quorum usque ad nostram memoriam disciplina navalis & gloria remansit; quæ civitas antea unquam tam tenuis, quæ tam parva insula fuit, quæ non portus suos, & ægros, & aliquam partem regionis atque oræ maritimæ per se ipsam defenderet? At, Hercle, aliquot annos continuos ante legem Sabiniam ille populus Rom., cujus usque ad nostram memoriam nomen invictum in pugnis navalibus permanserat, magna ac multo maxima parte non modo utilitatis, sed dignitatis atque imperii caruit: Nos, quorum majores Antiochum regem classe, Persenque superarunt, omnibusque navalibus pugnis Carthaginenses, homines in maritimis rebus exercitatissimos, paratissimosque, vicerunt, iis nullo in loco pares esse poteramus? &c.

Pro Marcel. Qui potest dubitari? quum ad consulatum adipiscendum multo plus dignitatis afferat res militaris, quam juris civilis gloria. Vigilas tu de nocte, ut tuis consultoribus spondeas? Ille, ut eo, quo intendit, mature cum exercitu veniat. Te gallorum, illum buccinarum cantus exsuscitat. Tu actionem instituis, ille aciem instruit. Tu caves, ne tui consultores; ille ne urbes, aut castra capiantur; ille tenet & scit, ut hostium copiæ; tu ut aquæ pluviæ arceantur: ille exercitatus est in propagandis finibus, tu; in regendis. Ac nimirum (dicendum est enim quod sentio) rei militaris virtus præstat cæteris rebus omnibus.

IV. è SIMILIBVS.

Pſal. 120.

A fraudulentæ toxico linguæ Deus
Me protege & mendaciis.
O lingua fraudis machinatrix impiæ;
Quaſpe meum oppugnas caput?
Scythæ ferocis lingua peſtilentior
Tinctis veneno ſpiculis.
Ignis voracis lingua flammis acrior,
Quum ſylva flagrat arida.

1. *Triſt.* 1.

Eſſe quidem memini mitiſſima ſedibus illis
Numina; ſed timeo, qui nocuere, Deos:
Terretur minimo pennæ ſtridore columba,
Vnguibus, accipiter, ſaucia facta tuis.
Non procul à ſtabulis audet diſcedere, ſi qua
Excuſſa eſt avidi dentibus agna lupi.
Vitaret cœlum Phaëthon, ſi viveret, & quos
Optavit ſtulte, tangere nollet equos.

Pro Cluent. Vt corpora noſtra ſine mente, ſic civitas ſine lege, ſuis partibus & nervis ac ſanguine & membris uti non poteſt.

1. *Offic.* Vt tutela, ſic procuratio reipublicæ, ad eorum, qui commiſſi ſunt, non ad eorum, quibus commiſſa eſt, utilitatem gerendi eſt.

3. *Offic.* Vt ſi unum aliquod membrum hunc ſenſum haberet, ut poſſe putaret ſe valere, ſi proximi membri valetudinem ad ſe traduxiſſet, debilitari & interire totum corpus neceſſe eſſet: ſic ſi unuſquiſque noſtrum, ad ſe rapiat commodum aliorum, detrahatque quod cuique poſſit: emolumenti ſui gratia, ſocietas hominum & communitas evertatur neceſſe eſt. 4. *ad Heren.* Vt contemnendus eſt is, qui in navigando, ſe, quam navim, mavult incolumem: ita vituperandus, qui in Reipubl. diſcrimine, ſuæ plus, quam communi ſaluti conſulit.

V. è DISSIMILIBVS.

Pſal. 30.

Vaneſcit iræ vindicis impetus
Bullæ fugacis more: Dei favor
Bonis manu vitam benigna
Triſtitia vacuam rependit.

Si forte ſero veſpere fletibus
Vultus rigamur, mox redit aurea
Cum luce riſuſque, & jacentes
Exhilarans animos voluptas.

Pſal. 20.

Hi currus & equos jactent: nos rebus in arctis
Dei potentis nomen invocabimus.

1. *De Ponto* 5.

Iam mihi deterior canis aſpergitur ætas,
Jamque meos vultus ruga ſenilis arat.
Iam vigor & quaſſo languent in corpore vires,
Nec juveni luſus qui placuere, juvant.
Nec me, ſi ſubito videas, cognoſcere poſſis,
Ætatis facta eſt tanta ruina meæ.

2. *De Orat.* Si barbarorum eſt in diem vivere; noſtra conſilia ſempiternum tempus ſpectare debent. 2. *Phil.* Quæ eſt igitur exſpectatio, aut quæ vel minima dilatio temporis? Quanquam enim adſunt Calendæ Jan., tamen breve tempus longum eſt imparatis. Dies enim affert vel hora potius, niſi proviſum eſt, magnas clades. Certus autem dies non ut ſacrificii, ſic conſilii exſpectari ſolet.

IV.

E Locis ortis. Et

I. è CONIUGATIS.

Pſal. 11.

Iuſtoſque juſtus juſtitiæ parens
Amore ſancto amplectitur unice,
Et fraudis ignaram ante vultus
Aſſidue videt æquitatem.

Virg. Ecl. 6.

- - Paſtorem, Tityre, pingues
Paſcere oportet oves.

Cic. 1. *Top.* Si juſtitia eſt laudabilis, etiam quod juſte fit, eſt laudabile.

Pro Sylla. Quid ego mirer, ſi quid ab improbis de me improbe dicatur?

II. NOTATIONE VEL NOMINE.

Pſal. 9.

Circumſiſte tuæ mole potentiæ,
Terroremque feris gentibus ingere;

Agno-

Agnoſcat male firmam
Sortem gens hominum ſuam.

Ovid.

Nam quia ver aperit tunc omnia, denſaque cedit
Frigoris aſperitas, fætaque terra patet:
Aprilem memorant ab aperto tempore dictum.

Martial. l. 13.

Gaudet in effoſſis habitare cuniculus antris,
Monſtravit tacitas hoſtibus ille vias.

2. *De Orat.* Si conſul eſt, qui conſuluit patriæ, quid aliud fecit Opimius?

1. *Philip.* Belli nomen ponendum in ſententia quidam non putabant, tumultum appellare malebant, ignari non modo rerum, ſed & verborum. Poteſt enim eſſe bellum ſine tumultu, tumultus ſine bello eſſe non poteſt. Quid enim tumultus, niſi perturbatio tanta, ut major timor oriatur? Vnde etiam nomen dictum eſt tumultus. Itaque majores noſtri tumultum Italicum, quod erat domeſticus, tumultum Gallicum, quod erat Italiæ finitimus, præterea nullum tumultum nominarunt. Graviorem autem eſſe tumultum, quam bellum, hinc intelligi licet, quod bello Gallico vacationes valent, tumultu non valent.

In Catone. Bene majores noſtri accubationem epularem amicorum, quia vitæ conjunctionem haberet, convivium nominarunt: melius quam Græci, qui hoc idem tum compotationem tum concœnationem vocant: ut, quod in eo genere minimum eſt, id maxime probare videantur.

III. è DISTRIBUTIONE, ITEMQUE EX INTEGRO, VEL GENERE.

Pſal. 140.

Te rerum, Deus alme, canam Dominumque patremque:
Magne parens, ſancta quam majeſtate verendus,
Aetheris æternas rector moliris habenas!
Te decor, auratis ambit te gloria pennis,
Et circumfuſum veſtit pro tegmine lumen.
Tu tibi pro velo nitidi tentoria cœli,
Et liquido curvas ſuſpendis fornice lymphas,
Et levibus ventorum alis per inania vectus,
Frænas ceu celeres volitantia nubila currus.
Apparent accinctæ auræ flammæque miniſtræ,

Vt jussa accipiant. Stat nullo mobilis ævo,
Terra super solidæ nitens fundamina molis,
Pollenti stabilita manu: Terra obruta quondam
Fluctibus ut fuso super ardua culmina velo: &c.

2. *Trist.*

Nil prodest, quod non lædere possit idem.
Igne quid utilius? si quis tamen urere tecta
Comparat, audaces instruit igne manus.
Eripit interdum, modo dat medicina salutem:
Quæque juvet, monstrat, quæque sit herba nocens.
Et latro & cautus præcingitur ense viator,
Ille sed insidias, hic sibi portat opem.
Discitur innocuas ut agat facundia causas,
Protegit hæc sontes, immeritosque premit.

4. *Georg.*

r - Lentis Cyclopes fulmina massis
Cum properant, alii taurinis follibus auras
Accipiunt redduntque: alii stridentia tingunt
Æra lacu: gemit impositis incudibus Ætna:
Illi inter sese magna vi brachia tollunt
In numerum, versantque tenaci forcipe ferrum.

1. *Offic.* Omnino qui reipubl. præsunt, duo Platonis præcepta teneant: Vnum ut utilitatem civium sic tueantur, ut quicquid agant, ad eam referant, obliti commodorum suorum: alterum ut totum corpus reipubl. curent, ne dum partem aliquam tueantur, reliquas deserant.

Pro Amer. Nunc Eruci ad te venio; conveniat mihi tecum necesse est; si ad hunc maleficium istud pertinet, aut ipsum sua manu fecisse, id quod negas, aut per aliquot liberos, aut per servos. Liberosne? Quos neque ut convenire potuerit, neque qua ratione inducere, neque ubi, neque per quos, neque qua spe, aut quo precio, potes ostendere. Ego contra ostendo; non modo nihil eorum fecisse S. Roscium, sed ne potuisse quidem facere, quod neque Romæ multis annis fuerit, neque de prædiis unquam temere discesserit. Restare tibi videbatur servorum nomen, quo quasi in portum, rejectus, à cæteris suspicionibus confugere posses. Vbi scopulum offendis ejusmodi, ut non modo ab hoc crimine resilire videas, verum omnem suspicionem in vosmet ipsos recidere intelligas.

Pro Archia. Ac ne quis à nobis hoc ita dici forte miretur, quod alia quædam in hoc sit facultas ingenii, atque hæc dicendi ratio aut

disci-

disciplina: nec nos quidem huic cuncti studio penitus unquam dediti sumus. Etenim omnes artes, quæ ad humanitatem pertinent, habent quoddam commune vinculum, & quasi cognatione quadam inter se continentur.

2. *Tim.* 3. A puero sacras literas noveris, quæ te possunt erudire ad salutem per fidem in Christo Iesu habendam. Omne scriptum divinitus inspiratum est, & utile ad doctrinam, ad reprehensionem, ad correctionem, ad justitiæ disciplinam, ut compositus sit divinus homo, ad omne recte factum bene comparatus.

4. *Parad.* Omnes scelerati atque impii, quorum tu te ducem esse profiteris, quos leges exilio affici volunt, exules sunt, etiamsi solum non mutarunt.

Vel ab Inductione membrorum aut specierum.

Psal. 127.

Ni cæpta Dominus juverit, frustra struis
Moles superbas ædium.
Ni Dominus urbem servet, in cassum excubat
Muris vigil custodia.
Frustra antevertis mane solem, & vespere
Sero domum reverteris.
Victum labore vix parabis anxio
Ni Dominus admorit manum &c.

Psal. 128.

Felix ô ter & amplius,
Quem timor Domini tenet,
Quem non illius à via
Flectit devius error.
Felix, & tibi prospere
Cedent omnia, nam tuo
Carpes dulcia fercula
Comparata labore.
Instar palmitis uberi
Proventu gravidi, & coma
Cingentis viridi domum,
Te conjux hilarabit:
Ceu plantaria fertili
Pubescunt oleæ solo,
Iucundo tibi liberi
Cingent agmine mensam. &c.

3. *Trist.* 3.

Hæc mea, si conjux miraris, epistola quare
Alterius digitis scripta sit; æger eram.
Æger in ignotis extremi partibus orbis,
Incertusque meæ pene salutis eram.
Quem mihi tunc animum dura in regione jacenti
Inter Sauromatas esse, Getasque, putas?
Nec cœlum patior, nec aquis assuevimus istis,
Terraque nescio quo non placet ista modo.
Non damus apta satis, non hic cibus utilis ægro,
Nullus, Apollinea qui levet arte malum, est.
Non qui soletur, non qui labentia tarde,
Tempora narrando fallat, amicus adest:
Lassus in extremis jaceo populisque locisque,
Et subit affectu nunc mihi quicquid abest.
Omnia cum subeant, vincis tamen omnia conjux,
Et plus in nostro pectore parte tenes.
Te loquor absentem, te vox mea nominat unam,
Nulla venit sine te nox mihi, nulla dies. &c.

Cic. in Caton. A rebus gerendis senectus abstrahit. quibus? an iis quæ in juventute geruntur, & viribus? Nullæne igitur res seniles sunt, quæ vel infirmis corporibus administrentur? Nihil igitur agebat Q. Maximus? Nihil L. Paulus pater tuus Scipio, socer optimi viri filii mei? cæteri senes, Fabricii, Curii, Coruncanii, cum remp. consilio, & authoritate defendebant, nihil agebant? &c.

Parad. 4. Num igitur erat illa tum civitas, cum leges in ea nihil valebant: cum judicia jacebant: cum mos patrius occiderat: cum ferro pulsis magistratibus, senatus nomen in urbe non erat? Prædonum ille concursus, & te duce latrocinium in foro constitutum, & reliquiæ conjurationis Catilinæ, furiis ad tuum scelus furoremque conversæ, num civitas erat? Itaque pulsus ego civitate non sum, quæ tum nulla erat.

Pro Milone. Negant intueri lucem esse fas ei, qui ab se hominem esse occisum fatetur. In qua tandem urbe homines stultissimi hoc disputant? nempe in ea, quæ primum judicium de capite vidit M. Horatii fortissimi viri, qui nondum libera civitate, tamen populi Rom. comitiis liberatus est, cum sua manu sororem esse interfectam fateretur. An est quisquam, qui hæc ignoret, cum de homine occiso quæratur, aut negari solere omnino, esse factum; aut recte aut jure factum esse, defendi? &c.

Pro

Pro L. Manil. At enim nihil novi fiat contra exempla atque instituta majorum. Non dico hoc loco, majores nostros semper in pace consuetudini, in bello utilitati paruisse, semper ad novos casus temporum, novorum consiliorum rationes accommodasse: non dicam, duo bella maxima, Punicum & Hispaniense, ab uno imperatore esse confecta: duas urbes potentissimas, quæ huic imperio minabantur, Carthaginem atque Numantiam, ab eodem Scipione esse deletas: non commemorabo, nuper ita vobis, patribusque vestris esse visum, ut in uno C. Mario spes imperii poneretur, ut idem cum Iugurtha, idem cum Cimbris, idem cum Teutonis bellum administraret: in ipso Cn. Pompeio, in quo novi constitui nihil vult Q. Catulus, quam multa sint nova, summaque Catuli voluntate constituta, recordamini. Quid enim tam novum, quam adolescentulum, privatum exercitum difficili Reip. conficere? confecit. Huic præesse? præfuit. rem optime ductu suo gerere? gessit. &c.

Philip. 2. Inductione probat, omnes bonos occidisse Cæsarem, nisi quod non omnibus consilium, animus, aut occasio fuerit.

IV. à Definitione vel Definito.

Psal. 24.

Claustra revellite, limina pandite, magnus ut intret
Rex ille, multa clarus ille gloria.
Quis novus hic sanctis succedit sedibus hospes?
Quis ille multa est inclytus rex gloria?
Ille potens armis numeroso que agmine ductor
Hic ille multa est inclytus rex gloria?

Ovid. 6. Fast.

Vesta eadem est & terra, subest vigil ignis utrique.
Significant sedem terra focusque suam.
Terra pilæ similis, nullo fulcimine nixa,
Aere subjecto tam grave pondus onus.
Ipsa volubilitas libratum sustinet orbem,
Quique premat partes, angulus omnis abest.
Cumque sit in media rerum regione locata,
Et tangat nullum plusve minusve latus;
Ni convexa foret, parti vicinior esset,
Nec medium terræ mundus haberet onus.

Parad. 5. In Antonium. Quid est libertas? potestas vivendi, ut velis. Quis igitur vivit ut vult? nisi profecto qui recta sequitur, qui gaudet officio, cui vivendi via considerata atque provisa est: qui le-

gibus quidem non propter metum paret, sed eas sequitur atque colit, quia id salutare esse maxime judicat? &c. quod etsi ita esse pluribus verbis disserendum est; illud tamen brevi conficiendum est, nisi qui ita sit affectus, esse liberum neminem.

Ibid. Si servitus sit, sicut est, obedientia fracti animi & abjecti, & arbitrio carentis suo, quis neget, omnes leves, omnes cupidos, omnes denique improbos esse servos? &c.

Parad. 6. in Crassum. Solusne tu dives? quid si ne dives quidem? quid si pauper etiam? Quem enim intelligimus divitem? aut hoc verbum in quo homine ponimus? opinor in eo, cui tanta possessio est, ut ad liberaliter vivendum facile contentus sit: qui nihil quærat, nihil appetat, nihil optet amplius: animus enim tuus se judicet divitem, non hominum sermo, neque possessiones tuæ. Quid si nihil tibi deesse putas, nihil curas amplius, satiatus es, aut contentus etiam pecunia? concedo, dives es. Sin autem propter aviditatem pecuniæ nullum quæstum turpem putas, cum isti ordini ne honestus quidem esse possit ullus: si quotidie fraudas, decipis, poscis, paciscris, aufers, eripis, si socios spolias, ærarium expilas, si testamenta amicorum exspectas, aut ne exspectas quidem, atque ipse supponis: hæc utrum abundantis, an egentis signa sunt?

V. à TESTIMONIO.

Psal. 27. Beza.

Tuto quæri te jubes.
(Sic anhelans corculum
Namque de te cogitat.)
Hinc tuos, rerum parens,
Vsque vultus pectore
Quæro toto fervidus:
Ergo tu me respice,
Servulum ne despice:
Tu, salus olim mea,
Ne miserum desere.

1. *Trist.* 9.

Hoc tibi venturum jam tum, carissime, vidi,
Ferret adhuc istam cum minus aura ratem.
Sive aliquid morum, seu vitæ labe carentis,
Est precium, nemo pluris emendus erat.
Sive per ingenuas aliquis caput extulit artes,
Quælibet eloquio fit bona causa tuo.

His

His ego commotus dixi tibi protinus ipſe,
Scena manet dotes grandis, amice, tuas.
Hoc mihi non ovium fibræ, tonitruſve ſiniſtri,
Linguave ſervatæ pennave dixit avis.
Augurium ratio eſt, & conjectura futuri:
Hæc divinavi, notitiamque tuli.
Et quoniam vera eſt, tota tibi mente, mihique,
Gratulor, ingenium non latuiſſe tuum.

Cic. in Caton. Voluptatis blanditiis non facile obſiſtimus. Divinus enim Plato eſcam malorum voluptatem appellat, quod ea videlicet homines capiantur, ut hamo piſces.

Ibid. de immortal. animi. Nec me ſolum ratio ac diſputatio impulit, ut ita crederem: ſed nobilitas etiam ſummorum philoſophorum, & auctoritas. &c.

Parad. 4. An cum omnes leges te exulem eſſe jubeant, non eris tu exul?

CAP. III.

Exempla Didactica ſecundum ſeriem Inſtitut. l. 1. c. 5.

I. CLASSIS.

In exemplis exegeticis, ut eſt

I. SIMPLEX INTERPRETATIO.

Plato ad Arch. Tarentin. Ἕκαστος ἡμῶν οὐχ αὑτῷ μόνον γέγονεν, ἀλλὰ τ̃ γενέσεως ἡμῶν τὸ μέν τι ἡ πατρὶς μερίζεται, τὸ δέ τι οἱ γεννήσαντες, τὶ δέ τι λοιποὶ φίλοι.

Cic. 1. Offic. Non nobis ſolum nati ſumus, ſed ortus noſtri partem patria, partem parentes vendicant, partem amici.

Idem Tuſcul. 5. Πῶλ. Ἀρχέλαον δῆτα τοῦτον τ̃ Περδίκκα ὁρᾷς, ἄρχοντα Μακεδονίας; Σωκρ. εἰ δὲ μή, ἀλλ' ἀκούω γε. Π. Εὐδαίμων δ̃ν σοι δοκεῖ εἶναι, ἢ ἄθλιος; Σ. Οὐκ οἶδα, ὦ Πῶλε, οὐ γὰρ συγγέγονα τῷ ἀνδρί. Π. τί δὴ συγγενόμενος ἂν γνοίης; ἄλλως δὲ αὐτόθεν οὐ γινώσκεις, ὅτι εὐδαιμονεῖ; Σ. Μὰ δία οὐ δῆτα. Π. Δῆλον δή, ὦ Σώκρατες, ὅτι οὐδὲ τ̃ μέγα βασιλέα γινώσκειν φήσεις εὐδαίμονα ὄντα. Σ. Καὶ ἀληθῆ γε λέγω. οὐ γὰρ οἶδα παιδείας ὅπως ἔχει καὶ δικαιοσύνης. Π. Τί δέ; ἐν τούτῳ πᾶσα ἡ εὐδαιμονία ἐστίν; Σ. Ὥστε ἐγὼ λέγω. ὦ Πῶλε. Τὸν μὲν γὰρ καλὸν κ̀ ἀγαθὸν ἄνδρα, κ̀ γυναῖκα, εὐδαίμονα εἶναί φημι. Τὸν δὲ ἄδικον κ̀ πονηρόν, ἄθλιον. Π. Ἄθλιος ἄρα οὗτός ἐστιν Ἀρχέλαος, κ̀ τ̃ σὸν λόγον.

Cic.

Cic. Tuſcul. 5. Socrates, quum eſſet ex eo quæſitum, Archelaum Perdiccæ filium, qui tum fortunatiſſimus haberetur, nonne beatum putaret? Haud ſcio, inquit; nunquam enim cum eo loquutus ſum. Ain tu? An aliter id ſcire non potes? Nullo modo. Tu igiturne de Perſarum quidem rege magno potes dicere, beatuſne ſit? An ego poſſum, cum ignorem, quam ſit doctus, quam vir bonus? Quid? Tu in eo ſitam vitam beatam putas? Ita prorſus exiſtimo, bonos beatos, improbos miſeros. Miſer ergo Archelaus? Certe ſi injuſtus.

Hom. 1. *Iliad.*

Κρείσσων γὰρ βασιλεὺς, ὅτε χώσεται ἀνδρὶ χέρηϊ.
Εἴπερ γάρ τε χόλον γε κὴ αὐθήμερον ἁβρήπτῃ,
Ἀλλά γε Ὲ μετόπισθεν ἔχει κότον ὄφρα τελέσσῃ
Ἐν στήθεσσιν ἑοῖσι.

Valla. Iratus in inferiorem princeps, etſi continet ſe in præſentia, diſſimulata ad tempus indignatione, tamen offenſæ meminit, quærens aſſidue occaſionem, donec animo ſuo ſatisfaciat ſumto de homine ſupplicio.

Eobanus.

Semper enim regis metuenda eſt ira minori;
Qui quanquam male diſſimulet, bilemque moleſtam
Concoquat, & pœnam præſens in tempus omittat,
Non tamen inhibitæ ſemel obliviſcitur iræ,
Supplicio dum facta gravi commiſſa rependat.

Sophocl. in Ajac.

Ὁρῶ γὰρ, ἡμᾶς ὄντας οὐδὲν ἄλλο πλὴν
Εἴδωλα, ὅσοιπερ ζῶμεν, ἢ κοῦφην σκιάν.

Camerar. Video enim, nos nihil aliud eſſe, niſi ſimulacra, quotquot vivimus, aut levem umbram.

Ratallerus.

Siquidem nihil nos eſſe ſentio, niſi
Simulachra, quotquot vivimus, & umbras leves.

Plura exempla vide in tranſlationibus ex Hebræis Græciſque literis ſacri codicis, philoſophorum, hiſtoricorum, oratorum, poëtarum, quibus hoc ſeculum Dei beneficio abundat.

II PARAPHRASIS.

Virgil. 1. *Georg.* inter cætera prognoſtica tempeſtatum etiam hæc refert:

Luna revertentes cum primum colligit ignes;
Si nigrum obſcuro comprenderit aëra cornu,

Maxi-

Maximus agricolis, pelagoque parabitur imber.
At si virgineum suffuderit ore ruborem,
Ventus erit, vento semper rubet aurea Phœbe.
Sin ortu quarto (namque is certissimus auctor)
Pura, nec obtusis per cœlum cornibus ibit,
Totus & ille dies, & qui nascentur ab illo,
Exactum ad mensem pluvia ventisque carebunt.

Nicod. Frischlin. Luna cum renasci incipit, si obscura & nigra sit, pluviam terræ & mari denunciat: si rubicunda, ventos: si pura, quarto die, (hanc enim Lunam præcipue observant) tum & sequentis diei, & omnium reliquorum totius mensis serenitatem spondet.

Horat. l. 1. od. 31. de αὐταρκείᾳ & frugalitate poëtarum.

Quid dedicatum poscit Apollinem
Vates? quid orat de patera novum
Fundens liquorem? non opimas
Sardiniæ segetes feracis,
Non æstuosæ grata Calabriæ
Armenta; non aurum aut ebur Indicum,
Non rura, quæ Liris quieta
Mordet aqua taciturnus amnis:
Premant Calena falce, quibus dedit
Fortuna, vitem: dives & aureis
Mercator exsiccet cululis
Vina, Syra reparata merce,
Diis clarus ipsis: quippe ter & quater
Anno revisens æquor Atlanticum
Impune: me pascunt olivæ,
Me cichorea levesque malvæ.
Frui paratis & valido mihi
Latoë dones, at precor integra
Cum mente, nec turpem senectam
Degere, nec cythara carentem.

Fred. Ceruti paraphrasis. Qui poëtices studio delectatur, quidnam sibi profuturum poscet ab Apolline, cui nuper à Cæsare Augusto in Palatio templum est dicatum? quid orabit & precabitur, dum vini primitias libat? non equidem crediderim, hunc sibi optaturum proventus maximos pinguis Sardiniæ, non armenta Calabriæ, sole peruſtæ: non aurum, aut ebur, quod mittit India: non Campaniæ rura, per quæ Liris tacite perlabitur: invigilent alii, quorum scilicet votis annuit fortuna, ut vinum Calenum sibi condant. Dives mercator,

cator, carus Diis, (quippe qui sine ulla jactura ter & quater naviget in mari Atlantico) ebibat vina emta nummis ex merce Syria conflatis: ego autem cichoreis & malvis gravi ventri salubribus pascar. Cæterum peto abs te, Apollo, ut mihi incolumi benignitate tua liceat frui fortunis meis, utque sana cum mente poëtices studio addictus senectutem cum dignitate possim transigere.

Paraphr. v. 16, 17, 18. *Ioh.* 3. auctore Erasm Rot. Quis creditturus erat, tantam fuisse Dei caritatem erga mundum rebellem & tot flagitiis obnoxium, ut non solum non ulciscereturr admissa scelera, sed filium etiam unicum è cœlis demitteret in terras, atque hunc in mortem, & mortem crucis probrosissimam traderet: ut quisquis hominum, sive Iudæus, sive Græcus, sive barbarus in hunc crederet, non periret, sed per fidem Euangelicam, vitam consequeretur æternam? Quanquam enim pater per filium judicaturus est universum mundum in adventu postremo, tamen hoc tempore, quod clementiæ datum est, non misit Deus filium suum, ut condemnet mundum pro suis sceleribus, sed sua morte mundo per fidem conferat salutem gratuitam: & ne quis sponte periens, haberet quod prætexeret malitiæ suæ, facilis aditus datus est omnibus ad salutem. Non enim exigitur pro prioribus admissis satisfactio, non legis observatio, non circumcisio: tantum qui credit illi, tutus est a condemnatione: nimirum illud amplexus, per quod salus æterna datur omnibus, quantalibet peccatorum sarcina gravatis; si modo post Euangelicam professionem abstineat à vitæ prioris flagitiis, & juxta doctrinam ejus, cujus nomen professus est, proficere nitatur ad perfectam pietatem. Porro quisquis non credit Euangelio, tantam Dei erga se caritatem contemnens, & salutem gratis oblatam ab sese repellens, nihil opus habet, ut à quoquam judicetur, cum ipse palam condemnet se ipsum, & æternæ pœnæ reddat obnoxium, hoc à se repellens, per quod licebat assequi vitam æternam.

Paraphrasin poëticam psalmorum Davidis scripserunt Helias Eobanus, Georgius Buchananus, & multi alii pii poëtæ. M. Anton. Flaminius & Theodorus Beza oratoriam. Hieronymus Savonarola hoc modo pertractavit Psal. 31. & 51. Desid. Erasmus totum Nov. Testamentum, & capita religionis Christianæ: quæ eadem & Matth. Martinius, olim Scholæ nostræ Rector laudatissimus, simili modo illustranda resumsit, & felicissime absolvit. Scripsit & Paraphrasin in Horatium Freder. Cerutus: etiam in Persium & Iuvenalem Eilhardus Lubinus: In Bucolica & Georgica Virgilii Nicod. Frischlinus: in Homerum, Sophoclem & Theocritum exstant Græce paraphrases veterum.

um. Laurent. Valla etiam Iliada Latina oratione transtulit: & Eoba-
us carmine eandem, & Odysseam Symon Lemnius Rhetus.

III. EXPOSITIO ALICUIUS TEXTUS: UT SENTENTIÆ, LEGIS, ET SIMILIS.

Psalmus 11. examinat sarcasmum hominum profanorum de pii viri
iducia: 12. & 14. jactantiam hostium Ecclesiæ & hypocritarum: 27.
nandatum Dei de se invocando in necessitatibus: 103. historiam latæ
egis: 104. creationis.

Sic Petrus Act. 2. expendit miraculum de Messia ex Psal. 16. Paulus
Hebr. 2. vaticinium Psal. 8. de exinanitione & exaltatione Domini.
Cap. 3. & 4. Psal. 95. comminationem in contemtores Euangelii. tum
ap. 5. & 7. typum Melchisedeci ex 14. Genes. C. 8, 9, 10. typos pon-
ificis, tabernaculi & sacrificiorum legalium, ex Exod. & Levit. Ga-
at. 4. quæ de Ismaële & Isaaco narrantur Gen. 16. & 21.

Hujus generis sunt multa epigrammata; ut Virgilii de Y litera Py-
hagoræ: Ausonii de Rosa, Est & non Est. Henrici Smetii Elegiæ
mnes libri primi.

Horat. 1. od. 15. interpretatur Nerei vaticinium de ruina Trojæ.
. od. 3. Iunonis de Romæ. Cic. 7. Epist. 2. examinat dogma Epicuræo-
um de non administranda Repub. 9. Epist. 21. Peti dicteria de fulmi-
ibus Ciceronis, deque Papyriis. Pro Amerino, legem de pœna par-
icidii. item fabulam de Furiis. in libris de legibus, leges XII. tabu-
arum. 4. Catilin. sententias Syllani & Cæsaris de pœna conjuratio-
um. In Verrem epistolas & edicta diversa: ut Timarchidis, act. 3.
Pro Quintio expendit edictum Prætoris à Nævio prætensum. In Pison.
& 2. Philip. interpretatur & defendit carmen suum, Cedant arma to-
gæ. 13. Philip. examinat epistolam Antonii. In Paradoxis tractat
ententias quasdam morales Stoicorum.

Cic. 1. Tuscul. de se ipso noscendo. Est illud quidem vel maximum,
nimo ipso animam videre. Et nimirum hanc habet vim præceptum
Apollinis, quo monet, ut se quisque noscat. Non enim, credo, id
præcipit, ut membra, aut staturam, figuramve noscamus: Neque
nos corpora sumus: neque ego hæc tibi dicens corpori tuo dico, sed
animo. Quum igitur Nosce te dicit, hoc dicit, Nosce animum tuum.
Nam corpus quidem est quasi vas animi, aut aliquod receptaculum.
Ab animo tuo quicquid agitur, id agitur à te. Hunc igitur nosse, nisi
divinum esset, non esset hoc acrioris cujusdam animi præceptum,
sic ut tributum Deo sit, hoc esse, se ipsum posse cognoscere.

Idem orditur tertium officiorum à sententia Scipionis de ocio suo.

Secun-

Secundum quæstion. Tuscul. à dicto Neoptolemi Enniani de stud Philosophico. In Lælio examinat Chriam Biantis de colenda amicit & Terentii de obsequio. Exempla plura dabunt Declamationes d. Ph lippi Melanthonis, progymnasmata Aphthonii, Centuriæ Des. Er smi, & Hadr. Iunii, Hodegia N. Chytræi, Rectoris olim Scho Bremensis Clarissimi, soceri mei æterna memoria colendi. Nico Reusneri Symbola imperatorum, conciones theologorum in tex sacros, aliorumque in alios textus commentaria.

Idem 1. *de legib.* Ad Divos adeunto caste, &c. Caste jubet lex adi ad Deos, animo videlicet in quo sunt omnia: nec tollit castimoni corporis, sed hoc oportet intelligi, cum multum animus corpori pr stet, observeturque, ut casto corpore adeatur, multo esse in anim id observandum magis. Nam illud vel aspersione aquæ, vel dieru numero tollitur: animi labes nec diuturnitate vanescere, nec manib ullis elui potest. Quod autem pietatem adhiberi, opes amoveri jube significat, probitatem gratam esse Deo, sumtum esse removendum Quid est enim, cum paupertatem divitiis esse inter homines æquale velimus, cur eam sumtu ad sacra adhibito Deorum adytis arceamus præsertim cum ipsi Deo nihil minus gratum futurum sit, quam no omnibus patere ad se placandum & colendum viam.

Vide simili modo tractatas leges Draconis, Solonis, Romuli, x tabularum, in Iurisprudentia veteri Pardulphi Pratæi.

IV. RESPONSIO AD ALTERIUS DICTUM VEL SCRIPTUM.

Exempla dabunt dialogi Platonis, Ciceronis & aliorum, tum epistolæ & orationes multæ: Eclogæ item & Dramata poëtarum.

Cic. 1. *Tuscul.* Mar. Dic, quæso, num te illa terrent? triceps ap inferos Cerberus, Cocyti fremitus, transvectio Acherontis, men summam aquam attingens sibi enectus Tantalus? num illud quo Sisyphus Saxum sudans nitendo, neque proficit hilum? fortasse etia inexorabiles judices, Minos & Rhadamantus, apud quos nec te L. Crassus defendet, nec M. Antonius? nec, quoniam apud Græcos judices res agetur, poteris adhibere Demosthenem: tibi ipsi pro te eri maxima corona causa dicenda. Hæc fortasse metuis, & idcirco mortem censes esse sempiternum malum. Att. Adeone me delirare censes, ut ita esse credam? M. An tu hæc non credis? Att. Minime vero. M. Ma hercule narras. A. Cur? quæso. M. Quia disertus esse possem, si contra ista dicerem. A. Quis enim non in ejusmodi causa? aut quid negoti est, hæc poëtarum & fictorum portenta convincere? M. Atqui plen sunt

nt libri philoſophorum contra iſta ipſa diſſerentium. A. Inepte ſane; is eſt enim tam excors, quem iſta moveant? M. Si ergo apud infe- s miſeri non ſunt, ne ſunt quidem apud inferos ulli. A. Ita prorſus iſtimo. M. Vbi ergo ſunt ii, quos miſeros dicis, aut quem locum in- lunt? Si enim ſunt, nuſquam eſſe non poſſunt. A. Ego verò nuſ- am eſſe illos puto. M. Igitur ne eſſe quidem. A. Prorſus iſto modo: tamen miſeros ob id ipſum quidem, quia nulli ſunt. M. Iam mallem erberum metueres, quam iſta tam inconſiderate diceres. A. Qui ndem? M. Quem eſſe negas, eundem eſſe dicis. ubi eſt acumen um? cum enim miſerum eſſe dicis, tum eum, qui non ſit, dicis ſe. &c.

II. CLASSIS.

In exemplis narrationum: ut rei geſtæ, aut fabulæ.

Narrationes de beneficiis populo Iſraëlitico exhibitis ſunt in Pſal- is 78, 105, 114, 136. Talis eſt Iliας Homeri, Virgilii Æneis, Lu- ni Pharſalia. 2. Æneid. Sinon doloſe narrat conſilium Græcorum fabricam de equo.

Hiſtoriam Eccleſiæ habent libri ſacri codicis, Ioſephus, Socrates, ſebius, Nicephorus, Sleidanus, & alii. Regnorum & rerumpubl. tarum gentium Herodotus, Thucydides, Xenophon, Diodorus culus, Iuſtinus, Livius, & ex recentioribus Buchananus Scotorum, huanus Gallorum ſcriptor: certarum perſonarum Plutarchus, & Æ- ylius Probus de viris illuſtribus apud Græcos & Romanos. Sueto- us de Cæſaribus: Curtius de Alexandro M. Saluſtius de Catilina & gurtha.

In epiſtolis Ciceronis ad familiares nunciatoriæ variæ ſunt: de actis ſenatu lib. 1. epiſt. 2. nuptiis filiæ l. 2. epiſt. 14. itinere. l. 3. epiſt. 5. ce Marcelli lib. 4. epiſt. 12. emptione l. 5. epiſt. 6. bello l. 6. epiſt. 18. lis l. 7. epiſt. 1. vitæ ratione tempore belli, 7. epiſt. 3. in valetudine 7. epiſt. 26. ſtudiis 7. epiſt. 28. 16. epiſt. 2. diſcordia principum l. 8. iſt. 4. reditu Cæſaris ex bello Africano lib. 8. epiſt. 7. cœna hilariori iſt. 16. prælio ac conſilio lib. 9. epiſt. 10. lib. 10. epiſt. 30. colloquiis m viris magnis. l. 11. epiſt. 1. rebus geſtis epiſt. 10.

Reſponſoriæ ad narrationes ſunt Ciceronis de rebus urbanis 2. epiſt. ſupplicatione 2. epiſt. 15. amentia 2. epiſt. 13. & 7. epiſt. 15. ratione li 7. epiſt. 19. & 8. epiſt. 16. valetudine 9. epiſt. 15. & 16. epiſt. 12. iliis bellicis 11. epiſt. 24. literis miſſis 14. epiſt. 8, ſtatu reipubl. 7. 28. Vide quoque ad Atticum l. 8. Pompeio inſcriptas & Ciceroni.

Secundum quæstion. Tuscul. à dicto Neoptolemi Enniani de studio Philosophico. In Lælio examinat Chriam Biantis de colenda amicitia: & Terentii de obsequio. Exempla plura dabunt Declamationes d. Philippi Melanthonis, progymnasmata Aphthonii, Centuriæ Des. Erasmi, & Hadr. Iunii, Hodegia N. Chytræi, Rectoris olim Scholæ Bremensis Clarissimi, soceri mei æterna memoria colendi. Nicolai Reusneri Symbola imperatorum, conciones theologorum in textus sacros, aliorumque in alios textus commentaria.

Idem 1. *de legib.* Ad Divos adeunto caste, &c. Caste jubet lex adire ad Deos, animo videlicet in quo sunt omnia: nec tollit castimoniam corporis, sed hoc oportet intelligi, cum multum animus corpori præstet, observeturque, ut casto corpore adeatur, multo esse in animis id observandum magis. Nam illud vel aspersione aquæ, vel dierum numero tollitur: animi labes nec diuturnitate vanescere, nec manibus ullis elui potest. Quod autem pietatem adhiberi, opes amoveri jubet, significat, probitatem gratam esse Deo, sumtum esse removendum. Quid est enim, cum paupertatem divitiis esse inter homines æqualem velimus, cur eam sumtu ad sacra adhibito Deorum adytis arceamus? præsertim cum ipsi Deo nihil minus gratum futurum sit, quam non omnibus patere ad se placandum & colendum viam.

Vide simili modo tractatas leges Draconis, Solonis, Romuli, XII. tabularum, in Iurisprudentia veteri Pardulphi Pratæi.

IV. RESPONSIO AD ALTERIUS DICTUM VEL SCRIPTUM.

Exempla dabunt dialogi Platonis, Ciceronis & aliorum, tum epistolæ & orationes multæ: Eclogæ item & Dramata poëtarum.

Cic. 1. *Tuscul.* Mar. Dic, quæso, num te illa terrent? triceps apud inferos Cerberus, Cocyti fremitus, transvectio Acherontis, mento summam aquam attingens sibi enectus Tantalus? num illud quod Sisyphus Saxum sudans nitendo, neque proficit hilum? fortasse etiam inexorabiles judices, Minos & Rhadamantus, apud quos nec te L. Crassus defendet, nec M. Antonius? nec, quoniam apud Græcos judices res agetur, poteris adhibere Demosthenem: tibi ipsi pro te erit maxima corona causa dicenda. Hæc fortasse metuis, & idcirco mortem censes esse sempiternum malum. Att. Adeone me delirare censes, ut ita esse credam? M. An tu hæc non credis? Att. Minime vero. M. Male hercule narras. A. Cur? quæso. M. Quia disertus esse possem, si contra ista dicerem. A. Quis enim non in ejusmodi causa? aut quid negotii est, hæc poëtarum & fictorum portenta convincere? M. Atqui pleni

sunt

sunt libri philosophorum contra ista ipsa differentium. A. Inepte sane; quis est enim tam excors, quem ista moveant? M. Si ergo apud inferos miseri non sunt, ne sunt quidem apud inferos ulli. A. Ita prorsus existimo. M. Vbi ergo sunt ii, quos miseros dicis, aut quem locum incolunt? Si enim sunt, nusquam esse non possunt. A. Ego vero nusquam esse illos puto. M. Igitur ne esse quidem. A. Prorsus isto modo: & tamen miseros ob id ipsum quidem, quia nulli sunt. M. Iam mallem Cerberum metueres, quam ista tam inconsiderate diceres. A. Qui tandem? M. Quem esse negas, eundem esse dicis. ubi est acumen tuum? cum enim miserum esse dicis, tum eum, qui non sit, dicis esse. &c.

II. Classis.

In exemplis narrationum: ut rei gestæ, aut fabulæ.

Narrationes de beneficiis populo Israëlitico exhibitis sunt in Psalmis 78, 105, 114, 136. Talis est Ilias Homeri, Virgilii Æneis, Lucani Pharsalia. 2. Æneid. Sinon dolose narrat consilium Græcorum in fabricam de equo.

Historiam Ecclesiæ habent libri sacri codicis, Iosephus, Socrates, Eusebius, Nicephorus, Sleidanus, & alii. Regnorum & rerumpubl. certarum gentium Herodotus, Thucydides, Xenophon, Diodorus Siculus, Iustinus, Livius, & ex recentioribus Buchananus Scotorum, Thuanus Gallorum scriptor: certarum personarum Plutarchus, & Æmylius Probus de viris illustribus apud Græcos & Romanos. Suetonius de Cæsaribus: Curtius de Alexandro M. Salustius de Catilina & Iugurtha.

In epistolis Ciceronis ad familiares nunciatoriæ variæ sunt: de actis in senatu lib. 1. epist. 2. nuptiis filiæ l. 2. epist. 14. itinere. l. 3. epist. 5. nece Marcelli lib. 4. epist. 12. emptione l. 5. epist. 6. bello l. 6. epist. 18. rudis l. 7. epist. 1. vitæ ratione tempore belli, 7. epist. 3. in valetudine l. 7. epist. 26. studiis 7. epist. 28. 16. epist. 2. discordia principum l. 8. epist. 4. reditu Cæsaris ex bello Africano lib. 8. epist. 7. cœna hilariori epist. 26. prælio ac consilio lib. 9. epist. 10. lib. 10. epist. 30. colloquiis cum viris magnis. l. 11. epist. 1. rebus gestis epist. 10.

Responsoriæ ad narrationes sunt Ciceronis de rebus urbanis 2. epist. 3. supplicatione 2. epist. 15. amentia 2. epist. 13. & 7. epist. 15. ratione belli 7. epist. 19. & 8. epist. 16. valetudine 9. epist. 15. & 16. epist. 12. auxiliis bellicis 11. epist. 24. literis missis 14. epist. 8. statu reipubl. 7. ep. 28. Vide quoque ad Atticum l. 8. Pompeio inscriptas & Ciceroni.

Apud Plinium epiſtolæ nunciatoriæ ſunt: de morte voluntaria 1. Epiſt. 12. 3. epiſt. 16. 6. epiſt. 24. de morte Virginii ex lapſu; 2. epiſt. 1. ejuſdemque monimento 6. epiſt. 10. Silii Italici 3. epiſt. 7. duarum ſororum in puerperio 4. epiſt. 21. Domini à ſervis necati 3. ep. 14. de morte immatura 5. ep. 5, 9. puellæ ſponſæ 5. ep. 16. Plinii Majoris 6. ep. 16, 20. Numi diæ 7. Ep. 24. uxoris Macrini 8. ep. 5. Iunii 8. ep. 23.

De occupationibus & ſtudiis ſuis 2. epiſt. 8, 9. 8. epiſt. 21. 9. epiſt. 16, 36, 40. De Mario accuſato & defenſo 2. Ep. 11, 12. De invaletudine oculorum 7. epiſt. 21. De importunitate & perfidia Reguli in teſtamentis 2. epiſt. 20. De cauſa Bætica 3. epiſt. 19. De Marcellino abſoluto 4. epiſt. 12. De nundinis novis 5. Ep. 4. De contentione Varini in ſenatu 6. Ep. 13, 22. 7. epiſt. 6, 10. De nugis Priſci 6. epiſt. 15. Auctione agrorum 6. epiſt. 19. actis judicialibus apud Cæſarem 6. epiſt. 31. Exhæredatione iniqua 6. epiſt. 33. morbo Fauniæ 7. epiſt. 19. itinere ſuo & morbo comitis 8. epiſt. 1. de prædiis venditis 8. epiſt. 2. de Pallante à ſenatu honorato 8. epiſt. 6. de tempeſtatibus 8. epiſt. 17. Lacu 8. epiſt. 20. ultione Helvidii 9. epiſt. 13. delphino capto 9. Epiſt. 3.

Libr. 10. ad Trajanum Imperatorem de itinere ſuo in Bithyniam epiſt. 15, 17. cum reſponſis imperat. epiſt. 16, 18. de adventu Servilii epiſt. 25. votis pro Imperatore epiſt. 35. cum reſponſo 36. de die Imperii celebrato epiſt. 52. cum reſponſ. Imperat. 53. Reſp. 5. epiſt. 8. 9. Ep. 7.

Narrationum plenæ etiam ſunt actiones in Verrem: Tertia Catilinaria populo narrat acta adverſus Catilinam. Phil. 2. agit de vita & moribus Antonii.

Narrationes fabuloſas habet Metamorphoſis Ovidii, & Camerarii fabulæ Æſopicæ.

Martial. 1. *Epig.* 22. *de Porſena & Scævola.*

Dum peteret regem decepta ſatellite dextra,
Injecit ſacris ſe peritura focis.
Sed tam ſæva pius miracula non tulit hoſtis,
Et raptum flammis juſſit abire virum.
Vrere quam potuit contempto Mucius igne,
Hanc ſpectare manum Porſena non potuit.
Major deceptæ fama eſt & gloria dextræ:
Si non erraſſet, fecerat illa minus.

2. *Epigr.* 75. *de Leone.*

Verbera ſecuri ſolitus leo ferre magiſtri,
Inſertamque pati blandus in ora manum.

Dedi-

Dedidicit pacem, ſubito feritate reverſa,
Quanta nec in Libycis debuit eſſe jugis.
Nam duo de tenera puerilia corpora turba
Sanguineam raſtris qua renovabat humum
Sævus & infelix furiali dente peremit:
Martia non vidit majus arena nefas.
Exclamare licet, Crudelis, perfide, prædo,
A noſtra pueris parcere diſce lupa.

Lib. 4. Epigr. 18. de puero ſtillicidio jugulato.

Quæ vicina pluit Vipſanis porta columnis,
Et madet aſſiduo lubricus imbre lapis,
In jugulum pueri, qui roſcida templa ſubibat,
Decidit hyberno prægravis unda gelu.
Cumque peregiſſet miſeri crudelia fata,
Tabuit in calido vulnere mucro tener.
Quid non ſæva ſibi voluit fortuna licere?
Aut, ubi mors non eſt, ſi jugulatis, aquæ?

Narrationes multas inſerunt Faſtis ſuis Ovid. & N. Chytræus.

Horat. 1. epiſt. de Equo.

Cervus equum pugna melior communibus herbis
Pellebat, donec minor in certamine longo
Imploravit opes hominis, frænumque recepit.
Sed poſtquam victor violens diſceſſit ab hoſte,
Non equidem dorſo, non frænum depulit ore.
Sic, qui pauperiem veritus, potiore metallis
Libertate caret, dominum velut improbus, atque
Serviet æternum, qui parvo neſciet uti.

Servius narrat Ciceroni eadem M. Marcelli 4. Epiſt. 12. 1. Etſi ſcio non jucundiſſimum me nuncium vobis allaturum: tamen quoniam caſus & natura in bonis dominatur, viſum eſt faciundum, quoquo modo ſe res haberet, vos certiores facere. 2. Ad x. Cal. Iun. cum ab Epidauro Piræeum navi advectus eſſem, ibi Marcellum collegam noſtrum conveni: eumque diem ibi conſumſi, ut cum eo eſſem. Poſtero die, cum ab eo digreſſus eſſem, eo conſilio ut ab Athenis in Bæotiam irem, reliquamque jurisdictionem abſolverem: ille (uti agebat) ſupra Maleas in Italiam verſus navigaturus erat. Poſtridie ejus diei, cum ab Athenis proficiſci in animo haberem, circiter horam decimam noctis Poſthumius familiaris ejus ad me venit, & mihi nunciavit, M. Marcellum collegam noſtrum poſt cœnæ tempus à P. Magio Chilone, familiari ejus, pugione percuſſum eſſe, & duo vulnera accepiſſe,

unum in ſtomacho, alterum in capite ſecundum aurem: ſperare tamen, eum vivere poſſe. Magium ſe ipſum interfeciſſe: poſtea ſe à Marcello ad me miſſum eſſe, qui hæc nunciaret, & rogaret, uti cogerem medicos. Coëgi, & è veſtigio eo ſum profectus prima luce. Cum non longe à Piræeo abeſſem, puer Acidmi obviam mihi venit cum codicillis: in quibus erat ſcriptum; paulo ante lucem Marcellum diem ſuum obiiſſe. Ita vir clariſſimus ab homine teterrimo acerbiſſima morte eſt affectus. Et cui inimici propter dignitatem pepercerant: inventus eſt amicus, qui ei mortem afferret. Ego tamen ad tabernaculum ejus perrexi, inveni duos libertos, & pauculos ſervos: reliquos aiebant profugiſſe metu perterritos, quod Dominus eorum ante Tabernaculum interfectus eſſet: coactus ſum in eadem lectica, qua ipſe delatus eram, meiſque lecticariis, in urbem eum referre, ibique pro ea copia, quæ Athenis erat, funus ei ſatis amplum faciendum curavi. Ab Athenienſibus, locum ſepulturæ intra urbem ut darent, impetrare non potui: quod religione ſe impediri dicerent: neque lumen id antea cuiquam conceſſerant. Quod proximum fuit, ut in quo vellem gymnaſio eum ſepeliremus, nobis promiſerunt: nos in nobiliſſimo orbis terrarum gymnaſio Academia locum delegimus, ibique eum combuſſimus: poſteaque curavimus, ut iidem Athenienſes in eodem loco monumentum eidem marmoreum faciendum locarent. Ita, quæ noſtra officia fuerunt, pro collegio & propinquitate, & vivo & mortuo omnia ei præſtitimus. Vale. Datæ pridie Calend. Junii Athenis.

Cic. 1. divin. de ſomnio Arcadis cujuſdam. Cum duo quidam Arcades familiares iter una facerent & Megaram veniſſent, alterum ad cauponam divertiſſe; ad hoſpitem alterum: qui ut cænati quieſcerent, concubia nocte viſum eſſe in ſomniis ei, qui erat in hoſpitio, illum alterum orare, ut ſubveniret, quod ſibi à caupone interitus pararetur: eum primo perterritum ſomnio ſurrexiſſe: deinde cum ſe collegiſſet, idque viſum pro nihilo habendum eſſe duxiſſet, recubuiſſe: tum ei dormienti eundem illum viſum eſſe rogare, ut, quoniam ſibi vivo non ſubveniſſet, mortem ſuam ne inultam eſſe pateretur: ſe interfectum in plauſtrum à caupone eſſe conjectum, & ſupra, ſtercus injectum: petere, ut mane ad portam adeſſet, priuſquam plauſtrum ex oppido exiret. Hoc vero ſomnio eum commotum: mane bubulco præſto ad portam fuiſſe: quæſiſſe ex eo, quid eſſet in plauſtro: illum perterritum fugiſſe: mortuum erutum fuiſſe; cauponem re patefacta pœnas dediſſe. Quid hoc ſomnio dici divinius poteſt?

Tuſcul. de Dionyſii Syracuſani aſſentatore Damocle. Cum quidam

ex

ex ejus (Dionyſii) aſſentatoribus Damocles commemoravit in ſermone copias ejus, opes, majeſtatem, dominatus, rerum abundantiam, magnificentiam ædium regiarum, negavitque, unquam beatiorem quenquam fuiſſe: vis ne igitur, inquit, Damocle, quoniam hac te vita delectat, ipſe eandem deguſtare, aut fortunam experiri meam? Cum ſe ille cupere dixiſſet, collocari juſſit hominem in aureo lecto, ſtratoque pulcherrimo textili ſtragulo, magnificis operibus picto: abacoſque complures ornavit argento auroque cælato. Tum ad menſam eximia forma pueros delectos juſſit conſiſtere, eoſque ad nutum illius intuentes diligenter miniſtrare. Aderant unguenta, coronæ; accendebantur odores, menſæque exquiſitiſſimis epulis exſtruebantur. Fortunatus ſibi Damocles videbatur. In hoc medio apparatu fulgentem gladium è lacunari ſeta equina appenſum, demitti juſſit, ut impenderet illius beati cervicibus. Itaque nec pulchros illos adminiſtratores aſpiciebat, nec plenum artis argentum, nec manum porrigebat ad menſam: jam ipſæ defluebant coronæ: denique exoravit tyrannum, ut abire liceret, quod jam beatus nollet eſſe. Satis ne videtur declaraſſe Dionyſius, nihil eſſe ei beatum, cui ſemper aliquis terror impendet?

Plinius de Cn. Martio Coriolano in vitis illuſtrium virorum. Cn. Martius captis Coriolis urbe Volſcorum Coriolanus electus ob egregia militiæ facinora, à Poſthumio optionem munerum accipiens, equum tantum & hoſpitem ſumſit, virtutis & pietatis exemplum. Hic conſul grave annona advectum è Sicilia frumentum magno precio dandum populo curavit; ut hac injuria populos, agros, non ſeditiones, coleret. Ergo à Tribuno plebis Decio die dicta ad Volſcos conceſſit, eoſque duce Actio Tullio adverſus Romanos concitavit, & ad quartum ab urbe lapidem caſtra poſuit: quumque nullis civium legationibus flecteretur, à Veturia matre, & Volumnia uxore, matronarum numero comitata, motus, omiſſo bello, ut proditor occiſus eſt. Ibi templum Fortunæ muliebri conſtitutum eſt.

Plinius de morte uxoris Macrini ad Geminum 8. *Epiſt.* 5. Grave vulnus Macrinus noſter accepit: amiſit uxorem ſingularis exempli, etiamſi olim fuiſſet. Vixit cum hac triginta novem annis ſine jurgio, ſine offenſis. Quam illa reverentiam marito ſuo præſtitit? quam ipſa ſummam mereretur? quot quantaſque virtutes ex diverſis ætatibus ſumtas collegit & miſcuit? Habet quidem Macrinus grande ſolatium, quod tantum bonum tam diu tenuit. Sed hoc magis exacerbatur, quod amiſit. Nam fruendis voluptatibus creſcit carendi dolor. Ero ergo ſuſpenſus pro homine amiciſſimo, dum admittere avocamenta, &

cicatricem pati possit, quam nihil æque ac necessitas ipsa, & dies longa, & satietas doloris inducit.

Idem Falconi de occupationibus suis 9. Epist. 15. Refugeram in Thuscos, ut omnia ad arbitrium meum facerem: at hoc ne in Thuscis quidem; tam multis undique rusticorum libellis, & tam querulis inquietor, quos aliquando magis invitos, quam meos lego. Nam & meos invitus: pertracto enim ratiunculas quasdam, quod post intercapedinem temporis & frigidum & acerbum est, ratiocinationes quasi absente negligantur. Interdum tamen equum conscendo, & patrem familiæ hactenus ago, quod nunquam partem prædiorum, sed progestatione percurro. Tu consuetudinem serva, verbisque sic rusticis urbana acta rescribe.

III. CLASSIS.

In exemplis Disputationum de aliquo themate libero.

Martialis, de causis beatæ vitæ. 10. Epigram. 47. ad se ipsum.

Vitam quæ faciunt beatiorem
Iucundissime Martialis hæc sunt:
Res non parta labore, sed relicta,
Non ingratus ager, focus perennis,
Lis nunquam, toga rara, mens quieta,
Vires ingenuæ, salubre corpus,
Prudens simplicitas, pares amici,
Convictus facilis, sine arte mensa,
Nox non ebria, sed soluta curis,
Non tristis torus, attamen pudicus,
Somnus qui faciat breves tenebras,
Quod sis esse velis, nihilque malis,
Summum nec metuas diem, nec optes.

Horat. 3. od. 1. docet vitæ beatitudinem non consistere in honoribus, aut opibus, ut vulgus putat; sed in tranquillitate animi & ἀπαραξίᾳ.

Odi profanum vulgus, & arceo;
Favete linguis, carmina non prius
Audita Musarum sacerdos
Virginibus puerisque canto.
Regum timendorum in proprios greges,
Reges in ipsos imperium est Iovis,

Clari

Clari Giganteo triumpho
Cuncta supercilio moventis.
Est, ut viro vir latius ordinet
Arbusta sulcis: hic generosior
Descendat in campum petitor:
Moribus hic, meliorque fama
Contendat: illi turba clientium
Sit major: æqua lege necessitas
Sortitur insignes, & imos:
Omne capax movet urna nomen.
Districtus ensis cui super impia
Cervice pendet, non Siculæ dapes
Dulcem elaborarunt saporem,
Non avium, cytharæque cantus
Somnum reducent. Somnus agrestium
Lenis virorum non humiles domos
Fastidit, umbrosamque ripam
Non Zephyris agitata Tempe.
Desiderantem quod satis est, neque
Tumultuosum sollicitat mare,
Nec sævus arcturi cadentis
Impetus, aut orientis hædi,
Non verberatæ grandine vineæ,
Fundusque mendax, arbore nunc aquas
Culpante, nunc torrentia agros
Sidera, nunc hyemes iniquas.
Contracta pisces æquora sentiunt
Iactis in altum molibus, huc frequens
Cæmenta demittit redemptor
Cum famulis, dominusque terræ
Fastidiosus: sed timor, & minæ
Scandunt eodem, quo dominus, neque
Decedit ærata triremi, &
Post equitem sedet atra cura.
Quod si dolentem nec Phrygius lapis,
Nec purpurarum sidere clarior
Delinit usus, nec Falernæ
Vitis, Achæmeniumque costum;
Cur invidendis postibus, & novo
Sublime ritu moliar atrium?

Cur valle permutem Sabina
Divitias operoſiores?

Pontanus de varietate morum ex aſtris.

Quin variant etiam mores & pectora, ſenſus
Diverſos agitant ſtudia, & non una ſequuntur.
Hinc animi ſecreta alto ſub pectore condit
Conſilio gravis, & caſus tenet uſque futuros,
Et parcit parto, & proviſa negotia differt
Cunctator, quoniam Saturni hoc imperat aſtrum.
Ille fidem, teſteſque Deos, conceptaque verba
Poſthabet, & rabidos irarum concipit æſtus
Immitis, promtuſque manu, violentus & exlex,
Hos mores quoniam Martis ferus indidit ardor.
Aſt alium inſignemque animi & præſtantibus auſis
Nobilitat Sol, & generoſo corde ſuperbum
Invitat ſtudio imperii, atque extollit in altum,
Placantemque aras divum, & pia vota ferentem.
Sunt quos & ſplendor juvet, atque exculta ſupellex,
Ornatuſque domi fulgens, laquearia que aurea,
Et Tyriæ veſtes, villoſo & purpura limbo.
Hos populis longe acceptos Latonia luna
Commendat, favor hinc, & amica gratia plebis,
Ingeniumque habile, & rebus vis apta gerendis.
Eſt illis mite ingenium, & ſibi pectora recti
Conſcia, ſunt animi præclara ad munera nati,
Iuſtitiamque colunt, & ineſt reverentia veri,
Et ſincerus amor, penſi quoque ſedula cura;
Nil præceps; etenim Iovis hos ſic temperat aſtrum.
Temperat aſt alium Veneris nitor, hinc nitet illi
Cultus, & aurato fulgens nova purpura textu,
Luxuriat domus, ac lucos fiant tecta Sabæos,
Et paſſim nitida Charites dominantur in aula.
Scitatur rerum cauſas, & ſuſcitat artes
Ignotas ſolers, facundaque pectora verſat
Mercurius, veterum repetens monumenta virorum,
Dum linguæ precium, dum famæ affectat honorem,
Ignotum & patitur nihil, & contemnit inertes.
Hos mores naſcentum animis errantia ſeptem
Sidera dant, ſed longe alios immiſta viciſſim:
Ingentes hinc virtutes, ingentia verſa

Du-

Ducuntur vitia, & nuſquam mortalibus unum eſt;
Ipſe idem ſibi diſſimilis, juveniſque ſenexque.

Themata Didaſcalica fere habent omnes pſalmi prophetici de Chriſto & Eccleſia: ut 16, 110, 117. & multi morales, ut 1, 15, 24. Didacticæ quoque ſunt pleræque Epiſtolæ Apoſtolicæ, miſi quod ilicubi etiam conſolationes inſerunt, & in poſterioribus capitibus ataneſes addunt de ſanctis moribus. Imprimis illuſtris eſt illa ad Romanos de juſtitia Chriſtiana: & ad Titum, imaginem boni paſtoris roponens. Vide analyſes noſtras in epiſtolas apoſtolicas omnes. Nec poëtæ hic nihil præſtiterunt; Lucretius & Pontanus totam phycam pertractarunt: Ovidius in Faſtis, & Buchananus in ſphæra, ulta aſtronomica & geographica attingunt: Heſiodus in diebus & peribus & in Georgicis Virgilius, œconomicum, ruſticum præſerim, informant. Horatius in arte poëtam: Pythagoras, Phocylides, alingenius & alii, bonos mores docent.

Æn. 1. *Venus erudit Æneam.* De loco ad quem venerat. Penates n ſomno de itinere ingrediundo. 3. Æn. ibidemque. Helenus & Sylla l. 6. præmonent de inſtantibus periculis. Vbi & Anchiſes de inrementis poſteritatis vaticinatur.

Tales materias tractant veteres philoſophi, Plato, Ariſtoteles, & ii: quibus adde noſtrorum Theologorum, jurisconſultorum, meicorum, philoſophorum diſſertationes. Cicero in epiſtolis ad faiiliares diſputat de Epicureorum dogmate 7. epiſt. 12. de teſtamen- & cauſa hæreditatis, epiſt. 22. de actione hæredis contra furtum nte hæreditatem commiſſum, epiſt. 23. de invaletudine ſua ep. 26, loquendi licentia 9. Epiſt. 22.

Idem in libris oratoriis artem dicendi inſtituit: in libris de natura eorum diſputat de Deo & providentia: in libris de finibus, de ſumo hominis bono: in libris de legibus, de origine & varietate legum: officiis, quid honeſtum, quidque utile ſit: quorum peculiarem alyſin infra ſubjungemus. Materias Ethicas etiam habent paradoxa Schola Stoïca petita. Vide infra.

Plinius diſſerit de ſomnio Suetonii 1. Epiſt. 18. de forma orationis epiſt. 20. argumentis & ordine librorum parentis 3. ep. 12. legato vili 4. Epiſt. 10. ſtipendio 4. epiſt. 12. reciprocatione fontis 4. ep. 9. legato publico 5. epiſt. 7. ſententia in cauſa nepotis 5. epiſt. 14. ſtibus 6. epiſt. 15. caſu amici in itinere 6. epiſt. 25. ſpectris 7. epiſt. 27. nte Clitumno 8. epiſt. 8. jure ſenatorio 8. epiſt. 14. felicitate homis 9. epiſt. 3. oratore bono 9. epiſt. 26. hiſtorico 9. epiſt. 27.

Referri huc etiam poſſunt Antonii Mureti orationes de ſui cogni-

tione: de doctoris officio: de auctoritate & officio judicum: de via & ratione perveniendi ad eloquentiam: de mysterio & festo circumcisionis Domini. Isagogica ad librum Senecæ de providentia: de via ac ratione fundandarum disciplinarum.

Cic. Trebat. 7. epist. 23. Illuseras heri inter Scyphos, quod dixeram controversum esse, possetne hæres quod furtum ante factum esset, recte furti agere. Itaque etsi domum bene potus, seroque redieram, tamen id caput, ubi hæc controversia est, notavi, ac descriptum tibi misi: ut scires, id quod tu neminem sensisse dicebas, Sex. Aelium, M. Manilium, M. Brutum sensisse. Ego tamen Scævolæ ac Testæ assentior.

Plinius de somnio Suetonii Tranquill. l. 1. Epist. 18. Scribis, te perterritum somno vereri, ne quid adversi in actione patiaris. Rogas ut dilationem petam ad paucos dies: certe proximum excusem, difficile est, sed experiar. Καὶ γὰρ τ' ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν. Refert tamen eventura soleas an contraria somniare. Mihi reputanti somnium meum, istud quod times tu, egregiam actionem portendere videtur. Susceperam causam Iunii pastoris, quum mihi quiescenti visa est socrus mea advoluta genibus, ne agerem, obsecrare: & eram acturus adolescentulus adhuc. Eram in quadruplici judicio, eram contra potentissimos civitatis, atque etiam Cæsaris amicos: quæ singula excutere mentem mihi post tam triste somnium poterant. Egi tamen λογισάμενος illud, Εἰς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης. Nam mihi & si quid carius patria fide videbatur, prospere cessit, atque ideo illa actio mihi aures hominum, illa januam famæ patefecit. Proinde dispice, an tu quoque sub hoc exemplo somnium istud in bonum vertas: aut si tutius putas illud cautissimi cujusque præceptum, Quod dubites, ne feceris; id ipsum rescribe. Ego aliquam stropham inveniam, agamque causam tuam, ut ipsam agere, cum tu voles, possis. Est enim sane alia ratio tua, alia mea fuit. Nam judicium centumvirale differri nullo modo, istud ægre quidem, sed tamen potest.

Cicero 2. de Natura multis argumentis probat; Deum esse: præcipue vero ab effectis. unde hæc paucula:

Cleanthes noster quatuor de causis dixit, in animis hominum informatas esse Deorum notiones. 1. Primam posuit eam, de qua modo dixi, quæ orta esset ex persuasione rerum futurarum. 2. Alteram, quam ceperimus ex magnitudine commodorum, quæ percipiuntur cœli temperatione, fœcunditate terrarum, aliarumque commoditatum complurium copia. 3. Tertiam, quæ terrent animos fulminibus, tempestatibus, nimbis, nivibus, grandinibus, vastitate, pestilentia, ter-

terræ motibus, & sæpe fremitibus, lapideisque imbribus, & guttis imbrium quasi cruentis: tum lapidibus aut repentinis terrarum hiatibus: tum præter naturam hominum pecudumque portentis: tum facibus visis cælestibus: tum stellis iis, quas Græci cometas, nostri crinitas, vocant &c. 4. Quartam causam esse, eamque vel maximam, æquabilitatem motus, conversionem cœli, solis, lunæ siderumque omnium distinctionem, varietatem, pulchritudinem, ordinem: quarum rerum aspectus ipse satis indicavit, non esse fortuita. Vt si quis in domum aliquam, aut in gymnasium, aut in forum venerit; cum videat omnium rerum rationem, modum, disciplinam, non possit ea sine causa fieri judicare, sed esse aliquem intelligat, qui præsit, & cui pareatur: multo magis in tantis motibus, tantisque vicissitudinibus tam multarum rerum, atque tantarum ordinibus, in quibus nihil unquam immensa & infinita vetustas mentita sit, statuat necesse est, ab aliqua mente tantos naturæ motus gubernari. Vide plura in ipso auctore, imprimisque nobilem dissertationem de hominis fabricatione.

METHODVS ORATIONIS

M. Antonii Mureti de circumcisione.

I. Exordium sumit à tempore. II. Propositio est trimembris: de institutione circumcisionis: cur Christus circumcisus: & quem circumcisio Domini fructum nobis attulerit. III. De primo tria docet, quibus & à quo circumcisio instituta: quo instrumento facta: & qua parte corporis. Vbi excursus de spirituali circumcisione animi, corporis, amicorum, fortunarum. Quod ad alterum, tres causas affert, quare Dominus circumcisus: ut legem impleret: ut se hominem verum ostenderet: ut nobis relinqueret exemplum obedientiæ. Postremo fructum circumcisionis Domini præcipuum esse docet nostri à jugo legis liberationem: ubi prolepsis exempli Petri & Pauli. Deest huic parti transitio: unde non satis ab antecedenti distincta videri possit. IV. Epilogus habet preces ad Christum, ut is nos circumcidat: & votum pro incolumitate pontificis.

Similis oratio scribi potest de baptismo: quis eum instituerit: cur Christus baptizari voluerit: & quid ejus baptismus nobis conducat.

Plura exempla vide in declamationibus Melanchthonis.

Methodus Paradoxorum Ciceronis, quorum imitandorum rationem vide sis in materiis Orationum didacticarum volum. altero.

PRÆ-

PRÆFATIO.

Præfatio eſt dedicatoria, tribus partibus conſtans.

Animadverti) Prima eſt ætiologica, cauſam ſcribendi exponens, ſumtam ab exemplo Catonis: quod 1. proponit; 2. accommodat ſibi; 3. rationem exponit accommodationis, ubi collatio ſectæ Stoicæ & Academicæ.

Quod cum) 2. pars eſt συστατικὴ, ubi de materia & titulo libri.

Accipies) 3. pars eſt nuncupatoria, qua Bruto has diſputationes offert, addita ad finem modeſta extenuatione.

Vſus hujus præfationis eſſe poteſt in dedicatione ſcriptorum: maxime ſi auctoritatem & exemplum ſequuti ſimus.

PARADOXUM I.

Contendit, non opes aut voluptatem, ſed ſolam virtutem pro bono habendam, propterea quod eam adepta mens hominis acquieſcat, nec amplius quicquam deſideret.

Partes ſunt tres: 1. Exordium: 2. contentio triplex, nempe contra opes, pro virtute, & rurſum contra voluptatem: 3. concluſio.

Vereor) 1. Exordium brevem habet prolepſin Stoiciſmi.

Nunquam) 11. Contentio contra divitias habet ſuam propoſitionem, & confirmationem. Propoſitio augetur congerie rerum ad opulentiam ſpectantium: ubi oblique taxantur, Craſſus, Lucullus, Cæſar, Pompeius, & ſimiles. Quippe cum) Confirmatio tria habet argumenta: 1. Quod opes mentem hominis non expleant: 2. quod ſæpe etiam obſint, imo & contingant improbis; ubi præmittitur prolepſis de harum rerum nomine: 3. quod ludibria ſint fortunæ; ubi apophthegma Biantis.

Quid igitur) Contentio pro virtute duo habet argumenta: 1. à conjugatis; quod id tantum, quod cum virtute fit, bene fiat: 2. ab exemplis, quod optimus quiſque virtutis cauſa officium faciat: ubi 1. acceſſus ad exempla notetur per locum attentionis: 2. diſtributio exemplorum in duas claſſes, quarum una eſt regum, altera conſulum & imperatorum. 3. exempla ipſa perpetuo dialogiſmo repræſentata. 4. præciſio plurium exemplorum. 5. concluſio per formam conceſſionis ironicæ.

Atque hæc quidem) Contentio adverſus voluptatem proponitur forma prolepſios, & confirmatur tribus argumentis: 1. Quod res ſit beluina: 2. pudenda: 3. noxia.

Profectio) 111. Concluſio remotis cæteris pronuntiat à virtute.

Vſus

Vſus paradoxi eſt, cum honeſtatis & virtutis ſtudium commendandum, reprimenda avaritia, & ſedandæ libidines. Nominatim vero obſervanda eſt methodus exempla tractandi.

PARADOXUM II.

Probare nititur, unam virtutem ſufficere ad beatitudinem: nimirum quia in ſe habeat omnia, & proinde animum adverſus omnis generis ærumnas invictum præſtet. Itaque hoc paradoxum, eſt argumentum quinque librorum Tuſculanarum quæſtionum.

Partes ſunt: exordium, contentio, & concluſio.

Ne vero) I. Exordium ſumit ab exemplis Reguli & Marii, quorum conſtans animus tanquam idea rei propoſitæ eſſe poſſit.

Neſcis) II. Contentio hoc ſyllogiſmo conficitur: Qui in ſeſe habet omnia, nec ulla adverſitate vinci poteſt, is eſt beatus. At virtute præditus ita ſe habet. Ergo is eſt beatus. Major 1. Figuratur apoſtrophe increpatoria ad eos, qui diverſum ſentiunt: 2. Illuſtratur antitheſi hominis à rebus externis pendentis. Minor tractatur in hypotheſi ſeu perſona ipſius Ciceronis & adverſarii, ſive is Clodius, ſive Antonius putetur. Quod præ ſe fert animum virtute munitum, inde factum, ut injurias ſibi intentas parum metuerit. Nominatim vero agit de morte & exilio, quorum illam memoria nominis immortalis, hoc communitate totius orbis ſolatus fuerit. Quod ad adverſarium, taxat ejus intemperiem, & ob flagitia cruciatus intolerabiles. Concluſio ſyllogiſmi augetur paribus contrariis.

Nec vero) III. Concluſio, per ſoriten, paradoxi vim & ſummam colligit.

Vſus paradoxi eſt, cum improborum minis opponenda bona conſcientia: nominatimque quando exilii & mortis terrores conſolandi ſunt.

PARADOXUM III.

Diſputat, peccata æqualia eſſe, tum aliis argumentis, tum hoc præcipue, quod vitia, unde peccata oriuntur, paria ſint. Vide contra *Horat. 1. Satyr. 3.*

Partes ſunt quatuor. Propoſitio, confirmatio, confutatio, concluſio.

Nec enim) I. Propoſitio declarata deſtructione ipſius formalitatis (ut loquuntur) ab eventu & effectu peccatorum.

Si quidem) II. Confirmatio habet tria argumenta. 1. quod peccare ſit tanquam transire lineam; id quod eodem ſit modo: 2. quod omnia

nia peccata illicita. 3. Quod virtutes & recte facta paria, proindeque vitia etiam & peccata paria sint.

A Philosophis) III. Confutatio diluit duo objecta. Primum est de auctoribus paradoxi. quos defendit à persona & doctrina: quod homines sint docti, & thesis eorum vitæ & moribus utilis. Alterum est de absurdo, quod sequatur, si parva delicta æquiparentur grandibus: ad quod respondet, discrimen istud non tam in natura peccatorum esse, quam in eorum circumstantiis, utpote impulsionibus & objectis: unde consectarium paræneticum ducit de minimis etiam peccatis fugiendis, ad exemplum histrionum & poëtarum.

Cum quicquid) IV. Conclusio repetit thesin cum argumento à peccatorum efficientia.

Vsus paradoxi est in exaggerandis delictis, contra peccandi licentiam. Elegans quoque locus est de parricidio.

PARADOXUM IV.

Quarti paradoxi lemma disputatur in hypothesi Clodii: Eum hominem insanum, quod Ciceronem ut exulem insectetur, cum ipse potius sit exul. *Vid. Horat. 2. Satyr. 3.*

Partes sunt, propositio, contentio, & conclusio.

Ego vero) I. Propositio fit per increpationem Clodii triumphantis de Cicerone, quem in exilium compulerit.

Sapientis) II. Contentio antithesi constat Ciceronis & Clodii: non Ciceronem, sed Clodium pro exule habendum. Pro Cicerone argumenta sunt 4. 1. Quod sapiens nulla injuria vinci possit: 2. Quod Clodio tribuno Roma non civitas, sed merum latrocinium fuerit: 3. Quod Cicero bona sua (animi videlicet) retinuerit: 4. Quod senatus Ciceronem ut virum optimum commendarit.

Tune nunc) Contra Clodium argumenta tria sunt: 1. quod hostis patriæ sit: 2. Propter quem civitas aliquando non fuerit: 3. Denique ea scelera commiserit, quæ leges exilio plectant.

Quomodo) III. Conclusio est in prolepsi defensionis Clodianæ à loco.

Vsus paradoxi est in defensione famæ adversus vim illatam.

PARADOXUM V.

Ad insectandum M. Antonium triumvirum contendit, sapientes esse liberos, stultos contra servos: quod illi liberum, hi servilem habeant animum. *Vide Horat. 1. Satyr. 6. & 2. Satyr. 7.*

Partes sunt: Exordium, Propositio, Contentio, Conclusio.

Lau-

Laudetur) 1. Exordium sumit ab hypothesi Antonii, cui propter intemperantiam & cupiditatem detrahit titulum imperatoris, imo hominis liberi.

Præclare enim) 11. Propositio approbata testimonio doctorum.

Quid est igitur) 111. Contentio primum est pro sapientibus, deinde contra stultos. Pro sapientibus disputat ex libertatis definitione.

Qui vivit, ut vult, is est liber. Sapiens vivit ut vult. E. sapiens est liber.

Igitur omnes improbi) De stultis & improbis itidem definitione servitutis agitur.

Qui habet animum timidum & arbitrio carentem, is servus. Omnes stulti habent talem animum. E. servi sunt. Major declaratur distinctione servorum, quos sic vulgus, & quos docti nominatn.

An ille mihi) Minor declaratur quadruplici genere servorum. ut sunt 1. Mulierosi & voluptuosi: 2. Avari & divites; ubi prolepsis nobilitatis & rerum gestarum, & exempla contraria L. Mummii, & M. Catonis: 3. Ambitiosi & magnates: 4. Facinorosi, & mordentem conscientiam habentes. His tanquam ideam rei notatæ addit exemplum M. Crassi, cujus animum timidum & servilem arguit ex oratione, quam habuit pro lege Servilia, senatus causam contra judicum & accusatorum factionem agens.

Sed hæc) 1v. Conclusio redit ad personam Antonii, eum ex causis jam disputatis imperatorem esse negans.

Vsus paradoxi est in alicujus, quem non ratio, sed libido sua regit, perstringenda stultitia.

PARADOXUM VI.

Ad M. Crassum exagitandum contendit, solos sapientes divites, & contra stultos omnes pauperes esse: scilicet quod illi rebus suis contenti sint, hi minus. Vide *Horat. 1. Satyr. 1. & 2. Satyr. 6.*

Partes sunt propositio, contentio & conclusio.

Quæ est) 1. Propositio figuratur vehementi apostrophe ad Crassum, & similes stultos divites, cupiditate opum quærendarum fascinatos.

Quem enim) 11. Contentio bimembris est. Primum contra divites agit tribus argumentis. 1. Ex definitione divitis. Dives est, cui tanta possessio est, ut nihil appetat amplius. Crasso & similibus stultis non est tantum. E. nec divites sunt. Major est cùm prolepsi divitiarum æstimandarum. Minor colligitur ex signis seu effectis hominis avari & plura cupientis.

Con-

Concluſio fit per communicationem.

Animus hominis) Repetit & plenius urget eundem Syllogiſmum Majorem explicat prolepſi de ſubjecto divitiarum , & comparatione cum patre plures filias nubiles habente , denique ipſius Craſſi confeſſione ac teſtimonio. Minor augetur collatione majorum.

Multi ex te) 2. Argumentum ab Apophthegmate Craſſi. Dives Craſſo auctore exercitum poteſt alere ſuis fructibus. Craſſus id non poteſt. Nec igitur dives.

Itaque iſta) 3. Argumentum à repugnantibus. Cui quæſito opus eſt , is non eſt dives. Craſſo quæſito opus eſt. Ergo non eſt dives.

Quam tu quoniam) Concluſio augetur prolepſi pecuniæ Ciceronianæ , & diſſimilitudine hominum continentium & pecunioſorum.

Quos igitur) Deinde pro ſapientibus concludit ex cauſa. Qui virtutem habet , is dives eſt. Sapientes habent virtutem. E. ſunt divites. Major confirmatur 4. Rationibus. 1. Quod virtus res ſit precioſiſſima: 2. Sumtus faciat neceſſarios; ubi collatio hominis profuſi & frugi: 3. Quod conſtans & certa: 4. Quod animum expleat & tranquillet.

Improbi) 111. Concluſio repetit thema de ſtultorum & improborum paupertate.

Vſus paradoxi eſt, quum contra divitum inſolentiam , bonorum virorum tenuitas propugnanda.

CAP. IV.

In exemplis Demonſtrativis.

EXEMPLA I. LAUDATIONUM.

Et primo quidem perſonarum.

PSal. 45. Sub typo Solomonis & Reginæ ſponſorum , prædicat Chriſtum & eccleſiam ſponſos: Epiſtola ad Epheſ. celebrat φιλανθρωπίαν Dei: Ad Coloſ. majeſtatem & merita Servatoris.

Theocritus in Idyll. Ptolomæum , Bionem & Adonidem ornat. Pindarus in Olymp. Hieronem & alios. Horatius 1. od. 10. Mercurium. & Auguſtum 1. od. 2. Bacchum 2. od. 19. 4. od. 4. Druſum. 5. Auguſtum iterum. 10. Apollinem. & Dianam 4. od. 6. Loll. 4. od. 9. Homerus in Iliad. Achillem: Virgil. in Æneid. Æneam: virum bonum in epigr. Ovid. 1. Triſt. 4. amicum conſtantem. uxorem 1. Tr. 5.

In epiſtolis Ciceronis laudatur libertus 3. epiſt. 1. filius 12. ep. 16.

In epiſtolis Plinii commendatur pietas Titiani erga mortuum L. Syl-

yllam: 1. ep. 17. Sparcanus ſenex honeſtus 3. ep. 1. & ob eandem cau-
m Baſſus, 4. ep. 23. Hiſpalæ fides conjugalis 4. ep. 19. Tantali con-
nentia 5. ep. 6. eruditio Terentii Iunioris, 7. ep. 25. ſtatus ægrotan-
um, 7. epiſt. 26. Iuſtitia prætoris, 8. ep. 5. Reſpondet vero ad lauda-
onem ſui 7. epiſt. 32. 8. ep. 3, 13. 9. ep. 20. liberalitatis indecoræ,
. epiſt. 30.

Panegyricus ejuſdem ampliſſimam laudationem habet imperatoris
rajani; in qua idea boni principis.

Multum etiam talis materiæ eſt in parallelis Plutarchi, in Suetonii
æſaribus, in vitis illuſtrium virorum Æmylii Probi. Laudatio in
rælio Cæſarum eſt in oratione funebri Periclis apud Thucyd. lib. 2.
rincipum, ut Cæſaris in oratione M. Antonii apud Dionem lib. 44.
uguſti, in orat. funebri: Tiberii, Dion. l. 56. munificentiæ in orat.
yri apud Xenophontem 8. pæd. Philippi, Livius lib. 40. fortitudi-
is in oratione Demarati, Herod. l. 7. conjugum in oratione Auguſti
d equites, Dion. lib. 6.

Ab Iſocrate laudantur, 1. Euagoras rex Salaminis Cypriæ, pater
Nicoclis: quem ſimul ad paterni exempli imitationem cohortatur:
. Helena, ubi admiſcentur reprehenſio Sophiſtarum, laudes Theſei,
excuſatio Paridis: 3. Buſiris tyrannus Ægyptius; ubi & taxatur
nertia Polycratis, qui virum optimum Socratem accuſaverat, & lau-
averat tyrannum: 4. Panathenaicus laudat Athenienſes, multum-
ue anteponit Lacedæmoniis. Apud Demoſthenem eſt oratio funebris
n laudem eorum, qui ad Chæroneam in bello contra Philippum oc-
ubuerant: quorum etiam parentibus ac liberis conſultum vult.

In Ciceronis orationibus nullæ occurrunt puram laudationem per-
onæ alicujus habentes: ſunt tamen, quibus hujuſmodi aliquid inſer-
um eſt.

Ità pro Archia idem laudatur ab eruditione & poëſi: pro L. Manilia
ommendatur Pompeius à qualitatibus imperatoriis, ut ſunt peritia
ei militaris, fortitudo, auctoritas, & felicitas. P. Sextii tribuna-
um defendens laudat eum à parentibus, vita, moribus, rebus geſtis.
ro Muræna, confert ſtudia hujus & Sulpitii: In Philippicis paſſim or-
antur Octavius & Brutus à fide & pietate erga patriam. Philip. 9.
ratio funebris eſt in laudem Sulpitii legati defuncti. Philip. 14. in fine
rædicat milites, qui in prælio ad Mantuam occubuerunt. In Caton.
udat Q. Fabium Max.

Eodem pertinent & Mureti orationes de Iohanne Euangeliſta: de
Henrico tertio Galliæ & Poloniæ Rege: in funere pii Pontificis: Ca-
oli Noni Gallorum regis: Pauli Foxii Archiepiſcopi Toloſani:

Hippolyti Cardinalis Eſtenſis: Iohannis Epiſcopi militiæ Melitenſis.

Funebres orationes quoque ſunt Æ. Taciti de Aureliano Imperatore apud Flav. Vopiſcum p. 17. Manl. Statiani de Imperatore Probo, apud eundem: Ioh. Sambuci de Imperatore Ferdinando in appendice rerum Vngaricarum. Ejuſdem de Maximiliano 11. ibid. Martini Cromeri de Sigiſmundo primo, rege Poloniæ, in hiſtoria Polonica. Iohan. Demetrii 11. Polonici Regis ibid. Chriſtophori Verſevitii de Stephano 1. Polonico Rege, ibid. Bembi de Guido Vbaldo in hiſt. Venet.

Martial. 1. Epigr. 40. de Deciano.

Si quis erit raros inter numerandus amicos,
Quales priſca fides, famaque novit avos:
Si quis Cecropiæ madidus Latiæque Minervæ
Artibus, & vera ſimplicitate bonus:
Si quis erit recti cuſtos, imitator honeſti,
Et nihil arcano qui roget ore Deos:
Si quis erit magnæ ſubnixus robore mentis,
Diſpeream ſi non hic Decianus erit.

In Nervam. 12. Epigr. 6.

Contigit Auſoniæ procerum mitiſſimus aulæ
Nerva: licet toto nunc Helicone frui.
Recta fides, hilaris clementia, cuncta poteſtas
Iam redeunt, longi terga dedere metus.
Hoc populi, genteſque tuæ, pia Roma, precantur,
Dux tibi ſit ſemper talis, & iſte diu.
Macte animi quem rarus habet, morumque tuorum,
Quos Numa, quos hilaris poſſit habere Cato.
Largiri, præſtare, breves extendere cenſus,
Et dare quæ faciles vix tribuere Dei.
Nunc licet, & fas eſt. Sed tu ſub principe duro,
Temporibuſque malis, auſus es eſſe bonus.

Lucanus l. 2. de Catone Vticenſi.

-- Hi Mores, hæc duri immota Catonis
Secta fuit: ſervare modum finemque tenere,
Naturamque ſequi, patriæque impendere vitam,
Nec ſibi, ſed toti genitum ſe credere mundo.
Huic epulæ viciſſe famem, magnique penates
Summoviſſe hiemem tecto, precioſaque veſtis
Hirtam membra ſuper Romano more Quiritis
Induxiſſe togam, Veneriſque huic maximus uſus

Pro-

Progenies: urbi pater eſt, urbique maritus,
Iuſtitiæ cultor, rigidi ſervator honeſti,
In commune bonus; nulloſque Catonis in actus
Surrepſit, partemque tulit ſibi nata voluptas.

Simile elogium M. Porcii Catonis vide apud Livium D. 4. l. 9. mihi p. 182.

Livius d. 3. l. 6. de P. Corn. Scipione. Fuit Scipio non veris tantum virtutibus mirabilis, ſed arte quoque quadam ab juventa in oſtentationem earum compoſitus, pleraque apud multitudinem, aut per nocturnas viſa ſpecies, aut velut divinitus mente monita agens: ſive & ipſe captus quadam ſuperſtitione animi; ſive ut imperia conſiliaque, velut ſorte oraculi miſſa, ſive cunctatione, aſſequeretur. Adhæc jam inde ab initio præparans animos, ex quo togam virilem ſumſit, nullo die prius ullam publicam privatamque rem egit, quam in Capitolium iret, ingreſſuſque ædem conſideret, & plerumque tempus ſolus in ſecreto ibi tereret. *De eodem l. 8.* Tanta autem inerat comitas Scipioni, atque ad omnia naturalis ingenii dexteritas, ut non Syphacem modo barbarum, inſuetumque moribus Romanis, ſed hoſtem etiam infeſtiſſimum, facunde alloquendo conciliaret: mirabilioremque ſibi eum virûm congreſſo coram viſum præ ſe ferebat, quam bello rebus geſtis: nec dubitare, quin Syphax, regnumque ejus, in Romanorum eſſet poteſtate: eam artem illi viro ad conciliandos animos eſſe.

Tum paulo poſt. Ceperat jam ante Numidiam ex fama rerum geſtarum admiratio viri, ſubſtitueratque animo ſpeciem quoque corporis amplam & magnificam. Cæterum major præſentes admiratio cepit, & præterquam quod ſuapte natura multa majeſtas inerat, adornabat promiſſa cæſaries, habituſque corporis non cultus munditiis, ſed virilis ac vere militaris: & ætas erat in medio virium robore, quod planius nobiliuſque ex morbo velut renovatus flos faciebat, &c.

Similem laudem tribuit Scipioni Æmyliano Cicero in Lælio.

Iuſtinus libro 6. de Epaminonda. Fuit autem incertum, vir melior, an dux eſſet. Nam & imperium non ſibi ſemper, ſed patriæ quæſivit; & pecuniæ adeo parcus fuit, ut ſumtus funeri defuerint; gloriæ quoque non cupidior quam pecuniæ: quippe recuſanti omnia imperia ingeſta ſunt: honoreſque ita geſſit, ut ornamentum non accipere, ſed dare dignitati videretur. Iam literarum ſtudium, jam Philoſophiæ doctrina tanta, ut mirabile videretur, unde tam inſignis militiæ ſcientia homini inter literas nato. Neque ab hoc vitæ propoſito mortis ratio diſſenſit. Nam ut relatus in caſtra ſemianimus, vocem ſpiritum-

tumque collegit, id unum à circumstantibus quæsivit, num cadenti sibi scutum ademisset hostis: quod ut servatum audivit, allatum velut laborum gloriæque socium osculatus est. Iterum quæsivit, utri vicissent: ut audivit, Thebanos, bene habere se rem dixit, atque ita velut gratulabundus patriæ exspiravit.

Idem l.23. de Hierone Syracusano. Hujus futuræ majestatis ipsa infantilis educatio quasi prænuncia fuit. Quippe genitus erat patre Hieroclyto nobili viro, cujus origo à Gelone antiquo Siciliæ tyranno manabat: sed maternum illi genus sordidum atq; admodum pudibundum fuit. Nam ex ancilla natus, ac propterea à patre, velut dehonestamentum generis, expositus fuerat. Sed parvulum & humanæ opis indigentem apes, congesto circa jacentem melle, multis diebus aluere. Ob quam rem responso auspicum admonitus pater, qui regnum infanti portendi canebant, parvulum recolligit, omnique studio ad spem majestatis, quæ promittebatur, instituit. Eidem in ludo, inter coæquales discenti, lupus tabulam in turba puerorum, repente conspectus, eripuit. Adolescenti quoque prima bella ineunti aquila in clypeo, noctua in hasta consedit. Quod ostentum, & in consilio cautum, & manu promtum, regemque futurum significabat. Denique adversus provocatores sæpe pugnavit, semperque victoriam reportavit. A Pyrrho rege multis militaribus donis donatus est.

Pulchritudo ei corporis insignis, vires quoque in homine admirabiles fuere. In alloquio blandus, in negociis justus, in imperio moderatus erat, prorsus ut nihil ei regium deesse videretur, præter regnum. Simile elogium C. Pavii vide apud Sall. in Jugurth.

Oeconomia orationis Mureti de Iohanne Euangelista.

1. Exordium sumit à causis, cur sanctorum memoria celebranda.

2. Propositio præter summam rei dicendæ, ἦθος præ se fert modestiæ.

3. Laudatio sequitur septuplex. ubi passim ἦθος boni discipuli & Apostoli. nempe

I. Ab obedientia à Domino vocati. ubi causæ, quæ remorari potuissent, & querela de vulgi duritie.

II. A docilitate.

III. Ab amore mutuo cum Christo.

IV. A constantia.

V. Ab honore à Domino conciliato: ut qui eum doctrinæ & miraculorum suorum testem habuerit: in cœna pectori suo admoverit: in cruce matri commendarit.

VI. Quod inter primos teſtes reſurrectionis fuerit.

VII. A miniſterio in Aſia peracto. ubi pericula ejus, vaticinia, certamina, mors.

4. Epilogus per apoſtrophen patrocinium viri ſancti requirit, more apud pontificios homines uſitato.

Ad eundem modum dici poteſt de Eliſæo, Daniele, Baptiſta, Paulo Apóſtolo, Pythagora, & aliis, laudatione ad uniuscujuſque ſtatum & munus accommodata. Sunt enim communes, ſunt & propriæ ſingulorum ordinum vitæ virtutes & officia. Vide declamationes Melanchthonis.

II.

Dicta aut ſcripta laudata.

Cicero 2. Officiorum. 1. Præclare Socrates hanc viam ad gloriam proximam, & quaſi compendiariam, dicebat eſſe, ſi quis id ageret, ut qualis haberi vellet, talis eſſet. 2. Quodſi qui ſimulatione, & inani oſtentatione, ficto non modo ſermone, ſed etiam vultu, ſtabilem ſe gloriam conſequi poſſe putent, vehementer errant. Vera gloria radices agit, atque etiam propagatur: ficta omnia celeriter tanquam floſculi decidunt; nec ſimulatum poteſt quicquam eſſe diuturnum. Teſtes ſunt permulti in utramque partem: ſed brevitatis cauſa, familia erimus contenti una. Tiber. enim Gracchus, P. filius, tam diu laudabitur, dum memoria rerum Romanarum laudabitur: at ejus filii nec vivi probabantur à bonis, & mortui numerum obtinent jure cæſorum. 3. Qui igitur adipiſci veram juſtitiæ gloriam volet, juſtitiæ fungatur officiis. &c.

Idem pro Amerino de lege parricidii. 1. Solon cum interrogaretur, cur nullum ſupplicium conſtituiſſet in eum, qui parentem necaſſet: reſpondit, ſe id neminem facturum eſſe putaſſe. Sapienter feciſſe dicitur, cum de eo nihil ſanxerit, quod antea commiſſum non erat, ne non tam prohibere, quam admonere videretur. 2. Quanto majores noſtri ſapientius? qui cum intelligerent, nihil eſſe tam ſanctum, quod non aliquando violaret audacia, ſupplicium in parricidas ſingulare conſtituerunt, ut quos natura ipſa retinere in officio non potuiſſet, in magnitudine pœnæ, maleficio ſummoverentur: Inſui voluerunt in culeum vivos, atque ita in flumen dejici. 3. O ſingularem ſapientiam, Judices! 4. Nonne videntur hunc hominem ex rerum natura ſuſtuliſſe & eripuiſſe, cui repente cœlum, ſolem, aquam terramque ademerunt? ut qui necaſſet unde ipſe natus eſſet, careret iis rebus omnibus, ex quibus omnia nata eſſe dicuntur. Noluerunt feris objicere

corpus, ne beſtiis quoque, quæ tantum ſcelus attigiſſent, immaniori-bus uteremur: non ſic nudos in flumen dejicere, ne cum delati eſ-ſent in mare, ipſum polluerent, quo cætera quæ violata ſunt, expiari putantur. Denique nihil tam vile, neque tam vulgare eſt, cujus par-tem ullam reliquerint. Etenim quid tam eſt commune, quam ſpiritus vivis, terra mortuis, mare fluctuantibus, littus ejectis? Ita vivunt dum poſſunt, ut ducere animam de cœlo non queant: ita moriuntur, ut eorum oſſa terra non tangat: ita jactantur fluctibus, ut nunquam abluantur: ita poſtremo ejiciuntur, ut ne ad ſaxa quidem mortui conquieſcant. &c.

Horat. 3. od. 5. ſub finem Reguli ſententiam de non redimendis captivis prædicat.

Cicero 5. epiſt. 12. & 6. epiſt. 6. Cum laude meminit apophthe-gmatis Hectoris Næviani: Catil. 4. ſententias Syllani & Cæſaris de pœna conjuratorum explicat & laudat.

Plinius commendat carmen Proculi 3. epiſt. 15. Hadriani 4. epiſt. 3. Sentii 4. epiſt. 27. orationem ſuam 4. epiſt. 5. defenſionem alicujus adoleſcentis 4. epiſt. 16. libros Maximi 4. epiſt. 23. Sardi 9. epiſt. 31. Rufi 9. epiſt. 38. Antonini 5. epiſt. 10. Calpurnii exercitia Scholaſtica 5. epiſt. 17. Comœdiam Virginii 6. epiſt. 21. Augurini ſcripta 9. epiſt. 8.

Octavius Auguſtus de poëmatibus Virgilii.

1. Ergone ſupremis potuit vox improba verbis
Tam dirum mandare nefas? ergo ibit in ignes,
Magnaque doctiloqui morietur fama Maronis?
Ah ſcelus indignum! ſolvetur littera dives?
Et poterunt ſpectare oculi, nec parcere honori
Flamma ſuo, dignumque operis ſervare decorem?
2. Pulcer Apollo veta, Muſæ prohibete Latinæ:
Liber & alma Ceres ſuccurrite: veſter in armis
Miles erat, veſter docilis per rura colonus:
Nam docuit quid Ver ageret, quid cogeret Æſtas,
Quid pater Autumnus, quid Bruma noviſſima ferret.
Arbuta formavit, ſociavit vitibus ulmos,
Curavit pecudes, apibus ſua caſtra dicavit.
Hæc dedit ut pereant? ipſum ſi dicere fas eſt.
3. Sed legum eſt ſervanda fides, ſuprema voluntas
Quod mandat, fierique jubet, parere neceſſe eſt.
Quum tot congeſtos noctesque dieſque labores
Hauſerit una dies, ſupremaque verba parentis

Amit-

Amittant vigilasse suum, si forte superbum
Errarit in morte: piget si lingua locuta est
Nescio quid titubante animo, non sponte, sed altis
Expugnata malis: odio languoris iniqui
Si mens cæca fuit, iterum sentire ruinas
Troja suas, iterum cogetur reddere voces?
Ardebit miseræ post vulnera vulnus Elisæ?
Tam sacrum solvetur opus? tot bella, tot enses
In cineres dabit hora nocens, & perfidus error?
Huc huc Pierides date flumina cuncta sorores,
Expirent ignes, vivat Maro, doctus ubique,
Ingratusque sui, studiorumque invidus orbi,
Et factus post fata nocens: quod jusserat ille,
Sit vetuisse meum, satis est post tempora vitæ.
4. Immo sit æternum tota resonante Camœna,
Carmen & in populo divi sub numine nomen
Laudetur, placeat, vigeat, relegatur, ametur.

Simili modo laudat Pindari carmina Horat. 4. carm. 2.

Ovidius prædicat amicos qui imaginem ejus auro insculptam habebant.

III.

Facta laudata.

Moses prædicat beneficium populi Israëlitici liberati è servitute Ægyptiorum Exod. 15. Debora victoriam de Sisara Iud. 5. David sub typo arcæ in tabernaculum deportatæ celebrat triumphum Christi in cœlum ascendentis, Psal. 46. 68. & in Psal. 78. mirandam gubernationem veteris populi.

Horatius 3. od. 5. Augusti de Britannis & Persis canit victoriam: Drusi de Rhætis & Vindelicis, 4. od. 4. ut & de Cleopatra & Antonio Epist. 9. merita Augusti erga Romnaos 4. od. 5. & 14, 15.

Cic. 9. Ep. 14. Dolabellam effert laudibus, quia columnam Cæsaris everterat, & perfidos cives supplicio affecerat: 10. epist. 14. res gestas contra hostem: 12. epist. 13. Cassius laudat consilium Ciceronis. 2. Offic. prædicatur pacificatio patriæ per Aratum Sicyonium: 3. off. percussores Cæsaris: 2. & 3. Catil. se ipsum prædicat propter oppressum Catilin.: pro Marcello Clementia Cæsar. in restituendo Marcello: Phil. 3. in senatu, & Phil. 4. ad populum extollit acta Octavii & Bruti contra Antonium, eaque auctoritate publica confirmari

vult: Phil. 9. Servio Sulpitio in legatione ad Antonium vult ſtatuam poni, & ſepulchrum publice fieri: Phil. 10. Brutum laudat quod Macedoniam occupaſſet contra Antonium: Phil. 11. Leonidam Spartanum qui pro Græcia occubuit: 14. Phil. Decernit præmia & honores militibus, qui ad Mutinam fortiter pugnarant, & laudat qui occubuerant. Vide infra in materia deliber.

Plinius 7. epiſt. 15. prædicat officia hoſpitalia: 9. epiſt. 9. pietatem luctus.

Horatius 3. *od.* 14. *de Cæſaris Victoria.*

Herculis ritu modo, dictus, ô plebs,
Morte venalem petiiſſe laurum,
Cæſar Hiſpana repetit penates
Victor ab ora.
Vnico gaudens mulier marito
Prodeat, juſtis operata Divis,
Et ſoror clari ducis, & decoræ
Supplice vitta
Virginum matres, juvenumque nuper
Soſpitum. Vos ô pueri & puellæ
Iam virum expertæ, male nominatis
Parcite verbis.
Hic dies vere mihi feſtus, atras
Eximet curas: ego nec tumultum,
Nec mori per vim metuam, tenente
Cæſare terras.
I, pete unguentum, puer, & coronas,
Et cadum Marſi memorem duelli,
Spartacum ſi qua potuit vagantem
Fallere teſta.
Dic &, argutæ properet Neæræ
Myrrheum nodo cohibere crinem:
Si per inviſum mora janitorem
Fiet, abito.
Lenit albeſcens animos capillus
Litium & rixæ cupidos protervæ.
Non ego hoc ferrem calidus juventa,
Conſule Planco.

Iuſtinus l. 2. *de Cimone.* Græci ducem inſtituunt Cimonem Athenienſem (quo duce apud Marathonem pugnatum eſt;) juvenem, cujus magnitudinem futuram pietatis documenta prodiderunt. Quippe

pa-

patrem, ob crimen peculatus in carcerem conjectum, ibique defunctum, translatis in se vinculis, ad sepulturam redemit. Nec in bello judicium diligentium fefellit: siquidem non inferior virtutibus patris Xerxem, terrestri navalique bello superatum, trepidum se recipere in regnum coëgit.

Plinius 9. Ep. 9. laudat colonum Quintiani morte tristem. 1. Vnice probo quod Pompeii Quintiani morte tam dolenter afficeris, ut amissi caritatem desiderio extendas. 2. Non ut plerique, qui tantum viventes amant, seu potius amare se simulant, ac ne simulant quidem, nisi quod florentes vident. Nam miserorum non secus ac defunctorum obliviscuntur: sed tibi perennis fides, tantaque in amore constantia, ut finiri nisi tua morte non possit: & (Hercule) is fuit Quintianus, quem diligi deceat exemplo ipsius; ut qui felices amabat, miseros tuebatur, desiderabat amissos. Iam illa quanta probitas in ore, quanta in sermone cunctatio, quam pari libra gravitas comitasque? quod studium literarum? quod judicium? qua pietate cum dissimilimo patre vivebat? quam non obstabat illi quo minus vir optimus videretur, quod erat optimus filius? 3. Sed quid dolorem tuum exulcero? quanquam sic amasti viventem, ut hæc audire potius, quam de illo sileri velis, à me præsertim, cujus prædicatione putas vitam ejus ornari, memoriam prorogari, ipsamque illam, qua est raptus, ætatem posse restitui.

METHODVS ORATIONIS

Antonii Mureti de victoria Turcica M. Columnæ.

I. Exordium est pium. 1. Nimirum in hac victoria Dei potentiam & militum virtutem conspicuam fuisse. 2. Ideoque Deo gratiam, & militibus præmia & honores deberi.

II. Propositio est, in primis ducem Columnam celebrandum.

III. Confirmatio sumitur ab honesto, utili, difficili.

Honestatis est, 1. Quod populus cum magna frequentia reduci obviam ierit. 2. Quod cœlum ante triste, nunc serenitate sua quasi congratuletur. 3. Quod supplicationes solennes fiant.

Vtilitatis est, quod respublica magno metu se liberatam agnoscat. Causæ metus fuerunt. 1. Classis Romana post cladem irreparabilis. 2. Turcarum multitudo & præfidentia. 3. Conscientia offensarum adversus Deum.

Difficultatem arguit, 1. Quod talis victoria multorum votis imlorata: ubi pontificem Mosi, & Columnam Iosuæ comparat. 2. Quod major omnium votis & exspectatione contigerit. ubi 1. colla-

tio est abitus hostis cum fuga, mediocris cladis cum tanta, jactantiæ cum eventu. 2. Apostrophe ad ipsum diem victoriæ. 3. Fictio voti communis & applaudentis Solis.

Hinc redit ad locum utilitatis, quod victoria hæc toti orbi Christiano commodet: id quod illustri facit antithesi prioris tristis status, cum honorifica apostrophe ad milites.

IV. Peroratio.

1. Laudat milites in prælio defunctos, quod in causa pia cum gloria occubuerunt.

2. Ducem Columnam prædicat propter industriam, prudentiam, eloquentiam, virtutem: ubi κέλευσμα militare, & testimonium Iohannis Austriaci.

3. Rogat ut victoriam persequatur. ubi 1. prosopopœia Iudææ supplicantis. 2. Præludium columnæ Mosaicæ. 3. Præsagium imperatoris Constantini. 4. Exemplum Scytharum pro sepulchris suorum pugnantium. 5. Apostrophe ad milites hortatoria.

4. Invocat Christum pro incremento Ecclesiæ uberiori.

Consimiliter laudari potest victoria Iosuæ de quinque regibus: Davidis de Goliatho: Maccabæorum de gentilibus: Themistoclis de Xerxe: Regis Sueciæ de factione pontificia: & aliæ, quæ piam honestamque causam habuerint, quæ multum difficultatis: quæ divinitus adjutæ: quæ insigniter profuerint.

IV.

Res laudatæ.

Encomium pietatis habet Psal. 1. & 128. φιλανθρωπίας divinæ Ps. 8. gloriæ Dei in natura & verbo conspicuæ Psal. 19. potentiæ in tempestatibus 29: providentiæ 33. bonitatis & misericordiæ erga pios 103. Hierosolymæ 122. & 125. conjugii 128. concordiæ 133.

Hebr. 11. prædicatur fides piorum.

Horatius laudat regionem Tiburinam 1. od. 7. & 2. od. 6. Lucretilem 1. od. 17. innocentiam, 1. od. 22. testudinem 1. od. 32. liberalitatem. 2. od. 2. mediocritatem, 2. od. 10. frugalitatem. 2. od. 10. & 18. justitiam 3. od 3. consilium 3. od. 4. vitam rusticam Epod. 2.

Virgil. 2. Georg. agriculturam extollit. In Epigrammatis, Hortulum. 4. Georg. bovem & equum. Ovid. 1. Fastor. Astronomiam laudat: & navem qua erat usus, 1. Trist. 10.

Cic. 1. epist. 9. Excusato reditu in gratiam cum inimicis Lentuli, excurrit in exornationem prudentiæ civilis.

Plin. laudat prædium suum 2. epist. 17. 4. epist. 6. 9. epist. 7. signum

Co-

Corinthium 3. epiſt. 6. Braſſicam laudat Cato, malvam Heſiodus.

Cic. agriculturam laudat in Catone: & pro Roſcio Amerino: Siciliam 2. Verr. Aſiam pro l. Manilia: Syracuſas 4. Verr. Athenas & Spartam pro Flacco: eloquentiam 1. De orat. Poëſin, pro Archia: militiam, pro Muræna: jus civile, pro Cæcinna: gratitudinem, pro Plancio: manſuetudinem, pro Sylla: imagines 4. Verr. amicitiam, in Lælio: juſtitiam, 2. off.

Huc pertinent Mureti orationes de dignitate & præſtantia ſtudii Theologici: de laudibus literarum: de utilitate & præſtantia literarum humaniorum: de philoſophia morali: de temperantia: de juſtitia. Tum pleræque ejuſdem Iſagogicæ: Vt in librum Platonis de optimo ſtatu reipublicæ: libros Officiorum Ciceronis: Rhetoricam Ariſtotelis: libros ejuſdem politicos: Catilinam Salluſtii: Æneida Virgilii: Satyras Perſii: Annales Taciti: Epiſtolas ad Atticum: Ethicam Ariſtotelis.

Virg. 1. Æneid. de apibus.

Qualis apes æſtate nova per florea rura
Exercet ſub ſole labor, cum gentis adultos
Educunt fætus; aut cum liquentia mella
Stipant, & dulci diſtendunt nectare cellas;
Aut onera accipiunt tinientum; aut agmine facto
Ignarum fucos pecus à præſepibus arcent.
Fervet opus, redolentque thymo fragrantia mella.

4. Æneid. de formicis.

---Ingentem formicæ farris acervum
Cum populant hyemis memores, tectoque reponunt:
It nigrum campis agmen, prædamque per herbas
Convectant calle anguſto: pars grandia trudunt
Obnixæ frumenta humeris: pars agmina cogunt,
Caſtigantque moras, opere omnis ſemita fervet.

Melanchthon. in Epigram. de Columba.

Felle columba caret, roſtro non lædit, & ungues
Poſſidet innocuos, granaque pura legit.
Eſtque frequens ad aquas, pennaque per æthera fertur
Præpete, pro cantu lugubre voce gemit.
Educat alterius pullos, volitatque gregatim,
Et ſtudet in tutis nidificare locis.

Plin. 9. Epiſt. 6. de prædio ſuo. Ædificare te ſcribis; bene eſt. inveni patrocinium: ædifico enim jam ratione, quia tecum. Nam hoc quoque non diſſimile, quod ad mare tu, ego ad Larium lacum: hujus

in

in littore plures villæ meæ, sed duæ ut maxime delectant, ita exercent: altera imposita saxis more Bajano lacum prospicit: altera æque more Bajano lacum tangit. Itaque illam tragœdiam, hanc comœdiam appellare soleo, illam quod quasi cothurnis, hanc quod quasi oculis sustinetur. Sua utrique amœnitas, & utramque possidenti ipsa diversitate jucundior. Hæc lacu propius, illa latius utitur: hæc unum sinum molli curvamine amplectitur, illa editissimo dorso duos dirimit: illic recta gestatio longo limite super littus extenditur, hic spacioſissimo xysto leviter inflectitur: illa fluctus non sentit, hæc frangit: ex illa possis despicere piscantes, ex hac ipse piscari, hamumque è cubiculo, ac pene etiam lectulo, ut è navicula, jacere. Hæ mihi causæ utrique, quæ desunt, adstruendi ob ea quæ supersunt. Sed quid ego rationem tibi, apud quem pro ratione erit, idem facere?

METHODVS ORATIONIS

Mureti de dignitate & præstantia studii Theologici.

I.

Exordio, 1. Prædicat Theologiæ studiosos, ut qui propius ad Deum accedunt: 2. Excusat se, quod de tanta re dicere sustineat, scilicet auctoritate motus amicorum; ipse alioquin adolescens & in hoc studio vix tiro, nec eloquentia satis instructus: 3. Petit audientiam.

II.

Propositio laudationis fit per formam definitionis: quod theologia sit rerum divinarum, hoc est, præstantissimarum scientia.

III.

Confirmatio sumitur partim à materia, partim ab effectu seu utili. Laudatio est quadruplex.

1. Theologia rationem monstrat æternæ salutis obtinendæ: id quod per partes declaratur, quæ sunt lex & Euangelium. ubi de auctore, materia, censu legis salutari, item de Christo Euangelii objecto, ejusque φιλανθρωπίᾳ admirabili.

2. Perficit ipsam philosophiam: quod exemplis docetur errorum philosophicorum in rebus physicis, ut de mundo & anima.

3. Habet suam quoque voluptatem & oblectationem: id quod inductione poëticæ & historiæ sacræ comprobatur.

4. Animam ab omnibus rebus terrenis abductam in uno Deo acquiescere facit: ubi apostrophe ad Theologiam cum exclamatione.

IV.

IV.

Peroratio vertitur in hortationem ad tam ſanctum ſtudium plurimi aciendum.

Imitari hanc orationem poterit laudaturus 1. Philoſophiam: quæ lux animi, quod ad ſcientiam: dux vitæ, quod ad mores: voluptas pura, quod ad delectationem in rebus pulcherrimis. 2. Vel Oratoriam, ut quæ digna hominis excellentia; utilis in omni vita, maxime publica; & honorabilis. 3. Vel Iuriſprudentiam; ut quæ interpres & cuſtos it juſtitiæ, qua nec dignius, nec utilius, nec neceſſarium magis uicquam, quodque jurisperiti ſemper in honore habiti. 4. Vel Medicinam; quæ ſcrutatrix naturæ; ſervatrix bonæ valetudinis; (qua nihil optabilius) & in ſacris literis commendata, ſemperque in pretio habita. 5. Vel Scholam; quia prophetæ, Chriſtus & Apoſtoli, Scholaſtici fuerunt; & Scholæ ſunt ſeminaria Eccleſiæ & Reipubl. & fons omnis felicitatis publicæ privatæque. &c.

II.

Exempla vituperationum & reprehenſionum.

I. PERSONARUM.

Pſal. 5. & 10. hoſtes piorum ſic deſcribuntur. Mart. 2. Epigr. 57. videt fictum divitem: 2. Epigr. 69. fictam abſtinentiam.

Horat. Exod. 4. Libertum Pompeii ludit. Virg. 1. Æneid. Pygmalionem: & Polyphemum 3. Æneid. exſecratur; Romulus convitia iacit in Trojanos Æn. 9.

Tales ſunt multæ epiſtolæ Ciceronis libri 7. tametſi cum ſale & jocis miſtæ.

Plinius amicum quendam taxat ob cœnam ſordide lautam 2. ep. 6. Regulum ob ſimulatum luctum 4. epiſt. 2. & 7. Domitianum propter tyrannidem 4. epiſt. 11. iterum Regulum ob φιλονεικίαν 6. epiſt. 2. oſcitantiam auditorum 6. epiſt. 17. levitatem in ſpectaculis 9, epiſt. 6. & 17. liberalitatem ſimulatam 9 epiſt. 30.

Perfidiam taxat Perolla apud Livium lib. 23. aſſentationem Callisthenes apud Curtium l. 8. ignaviam Xerxes apud Herodotum l. 7. & Marcellus apud Liv. lib. 27. Cælibes Auguſtus apud Dionem lib. 56. competitores Piſo ad cohortes apud Tacitum lib. 17. cunctationem Fabii Minutius apud Livium lib. 22. ſeditionem P. Scipio apud eundem lib. 28. Germanicus Cæſar & Otho apud Tacitum lib. 17. In actionibus Verrinis peſſime audit Verres, Quæſtor, legatus, & prætor:

tor: nec aliter in Philippicis tractatur Antonius, maxime secunda: ubi ejus libidines, ebrietatem, scurrilitatem, crudelitatem, & similia flagitia exagitat. Philip. 8. multa reprehendit in Pansa cos. & collegis. Vide etiam Sallustii Catilinam & Iugurtham.

II. DICTORUM & SCRIPTORUM.

Psal. 14. castigat dicterium impiorum, qui Deum negant.

Martial. 2. epigr. 20. notat Pauli cujusdam carmina, & Cæciliani 2. epigr. 71. & 4. Ep. 33. 11. epigr. 43. vaniloquentiam 6. epist. 19. Cic. 7. epist. 12. taxat Epicuream Scholam περὶ τὸ πολιτικόν: in Lælio reprehendit dictum Biantis de amicitia, itemque errorem vulgi à Terentio notatum de obsequio & veritate: in offic. lib. 1. & 2. dictum Atrei de odio: 6. parad. jactantiam Crassi de opulentia sua.

Ovid. fidem fractam perstringit 1. Trist. 7. maledicentiam 3. Trist. 11. & 5. Trist. 9.

III. FACTORUM.

David in Psalmis passim queritur de injuriis inimicorum suorum.

Martialis affectationem laudis ex paupertate 11. epist. 33. Ovidius invehitur in ἐπιχαιρεκακίαν 3. trist. 10.

Horat. 1. od. 3. in propemptico Virgilii audaciam illius notat & damnat, qui primus navigavit: desertionem literarum 1. od. 29.

Cic. 1. offic. perstringit versute factum Cleomenis & Q. Fabii Labeonis: & similia multa 3. offic. Perfidiam & dolum malum Capitonis, pro Amerino: comessationes Antonii 2. Philip. Similes invectiones invenies in Vatinium, Pisonem, Verrem.

IV. RERUM.

Psal. 13. contendit adversus ingravescentem hominum malitiam.

Virgil. in Epigr. invehitur in Livorem.

Horat. insectatur arborem, 2. od. 13. avaritiam, 2. od. 18. 3. od. 16. & 4. aurum 3. od. 16. arrogantiam amici 3. od. 2. allium Epod. 3. ebrietatem 1. Ep. 5. Mart. rus donatum à Lupo 2. Epigr. 19.

Cicero culpat imperitiam bellicam 8. ep. 15. crudelitatem 10. ep. 12. ambitionem 10. ep. 25. timiditatem 10. ep. 18. improprietatem sermonis, 16. ep. 17.

Idem vituperat voluptatem in Catone: adulationem in Lælio: crudelitatem & sævitiam magistratus 2. offic. impietatem, injustitiam, ebrietatem, incontinentiam, levitatem, prodigalitatem, avaritiam, superbiam principum, in Verrinis & Philippicis.

M. Mar-

M. Marcellus reprehendit timiditatem & fugam militum in prælio, Liv. l. 27. cunctationem in bello Minutius, Liv. l. 27. Scipio seditionem militarem, Liv. 28. lib. & Germanicus Cæsar, Tacit. l. 27. Alexander Severus incontinentiam militum, Ælius Lamprid. in vita.

Martial. 1. Epigr. 34.

Amissum non flet, cum sola est, Gellia patrem,
Si quis adest, jussæ prosiliunt lacrymæ.
Non dolet hic, quisquis laudari, Gellia, quærit:
Ille dolet vere qui sine teste dolet.

Idem in Cæcilianum 2. Ep. 43.

Vivida cum poscas epigrammata, mortua ponis
Lemmata: quid fieri Cæciliane potest?
Mella jubes Hyblæa tibi, vel Hymettia nasci,
Et thyma Cecropiæ Corsica ponis apis.

In Mulierem deformem. 3. Ep. 3.

Formosam faciem nigro medicamine velas,
Sed non formoso corpore lædis aquas.
Ipsam crede Deam verbis tibi dicere nostris,
Aut aperi faciem, vel tunicata lava.

Horat. Epod. 3. de esu allii.

Parentis olim si quis impia manu
Senile guttur fregerit,
Edit cicutis allium nocentius.
O dura messorum ilia.
Quid hoc veneni sævit in præcordiis?
Num viperinus hic cruor
Incoctus herbis me fefellit? an malas
Canidia tractavit dapes?
Vt Argonautas præter omnes candidum
Medea mirata est ducem,
Ignota tauris illigaturum juga
Perunxit hoc Iasonem:
Hoc delibutis ulta donis pellicem
Serpente fugit alite:
Nec tantus unquam siderum insedit vapor
Siticulosæ Apuliæ:
Nec munus humeris efficacis Herculis
Inarsit æstuosius.
Aut si quid unquam tale concupiveris,
Iocose Mecænas, precor,

M-

Manum puella ſuavio opponat tuo,
Extrema & in ſponda cubet.

Iuſtin. l. 30. de Ptolemæo. 1. Regno patrocinio obtento, & ad necem utriuſque parentis, cæde etiam fratris adjuncta, 2. veluti rebus feliciter geſtis, luxuriæ ſeſe tradiderat, regiſque mores omnes ſequuta regio erat. 3. Itaque non amici tantum præfectique, verum etiam omnis exercitus, depoſito militiæ ſtudio, ocio ac deſidia corrupti marcebant. 4. Quibus rebus cognitis, Antiochus rex Syriæ, veteri inter ſe regnorum odio ſtimulante, repentino bello multas urbes oppreſſit, ipſamque Ægyptum aggreditur. 5. Trepidat igitur Ptolemæus, & per legationes, quouſque vires paret, rogat morari Antiochum. Magno deinde in Græcia exercitu conducto ſecundum prælium facit: ſpoliaſſetque regno Antiochum, ſi fortunam virtute juviſſet. 6. Contentus recuperatione urbium, quas amiſerat, factaque pace, avide materiam quietis arripuit; revolutuſque in luxuriam, occiſa Eurydice uxore eademq; ſorore ſua, Agathocleæ meretricis illecebris capitur: 7. Atque ita omni magnitudine nominis ac majeſtatis oblitus, noctes in ſtupris, dies in conviviis conſumit. 8. Adduntur inſtrumenta luxuriæ tympana & tripudia: nec jam ſpectator Rex, ſed miniſter nequitiæ, nervorum oblectamenta modulatur. 9. Hæc prima labentis regiæ tacita peſtis, & occulta mala fuere. Deinde creſcente licentia, jam nec parietibus regiæ domus contineri meretricis audacia poteſt; quam proterviorem, ſociatam cum Agathocle fratre, ambitioſæ pulchritudinis ſcorto, quotidiana regis ſtupra faciebant. Accedebat & mater Luanthe, quæ geminæ ſobolis illecebris devictum regem tenebat. 10. Itaque non contento rege, jam etiam poſſident, jam in publicis viſuntur, iam ſalutantur, jam comitantur. Agathocles Regis lateri junctus, civitatem regebat: tribunatus, præfecturas & ducatus mulieres ordinabant: nec quiſquam in ſuo regno minus quam ipſe rex poterat. 11. Cum interim, relicto quinquenni ex Eurydice ſorore filio, moritur: ſed mors ejus, dum pecuniam regiam mulieres rapiunt, & imperium inita cum perditiſſimis ſocietate occupare conantur, diu occultata fuit: Re tamen cognita, concurſu multitudinis Agathocles occiditur, & mulieres in ultionem Eurydices patibulis ſuffiguntur.

Salluſtius de Sempronia in conjuratione Catilinaria. 1. Hæc mulier genere atque forma, præterea viro ac liberis ſatis fortunata fuit. 2. Literis Græcis & Latinis docta, pſallere & ſaltare elegantius, quam neceſſe eſt probæ: multa alia, quæ inſtrumenta luxuriæ ſunt. 3. Sed ei cariora ſemper omnia, quam decus atque pudicitia fuit. 4. Pecuniæ,

iæ, an famæ, minus parceret, haud facile diſcerneres: 5. Libidine ſic ccenſa ut ſæpius peteret viros quam peteretur. 6. Sed ea ſæpe ante æc fidem prodiderat, creditum abjuraverat, cædis conſcia fuerat, xuria atque inopia præceps abierat. 7. Verum ingenium ejus haud ɔſurdum, poſſe verſus facere, jocum movere, ſermone uti vel moeſto, vel procaci; prorſus multæ facetiæ, multuſque lepos.

Livius lib. 33. *de Annibale.* In hyberna Capuam conceſſit: ibi parm majorem hyemis exercitum in tectis habuit, adverſus omnia humana mala ſæpe ac diu durantem, bonis inexpertum atque inſuetum. aque quos nulla mali vicerat vis, perdidere nimia bona ac voluptaes immodicæ, & eo impenſius, quo avidius ex inſolentia in eas ſe nmiſerunt. Somnus enim, & vinum, & epulæ, & ſcorta, balneaque, otium, conſuetudine indies blandius, ita enervarunt corpora aniɔſque, ut magis deinde præteritæ memoria victoriæ, quam præſenti, utarentur vires: majuſque id peccatum ducis apud peritos artium ilitarium haberetur, quam quod non ex Cannenſi acie protinus ad urem Romam duxiſſet. Illa enim cunctatio diſtuliſſe modo victoriam ideti potuit: hic error vires ademiſſe ad vincendum. Itaque hercule elut ſi cum alio exercitu à Capua exiret, nihil uſquam priſtinæ diſciinæ tenuit. Nam & redire plerique ſcortis impliciti, & ubi primum ab pellibus haberi cœpti ſunt, viaque & alius militaris labor excepit, tironum modo corporibus animiſque deficiebant, & deinde per mne æſtivorum tempus magna pars ſine commeatibus ab ſignis dibebantur, neque aliæ latebræ, quam Capua, deſertatoribus erant.

Cicero pro Amerino. 1. Hominem longe audaciſſimum (Fimbriam) uper habuimus in civitate, & quod inter omnes conſtat, niſi inr eos, qui ipſi quoque inſaniunt, inſaniſſimum. 2. Is cum juraſſet funere (Marii,) ut Q. Scævola vulneraretur, vir ſanctiſſimus que ornatiſſimus noſtræ civitatis, (de cujus laude neque hic locus ſt, ut multa dicantur, neque plura tamen dici poſſunt, quam populus R. memoria tenet) 3. diem Scævolæ dixit, poſteaquam compeit eum poſſe vivere. 4. Cum ab eo quæreretur, quid tandem accuturus eſſet eum, quem pro dignitate ne laudare quidem quisquam tis commode poſſet: aiunt, hominem (ut erat furioſus) reſponiſſe: quod non totum telum corpore recepiſſet: quo populus R. nihil vidit indignius, niſi ejuſdem viri mortem: quæ tantum potuit ut mnes cives ſuos perdiderit & afflixerit, quos quia ſervare per compotionem volebat, ipſe ab iis interemptus eſt.

Ibidem de Capitone. 1. Venit in decem primis legatus in caſtra Capito: totam vitam, naturam, moreſque hominis ex ipſa legatione

cognoscite: nisi intellexeritis, Iudices, nullum esse officium, nullum jus tam sanctum, atque integrum, quod non ejus scelus atque perfidia violarit & imminuerit: virum optimum esse eum judicatote. 2. Impedimento est, quo minus de his rebus Sylla doceatur: Cæterorum legatorum consilia & voluntatem Chrysogono enunciat: monet ut provideat, ne palam res agatur: ostenditur, si sublata sit venditio bonorum, illum pecuniam grandem amissurum: sese capitis periculum aditurum: illum acuere: hos qui simul erant missi, fallere: illum identidem monere, ut caveret: hisce insidiose spem falsam ostendere: cum illo contra hos inire consilia, horum consilia illi enuntiare: cum illo partem suam depaciscì: hisce aliqua fretus hora semper omnes aditus ad Syllam intercludere. Postremo isto hortatore, auctore, intercessore, ad Syllam legati non adierunt. Istius fide, ac potius perfidia decepti: id quod ex ipsis cognoscere poteritis, si accusator voluerit testimonium eis denuntiare: pro re certa spem falsam domum retulerunt. 3. In privatis rebus. Si qui rem mandatam non modo malitiosius gessisset sui quæstus aut commodi causa, verum etiam negligentius: eum majores summum admisisse dedecus existimabant. Itaque mandati constitutum est judicium non minus turpe, quam furti: credo propterea quod, quibus in rebus ipsi interesse non possumus, in his operæ nostræ vicaria fides amicorum supponitur; quam qui lædit, oppugnat omnium commune præsidium, & quantum in ipso est, disturbat vitæ societatem. Non enim possumus omnia per nos agere: alius in alia est re magis utilis. Iccirco amicitiæ comparantur ut commune commodum mutuis officiis gubernetur. Quid recipis mandatum, si aut neglecturus, aut ad tuum commodum conversurus es? Cur mihi te offers ac meis commodis; officio simulato officis & obstas? Recede de medio: per alium transigam. Suscipis onus officii quod te putas sustinere posse: quod minime videtur grave iis, qui minime ipsi leves sunt. Ergo iccirco turpis hæc culpa est, quod duas res sanctissimas violet, amicitiam & fidem. Nam nequis mandat quisquam fere nisi amico: neque credit nisi ei quem fidelem putat. Perditissimi est igitur hominis, simul & amicitiam dissolvere & fallere eum qui læsus non esset, nisi credidisset. 4. In minimis rebus, qui mandatum neglexerit, turpissimo judicio condemnetur necesse est. In re tanta cum is, cui fama mortui, fortunæ vivi commendatæ sunt atque concreditæ, ignominia mortuum affecerit, fortunis vivum spoliare conatus fuerit: is inter honestos homines, atque adeo inter vivos numerabitur? 5. In minimis privatisque rebus etiam negligentia in crimen mandati judiciique infamiam revocatur, propterea

erea quod, si recte fiat, illum negligere oporteat qui mandavit, non llum qui mandata receperit: in re tanta, quæ publice gesta atque commissa sit, qui non negligentia privatim aliquod commodum læserit, ed perfidia legationis ipsius ceremoniam polluerit, maculaque affeerit; qua is tandem pœna afficietur, aut quo judicio damnabitur? 6. Si hanc ei rem privatim S. Roscius mandavisset, ut cum Chrysogono transigeret, atque decideret; inque eam rem fidem suam, si quid opus esset, interponeret: ille qui sese facturum recepisset, nonne si ex eo negotio tantulum in rem suam convertisset, damnatus per arbitrum & rem restitueret, & honestatem omnem amitteret? Nunc non hanc ei rem S. Roscius mandavit, sed (id quod multo gravius est) ipse S. Roscius cum fama, vita, bonisque omnibus à Decurionibus publice Roscio mandatus est: & ex eo S. Roscius non paulum nescio quid in rem suam convertit: sed hunc funditus evertit bonis: ipse tua prædia sibi depactus est: voluntatem decurionum ac municipum omnium tantidem, quanti fidem suam fecit. 7. Videte jam porro cætera, judices, ut intelligatis, fingi maleficium nullum posse, quo iste sese non contaminavit. In rebus minoribus Socium fallere turpissimum est, æqueque turpe atque illud, de quo ante dixi. Neque injuria: propterea quod auxilium sibi se putat adjunxisse, qui cum altero rem communicavit. Ad cujus igitur fidem confugiet, cum per ejus fidem læditur, cui se commiserit. Atqui ea sunt animadvertenda peccata maxime, quæ difficilime præcaventur. Tecti esse ad alienos possumus: intimi multo apertiora videant necesse est. Socium vero cavere qui possumus? quem etiam si metuimus, jus officii lædimus. Recte igitur majores eum qui Socium fefellisset, in virorum bonorum numero non putarunt haberi oportere. At vero S. Roscius non unum rei pecuniariæ Socium fefellit, (quod tametsi grave est, tamen aliquo modo posse ferri videtur,) verum novem homines honestissimos, ejusdem muneris, legationis, officii, mandatorumque socios, induxit, decepit, destituit, adversariis tradidit, omni fraude & perfidia fefellit: qui de ejus scelere suspicari nihil potuerunt, socium officii metuere non debuerunt, ejus malitiam non viderunt, orationi vanæ crediderunt. 8. Itaque nunc illi homines honestissimi propter istius insidias parum putantur cauti, providique fuisse. Iste qui initio proditor fuit, deinde perfuga, qui primo sociorum consilia adversariis enuntiavit, deinde societatem cum ipsis adversariis coiit, terret etiam nos, ac minatur, tribus prædiis, hoc est, præmiis sceleris ornatur.

III.

Exempla commendationum.

Ep. ad Rom. 16. commendatur Phœbe. 1. Corinth 16. fratres Hierosolymitani, & Timotheus. Eph. 6. Tychicus.

Æneidos 8. Euander commendat Æneæ filium Pallantem.

Tales sunt pleræque epistolæ Ciceronis libri 13. ut & libro primo Epistola 3. 2. epist. 4. 5. epist. 11. 7. epist. 5. 13. epist. 4 15. epist. 14. Responsiones sunt 5. epist. 11. ad Attic. 2. epist. 2. 4. epist. 15. 5. epist. 11. Et rursum ad famil. 7. epist. 24. 10. epist. 2, 13. 15. epist. 1.

Apud Plinium commendatur præceptor 1. epist. 10. 2. epist. 11. & 18. 3. epist. 3. & 11. 8. epist. 12. Sponsus 1. epist. 14. adolescens promovendus ad honores 2. epist. 9, 13. & 3. epist. 3. 4. epist. 15. 6. ep. 6. 4. epist. 4. 7. epist. 22. Ægrotus 5. epist 19. Atilius in causa pecuniaria 6. epist. 8. Pertinent huc etiam responsiones ad commendationes. ut 4. epist. 17. 6. epist. 9, 12. 7. epist. 16. & 31. Item 4. epist. 17. 6. epist. 30. Vide 10. epist. 26, 89, 90, 91.

Tiberius commendat senatui Drusi liberos à Sejano necati; Tacitus libro 4. Otho se ipsum exercitui; Tacitus libro 17. Piso Galbam militibus, ibidem: Antonius filium, Herodianus libro primo: Lætus Pertinacem, ibidem libro secundo.

Cicero commendat senatui Lepidum, Brutum, & Octavium, Philip. 5. circa finem. Quiritibus Pompeium pro lege Manilia. Commendationis aliquid etiam est pro Pub. Sextio, pro Archia.

Muretus in gratulationibus suis ad pontifices semper adjungit commendationes regum & principum, quorum nomine verba facit.

Euander multum questus de tyranno Mezentio, & Æneam ad bellum contra eum cohortatus, sic concludit Æn. 8.

Hunc tibi præterea, spes & solatia nostri,
Pallanta adjungam: sub te tolerare magistro
Militiam & grave Martis opus, tua cernere facta
Assuescat, primis & te miretur ab annis.
Arcades huic equites, bis centum robora pubis
Lecta dabo, totidemque suo tibi nomine Pallas.

Cicero 13. Epist. 20. commendat medicum. 1. Asclapone Patrensi medico utor valde familiariter, ejusque tum consuetudo mihi jucunda fuit, tum etiam ars, quam sum expertus in valetudine meorum. In qua mihi tum ipsa scientia, tum etiam fidelitate benevolentiaque satisfecit. 2. Hunc igitur tibi commendo; & à te peto, ut des ope-

peram, ut intelligat, diligenter me scripsisse de se, meamque commendationem usui magno sibi fuisse. Erit id mihi vehementer gratum.

Plinius 1.Ep.24. Tranquil. agrum empturum. 1. Tranquillus contubernalis meus vult emere agellum, quem venditare amicus dicitur. 2. Rogo cures, quanti æquum æstimat. Ita enim delectabit emisse. Nam mala emptio semper ingrata est, eo maxime, quod exprobrare stultitiam domino videtur. In hoc autem agello, si modo arriserit precium, Tranquilli mei stomachum multa sollicitant; vicinitas urbis, opportunitas viæ, mediocritas villæ, modus ruris, qui avocet magis, quam distringat. Scholasticis porro dominis, ut hic est, sufficit abunde tantum soli, ut relevare caput, reficere oculos, reptare per limitem, unamque semitam terere, omneisque viticulas suas nosse, & numerare arbusculas possint. 3. Hæc tibi exposui, quo magis scires, quantum ego tibi debiturus, si prædiolum istud, quod commendatur his dotibus, tam salubriter emerit ut pœnitentiæ locum non relinquat. Vale.

Id. 2.Ep.18. præceptorem. 1. Quid à te jucundius mihi potuit injungi, quam ut præceptorem fratris tui liberis quærerem. 2. Nam beneficio tuo in scholam redeo, & illam dulcissimam ætatem quasi resumo. Sedeo inter juvenes, ut solebam: atque etiam experior quantum apud illos auctoritatis ex studiis habeam. Nam proxime frequenti auditorio inter se coram multi ordinis nostri clare jocabantur. intravi. conticuerunt. Quod non referrem, nisi ad illorum magis laudem, quam ad meam pertineret: ac nisi sperare te vellem, posse fratris tui filios probe discere. 3. Quod superest, cum omnes qui profitentur, audiero, quid de quoque sentiam, scribam; efficiamque, quantum tamen epistolis consequi potero, ut ipse omneis audisse videaris. Debeo enim tibi, debeo memoriæ fratris tui hanc fidem, hoc studium, præsertim super tantarre. Nam quid magis interest vestra, quam ut liberi (dicerem tui, nisi nunc illos magis amares) digni illo patre, te patruo reperiantur? quam curam, mihi etiamsi non mandasses, vindicassem. Nec ignoro suscipiendas offensas in eligendo præceptore. Sed oportet me non modo offensas, verum etiam simultates pro fratris tui filiis tam æquo animo subire, quam parentes pro suis.

Tiberius Senatui Romano commendat liberos Drusi, quem Sejanus homo ambitiosus necarat. *Tacit. l.* 4.

1. P.C. Hos orbatos parente tradidi patruo ipsorum, precatusque sum (quanquam esset illi propria soboles) ne secus quam suum sanguinem foveret ac tolleret, sibique & posteris conformaret. 2. E-

repto Druſo, preces ad vos converto, diiſque & patria coram obteſtor, Auguſti pronepotes, clariſſimis majoribus genitos, ſuſcipite, regite, veſtram meamque fidem explete. 3. Hi vobis, Nero & Druſe, parentum loco. Ita nati eſtis, ut bona malaque veſtra ad Rempublicam pertineant.

Cicero Philip. 5. ſic concludit. 1. Quamobrem his verbis P. C. Senatus conſultum faciendum cenſeo: cum D. Brutus imp. Cos. deſignatus, provinciam Galliam in ſenatus populique Romani poteſtate teneat: cumque exercitum tantum, tam brevi tempore, ſummo ſtudio municipiorum coloniarumque provinciæ Galliæ, optima de Republica meritæ, merentiſque conſcripſerit, compararit: id eum recte & ordine, exque Republica feciſſe: idque D. Bruti præſtantiſſimum meritum in Rempubl. Senatui Populoque Romano gratum eſſe & fore. Itaque Senatum populumque R. exiſtimare, D. Bruti imp. Cos. deſignati opera, conſilio virtute, incredibilique ſtudio & conſenſu provinciæ Galliæ, Reipub. difficillimo tempore eſſe ſubventum. 2. Huic tanto merito Bruti, P. C., tantoque in Rempubl. beneficio, quis eſt tantus honos, qui non debeatur? Nam ſi Marco Antonio patuiſſet Gallia, ſi oppreſſis municipiis & coloniis imperatis, in illam ultimam Galliam penetrare potuiſſet, quantus Reip. terror impenderet? dubitaret, credo, homo amentiſſimus, atque omnibus conſiliis præceps devius, non ſolum cum exercitu ſuo, ſed etiam cum omni humanitate barbariæ bellum inferre nobis: ut ejus furorem ne Alpium quidem muro inhibere poſſemus. 3. Hæc igitur habenda gratia eſt D. Bruto, qui illum, nondum interpoſita auctoritate veſtra, ſuo conſilio atque judicio, non ut conſulem recepit, ſed ut hoſtem arcuit Gallia, ſeque obſideri, quam hanc urbem maluit. Habeat igitur hujus tanti facti, tamque præclari, decreto veſtro, teſtimonium ſempiternum; Galliaque, quæ ſemper præſidet atque præſedit huic imperio, libertatique communi, merito vereque laudetur, quod ſe ſuaſque vires non tradidit, ſed oppoſuit Antonio. Vide ſimilem commendationem Lepidi & Octavii deinceps.

IV.

Exempla Gratulationum.

Pſal. 21. gratulationem habet victoriæ: cum quo conveniunt panegyrici 68, & 78.

Horatius gratulatur Numidæ amico reditum, 1. od. 36. victoriam Alexan-

Alexandrinam 1. od. 37. Pompeio Varo reditum è militia, 2. od. 7. ſibi ipſi de vita commoda & honeſta, 2. od. 20.

Virgilius Ecl. 4. Pollioni de ſobole nata: Ovid. amico de felici ſucceſſu in ſtudiis 1. Triſt. 9. ſibi ipſi de natali reverſo 3. Triſt. 13. Germanico de victoria 4. Triſt. 2. Epiſtolæ gratulatoriæ apud Ciceronem ſunt de honoribus 2. Ep. 6. abſolutione in judicio, 3. epiſt. 11. victoria 5. epiſt. 7. reditu ab exilio 6. epiſt. 11. affinitate 8. epiſt. 13. valetudine recuperata 9. epiſt. 12. Filii ſtudiis 12. epiſt. 16. prætura Aſiæ 12. epiſt. 19. de recuperata dignitate 4. epiſt. 14. & 15. epiſt. 6.

Apud Plinium de dignitate equeſtri 1. ep. 19. ſtatua decreta 2. ep. 7. agro empto 2. epiſt. 12. tutore 5. epiſt. 15. ſtudiis 6. epiſt. 11. conjugio filiæ 6. epiſt. 26. familiaritate cum Tacito 7. epiſt. 27. valetudine amici 9. epiſt. 23. fama apud doctos 9. epiſt. 23. imperio 10. ep. 104. cum reſp. 105. item 106. 107. victoria 10. ep. 14. natali 10. epiſt. 92. & 93.

Cyrus apud Xenophontem l. 4. gratulatur militi de victoriis Aſſyriis & Medis. Perſeus de victoria contra Romanos, Livius l. 42. Conſtantius de aliquot victoriis, Amm. Marcell. l. 1. Conſul Decius Valeriano de cenſura, Trebell.

Cicero 2. Catil. gratulatur civibus de abitu Catilinæ ex urbe, & in futurum quoque ſpem bonam facit comprimendæ ſeditionis.

Muretus nomine Franciſci Galliarum regis gratulatur. 1. Pio quarto de Pontificatu, & huic eum, tanquam pontifici & eccleſiæ Romanæ fideliſſimum, commendat. 2. Iterumque nomine Alphonſi ducis Ferrariæ, cujus vitam deprædicat, & neceſſitudinem cum duce. 3. Idem facit Pio Quinto, publico privatoque ducis nomine. 4. Et pro Carolo nono Gallo. 5. Pro Sigiſmundo Polono; ubi hiſtoria gentis. 6. Iterumque pro Carolo nono, Pontifici Gregorio XIII. ubi aſſentatoris more lanienam Pariſienſem defendit.

Horatius 4. Ode 2. commendat Antonio Iulo magnificentiam Pindaricam, qua Cæſari de Sicambris victori gratuletur: cujus gratulationis hæc quaſi forma ſit.

Concines majore poëta plectro
Cæſarem: quandoque trahet feroceis
Per ſacrum clivum merita decorus
Fronde Sicambros:
Quo nihil majus, meliusve terris,
Fata donavere, bonique divi:
Nec dabunt, quamvis redeant in aurum
Tempora priſcum.

Concines lætoſque dies, & urbis
Publicum ludum, ſuper impetrato
Fortis Auguſti reditu, forumque
Litibus orbum.
Tum meæ, ſi quid loquar audiendum,
Vocis accedat bona pars: & ô Sol
Pulcher, ô laudande, canam, recepto
Cæſare fœlix!
Tuque dum procedis, io triumphe,
Non ſemel dicemus, io triumphe,
Civitas omnis; dabimuſque divis
Thura benignis.
Te decem tauri, totidemque vaccæ;
Me tener ſolvet vitulus relicta
Matre, qui largis juveneſcit herbis
In mea vota;
Fronte curvatos imitatus igneis
Tertium lunæ referentis ortum;
Qua notam duxit, niveus videri;
Cætera fulvus.

Frebonius gratulatur Ciceroni de filii indole 12. epiſt. 16.

1. Si vales, bene eſt. Athenas veni ad XI. Calendas Iunii, atque ibi, quod maxime optabam, vidi filium tuum, deditum optimis ſtudiis, ſummaque modeſtiæ fama. Qua ex re quantam voluptatem ceperim, ſcire potes, etiam me tacente. Non enim neſcis, quanti te faciam, & quam, pro noſtro veterrimo veriſſimoque amore, omnibus tuis etiam minimis commodis, non modo tanto bono, gaudeam, Noli putare, mi Cicero, me hoc auribus tuis dare: nihil adoleſcente tuo, atque adeo noſtro, (nihil enim mihi à te poteſt eſſe ſejunctum) aut amabilius omnibus iis, qui Athenis ſunt, aut ſtudioſius earum artium, quas tu maxime amas, hoc eſt, optimarum. 2. Itaque tibi, quod vere facere poſſum, libenter quoque gratulor, nec minus etiam nobis, quod eum, quem neceſſe erat diligere, qualiſcunque eſſet, talem habemus, ut libenter quoque diligamus. 3. Qui cum mihi in ſermone injeciſſet, ſe velle Aſiam viſere: non modo invitatus, ſed etiam rogatus eſt à me, ut id potiſſimum nobis obtinentibus provinciam faceret: Cui nos & caritate & amore tuum officium præſtituros, non debes dubitare.

4. Illud quoq; erit nobis curæ, ut Cratippus una cum eo ſit, ne putes in Aſia feriatum illum ab iis ſtudis, in quæ tua cohortatione incitatur,

tatur, futurum. Nam illum paratum, ut video, & ingressum pleno gradu, cohortari non intermittemus, quo indies longius, discendo, exercendoque se, procedat.

Plinius gratulatur Serviano de filia sponsa, 6. Epist. 26. 1. Gaudeo & gratulor, quod Fusco Salinatori filiam tuam destinasti. 2. Domus patritia, pater honestissimus, mater pari laude. Ipse est studiosus literatus, etiam disertus, puer simplicitate, comitate juvenis, senex gravitate. Neque enim amore decipior. Amo quidem effuse, & ita officiis, ita reverentia meruit. Iudico tamen, & quidem tanto acrius, quanto magis amo, tibique, ut qui exploraverim, spondeo, habiturum te generum, quo melior fingi ne voto quidem potuit. 3. Supereſt, ut avum te quam maturissime simillimum sui faciat. Quam felix tempus illud, quo mihi liberos illius, nepotes tuos, ut meos, ex vestro sinu sumere, & quasi pari jure tenere contingat. Vale.

Imperator Constantius gratulatur militibus suis de partis victoriis, propter insignes utilitates, quas inde percepturi essent. Ammian. Marcell.

1. Hortatur recordatio rerum glorioſe gestarum omni jucunditate viris fortibus gratior, admodum verecunde replicare, quæ divinitus delata sorte vincendi, & ante prælia, & in ipso correximus fervore pugnarum, Romanæ rei fidelissimi defensores. 2. Quid enim tam pulchrum, tamque posteritatis memoriæ justa ratione mandandum, quam ut miles strenue factis, ductor prudenter consultis exultet? Persultabat Illyricum furor hostilis, absentiam nostram inanitate tumenti despiciens, dum Italos tueremur & Gallos; variisque discursibus vastabat extima limitum: nunc cavatis roboribus, aliquoties peragrat pedibus flumina, non congressibus, nec armis fretus, aut viribus, sed latrociniis assuetus occultis, astu & ludificandi varietate jam inde ab instituta gente nostris quoque majoribus formidatus: quæ longius disparari, quæ ferri poterant tulimus, leviores jacturas efficacia ducum vetari posse sperantes. Vbi vero per licentiam scandens in majus ad funestas provinciarum clades ereplit, & crebras; communitis aditibus Rheticis tutelaque pervigili Galliarum securitate fundata, terrore nullo relicto post terga, venimus in Pannoniam, ut placuit Numini sempiterno, labentia firmaturi, cunctisque paratis, ut nostis, vere adulto egressi corripuimus negotiorum maximas moles: primum ne struendo textis compagibus ponte, telorum officeret multitudo: quo opera levi perfecto, visis terris hostilibus & calcatis, obstinatis ad mortem animis conatos resistere Sarmatas absque nostrorum dispendio stravimus, parique petulantia ruentes in agmina

mina nobilium legionum. Quales Sarmatis adjumenta ferentes attrivimus. Qui post ærumnosa dispendia inter discursus & repugnandi minaces anhelitus, quid nostra valeat virtus experti, manus ad dimicandum aptatas, armorum abjecto munimine, pone tetga vinxerunt, restareque solam salutem contemplantes in precibus, affusi sunt vestigiis Augusti clementis, cujus prælia sæpe compererunt exitus habere felices. His sequestratis, Limigantes quoque fortitudine superavimus pari, interfectisque pluribus, alios periculi declinatio adegit suffugia petere latebrarum palustrium: hisque secundo finitis eventu, Limigantes ad loca migrare compulimus longe discreta, ne in perniciam nostrorum se commovere possent ulterius, & pepercimus plurimis, & Zizaim præfecimus liberis, dicatum nobis & fidum futurum; plus æstimantes creare, quàm afferre barbaris regem: hoc decore augente solennitatem, quod iisdem quoque rector tributus, antehac electus est & acceptus. 3. Quadruplex igitur præmium, quod unus procinctus absolvit, nos quæsivimus & respub. Primo ultione parta de grassatoribus noxiis; deinde quod vobis abunde sufficiat ex hostibus captivis. His enim virtutem oportet esse contentam, quæ sudore quæsivit & dextera. Nobis amplas facultates opum, quæ sunt magni thesauri, integra omnium patrimonia, nostri labores & fortitudo servaverunt. Hoc enim boni principis menti, hoc successibus congruit prosperis. Postremo ego quoq; hostilis vocabuli spolium præ me fero, secundo Sarmatici cognomenti, quod vos, unum idemque sentientes, mihi (ne sim arrogans dicere) merito attribuistis.

V.

Exempla Gratiarum actionum.

Gratias agunt Deo pro creatione Ps. 104, 136, 139. Pro providentia & gubernatione, 33. pro beneficiis omnis generis 34, 103, 112, 145, 146, 147. pro valetudine recuperata 126. pro liberatione Ecclesiæ & piorum 18, 30, 46, 66, 107, 118, 124, 125. pro Israëlitico populo mirabiliter servato 78, 105, 106, 114, 136. pro regno Messiæ & successu Euangelii 45, 47, 98, 100, 138, 148, 149.

Horatius 4. od. 8. Marcio Censorino grati animi contestandi ergo promittit Carmina, quæ nomen ejus immortale præstent.

Ovidius 3. Trist. 5. grato animo agnoscit & prædicat fidem amici. 5. Trist. 15. uxoris.

Apud Virgilium libro 1. Æneidos Æneas Didoni gratias agit de sociis hospitio susceptis: Æneidos 11. Drances de clementia in victos.

Hu-

Hujus generis ſunt epiſtolæ Ciceronis: libro 3. epiſt. 5. pro expe-
ita ſucceſſione: libro 3. ep. 13. pro aucto honore: lib. 10. ep. 11. pro
ignitate defenſa: lib. 11. epiſt. 21. pro adhortatione fideli: libro 11.
piſt. 19. pro conſilio dato: 12. epiſt. 42. pro ære alieno diſſoluto:
3. epiſt. 27. pro amico liberaliter habito: 28. pro re hæreditaria pro-
mota. epiſt. 62. po impetrato in patriam reditu. Reſponſoria eſt 2.
piſt. 18.

Plinius gratias agit pro agello empto 6. epiſt. 13. pro opera amico
præſtita 7. epiſt. 7. & 8. pro officiis in liberos 10. epiſt. 1. in affines,
10. epiſt. 51.

Saguntius Senatui Romano pro auxiliis contra hoſtes, Livius 28.
Bocchus Syllæ pro æquitate uſurpata, cum expoſitione conſilii ſui,
Saluſtius Jugurth. Diadumenus ad milites, Act. Lamprid. Alexander
Severus in Senatu pro collatis honoribus. ibidem 10. Et Pertinax,
Herodianus lib. 1.

Cicero gratias agit Cæſari de Marcello reſtituto; pro reditu, Se-
natui & Quiritibus. Æneas Didoni.

1. O ſola infandos Trojæ miſerata labores,
Quæ nos, reliquias, Danaum terræque mariſque
Omnibus exhauſtos jam caſibus, omnium egenos,
Vrbe, domo, ſocias. 2. Grates perſolvere dignas
Non opis eſt noſtræ, Dido, nec quicquid ubique eſt
Gentis Dardaniæ, magnum quæ ſparſa per orbem.
Dii tibi, ſi qua pios reſpectant numina, ſi quid
Vſquam juſtitiæ eſt, & mens ſibi conſcia recti,
Præmia digna ferant: qua te tam lata tulerunt
Secula? qui tanti talem genuere parentem?
In freta dum fluvii current, dum montibus umbræ
Luſtrabunt connexa, polus dum ſidera poſcet:
Semper honos, nomenque tuum, laudeſque manebunt,
Quæ me cunque vocant terræ.

Cicero grato animo commemorat accepta ab Oppio beneficia,
11. epiſt. 29.

1. Dubitanti mihi, quod ſcit Atticus noſter, de hoc toto conſilio
profectionis, quod in utramque partem in mentem multa veniebant,
magnum pondus acceſſit ad tollendam dubitationem judicium &
conſilium tuum. Nam ſcripſiſti aperte quid tibi videretur: & Atticus
ad me ſermonem tuum pertulit. 2. Semper judicavi, in te & in capiendo
conſilio prudentiam ſummam eſſe, & in dando fidem: maximeque
ſum expertus, cum initio civilis belli per literas te conſuluiſſem, quid
mihi

mihi faciendum esse censeres, eundumne ad Pompeium, an manendum in Italia; suasisti, ut consulerem dignitati meæ. Ex quo quid sentires, intellexi; & sum admiratus fidem tuam, & in consilio dando religionem: quod cum aliud malle amicissimum tuum putares, antiquius tibi officium meum, quam illius voluntas fuit. Equidem ante hoc tempus te dilexi, & semper me à te diligi sensi: & cum abessem, atque in magnis periculis essem, & me absentem, & meos præsentes, à te cultos & defensos esse, memini: & post meum reditum quam familiariter mecum vixeris, quæque ego de te & senserim & prædicarim, omnes, qui solent hæc adimadvertere, testes habemus. Gravissimum vero judicium de mea fide, & constantia fecisti, cum post mortem Cæsaris, totum te ad amicitiam meam contulisti: quod tuum judicium nisi summa mea benevolentia erga te, omnibusque meritis comprobaro, ipse me hominem non putabo. 3. Tu mihi, Oppi, conservabis amorem tuum, (etsi more magis hoc quidem scribo, quam quo te admonendum putem) meaque omnia tuebere; quæ tibi ne ignota essent, Attico mandavi: à me autem, cum paulum ocii nacti erimus, uberiores literas exspectato. Da operam, ut valeas: hoc mihi gratius facere non potes.

Legati Saguntini in Senatu Romano gratias agunt pro bello contra Pœnos ob suam causam suscepto, feliciterque confecto. *Liv. lib.* 28. 1. Etsi nihil ultra malorum est P. C. quam quod passi sumus, ut ad ultimum fidem vobis præstaremus: tamen ea vestra merita, imperatorumque vestrorum, erga nos fuerunt, ut nos cladium nostrarum non pœniteat. 2. Bellum propter nos suscepistis, susceptumque quartum decimum annum pertinaciter geritis, ut sæpe ad ultimum discrimen veneritis, & populum Carthaginensium adduxeritis. Quum in Italia tam atrox bellum & Annibalem hostem haberetis, consules cum exercitu in Hispaniam velut ad colligendas reliquias naufragii nostri misistis. P. & Cn. Cornelii, ex quo in provinciam venerunt, nullo tempore destiterunt, quæ nobis secunda, quæque adversa hostibus essent, facere: jam omnium primum oppidum nobis restituerunt: per omnem Hispaniam cives nostros venundatos dimissi, qui conquirerent, ex servitute in libertatem restituerunt. Quum jam prope esset, ut optabilem ex miserrima fortunam haberemus, P. & Cn. Cornelii imperatores vestri luctuosius nobis prope quam vobis perierunt. Tum vero ad hoc retracti ex distantibus locis in sedem antiquam videbamur, ut iterum periremus, & alterum excidium patriæ videremus, nec ad perniciem nostram Carthaginensi utique aut duce aut exercitu opus esse; ab Turditanis veterrimis hostibus, qui prioris quoque excidii

idñ causa nobis fuerant, extingui posse; cum ex insperato repente isistis nobis P. hunc Scipionem: quem, fortunatissimi omnium Saguntinorum videmur, quia consulem declaratum vidimus, ac vidisse os civibus nostris renuntiaturi sumus, spem, opem, salutem nostram: qui cum plurimas hostium vestrorum in Hispania cepisset urbes, ubique ex captorum numero excerptos Saguntinos in patriam emisit. Postremo Turditaniam adeo infestam nobis, ut illa gente insolumi, stare Saguntum non posset, ita bello afflixit, ut non modo nobis, (absit verbo invidia) sed ne posteris quidem timenda nostris esset. Deletam urbem cernimus eorum, quorum in gratiam Saguntum deleverat Annibal. Vectigal ex agro eorum capimus; quod nobis non fructu jucundius est, quam ultione. 3. Ob hæc, quibus majora neque sperare, neque optare ab diis immortalibus poteramus, gratias actum nos decem legatos Saguntinus senatus populusque ad vos misit: simul gratulatum; quod ita res per hos annos in Italia atque Hispania gessistis, ut Hispaniam non Ibero amne tenus, sed qua terrarum ultimus finis Oceanus, domitam armis habeatis; Italiæ, nisi quatenus vallum castrorum cingit, nihil reliqueritis Pœno. Iovi Opt. Max. præsidi Capitolinæ arcis non grates tantum ob hæc agere jussi sumus, sed donum hoc etiam, si vos permitteretis, coronam auream in Capitolium victoriæ ergo ferre. Id uti permittatis, quæsumus: utque, si vobis ita videtur, quæ nobis imperatores vestri commoda tribuerunt, ea rata atque perpetua autoritate vestra faciatis.

Synopsis orationis Ciceronis, qua revocatus ab exsilio Quiritibus civibus suis gratias egit.

1. Præfatus de lætitia sua, quod voti sui compos factus, & in patriam publice revocatus.

11. Prolixe prædicat acceptum beneficium.

1. Quod hac ratione receperit bona amissa, liberos, fratrem, rem, amicos, honores, patriam: Vbi comparatio cum beneficiis parentum, Deorum, & ipsorum civium.

2. Quod hoc ipsum non splendori generis, & multitudini propinquorum, sed pietati & virtuti datum: ubi collatio cum aliis exulibus restitutis: & παθολογία fratris, Senatus, civium, filii, conjugis, ipsius causa lugentium.

3. Quod res modo legitimo gesta: nempe auctoritate senatus, & jussu populi, & sine motu, ac ullius civium, ne hostium quidem, damno: ubi dissimilitudo aliorum exulum; & amicorum, qui rem adjuverint, collaudatio. (ut sunt Lentulus, Milo, Pompeius, & alii.) denique antithesis eorum qui exilii, & qui reditus auctores fuerint,

rint, quorum illos invidiose, hos favorabiliter tractat.

III. Repromittit gratam memoriam erga Deos & patriam. 2. Oblivionem acceptæ injuriæ: ubi se confert cum populari suo Mario, & honestiorem inimicos (quos in quatuor genera dividit) ulciscendi rationem profitetur: 3. Studia & officia sua erga bene meritos: quibus pro Epilogo addit ἀιπολογίαν patheticam.

VI.

Exempla dedicationum.

Euangelista Lucas dedicat historiam primitivæ ecclesiæ Theophilo, Act. 1.

Horatius lyram suam Veneri consecrat, 3. od. 16. Dianæ pirum 3. od. 22. amicis carmina 4. od. 48.

Idem Ovidius agit 1. Trist. el. 11. 2. Tr. 3. Tr. 1. & 4. 5. Tr. 1.

Cicero commendat Leptæ oratorem suum, 6. ad familiares 18. Trebatio Topicos ex Aristotele 7. epist. 19. Varroni liberos Academicos 9. epist. 8. Dolabellæ orat. pro rege Dejotaro 9. epist. 12. Ciceroni Trebatius versus in civem improbum 12. epist. 16. Cicero rursum Cornificio oratorem suum 12. epist. 17. Attico commentarios de consulatu suo 1. epist. 16. orationes consulares & Philippicas, 2. Epist. 1. libros oratorios 4. epist. 15. libros Academicos 13. epist. 13. libros de finibus 13. epist. 21. de officiis 15. epist. 13. & 16. epist. 11. librum de gloria 16. epist. 6.

Vide etiam procœmia officiorum, paradoxorum, Tusculanarum & Academicarum quæstionum, de natura Deorum, de divinatione, de oratore.

Plinius inscribit Sextilio epistolas suas 1. ep. 1. Luperco actiones forenses, 2. epist. 5. aliis epicedia, 3. epist. 10. & 21. panegyricum 3. epist. 13. & 18. item 6. epist. 27. Hendecasyllaba 4. epist. 14. epigrammata, 4. epist. 18. orationem, 5. epist. 13. carmina, 9. epist. 11, 16, 18.

Cicer. 9. Epist. 8. ad Varronem. 1. Etsi munus flagitare, quamvis quis ostenderit, ne populus quidem solet, nisi concitatus: tamen ego exspectatione promissi tui moveor, ut admoneam te, non ut flagitem. 2. Misi autem ad te quatuor admonitores non nimis verecundos. Nosti enim profecto os ejus adolescentioris Academiæ. Ex ea igitur media excitatos misi, qui metuo, ne forte flagitent: ego autem mandavi, ut rogarent. Exspectabam omnino jam diu, meq; sustinebam, ne ad te prius ipse quid scriberem, quam aliquid accepissem, ut possem

sem te remunerari quam similimo munere. Sed cum tu tardius faceres, id est, ut ego interpretor, diligentius: tenere non potui, quin conjunctionem studiorum, amorisque nostri, quo possem, literarum genere declararem. Feci igitur sermonem inter nos habitum in Cumano, cum esset una Pomponius: tibi dedi partes Antiochenas, quas à te probari intellexisse mihi videbar: mihi sumsi Philonis. Puto fore, ut cum legeris, mirere, id nos locutos esse inter nos, quod nunquam locuti sumus: sed nosti morem dialogorum. 3. Posthac autem, mi Varro, quam plurima, si videbitur, & de nobis inter nos, sero fortasse: sed superiorum temporum fortuna Reipublicæ causam sustineat: hæc ipsi præstare debemus: atque utinam quietis temporibus, atque aliquo si non bono, at saltem certo statu civitatis, hæc inter nos studia exercere possemus. Quanquam tum quidem vel aliæ quæpiam rationes honestas nobis & curas & actiones darent: nunc autem quid est, sine his cur vivere velimus? mihi vero, cum his ipsis vix: his autem detractis, ne vix quidem. Sed hæc coram, & sæpius: migrationem & emptionem feliciter evenire volo, tuumque in ea re consilium probo. Cura ut valeas.

Idem 1. *ad Atticum Epistola* 19. *in fine.* 1. Commentarium consulatus mei Græce compositum misi ad te. 2. In quo si quid erit, quod homini Attico minus Græcum eruditumque videatur, non dicam, quod tibi (ut opinor) Panormi Lucullus de suis historiis dixerat, se, quo facilius illas probaret Romani hominis esse, iccirco barbara quædam & σόλοικα adspersisse. Apud me si quid erit ejusmodi, me imprudente erit & invito. 3. Latinum si perfecero, ad te mittam. Tertium poëma exspectabo, ne quod genus à me ipso laudis meæ prætermittatur. Hic tu cave dicas, Τίς, πάτερ, αἰνήσει; Si est enim apud homines quicquam quod potius sit, laudetur, nos vituperemur, qui non potius alia laudemus: quanquam ἐγκωμιαστικὰ sunt hæc, sed ἱστορικὰ, quæ scribimus

Idem 1. *ad Herennium.* 1. Etsi negotiis familiaribus impediti vix satis otium studio suppeditare possumus, & id ipsum quod datur ocii, libentius in philosophia consumere consuevimus: tamen tua nos, Herenni, voluntas commovit, ut de ratione dicendi conscriberemus: ne aut tua causa noluisse nos, aut fugisse laborem putares. 2. Et eo studiosius hoc negotium suscepimus, quod te non sine causa velle artem Rhetoricam putabamus. Non enim parum in se habet fructus copia dicendi, & commoditas orationis, si recta intelligentia, & definita moderatione animi gubernetur. Quas ad res illa, quæ Græci scriptores inanis arrogantiæ causa sibi assumpserunt, reliquimus. Nam

illi

illi ne parum multa sciisse viderentur, ea conquisiverunt, quæ nihil ad rem attinebant, ut ars difficilior cognitu putaretur: nos autem ea quæ videbantur ad rationem dicendi pertinere, sumpsimus. Non enim spe quæstus aut gloriæ commoti venimus ad scribendum, quemadmodum cæteri, sed ut industria nostra tuæ morem geramus voluntati. 4. Nunc ne nimium longa sumatur oratio, de re dicere incipiemus: Sed si te unum illud monuerimus, artem sine assiduitate dicendi non multum juvare: ut intelligas, hanc rationem præceptionis accommodari ad exercitationem oportere.

Plinius Romano suo 3. *Epistola* 13. 1. Librum, quo nuper optimo principi gratias egi, misi exigenti tibi: missurus etsi non exegisses. 2. In hoc consideres velim ut pulchritudinem materiæ, ita difficultatem. In cæteris enim lectorem novitas ipsa intentum habet; in hac, nota, vulgata, dicta, sunt omnia: quo fit, ut quasi otiosus securusque lector tantum eloquutioni vacet; in qua satisfacere difficilius est quum sola æstimatur. Atque utinam ordo saltem & transitus, & figuræ simul spectarentur. Nam invenire præclare, enuntiare magnifice, interdum etiam barbari solent: disponere apte, figurare varie, nisi eruditis, negatum est. Nec vero affectanda sunt semper clara & excelsa. Nam ut in pictura lumen non alia res magis, quam umbra commendat; ita orationem tam summittere, quam attollere decet. 3. Sed quid ego hæc doctissimo viro? quin potius illud annota, quæ putaveris corrigenda. Ita enim magis credam, cætera tibi placere, si quædam displicuisse cognovero. Vale.

VII.

Exempla Lamentationum.

Tales sunt Psalmi multi: ut 22, 42, 60, 71, 79. quibus Christus, David & ecclesia de statu suo misero queruntur & gemunt. & de Saulis & Ionathanis occubitu: 2. Samuelis 1. Idem agunt Threni Ieremiæ. Horatius queritur de amica 3. Oda 9. de bellis civilibus Epod. 16. de morte Quintilii 1. oda 24. morbo amici 2. oda 17.

Et Ovidius in suis Tristibus & de Ponto. è quibus præ cæteris flebiles sunt 1. Trist. 3. & 8. 2. Trist. 2. & 3. 3. Trist. 2, 8, 10. 4. Trist. 7. 5. Trist. 8, 11.

Apud Virgilium 2. Æn. Æneas plangit naufragium suum: 3. Æn. umbra Polydori cædem sui: 4. Æn. Anna casum sororis: 9. Æn. mater filium Euryalum interemptum: 10. Æn. Mezentius Lausi interitum:

m: 11. Æn. fatum Pallantis Æneas, itemque pater Euander: Ibi-m, Opis Camillam interfectam.

Cicero in epistolis suis queritur de fortuna indigna 5. epist. 9. of-nsione magnatum. 6. epist. 7. statu reipublicæ 7. epist. 28. ingrati-dine 8. epist. 12. obitu amicorum 9. epist. 11. tyrannide potentio-um 10. epist. 1. occasione neglecta 11. epist. 12. renovato bello 2. E-ist. 8. exilio 14. epist. 1. miseria sua 14. epist. 3. liberorum invaletu-ine 14. epist. 9. proscriptione sua, ad Atticum 3. epist. 5. & 26. Attici bsentia 3. epist. 6. negligentia Pompeii in gerendo bello 7. epist. 8. 15. de exilio suo epistolis fere omnibus libri 11.

Apud Plinium sunt querelæ de novellis causidicis 2. epist. 14. tur-atis suffragiis 3. epist. 20. 4. epist. 15. occupationibus suis 7. ep. 30. . epist. 9.

Ovidius 3. Trist. 2. de exilio suo.

1. Ergo erat in fatis Scythiam quoque visere nostris,
Quæque Lycaonio terra sub axe jacet?
Nec vos Pierides, nec stirps Latonia vestro
Data Sacerdoti turba tulistis opem.
Nec mihi, quod lusi vero sine crimine, prodest,
Quodque magis vita Musa jocosa mea est.
2. Plurima sed pelago terraque pericula passum
Ustus ab assiduo frigore Pontus habet.
Quique fugax rerum, securaque in otia natus,
Mollis, & impatiens ante laboris eram:
Vltima nunc patior: nec me mare portibus orbum
Perdere, diversæ nec potuere viæ.
Suffecitque malis animus: nam corpus ab illo
Accepit vires, vixque ferenda tulit.
Dum tamen & ventis dubius jactabar, & undis,
Fallebat curas ægraque corda labor.
Vt via finita est, & opus requievit eundi:
Et pœnæ tellus est mihi tacta meæ: ——
Nil nisi flere libet: nec nostro parcior imber
Lumine, quam verna de nive manat aqua.
Roma, domusque subit, desideriumque locorum,
Quicquid & amissa restat in urbe mei.
Hei mihi, quod toties nostri pulsata sepulchri
Ianua, sed nullo tempore aperta fuit.
Cur ego tot gladios fugi? totiesque minata
Obruit infelix nulla procella caput?

3. Dii, quos experior nimium constanter iniquos,
Participes iræ quos Deus unus habet,
Extimulate, precor, cessantia fata! meique
Interitus clausas esse vetate fores.

Æneas 11. *Æn. de Pallante interfecto.*

1. Te ne, inquit, miserande puer, cum læta veniret,
Invidit fortuna mihi; ne regna videres
Nostra, neque ad sedes victor veherere paternas?
2. Non hæc Euandro de te promissa parenti
Discedens dederam, cum me complexus euntem
Mitteret in magnum imperium, metuensque moneret;
Acres esse viros, cum dura prælia gente.
Et nunc ille quidem, spe multum captus inani,
Fors, & vota facit, cumulatque altaria donis:
Nos juvenem exanimum, & nil jam cœlestibus ullis
Debentem, vano mœsti comitamur honore.
Infelix nati funus crudele videbis.
Hi nostri reditus exspectatique triumphi.
3. Hæc mea magna fides. At non Euandre pudendis
Vulneribus pulsum adspicies, nec sospite dirum
Optabis nato funus pater. hei mihi quantum
Præsidium Ausonia, & quantum tu perdis Iule.

Cic. Attico 3. *ep.* 5. 1. Terentia tibi & sæpe & maximas agit gratias: id est mihi gratissimum. 2. Ego vivo miserrimus, & maximo dolore conficior. 3. Ad te quid scribam, nescio. Si enim es Romæ, jam me assequi non potes: Sin es in via: cum eris me assequutus, coram agemus, quæ erunt agenda. 4. Tantum te oro, ut quoniam me ipsum semper amasti, eodem amore sis: ego enim idem sum. Inimici mei mea mihi, non me ipsum ademerunt. Cura ut valeas.

Plinius Genitori suo 7. epist. 30. 1. Torqueor quod discipulum, ut scribis, optimæ spei amisisti, cujus & valetudine & morte impedita studia tua quid nesciam? quum sis omnium officiorum observantissimus, quumque omnes, quos probas, effusissime diligas. 2. Me huc quoque urbana negotia persequuntur, neque delectant. Desunt enim qui me aut judicem aut arbitrum faciant. Accedunt querelæ rusticorum, qui auribus meis post longum tempus suo jure abutuntur. Instat & necessitas agrorum locandorum perquam molesta: adeo rarum est invenire idoneos conductores. quibus ex causis precario studeo: studeo tamen: nam & scribo aliquid, & lego: sed cum lego, ex comparatione sentio, quam male scribam. 3. Licet tu mihi bonum animum fa-

facias, qui libellos meos de ultione Helvidii orationi Demostheni[s] & Medeis confers. Quam sane, quum componerem illos, habui in manibus, non ut æmularer, (improbum enim ac pene furiosum) sed tamen imitarer & sequerer, quantum aut diversitas ingeniorum, maximi & minimi, aut causæ dissimilitudo, pateretur.

CAP. V.

In exemplis Deliberativis.

I.

Exempla consultationum.

PSal. 37. & 73. consilium habent adversus scandalum felicitatis impiorum. 1. Reg. 12. Roboamus cum aulicis suis de oneribus populo relaxandis.

Apud Virg. 1. Æn. Iuno secum deliberat de Trojanis ulciscendis. 2. Æneid. Proceres Trojani de equo ligneo recipiendo. 4. Æneid. Dido cum Anna de nuptiis: ibidem eadem de morte sibi inferenda. 7. Æneid. Iuno de Ænea morando. 11. Æneid. Latinus cum Drance & Turno de pace.

Communicatoriæ epistolæ apud Ciceronem sunt: de rebus belli tempore instituendis, 4. epist. 2. 9. epist. 6. 14. epist. 14. 15. epist. 15. 9. epist. 3. & 18. 10. ad Atticum epistolæ pleræque.

Apud Plinium multæ sunt hujus generis, præsertim libro 10. ad Imperatorem Trajanum: ut de sortitione patrimonii, epist. 3. custodiis 19, & 20, 21, & 22, 27, & 28. balneo reparando 23, & 24. 74, & 75. servis inter tirones inventis 29, & 30. ex damnatione servis factis 31, & 32. collegio fabrorum 33, & 34. aquæ ductu 37, & 38. 94, & 95. theatro 39, & 40. lacu 41, & 42. 65, & 66. impendiis 43, & 44. diplomatibus 45, & 46. 124, & 125. privilegio 47, & 48. templo transferendo 49, & 50. pecunia funebri 54, & 55. restitutione exulis 56, & 57. Archippo Philosopho 58, & 59, 60, 61, 62, 63, 64. tabellario Sarmatæ 67, 68, 71. assertione ingenuorum 69, & 70. 76. & 77. reliquiis sepultorum 72, & 73. 85, & 86. fugitivo 78. testamento 79, & 81. 87, & 88. centurione 81, & 82. magistratibus provinciarum 83, & 84. ἀντινομίαι 96, & 97. Christianis 100, & 101. platea 102, & 103. exactione pecuniarum 112, & 113. donatione 114, & 116. honorario 116, & 117. adjectione civium 118, & 119. divisione sportularum 120, & 121. athletis 122, & 123.

De forma Reip. consultant proceres Persarum, Herod. l.1. de principatu retinendo Cyrus ad optimates, Xenoph. l. 7. & Chysantas approbans Cyri orationem, lib. 8. Agrippa & Mecœnas ad Augustum Dion. l.3. De Imperatore eligendo Moguntinus, Trevirensis, Saxo Sleida. l. 1. de bello suscipiendo Xerxes, Mardonius & Artabanus, Herod. l.7. Archidamus & Sthenelaidas, Thucyd. l.1. Claudius Pontius Liv. l.9. Alexander M., Curt. l.6. de belli apparatu, Charidemus ad Darium, Curt. l.3. Alcibiades & Niceas, Thucyd. l.6. Cyrus, Xenoph. l.4. de ratione belli gerendi Q. Fabius & Paulus, Liv.23. Scythi quidam, Herod. l.3. Archidamus, Thucydil. l.2. Demaratus, Herod.7. legati Thessalorum, Herod 7. Alexander, Arrian.2. T. Quintus, l.34. Procles, Xenoph. de rebus gestis Græcorum, l.7. Q. Fabius Maximus & Scipio, Liv. 28. de belli loco eligendo Crœsus, Herod. l. 1. Themistocles, id. l. 8. Timolaus, Xenoph. de rebus gestis Græc. l.4. Minutius, Liv.22. de causis & facultatibus belli gerendi, Corinthii, Thucyd. l.1. Cyrus, Xenophon 6. de hoste persequendo, Mardonius, Herod. l. 9. de libertatis defensione, Pericles, Thucyd. 1. Marcius Afer, Iulius Capitolin. in Gordianis. de exercitu dimittendo Cyrus, Xenoph.6. pæd. de captivis redimendis Marcius Torquatus, Liv.22. de pacis conditionibus, Annibal & Scipio, Polyb. l. 15. de pœna & venia Furius Camillus, Liv. l 8. Cleon & Diodotus, Thucyd. l.3. C. Cæsar & Porcius Cato, Salust. in Catil. M. Lepidus, Tacitus p.3. C. Cassius, idem lib. 14. de pœna Bacchantium Cato, Liv.39. de gloria consequenda Alexander M., Curt.10. de dignitate amplificanda, Annius Setinus Legatus Latinorum, & T. Manlius, Liv. 8. imperio administrando Ptolemæus, Curtius l.10. Salustius, 2. de Repub. ad Cæsarem, successore in imperio, Perdicca, Curt. 10. Clodius Albinus, Iul. Capitolinus in Albino: assciscendo collega, Constantius, Ammian. Marcellin. Sociis servandis Cyrus, Xenoph. 1. de expeditione Cyri minoris: Camillus ad Ardeates, Liv.5. de invidia vitanda Callicratides, Xenophon. 1. de rebus gestis Græcorum, Seneca ad Neronem, Tacit. l. 11. de civitate & honore senatorio dando peregrinis Nero, Tacit. ibid. de lege retinenda vel abolenda App. Claudius, Liv. 7. Cato & Valerius, id. 34. de religione mutanda Antiochus & Salomon cum ejus septem filiis, Ioseph. in Maccabæis. Cic. 4. Catilin. disputat de pœna conjuratorum ex sententia Syllani & Cæsaris: 1. Philip. de actis Cæsaris retinendis vel abrogandis.

Rex Latinus proponit in cœtu procerum consilium suum de pace cum Ænea facienda, Æneid. 11.

1. Ante equidem summa de re statuisse, Latini,

Et

Et vellem, & fuerat melius, non tempore tali
Cogere concilium, cum muros obsidet hostis.
2. Bellum importunum, cives, cum gente deorum,
Invictisque viris, gerimus, quos nulla fatigant
Prælia, nec victi possunt absistere ferro.
3. Spem, si quam accitis Ætolum habuistis in armis,
Ponite: spes sibi quisque: sed hæc quam angusta, videtis.
Cætera qua rerum jaceant perculsa ruina,
Ante oculos, interque manus sunt omnia vestras.
Nec quenquam incuso: potuit quæ plurima virtus
Esse, fuit: toto certatum est corpore regni.
4. Nunc adeo quæ sit dubiæ sententia menti,
Expediam, & paucis, animos adhibete, docebo.
Est antiquus ager, Tusco mihi proximus amni,
Longus in occasum, fines super usque Sicanos.
Arunci, Rutulique serunt, & vomere duros
Exercent colleis, atque horum asperrima pascunt.
Hæc omnis regio, & celsi plaga pinea montis
Cedat amicitiæ Teucrorum, & fœderis æquas
Dicamus leges, socioque in regna vocemus:
Considant, si tantus amor, & mœnia condant.
Sin alios fines, aliamque capessere gentem
Est animus, possuntque solo decedere nostro;
Bis denas Italo texamus robore naves,
Seu plures complere valent: jacet omnis ad undam
Materies: ipsi numerumque modumque carinis
Præcipiant: nos æra, manus, navalia demus.
Præterea, qui dicta ferant, & fœdera firment,
Centum oratores prima de gente Latinos
Ire placet, pacisque manu prætendere ramos,
Munera portantes eborisque auricque talenta,
Et sellam, regni, trabeamque, insignia nostri.
5. Consulite in medium, & rebus succurrite fessis.

Drances approbat consilium Latini de pace, cujus pignus optimum fore putat Laviniam.

1. Rem nulli obscuram, nostræ nec vocis egentem,
Consulis, ô bone rex. Cuncti se scire fatentur,
Quid fortuna ferat populi, sed dicere mussant.
Det libertatem fandi, flatusque remittat,
Cujus ob auspicium infaustum, moresque siniſtros,

(Dicam equidem, licet arma mihi, mortemque minetur)
2. Lumina tot cecidisse ducum, totamque videmus
Consedisse urbem luctu, dum Troïa tentat
Castra, fugæ fidens, & cœlum territat armis.
3. Vnum etiam donis istis, quæ plurima mitti
Dardanidis, ducique jubes, unum optime regum
Adjicias, nec te ullius violentia vincat,
Quin gnatam egregio genero, digniſque hymenæis
Des pater, & pacem hanc æterno fœdere jungas.
4. Quodsi tantus habet mentes & pectora terror,
Ipsum obtestemur, veniamque oremus ab ipso.
Cedat jus proprium regi, patriæque remittat.
Quid miseros toties in aperta pericula cives
Projicis! ô Latio caput horum & causa malorum!
Nulla salus bello, pacem te poscimus omnes,
Turne, simul pacis solum inviolabile pignus.
5. Primus ego (invisum quem tu tibi fingis, & esse
Nil moror) en supplex venio, miserere tuorum:
Pone animos, & pulsus abi: sat funera fusi
Vidimus, ingentes & desolavimus urbes:
Aut si fama movet, si tantum pectore robur
Concipis, & si adeo dotalis regia cordi est,
Aude, atque adversum fidens fer pectus in hostem:
Scilicet ut Turno contingat regia conjux.
Nos animæ viles, inhumata infletaque turba,
Sternamur campis: etiam tu, si qua tibi vis,
Si patrii quid Martis habes, illum aspice contra
Qui vocat.

Turnus contra sentit.

1. Larga quidem semper Drance tibi copia fandi,
Tunc cum bella manus poscunt, patribusque vocatis
Primus ades: sed non replenda est curia verbis,
Quæ tuto tibi magna volant, dum distinet hostem
Agger murorum, nec inundant sanguine fossæ.
Proinde tona eloquio solitum tibi: meque timoris
Argue tu Drance, tot quando stragis acervos
Teucrorum tua dextra dedit, passimque trophæis
Insignis agros: possit quid vivida virtus,
Experiare licet: nec longe scilicet hostes
Quærendi nobis, circumstant undique muros:

Imus

Imus in adverſos? quid ceſſas? an tibi Mavors
Ventoſa in lingua pedibuſque fugacibus iſtis
Semper erit?
2. Pulſus ego, aut quiſquam merito fædiſſime pulſum
Arguet? Iliaco tumidum qui creſcere Tiberim
Sanguine, & Euandri totam cum ſtirpe videbit
Procubuiſſe domum, atque exutos Arcadas armis?
Haud ita me experti Bitias & Pandarus ingens,
Et quos mille die victor ſub tartara miſi,
Incluſus muris, hoſtili atque aggere ſeptus.
Nulla ſalus bello? capiti cane talia demens
Dardanio, rebuſque tuis: proinde omnia magno
Ne ceſſa turbare metu, atque extollere vires
Gentis bis victæ: contra premere arma Latini
Nunc & Myrmidonum proceres Phrygia arma tremiſcunt,
Nunc & Tydides & Lariſſæus Achilles:
Amnis & Adriacas retro fugit Aufidus undas:
Vel cum ſe pavidum contra mea jurgia fingit
Artificis ſcelus, & formidine crimen acerbat.
Nunquam animam talem dextra hac (abſiſte moveri)
Amittes: habitet tecum & ſit pectore in iſto.
3. Nunc ad te & tua, magne pater, conſulta revertor:
Si nullum noſtris ultra ſpem ponis in armis,
Si tam déſerti ſumus, & ſemel agmine verſo,
Funditus occidimus, neque habet fortuna regreſſum,
Oremus pacem, & dextram tradamus inermes.
Quanquam ô ſi ſolitæ quicquam virtutis adeſſet,
Ille mihi ante alios, fortunatuſque laborum,
Egregiuſque animi, qui, ne quid tale videret,
Procubuit moriens, & humum ſemel ore momordit.
Sin & opes nobis, & adhuc intacta juventus,
Auxilioque urbes Italæ populique ſuperſunt,
Sin & Trojanis multo cum gloria venit
Sanguine, ſunt illis ſua funera, parque per omnes
Tempeſtas: cur indecores in limine primo
Deficimus? cur ante tubam tremor occupat artus?
Multa dies variuſque labor mutabilis ævi
Rettulit in melius: multos alterna reviſens
Luſit, & in ſolido rurſus fortuna locavit.
Non erit auxilio nobis Ætolus & Arpi?

At Meſſæus erit, felixque Tolumnius, & quos
Tot populi miſere duces: nec parva ſequetur
Gloria delectos Latio, & Laurentibus agris.
Eſt & Volſcorum egregia de gente Camilla,
Agmen agens equitum, & florentes ære catervas.
3. Quodſi me ſolum Teucri in certamina poſcunt,
Idque placet, tantumque bonis communibus obſto,
Non adeo has exoſa manus victoria fugit,
Vt tanta quicquam pro ſpe tentare recuſem:
Imo animis contra, vel magnum præſtet Achillem,
Factaque Vulcani manibus paria induat arma,
Ille licet; vobis ànimam hanc ſoceroque Latino
Turnus ego haud ulli veterum virtute ſecundus
Devoveo. ſolum Æneas vocat? & vocet, oro:
Nec Drances potius, ſive eſt hæc ira Deorum,
Morte luat: ſive eſt virtus & gloria, tollat.

Cicero conſilium Attici requirit, quid faciendum cenſeat gliſcente bello inter Pompeium & Cæſarem, 8. Ep. 3.

1. Maximis & miſerrimis rebus perturbatus, cum coram tecum mihi poteſtas deliberandi non eſſet, uti tamen tuo conſilio volui. 2. Deliberatio autem omnis hæc eſt, ſi Pompeius Italia cedat, quod eum facturum eſſe ſuſpicor, quid mihi agendum putes? Et quo facilius conſilium dare poſſis, quid in utramque partem mihi in mentem veniat, explicabo brevi. 3. Cum merita Pompeii ſumma erga ſalutem meam, familiaritaſque, quæ mihi cum eo eſt, tum ipſa reipubl. cauſa me adducit, ut mihi vel conſilium meum cum ipſius conſilio, vel fortuna conjungenda eſſe videatur. Accedit illud, ſi maneo, & illum comitatum optimorum & clariſſimorum civium deſero, cadendum eſt in unius poteſtatem. qui etſi multis rebus ſignificat ſe nobis eſſe amicum, & ut eſſet, à me eſt (tute ſcis) propter ſuſpicionem impendentis tempeſtatis multo ante proviſum: tamen utrumque conſiderandum eſt, & quanta ei fides ſit habenda; & ſi maxime exploratum ſit, eum nobis amicum fore, ſitne viri fortis & boni civis, eſſe in ea urbe, in qua cum ſummis honoribus imperiiſque uſus ſit, res maximas geſſerit, ſacerdotio ſit ampliſſimo præditus, non futurus ſit ſui juris, ſubeundumque periculum cum aliquo forte dedecore, ſi quando Pompeius Rempublicam recuperaverit. Vide nunc quæ ſint in altera. Nihil actum eſt à Pompeio noſtro ſapienter, nihil fortiter: adde etiam, nihil niſi contra conſilium auctoritatemque meam. Omitto illa vetera, quod iſtum in rempublicam ille aluit, auxit, ar-

ma-

mavit: ille legibus per vim & contra auſpicia ferendis auctor: ille Galliæ ulterioris adjunctor: ille gener: ille in adoptando P. Clodio augur: ille reſtituendi mei, quam retinendi ſtudioſior: ille provinciæ propagator: ille abſentis in omnibus adjutor: idem etiam tertio conſulatu, poſtquam eſſe defenſor Reipublicæ cæpit, contendit ut decem Tribuni pl. ferrent, ut abſentis ratio haberetur: quod idem ipſe ſanxit lege quadam ſua, Marcoque Marcello Coſ. ſinienti provincias Gallias Kal. Martiis reſtitit. Sed ut hæc omittam, quid fædius, quid perturbatius hoc ab urbe diſceſſu, ſive potius turpiſſima fuga? quæ conditio non accipienda fuit potius, quam deſerenda patria? Malæ conditiones erant: fateor: ſed num quid hoc pejus? an recuperabit Rempublicam? quando? aut quid ad eam ſpem eſt parati? Non ager Picenus amiſſus? non patefactum iter ad urbem? non pecunia omnis & publica & privata adverſario tradita? Denique nulla cauſa, nullæ vires, nulla ſedes, quo concurrant, qui Rempublicam defenſam velint. Apulia delecta eſt, inaniſſima pars Italiæ, & ab impetu hujus belli remotiſſima: fuga, & maritima oportunitas, viſa quæri deſperatione. Invite cepi Capuam, non quo munus illud defugerem, ſed ſine cauſa, in qua nullus eſſet ordinum, nullus apertus privatorum dolor, bonorum autem eſſet aliquis, ſed hebes, ut ſolet: &, ut ipſe ſenſiſſem, multitudo & infimus quiſque propenſus in alteram partem; multi mutationis rerum cupidi: dixi ipſi, me nihil ſuſcepturum ſine præſidio & pecunia. Itaq; habui nihil omnino negotii, quod ab initio vidi nihil quæri præter fugam. Eam ſi nunc ſequor, quonam? cum illo non, ad quem cum eſſem profectus, cognovi, in illis locis eſſe Cæſarem, ut tuto Luceriam venire non poſſem? infero mari nobis incerto curſu, hieme maxima, navigandum eſt. Age jam, cum fratre? an ſine? cum filio? aut quomodo? in utraque enim re ſumma difficultas erit, ſummus animi dolor. Qui autem impetus erit illius in nos abſentes fortunaſque noſtras? acrior, quam in cæterorum: quod putabit fortaſſe in nobis violandis aliquid ſe habere populare. Age jam has compedes, faſces inquam hos laureatos, efferre ex Italia, quam moleſtum eſt? Quis autem locus eſt nobis tutus, (ut jam placatis utamur fluctibus) antequam ad illum venerimus? qua autem & quo, nihil ſcimus. At ſi reſtitero, & fuerit nobis in hac parte locus, idem fecero quod in Cinnæ dominatione Philippus, quod L. Flaccus, quod Q. Mutius, quoquo modo ea res huic quidem cecidit: qui tamen ita dicere ſolebat, ſe id fore videre, quod factum eſt: ſed malle, quam armatum, ad patriæ mœnia accedere. Aliter Traſibulus, & fortaſſe melius. Sed eſt certa quædam Mutii ratio atque ſententia: eſt etiam illa Thraſibuli: &, cum ſit neceſſe,

ceſſe, ſervire tempori, & non amittere tempus, cum ſit datum. Sed in hoc ipſo habent tamen iidem faſces moleſtiam. Sit enim nobis amicus, quod incertum eſt: ſed ſi deferet triumphum, non accipere ne periculoſum ſit, an accipere invidioſum apud bonos? O rem, inquis, difficilem & inexplicabilem! Atqui explicanda eſt: qui enim fieri poteſt? & ne me exiſtimes ad manendum eſſe propenſiorem, quod plura in eam partem verba fecerim: poteſt fieri, quod fit in multis quæſtionibus, ut res verboſior hæc fuerit, illa verior. 4. Quamobrem ut maxima de re æquo animo deliberanti, ita mihi des conſilium velim. Navis & in Cajeta eſt parata nobis, & Brunduſii. Sed ecce nuntii: ſcribente me hæc ipſa noctu in Caleno, ecce literæ, Cæſarem ad Corfinium, Domitium Corfinii, cum firmo exercitu, & pugnare cupiente. Non puto etiam hoc Cn. noſtrum commiſſurum, ut Domitium relinquat: &, ſi Brunduſium Scipionem cum cohortibus duabus præmiſerat, legionem Fauſto conſcriptam, in Siciliam, ſi placeret, à conſule duci. Scripſerat ad conſulem. Sed turpe Domitium deſerere erit, implorantem ejus auxilium. Eſt quædam ſpes mihi quidem non magna, ſed in his locis firma, Afranium in Pyrenæo cum Trebonio pugnaſſe, pulſum Trebonium etiam Fabium tuum tranſiſſe cum cohortibus: ſumma autem, Afranium cum magnis copiis adventare: id ſi ita eſt, in Italia fortaſſe manebitur. Ego autem, cum eſſet incertum iter Cæſaris, quod vel ad Capuam, vel ad Luceriam iturus putabatur, Leptam ad Pompeium miſi, & literas; ipſe ne quo inciderem, reverti Formias. Hæc te ſcire volui, ſcripſique ſedatiore animo, quam proxime ſcripſeram, nullum meum judicium interponens, ſed requirens tuum. Vale.

Plinius Trajano de Chriſtianis conſulit 10. *ep.* 100.

1. Solenne eſt mihi Domine omnia, de quibus dubito, ad te referre. Quis enim poteſt melius vel cunctationem meam regere, vel ignorantiam inſtruere? 2. Cognitionibus de Chriſtianis interfui nunquam, ideo neſcio quid & quatenus aut puniri ſoleat, aut quæri. Nec mediocriter hæſitavi, ſitne aliquod diſcrimen ætatum, an, quamlibet teneri nihil à robuſtioribus differant, deturne pœnitentiævenia, an ei qui omnino Chriſtianus fuit, deſiſſe non proſit? Nomen ipſum, etiamſi flagitiis careat, an flagitia cohærentia nomini, puniantur. 3. Interim in iis, qui ad me tanquam Chriſtiani deferebantur, hunc ſum ſequutus modum: interrogavi ipſos, an eſſent Chriſtiani: confitentes iterum ac tertio interrogavi, ſupplicium minatus: perſeverantes duci juſſi. Neque enim dubitabam, qualecunque eſſet quod faterentur, pervicaciam & inflexibilem obſtinationem debere puniri. Fuerunt alii ſimi-

milis amentiæ, quos quia cives Romani erant, adnotavi in urbem remittendos. Mox ipso tractatu, ut fieri solet, diffundente se crimine, plures species inciderunt. Propositus est libellus sine auctore, multorum nomina continens, qui negant se esse Christianos, aut fuisse. quum præeunte me Deos appellarent, & imagini tuæ, quam propter hoc cum simulacris numinum jusseram adferri, thure ac vino supplicarent: præterea maledicerent Christo, quorum nihil cogi posse dicuntur Christiani, dimittendos putavi. Alii ab indice nominati esse se Christianos dixerunt, & mox negaverunt: fuisse quidem, sed desisse: quidam ante triennium, quidam ante plures annos, non nemo etiam ante viginti quoque. Omnes imaginem tuam, Deorumque simulacra venerati sunt, ii & Christo maledixerunt. Affirmabant autem, hanc esse summam vel culpæ suæ, vel erroris, quod essent soliti die ante lucem convenire, carmenque Christo quasi Deo dicere secum invicem, seque sacramento non in scelus aliquod adstringere, sed ne furta, ne latrocinia, ne adulteria committerent, ne fidem fallerent, ne depositum adpellati abnegarent; quibus peractis morem sibi discedendi fuisse, rursusque coeundi ad capiendum cibum, promiscuum tamen & innoxium; quod ipsum facere desisse post edictum meum, quo secundum mandata tua & hetærias esse vetueram: quo magis necessarium credidi, ex duabus ancillis, quæ ministræ dicebantur, quid esset veri, per tormenta quærere. Sed nihil aliud inveni, quam superstitionem pravam & immodicam. 4. Ideoque dilata cognitione ad consulendum te decucurri. Visa est enim res digna consultatione, maxime propter periclitantium numerum. Multi enim omnis ætatis, omnis ordinis, utriusque sexus etiam vocantur in periculum, & vocabuntur. Neque enim civitates tantum, sed vicos etiam atq; agros superstitionis istius contagio pervagata est, quæ videtur sisti & corrigi posse. Certe satis constat, prope jam desolata templa cæpisse celebrari, & sacra solennia diu intermissa repeti, passimque venire victimas, quarum adhuc rarissimus emptor inveniebatur; ex quo facile est opinari, quæ turba hominum emendari possit, si sit pœnitentiæ locus.

Trajanus Plinio respondet. Actum quem debuisti mi Secunde in excutiendis eorum causis, qui Christiani ad te delati fuerant, secutus es. Neque enim in universum aliquid, quod quasi certam formam habeat, constitui potest. Conquirendi non sunt: si deferantur & arguantur, puniendi sunt, ita tamen, ut qui negaverit, se Christianum esse, idque re ipsa manifestum fecerit, id est supplicando diis nostris, quamvis suspectus in præteritum fuerit, veniam ex pœnitentia impetret. Sine auctore vero propositi libelli nulla crimina locum ha-

habere debent : nam & peſſimi exempli, nec noſtri ſeculi eſt.

ORATIO M. Porcii Catonis Conſulis ad populum, in fœdum Bacchanalium ritum. Liv. l. 39.

1. Nulli unquam concioni, Quir., tam non ſolum apta, ſed etiam neceſſaria hæc ſolennis Deorum comprecatio fuit, quæ vos admoneret, hos eſſe Deos, quos colere, venerari, precarique majores veſtri inſtituiſſent:, non illos, qui pravis & externis religionibus captas mentes, velut furialibus ſtimulis, ad omne ſcelus & ad omnem libidinem agerent. Equidem nec quid taceam, nec quatenus proloquar, invenio: ſi aliquid ignorabitis, ne locum negligentiæ dem; ſi omnia nudavero, ne nimium terroris offundam vobis vereor: Quicquid dixero, minus quam pro atrocitate & magnitudine rei dictum ſcitote eſſe: ut ad cavendum ſatis ſit, dabitur opera. 2. Bacchanalia tota jam pridem Italia, & nunc per urbem etiam multis locis eſſe, non fama modo accepiſſe vos, ſed crepitibus etiam, ululatibuſque nocturnis, qui perſonant tota urbe, certum habeo: cæterum quæ ea res ſit, ignorare: alios Deorum aliquem cultum, alios conceſſum ludum & laſciviam eſſe, credere: &, qualecunque ſit, ad paucos pertinere. Quod ad multitudinem eorum attinet, ſi dixero, multa millia hominum eſſe, illico neceſſe eſt exterreamini, niſi adjunxero, qui qualeſque ſint. Primum igitur mulierum magna pars eſt, & is fons mali hujuſce fuit: deinde ſimilimi fœminis mares ſtuprati & conſtrupatores, fanatici vigiles, vino, ſtrepitibus, clamoribuſque nocturnis attoniti. Nullas adhuc vires conjuratio, cæterum incrementum ingens virium habet, quod indies plures fiunt. 3. Majores veſtri, ne vos quidem, niſi cum aut vexillo in arce poſito Comitiorum cauſa exercitus edictus eſſet, aut plebi concilium tribuni edixiſſent, aut aliquis ex magiſtratibus ad concionem vocaſſet, forte temere coire voluerunt: & ubicunque multitudo eſſet, ibi & legitimum rectorem multitudinis cenſebant debere eſſe. Quales primum nocturnos cætus, deinde promiſcuos mulierum ac virorum eſſe creditis? Si quibus ætatibus initientur mares, ſciatis, non miſereat nos eorum ſolum, ſed etiam pudeat. Hoc ſacramento initiatos juvenes milites faciendos cenſetis, Quirites? iis ex obſcæno ſacrario eductis arma committenda? hi cooperti ſtupris ſuis alieniſque, pro pudicitia conjugum ac liberorum veſtrorum ferro decernent? Minus tamen eſſet, ſi flagitiis tantum effæminati forent, (ipſorum id magna ex parte dedecus erat) à facinoribus manus, mentem à fraudibus abſtinuiſſent. Nunquam tantum mali in Republica fuit, nec ad plures, nec ad plura pertinens. Quicquid his annis libidine, quicquid fraude, quicquid ſcelere peccatum eſt, ex illo uno

ſacra-

ſacrario ſcitote ortum eſſe. Necdum omnia in quæ conjuraverunt, edita facinora habent, adhuc privatis noxiis (quia nondum ad Rempublicam opprimendam ſatis virium eſt) conjuratio ſeſe impia tenet. Creſcit & ſerpit quotidie malum: jam majus eſt, quam ut capere id privata fortuna poſſit: ad ſummam reipubl. ſpectat, niſi præcaveritis, Quirites. Iam huic diurnæ legitime ab conſule vocatæ par nocturna concio eſſe poterit. Nunc illi vos ſinguli univerſos concionantes timent: jam ubi vos dilapſi domos & in rura veſtra eritis, illi coierint, conſultabunt de ſua ſalute, ac veſtra pernicie: tum ſingulis vobis univerſi timendi erunt. 4. Optare igitur unuſquiſque veſtrum debet, ut bona mens ſuis omnibus fuerit: ſi quem libido, ſi furor in illum gurgitem abripuerit, illorum eum, cum quibus in omne flagitium & facinus conjuravit, non ſuum, judicet eſſe. Ne quis etiam errore labatur veſtrum quoque, non ſum ſecurus. Nihil enim in ſpeciem fallacius eſt, quam prava religio. Vbi Deorum numen prætenditur ſceleribus, ſubit animum timor, ne fraudibus humanis vindicandis, divini juris aliquid immixtum violemus. Hac vos religione innumerabilia decreta pontificum, ſenatus conſulta, aruſpicum denique reſponſa liberant. Quoties patrum avorumque ætate hoc negotium eſt magiſtratibus datum, ut ſacra externa fieri vetarent? ſacrificuloſque foro, circo, urbe prohiberent? vaticinos libros conquirerent comburerentque? omnem diſciplinam ſacrificandi, præterquam more Romano, abolerent? judicabant enim prudentiſſimi viri omnis divini humanique juris, nihil æque diſſolvendæ religionis eſſe, quam ubi non patrio, ſed externo ritu ſacrificaretur. 5. Hæc vobis prædicanda ratus ſum, ne qua ſuperſtitio agitaret animos veſtros, quum demolientes nos Bacchanalia, diſcutienteſque nefarios cœtus, cerneretis. Omnia diis propitiis volentibuſque ea faciemus: qui quia ſuum numen ſceleribus libidinibuſque contaminari indigne ferebant, ex occultis ea tenebris in lucem extraxerunt: nec pateſieri, ut impunita eſſent, ſed ut vindicarentur & opprimerentur, voluerunt. Senatus quæſtionem extra ordinem ea de re mihi collegæque meo mandavit: nos ipſi quæ nobis agenda ſunt impigre exſequemur. Vigiliarum nocturnarum curam per urbem minoribus magiſtratibus mandavimus. Vos quoque æquum eſt, quæ veſtra munia ſunt, quo quiſque loco poſitus erit, quod imperabitur, impigre præſtare, & dare operam, ne quid fraude noxiorum periculi aut tumultus oriatur.

Methodus Conſultationis publicæ de lege Oppia, de qua Liv. l. 34.

Tulerat legem C. Oppius Trib. pl. in medio ardore Punici belli, ne qua mulier plus ſemuncia auri haberet: neu veſtimento verſicolori ute-

uteretur: ne juncto vehiculo in urbe oppidove, nisi sacrorum publicorum causa, veheretur. Eam abrogari matronæ volebant, effusæ per omnes vicos, & vias, orantes, ut florente jam Republica, matronis pristinum ornatum reddi paterentur. Consul M. Porcius Cato legem vult retineri, non leviter in impotentiam muliebrem invectus: L. Valerius Tribunus mulieribus gratificatur, & legem abrogat.

M. Porcius Cato 1. Exordii loco queritur de disciplina domestica laxata; unde ipsa quoque respublica laboret: ut metuendum sit, ne Romæ tandem eveniat, quod olim apud Massagetas.

11. Dividit causam; de re, & de exemplo acturus.

111. Quod ad exemplum, invehitur in licentiam mulierum, quod seditionem concitare, & consiliis publicis se immiscere ausint: id quod nullo modo ferendum. 1. Quod impudentiæ sit singularis. 2. Quod contra exempla majorum. 3. Quod denique multum incommodi afferat, videlicet in extenuanda auctoritate senatus, labefactanda Republica, omniumque rerum licentia invehenda, cum summo dedecore virorum.

Quod ad rem seu ipsam legem, refutat prætensiones mulierum de legis iniquitate querentium, docens: 1. Legem istam minime novam esse, sed jam aliquot annis in vigore fuisse, utiliterque usurpatam. 2. Nullam legem dari posse, quæ omnibus æque commoda sit: sed sufficere, si majori parti, atque adeo publice prosit. 3. Non tam de onere conqueri posse mulieres, quam superbiæ & luxuriæ licentiam quærant: ubi querela de moribus civitatis propter invalescentem avaritiam & luxuriam. 4. Legem esse æquissimam, ut quæ pariter pauperibus & divitibus consulat. Vbi de ruinis œconomicis.

1v. Pro Epilogo addit πάθος de incommodis ex lege soluta metuendis, & in summam revocata sententia sua, bene precatur Reipublicæ.

L. Valerius 1. Rationem affert cur Consuli se opponat, nimirum quia vir sit magnæ auctoritatis, & invectio illa mulierum ipsum quoque Tribunum petat.

11. Causam definit, vestigia consulis sequens.

111. Quod ad exemplum, primum taxat atrocitatem verborum, quibus Cato fuerat usus: deinde defendit matronarum processionem in publicum, argumentis sumtis a causa, exemplis, & minoribus.

Quod ad legem, primum in genere posse aliquando legem antiquari demonstrat distinctione legum statarum & quæ propter tempora latæ, itemque exemplis. Deinde causas affert, cur hanc sumptuariam legem censeat abolendam. videlicet 1. Quod causa ejus jam de-

desierit. 2. Quod aliæ ea tempestate latæ jam negligantur. 3. Quod viris multa indulgeantur. 4. Quod Romanæ mulieres non debeant pejori loco esse, quam latinæ. 5. Quod ista ornamenta mulierum pro thesauro sint temporibus iniquioribus. 6. Quod hic sexus non habeat aliud quo gaudeat. 7. Quod sponte modum sit servaturus magis, quam lege coactus.

IV. Pro Epilogo 1. Corrigit vehementiam consulis. 2. Addit μίσος ab infirmitate hujus sexus, & virorum debita moderatione.

II.

Exempla hortationum, suasionum, admonitionum.

Psal. 2. hortatur hostes Christi, ut resipiscant, & submittant se Domino. 24. principes & magnates ut Christo Regi portas aperiant. 95. ut dum oportunum est audiamus Domini vocem. 34. monet de vita recte instituenda. Apostolus epistola ad Philippenses, ad Thessalonicenses, & 2. ad Timotheum magna ex parte, ad constantiam in veritate Euangelii hortatur: ad Hebræos, ut Christum vera fide amplectantur.

Horatius hortatur ad vitam suavem minusque rigidam, 1. od. 4, 9, 11, 18. 2. od. 11. 14. 3. od. 17, 19. 4. od. 7. 5. od. 13. ad laudes Apollinis & Dianæ, 1. od. 21. ad conjugium, 1. od. 23. ad æquanimitatem, 2. od. 3, 10, 16. 3. od. 8. ad patientiam, 3. od. 2. fidem conjugalem, 3. od. 7.

Apud Virgilium suadet fugam spectrum Hectoris, Æn. 2. Idem facit Venus, ibid. & Æneas patri, ibid. Mercurius hortatur Æneam, ut Carthagine discedat, 4. Æneid. Æneas indicit parentalia, 5. Æn. Mnesteus hortatur socios ad strenue remigandum, Æn. 5. Iris, sub specie Beroes, matronas ad classem incendendam, ibid. Alecto incitat Turnum ad bellum pro sponsa, 7. Æn. Tiberinus instruit Æneam de bello gerendo, Æn. 8. Euander auctor est Æneæ, ut Hetruscos sibi belli contra Mezentium socios adjungat, ibid. Iris hortatur Turnum ad prælium, Æneid. 9. Nisus Euryalum ad eruptionem in hostes, Æn. 9. Turnus ad Trojanos littore prohibendos, Æn. 10. quod idem facit Pallas.

Ovidius 3. Trist. 4. monet amicum ut consuetudinem fugiat magnorum virorum. 4. Trist. 9. ne pergat lædere. 5. Trist. 2. uxorem, ne timeat rogare Cæsarem. 2. Metamorph. Phaëtontem Sol de curru suo recte regendo.

Hortationes aut saltem admonitiones sunt Ciceronis epistolæ: de

ope

ope reipublicæ ferenda, 2. epiſt. 5. 7. epiſt. 17. 9. epiſt. 14. 10. epiſt. 3, 4, 5, 6, 13, 20. 11. ep. 5, 7, 9, 13, 25. 12. ep. 1. 14. de officio demandando, 2. ep. 8. de ſpe & exſpectatione tuenda, 2. ep. 14. & 7. ep. 9. de peregrinationibus ſuſcipiendis, 6. ep. 7. 7. ep 6, 9. de reditu in patriam maturando, 4. epiſt. 7, 8, 9, 10. 7. ep. 32. de offenſione Magnatium cavenda, 14. epiſt. 8, 9, 10, 17, 21. 16 ep. 1, 4, 5, 6, 11, 12, 13, 18, 22. de opera principi navanda, 7. ep. 8, 17. de cavenda hominum frequentia, 9. ep. 2. 11. ep. 2. Brutus monet Ciceronem de Veteranis ſibi conciliandis: cui ſequenti epiſtola Cicero reſpondet.

Plinius Conſilium dat in cauſa amicorum, 6. epiſt. 29. amici commodis, 6. ep. 33. ſtudiis, 7. ep. 9. re pecuniaria, 7. ep. 18.

Idem monet de præceptore audiendo, 2. epiſt. 3. de libro edendo, 2. ep. 10. 9. ep. 1. de oratione recitanda, 2. ep. 19. debito, 2. ep. 3. Indicit cœnam, 3. epiſt. 12. promittit ſui videndi copiam, 4. ep. 1. editionem librorum, 4. ep. 26. 9. ep. 14. vult cauteagi, 4. ep. 29. reſpondet de hiſtoria ſcribenda, 5. epiſt. 8. hortatur ad patientiam morbi, 7. ep. 1. ut in urbem redeat, 7. ep. 3. & 5.

Rationem reddit ſtudiorum ſuorum 7. epiſt. 4, 5. jocatur de epiſtolis deſideratis. 7. ep. 13. 9. ep. 25. & 32. hortatur amicum ut bellum Punicum deſcribat, 8. epiſt. 4. monet de provincia recte adminiſtranda, 8. ep. 24. ut & Cicero ad Q. Fratrem.

Bellum ſuadent Legati Corinthiorum, Thucyd. l. 5. Pericles, ibid. Sthenelaides, ibid. Alcibiades, lib. 5. Ariſtagoras, Herod. 5. Mardonius, 7. Miltiades, 6. Q. Capitolinus, Livius 3. Marcus Valerius Corvinus, 7. Appius Claudius, 5. Camillus, 15. Q. Fabius Maximus, 22. Publ. Sulpitius, 30. Philippus, Saluſt. in Iugurtha. Alexand. M., Arrianus lib. 2. Julianus, Marcellin. Solvendæ obſidionis auctor eſt T. Quintius, Livi. 36. Deditionis, Joſephus 6. de bello Iudaico c. 11. & l. 7. cap. 9. Trimegonide, Herod. 9. L. Lentulus, Liv. 9. Alorcus Hiſpanus, 21. T. Quintius, 36. Coburii, Curt. 6. Societatis & fœderis ineundi, ſolvendi, Cyrus, Herod. 5. Legati Perſarum, Lacedæmoniorum, Athenienſium, 8. Poſthumus, Liv. 9. Ariſthenes, 22. Xenarchi frater, 41. Chlærneas, Polyb. 9. Socii Philippi, 11. legati Teucrorum, Tacit. 20. Ἀμνηστίας, pacis, concordiæ, Hermocrates, Thucidides 4. Cyrus, Xenoph. 8. pædiæ. T. Quintius, Liv 7. Scipio, 37. Q. Cæcilius Metellus. 40. Parmenio, Curt. 3. Conſtantius, Marcell. Menenius Agrippa, Dionyſ. Halicarn. 6. Cicero in Senatu, Dion. 44. Micipſa, Saluſt. in Iugurtha. Imperii capiendi, Mutianus, Tacit. 17. Baliſta, Trebel. Pollio de 30. Tyrann. Obtemperandi alterius imperio Agrippa, Ioſephus 2. de bello Iudaico c. 16. Minutius, Liv. 22.

de-

fœdendi auctores fœderis iniqui, Sp. Posthumus, Livius 9. Iracundiæ temperandæ Periandri filia, Herod. 3. communionis cunctorum bonorum cum peregrinis Nero Cæsar, Tacit. 11. decernendi victori præmia, M. Servilius, Liv. 40. Craterus, Curt. 10. decernendæ provinciæ P. Cornelius Scipio, Q. Fabio maximo se opponens, Liv. 28. Creandi magistratus, P. Decius Mus, Liv. 10. possessionis remittendæ T. Quintius, Liv. 36. Domicilii deligendi Euctæmon Cynæus, Curt. 5. ruendi finem & pacta, Legati Macedonum, Liv. 3. Cyrus, Xenoph. 5. Xenophon, id. 7.

Admonitiones etiam & consilia instituunt: de re desperata P. Decius, Liv. 7. bello administrando Q. Fab. Maxim. Liv. 22. pœna ignaviæ Tib. Gracchus, 24. modestia in censendo magistratu, 2. Æmyl. Paul. 24. itinere tuto, Hecatonymus, Xenoph. 5. pæd. Consilio mutato Xerxes, Herod. 7. officio imperatoris Galba ad Pisonem, Tacit. 16. fide post factam gratiam Cerealis, Tacit. 20.

Apud Isocratem suasiones sunt. 1. Panegyrica ad expeditionem contra barbaros suscipiendam, ubi & laudes Athenienſium: 2. Ad Philippum Macedonicum, ut Græcia pacata bellum Persis inferat: 3. Archidamus Lacedæmoniis, ne ex desperatione rerum suarum Messenam Bœotiis tradant, sed potius bellum cum Thebanis continuent: 4. Areopagitica de statu civitatis emendando, ne res aliquando ad tyrannidem, aut omnino ad anarchiam deflectat. 5. De pace facienda cum Chiis, Rhodiis & Byzantiis.

Ejusdem paræneticæ sunt. 1. Ad Demonicum de officiis & moribus adolescentum: 2. Ad Nicoclem de officio Regis: 3. Ad eundem de officio subditorum.

Demosthenis suasiones id potissimum agunt, ut cives sui crescenti potentiæ & insidiis regum Macedonicorum Philippi & Alexandri obviam eant, seque corroborent.

Olynthiaca 1.) vult defendi Olynthios contra Philippum. 2. Olyn.) idem facit, & cunctantibus stimulum addit, Philippi opes extenuans: 3. Olynthiaca') auxilia missa ampliari suadet, & consilium dat de nervis belli comparandis.

Philip. 1.) consolatur Athenienses cladem à Philippo passos, simulque consilia dat de ratione belli rectius administrandi, geminis copiis comparatis, quarum alteræ urbem defendant, alteræ Macedoniam infestent. Philip. 2.) Monet Athenienses, ut pace à Philippo oblata minime fidant, sed rebus gerendis animum adjiciant, & bellum apparent. Philip. 3.) Idem agit, opponens pacificis verbis hostis injurias illatas, indeque hortatur, ut tandem aliquando sapiant;

& regem ulciſcantur. Philip. 4.) Ejuſdem argumenti eſt, niſi quod etiam diſcordiam inter cives opulentiores & tenuiores ſedare ſtudet, & ut Regem Perſicum ſibi concilient ſuadet.

Oratione de pace) Hanc neceſſariam magis, quam honeſtam ratus, locum Philippo concedit inter Amphictyones, id quod reliqui Græci jam fecerunt, & triſtis Phocenſium clades tum amplius urgebat.

Ad Philippi epiſtolam) Conſolatur Athenienſes, & confirmat adverſus Philippum, qui eis bellum denunciarat.

De republica ordinanda) Suadet ut de Theatrali pecunia tandem certi aliquid conſtituant, cives in claſſes diſtribuant, & more majorum contra Philippum rem ſerio agant.

De claſſibus) Monet Athenienſes rumore expeditionis perturbatos, ne priores inferant, ſed quiete ſe gerant, interim ad omnia ſe parantes, ſimulque rationem hujus inſtructionis docet.

De Rhodiorum libertate) Quos licet nunquam volentes Athenienſibus, tamen propter communem libertatem, contra Mauſolum tyrannum defendi vult.

Pro Megapolitis) Quibus contra nimiam potentiam Lacedæmoniorum communis ſecuritatis cauſa auxilium mitti ſuadet.

De Corona) Apollodorus contendit altera, quod ſecundum legem navem quam pulcherrime inſtruxiſſet: cum prior ipſi data eſſet, quod è triremium præfectis navem primus inſtructam repræſentaſſet.

Cicero in divinatione conſultat de idoneo accuſatore Verris: pro lege Manilia hortatur ad bellum Mithridaticum continuandum, utq; in eo imperator ſit Pompeius: 4. Catil. vult Syllam ſententiam de conjuratis ſequi. Phil. 1. ut bellum Antonian. committatur Caſſio & Bruto.

De provinciis conſularibus auctor eſt, ut revocatis Piſone & Sabinio, Syria & Macedonia futuris conſulibus commendetur, Gallia Cæſari integra maneat. Philip. 3. & 4. vult ut Cæſari auctoritas reipublicæ tuendæ tribuatur. Philip. 6. hortatur populum ad bellum contra Antonium.

Ph. 7. idem agit in ſenatu, remota prius à ſe cauſa offenſionis Anton. Itemq; Ph. 8. contra eos, qui tumultum quam bellum dici malebant.

Philip. 11. cenſet bellum contra Dolabellam Caſſio & Bruto demandari. Vide infra.

Catil. 1. auctor eſt Catilinæ, ut ſponte urbe exeat.

M. Antonii Mureti orationes ſuaſoriæ ſunt.

1. De Philoſophiæ & eloquentiæ conjunctione.

2. De toto ſtudiorum ſuorum curſu, deque eloquentia ac cæteris diſciplinis cum jurisprudentia conjungendis.

3. Cur

3. Cur ad munus docendi, quo se sponte abdicaverat, revocatus sit.

4. Cum in Platone explicando pergeret. ubi de rerum studio cum eloquentia conjungendo.

5. Ad illust. & reverendiss. R.E. Cardinales, cum subrogandi pontificis causa conclave ingressuri essent.

Suasoriæ quoque sunt Caroli Sigonii orationes pro Eloquentia: & de Latinæ linguæ usu retinendo.

HORATIUS, 2. od. 10, hortatur Licinium ad boni consulendam vivendi rationem mediocrem.

1. Rectius vives, Licini, neque altum
Semper urgendo, neque dum procellas
Cautus horrescis, nimium premendo
Littus iniquum.

2. Auream quisquis mediocritatem
Diligit, tutus caret obsoleti
Sordibus tecti, caret invidenda
Sobrius aula.
Sæpius ventis agitatur ingens
Pinus, & celsæ graviore casu
Decidunt turres, feriuntque summos
Fulmina montes.
Sperat infestis, metuit secundis
Alteram sortem bene præparatum
Pectus: informes hiemes reducit
Iupiter: idem
Summovet. Non si male nunc, & olim
Sic erit: quondam cithara tacentem
Suscitat Musam, neque semper arcum
Tendit Apollo.

3. Rebus angustis animosus atque
Fortis appare: sapienter idem
Contrahes vento nimium secundo
Turgida vela.

Mercurius 4. Æneid. monet Æneam, ut à Didone, amore jam insaniente, & triste consilium versante, discedat.

1. Nate Dea, potes hoc sub casu ducere somnos?
2. Nec quæ circumstent te deinde pericula cernis
Demens? nec Zephyros audis spirare secundos?
Illa dolos dirumque nefas in pectore versat,

Certa mori, varioque irarum fluctuat æstu.
Non fugis hinc præceps dum præcipitare potestas?
Jam mare turbari trabibus, sævasque videbis
Collucere faces, jam fervere littora flammis,
Si te his attigerit terris aurora morantem.
3. Eja age rumpe moras: varium & mutabile semper
Fæmina.

Cicero 2. epist. 1. Curionem, adolescentem ambitiosum, & rerum novarum cupidum, conatur ad rempublicam tuendam traducere.

1. Ego, te abfuisse tamdiu à nobis, & doleo, quod carui fructu jucundissimæ consuetudinis, & lætor, quod absens omnia cum maxima dignitate es consecutus, quodque in omnibus tuis rebus meis optatis fortuna respondit. 2. Breve est, quod me tibi præcipere meus incredibilis amor cogit. 3. Tanta est exspectatio vel amoris, vel ingenii tui, ut ego te obsecrare obtestarique non dubitem, sic ad nos confirmatus revertare, ut quam expectationem tui concitasti, hanc sustinere & tueri possis. Et quoniam meam tuorum erga me meritorum memoriam nulla unquam delebit oblivio: te rogo ut memineris, quantæcunque accessiones fient & fortunæ & dignitatis, eas te non potuisse consequi, nisi meis puer olim fidelissimis atque amantissimis consiliis paruisses. 4. Quare hoc animo in nos esse debebis, ut ætas nostra jam ingravescens, in amore atque in adolescentia conquiescat tua. Vale.

Plinius 2. epist. 3. Nepoti suo commendat præceptorem Isæum, quem diligenter audiit.

1. Magna Isæum fama præcesserat, major inventus est. Summa est facultas, copia, ubertas. Dicit semper ex tempore, sed tanquam diu scripserit. Sermo Græcus, imo Atticus, præfationes tersæ, graciles, dulces, graves interdum, & erectæ. Pascit controversias plures, electionem auditoribus permittit, sæpe etiam parteis urget: jam igitur incipit; statim omnia, ac pene pariter, ad manum. Sensus reconditi, occurrant verba: sed qualia quæsita & exculta. Multa lectio in subitis, multa scriptio elucet. Proœmiatur apte, narrat aperte, pugnat acriter, colligit fortiter, ornat excelse: postremo docet, delectat, afficit. Quod maxime dubites, crebra enthymemata, syllogismi circumscripti & effecti, quod stylo quoque affici magnum est. Incredibilis memoria, repetit altius quæ dixit ex tempore, ne verbo quidem labitur: ad tantam ἕξιν studio & exercitatione pervenit. Nam diebus & noctibus nihil aliud agit, nihil audit, nihil loquitur.

An-

Annum ſexageſimum exceſſit, & adhuc ſcholaſticus tantum eſt. Quo genere hominum nihil aut ſimplicius, aut ſincerius, aut melius. Nos enim qui in foro veriſque litibus terimur, multum malitiæ, quamvis nolimus, addiſcimus. Schola & auditorium, & ficta cauſa, & res inermis, innoxia eſt, nec minus felix, ſenibus præſertim. Nam quid in ſenectute felicius, quam quod dulciſſimum eſt in juventa? 2. Quare ego Iſæum non diſertiſſimum tantum, verum etiam beatiſſimum judico: quem tu niſi concupiſces cognoſcere, ferreus ſaxeuſque es. Proinde ſi non ob alia, noſque ipſos, at certe ut hunc audias veni. Nunquam ne legiſti, Gaditanum quendam, Titi Livii nomine gloriaque commotum, ad viſendum eum ab ultimo terrarum orbe veniſſe, ſtatimque ut viderat, abiiſſe? Ἀφιλόκαλον, illiteratum, iners ac pene etiam turpe eſt, non putare tanti cognitionem, qua nulla eſt jucundior, nulla pulchrior, nulla denique humanior. 3. Dices, habeo hic, quos legam, non minus diſertos etiam. Sed legendi ſemper occaſio eſt, audiendi non ſemper. Multo magis, ut vulgo dicitur, viva vox afficit. Nam licet acriora ſint, quæ legas, altius tamen in animo ſedent, quæ pronuntiatio, vultus, habitus, geſtus etiam dicentis affigit. Niſi vero falſum putamus illud Æſchinis, qui cum legiſſet Rhodiis orationem Demoſthenis, admirantibus cunctis, adjeciſſe fertur, Τί δὲ; ἢ αὐτῆς ἐμοῦ ἠκηκόατε; & erat Æſchines, ſi Demoſtheni credimus, μεγαλοφωνότατος. Fatebatur tamen, longe melius eadem illa pronuntiaſſe ipſum, quæ pepererat. 5. Quæ omnia huc tendunt, ut audias Iſæum, vel ideo tantum, ut audieris. Vale.

Micipſa apud Saluſtium, finem vitæ ſibi adeſſe intelligens, Iugurtham officii ſui admonet; maxime quod ad fidem & concordiam colendam cum fratribus.

1. Parvum ego te, Iugurtha, amiſſo patre, ſine ſpe, ſine opibus in meum regnum accepi, exiſtimans, non minus me tibi, quam liberis, ſi genuiſſem, ob beneficia carum fore. Neque ea res falſum me habuit. Nam ut alia magna atq; egregia facta omittam, noviſſime rediens Numantia, me regnumque meum gloria decoraſti, tuaque virtute nobis Romanos ex amicis amiciſſimos feciſti: in Hiſpania nomen familiæ noſtræ renovaſti: poſtremo, quod difficillimum inter mortales eſt, gloria invidiam viciſti. 2. Nunc quoniam mihi natura finem vitæ facit, per hanc dextram, per regni fidem moneo obteſtorque te, ut hos, qui tibi genere propinqui, beneficio meo fratres ſunt, caros habeas: neu malis alienos adjungere, quam conjunctos retinere. 3. Non exercitus, neque theſauri præſidia regni ſunt, verum amici: quos neque armis cogere, neque auro parare queas: officio & fide parantur. Quis

autem amicior quam frater fratri? aut quem alienum fidum invenies, si tuis hostis fueris? Equidem ego regnum vobis trado firmum, si boni eritis: sin mali, imbecillum. Nam concordia res parvæ crescunt, discordia maximæ dilabuntur. 4. Cæterum ante hoste, Iugurtha, qui ætate & sapientia prior es, ne aliter quid eveniat, providere decet. Nam in omni certamine qui opulentior est, etiamsi accipit injuriam, tamen quia plus potest, facere videtur. Vos autem Adherbal & Hiempsal colite & observate talem hunc virum: imitamini virtutem, & enitamini, ne ego meliores liberos sumpsisse videar, quam genuisse.

Oeconomia epistolæ Ciceronis ad Q. Fratrem de provincia Asiæ recte administranda.

1. Exordio causam scribendi exponit, non obscure etiam fratrem rogans, ut prorogationem muneris æquo animo ferat.

11. Paræneſis ipsa octo capita habet: quorum 4. de personis, totidem de rebus provincialibus agunt.

1. Est de ipso Quintio prætore, qui cum ratione agit, quippe princeps togatus: & præterea moderate & juste: quod ita exemplo suo alios quoque in officio continere & famæ suæ consulere possit.

2. De adjutoribus & ministris, ut sunt, Legati, Quæstores, convictores & comites, accensi, lictores: à quibus officium exigendum, nulla danda occasio, nulla licentia ad peccandum.

3. De amicis & familiaribus in provincia: ut sunt advenæ & negotiatores: tum ipsi indigenæ. quibus ita probanda humanitas, ne justitia & æquitas vacillent: nec temere cuique habenda fides.

4. De servis; qui ab injuria prohibendi, & tantum in privatis negotiis periclitandi.

5. De judiciis; quæ sine cupiditate, ira & prosopolepsia habenda, & sine cujusque contumelia.

6. De cura reipublicæ, in qua pax & prosperitas dominentur.

7. De tributis & vectigalibus; quæ moderanda, sæpe etiam præcavenda: ubi etiam de controversiis inter publicanos & Græcos.

8. De Iracundia in rebus agendis moderanda.

111. Epilogus παθητικὸς movet: ut suæ, ut fratris, ut patriæ famæ & existimationi consulat.

Vide similem epistolam, sed breviorem, apud Plinium lib. 8. ep. 24.

Oeconomia Oration. Ciceronis pro leg. Manilia de bello Mithridatico.

1. Exordium est prolepticum, quod hactenus in foro & privatis causis sit versatus, nunc consilia publica tractare & concionari velit:

sci-

scilicet prætor factus, & sic populo magis devinctus, plusque experientiæ & auctoritatis jam nactus.

2. Narratio habet historiam belli: unde ortum; qua varietate gestum; & quo loco jam res sint.

3. Propositio est trimembris: de genere belli: de necessitate ejusdem: de imperatore deligendo.

IV. Contentio. 1. De genere belli. Necessitatem ejus demonstrat ex quatuor causis: quod in eo agatur populi R. gloria: vectigalia maxima: salus sociorum: multorum civium bona.

2. De magnitudine, ob quam sollicite & caute agendum: id quod probat tribus argumentis; quod recens magna clades accepta; quod hostis novis viribus auctus regum ac populorum; quod imperator designatus non sit par rei.

3. De imperatore, quem vult esse Pompeium, quod is scientia bellica, virtute, auctoritate & felicitate prorsus sit singulari.

V. Confutatio respondet Hortensio & Catulo alium imperatorem jubentibus: scilicet quia

1. Pompeius jam recens in bello piratico Imperator fuerit; quales honores non oporteat uni duntaxat deferri: cui orator opponit similem Sophisticam in causa piratica: 2. Quia metuendum, ne Pompeio, in quo summa Reipublicæ consistat, aliquid humanitus obveniat: cui opponitur ipse Catulus Pompeio non impar, & argumenti inversio; Pompeio ideo, quia incertæ res humanæ, utendum quoad liceat: 3. Quia novum sit, uni omnia committere: ubi distinguitur inter tempus togatum & bellicum, afferunturque exempla eorum, quibus similis honos habitus, ut nihil hic novi agnoscas, denique consuetudini opponitur auctoritas totius populi Romani: quibus tandem πίστις additur ἐλπίδας è moribus Pompeii, bonorumque de eo expectatione & judiciis.

VI. Peroratio commendat legem Manilii de Pompeio, & suspicionem alicujus prosopolepsiæ & captati proprii commodi diluit, jurans nihil se præter amorem reipublicæ spectare.

Oeconomia Orat. M. Anton. Mureti habitæ ad Cardinales, novum pontificem designaturos.

I. Exordium sumit à rei deliberandæ magnitudine.

II. Propositionis loco est prolepsis: quod etsi cardinales ipsi sapiant, tamen passuri sint, se ab inferiori aliquo moneri: scilicet consilium bonum à quovis audituri.

III. Precatus audientiam, diluit tres objectiones: 1. Quod episcopus quærendus, qui inculpabilis: nimirum talem non dari, sed suf-

ficere, ut aliis excellat, & saltem ab enormioribus vitiis sit purus: 2. Quod sorti res committenda: scilicet hoc faciendum, ubi omnes sunt pares; quod hic secus: 3. Quod parum gratiæ habeat, ex omnibus unum præferre: sed non ex gratia, verum ex dignitate & meritis consilium capiendum.

IV. Definit qualem tandem pontificem velit: scilicet in quo sit 1. sanctitas morum, 2. prudentia, 3. caritas, 4. doctrina, 5. auctoritas.

V. Epilogi loco est duplex votum: unum ipsius ecclesiæ per prosopopœiam: alterum oratoris, ut pontifex eligatur, qualis Pius V. & Gregorius XIII. fuerint.

III.

Exempla dissuasionum & dehortationum.

Psal. 4. dehortatur ab improbis adversum se consiliis. 1. Corinth. 1,2,3,4. improbantur schismata & dissidia Corinthioruum.

Horatius dissuadet bella civilia 1. od. 14. & Epist. od. 7. rixas inter pocula 1. od. 27. amorem virginis immaturæ, 2. od. 5. 3. od. 15. 4. od. 1. consilium impediendi nuptias, 3. od. 20. navigationem, 3. od. 27.

Apud Virgilium Laocon dissuadet equum intra urbem recipi, Æneid. 2. Palinurus navigationem, 5. Regina conjugium, Æn. 7. Latinus Turnum dehortatur à bello cum Æn. 7. & hunc à duello cum Turno, 12. ut & regina, ibid. Turnus dissuadet pacem cum Ænea, 11.

Apud Ovid. 2. Metamorph. Sol dehortatur Phaëthontem à regimine currus sui.

Cicero dissuadet quæstorem offendi, 2. ep. 18. Luctum longiorem Luceius 5. epist. 14. Cui Cicero respondet, 15, 26, 27. Captationem gratiæ 6. epist. 19. continuationem belli, 6. epist. 22. venditionem ædium 7. ep. 20. prælium 8. ep. 5. defensionem 8, ep. 16. petitionem honorum 10. ep. 25, 26. pacificationem 10. ep. 6. 10. ep. 27. profectionem 16. epist. 8.

Plinius dehortatur à nimio labore senectutis, 7. ep. 23.

Joseph. dissuadet αὐτοχειρίαν l. 3. de bello judaico, c. 14. Scipio Masanissæ intempestivum matrimonium, Liv. 1. 30. bellum & prælium, Massagetæ ad Cyrum, Herod. 5. Sandanides ad Crœsum, ibid. Artemisia, Herod. 1. Archidamus ad Lacedæmonios, cui adversatur Sthenelaides, Thucyd. 1. Nicius ad Athenienses, cui adversatur Alcibiades, Thucyd. 6. Metius Suffetius, Liv. 1. Nabarzanes, Curt. 5. Otho,

tho, Tacit. 17. Vibius Virius deditionem ad Campanos, Liv. 26. Prædam Belliſarius, Paulus Diaconus in Iuſtinano. Conditiones accipiendas, Xenoph. 7. de expeditione Cyri. Copias dividendas Achæmenes, Herod. 7. hoſtes perſequendos Cyaxares, Xenoph. 4. pæd. iniquum munus in bello Cephiſodotus, Xenoph. 7. de rebus geſtis Græcorum. pacem Eumenes, Liv. 37. Societatem legati Lacedæmonii, Herodot. 8. Democrates, Thucyd. 6. Lyciſcus, Polyb. 9. tyrannidem Soſicles, Herod. 5. Ariſtæmus, Liv. 34. mutationem urbis & domicilii Camillus, Liv. 5. triumphum L. Furius Purpurio. Liv. 38. provinciam decernendam Q. Fabius Maximus, Liv. 28. magiſtratum creatum, idem, Liv. 34. crudelem animadverſionem Diodotus, cui adverſatur Cleon, Thucyd. 3. Xenoph. 7. Lampo & Pauſanius, Herod. 9. Cæſar & Cato, Saluſt. in Catilin. Legem Q. Fabius, Liv. 3. Cincinnatus, id. 3. Appius Claudius, idem 6. Lucius Valerius, id. 34. paratum facinus Pertinax, apud Herodian. Pacuvius, Liv. 23. Legem ſumptuariam contra mulieres, Lucius Valerius, Liv. 34. Vide ſupra. receptionem debitorum M. Polanus ad Venetum ſenatum, Bembus 3. hiſt. Venet.

1. Demoſthenes contra Leptinem) qui rogationem tulerat, ne quis in poſterum ab oneribus publicis immunis eſſet: hanc legem rejicit, ut quæ cum ipſa æquitate pugnet, & magnitudine Athenienſium indigna eſſet.

2. Idem in Timocratem,) qui legem promulgarat de debito publico, qua ærariis jam in vincula conjectis, & tempus ſolvendi & ſponſores indulgebantur: legem iſtam & antiquis adverſari legibus, & pernicioſam eſſe reipublicæ criminatur.

3. Contra Ariſtocratem) Charidemo civitatem decernentem, contendit, quod id contra leges & utilitatem publicam, & contra hominis ipſius vires.

4. Adverſus Androtionem) improbat ejus decretum de corona: quia ſine auctoritate ſenatus factum, quia cum lege altera pugnet, denique factum ab homine impudico & obærato.

5. De corona) ſibi priori data, qui primus è triremium præfectis navim inſtructam repræſentaſſet; quum Apollodorus ex lege alteram ſibi vendicaret, quod navem pulcherrime adornaſſet.

Cicero 1. & 2. agraria diſſuadet legem tribunitiam P. Servilii Rulli de agris à populo Romano captis in cives diſtribuendis.

Philip. 5. diſſuadet legationem ad Antonium pacis cauſa mittendam.

Idem facit Phil. 12.) nominatimque, ne ſe mittant.

Phil. 7. Dissuadet pacem cum Antonio, quod turpis, periculosa & impossibilis sit.

Philip. 8. mandata & postulata Antonii admitti non vult.

Philip. 13. iterum improbat pacem Antonianam, utpote insidiosam; contra censente M. Lepido.

Philip. 14. reprehendit vestitus propter cladem Antonii mutationem. Vide infra.

Horat. Epod. 7. detestatur bellum civile in Brutum & Cassium.

1. Quo, quo, scelesti, vultis? aut cur dexteris
Aptantur enses conditi?
2. Parumne campis, atque Neptuno super
Fusum est Latini sanguinis?
Non ut superbas invidæ Carthaginis
Romanus arces ureret:
Intactus aut Britannus ut descenderet
Sacra catenatus via:
Sed ut, secundum vota Parthorum, sua
Vrbs hæc periret dextera.
Neque hic lupis mos, nec fuit leonibus
Vnquam nisi in dispar feris.
3 Furorne cæcus, an rapit vis acrior?
An culpa? responsum date.
Tacent: & ora pallor albus inficit:
Mentesque perculsæ stupent.
Sic est: acerba fata Romanos agunt,
Scelusque fraternæ necis:
Vt immerentis fluxit in terram Remi
Sacer nepotibus cruor.

Laocoon monet cives suos, ne Græcorum equum ligneum in urbem recipiant, 2. Æn.

1. ---- O miseri, quæ tanta insania, cives?
2. Creditis avectos hostes, aut ulla putatis
Dona carere dolis Danaum? sic notus Vlysses?
Aut hoc inclusi ligno occultantur Achivi,
Aut hæc in nostros fabricata est machina muros,
Inspectura domos, venturaque desuper urbi:
Aut aliquis latet error. 3. Equo ne credite, Teucri:
Quicquid id est, timeo Danaos & dona ferentes.

Cicero scribit Trebatio, ne paternas possessiones vendat, 7. Epist. 20.

1. Amabilior mihi Velia fuit, quod te ab ea sensi amari. Sed qui ego dicam te, quem quis non amat? Rufio medius fidius tuus ita desiderabatur, ut si esset unus è nobis. 2. Sed quid ego te non reprehendo, qui illum ad ædificationem tuam transduxeris. Quanquam enim Velia non est vilior, quam Lupercal, tamen istuc malo, quam hæc omnia. Tu, si me audies, quem soles, has paternas possessiones tenebis, (nescio quid enim Velienses verebantur) neque Haletem nobilem amnem relinques, nec Papyrianam domum deseres: quanquam illa quidem habet lucum à quo etiam advenæ teneri solent: quem tamen si excideris, multum prospexeris. Sed in primis oportunum videtur, his præsertim temporibus, habere profugium; primum eorum urbem, quibus carus sis; deinde etiam tuam domum, tuosque agros; eaque remoto, salubri, amœnoque loco: idque etiam mea interesse, mi Trebati, arbitror. 3. Sed valebis, meaque negotia videbis, meque diis juvantibus ante brumam exspectabis &c.

Scipio Masiniſſam, Syphacis uxorem Sophonisbam perdite amantem, à fœda libidine deterret.

3. Aliqua te existimo, Masiniſſa, intuentem in me bona, & principio in Hispaniam ad jungendam mecum amicitiam venisse, & postea in Africa te ipsum spesque omnes tuas in fidem meam commisisse. Atqui nulla earum virtus est, propter quam appetendus tibi visus sim, qua ego æque atque temperantia & continentia libidinum gloriatus fuerim. 2. Hanc te quoque ad cæteras tuas eximias virtutes, Masiniſſa, adjecisse velim. 3. Nam non est (mihi crede) tantum ab hostibus armatis ætati nostræ periculum, quantum ab circumfusis undique voluptatibus. Qui eas sua temperantia frænavit ac domuit, is multo majus decus, majoremque victoriam sibi peperit, quam nos Syphace victo habemus. Quæ me absente strenue ac fortiter feciſti, libenter & commemoravi, & memini: Cætera te ipsum reputare tecum, quam me dicente erubescere, malo. Syphax populi Romani auspiciis victus captusque est. Itaque ipsa conjux, regnum, agri, oppida, homines qui incolunt, quicquid denique Syphacis fuit, præda populi Romani est, & regem conjugemque ejus, etiamsi non civis Carthaginensis esset, etiamsi non patrem imperatorem hostium videremus, Romam oporteret mitti, ac senatus populique Romani de ea judicium arbitriumque esse, quæ regem nobis socium abalienasse atque in arma coegisse præcipitem dicatur. 3. Vince animum: cave ne deformis multa bona uno vitio, & tot meritorum gratiam majore culpa, quam causa culpæ est, corrumpas.

Methodus Philippicæ 7. qua Cicero dissuadet pacem cum Antonio.

1. Ex-

I. Exordium 1. rejicit capita deliberationis leviora: & 2. queritur de calliditate Antonianorum in curanda legatione ad Antonium.

II. Confutatio diluit calumniam, quod Cicero Antonium prior irritarit: ubi primum personas, deinde rem tractat.

III. Propositio habet 1. prolepsin de pacis studio, 2. partitionem causæ.

IV. Confirmatio respondet partitioni, tria argumenta contra pacem habens.

1. Quod pax sit turpis futura: nimirum 1. quia Senatus Antonium jam hostem judicavit, Cæsaris & Bruti actis adversus ipsum probatis: 2. Quia bellum jam initum; (ubi prolepsis de legatis mittendis) quæ mutare levitatis fuerit: 3. Quia Antonius indignus, qui in Senatum recipiatur.

2. Quod periculosa: cum Antonius, plus virium nactus, rempub. invasurus sit: id quod ex actis prioribus probabile facit.

3. Quod impossibilis: quandoquidem inter Antonium & Rempublicam, id est senatum, milites, plebem, municipia, optimates, denique cives universos, extremum odium sit,

V. Peroratio 1. monet quid ante fieri oporteat ab Antonio, si pax danda: 2. Hortatur senatum, ut prudenter agat, repetens argumenta dissuasionis: 3. Idem nominatim contendit à Pansa consule.

Methodus 2. Agrariæ, qua contra P. Servilii Rulli, qui simulatione popularitatis captare tyrannidem videbatur, legem contendit.

1. Exordio oblique se insinuat populo, cujus offensio metuenda erat: scilicet præ se ferendo animum gratum, de officio suo sollicitum, & studiosum populi.

Gratus videri vult propter consulatum attributum: ubi cum præcessoribus suis se confert natalibus, temporibus, suffragiis: scilicet ad amplius prædicandum acceptum beneficium.

Sollicitus & vigilans cupit esse: 1. Quod consilio errans patronum nullum habeat: 2. Quod fautores & amicos suos una secum in reprehensionem & invidiam sit ducturus. 3. Quod, ut consul popularis, in senatu multos habeat observatores & adversarios.

Populi studiosus est 1. Re & factis benignis, non verbi jactantia: 2. Contra seditiosa consilia publicam pacem, libertatem, otium, & cætera ad salutem populi pertinentia defendendo, non largitionibus populum inescando & seducendo: ubi oblique obstringit Rullanos, & se liberat suspicione, quasi populi commodis minus faveat.

II. Narratio exponit consilia ab agrariis tractata, consectariis passim insperſis, quod mali aliquid moliantur: videlicet 1. Quia consulem admittere, consciumque facere noluerint: 2. Nocturnos ac clandestinos conventus egerint: 3. Caput factionis Rullus novo corporis habitu truculentiam aliquam præ se tulerit: 4. Initio legem non scriptam, sed voce, & quidem obscure, promulgarit.

III. Propositio est: Legem Rulli ad tyrannidem spectare, & ad opprimendam communem libertatem: ideoque se eam probare non posse.

IV. Contentio examinat VI. circumstantias & capita legis, eaque omnia tyrannidem arguentia.

1. Quod non ab universo populo, sed quibusdam tantum tribubus decemviros creari voluit, id quod contra consuetudinem & exempla majorum, contraque civium libertatem.

2. Quod ad fraudem tegendam abutitur exemplo pontificis, ad ejus creati similitudinem etiam decemviros creari volens: ubi 1. Causam affert, propter quam majores pontificatum & cætera sacerdotia à minori parte populi constitui voluerit: 2. Ostendit dissimilitudinem consilii Rullani. 3. Aperit fraudem Tribuni, scilicet ut comitia pro arbitratu suo haberet, & sic facilius obtinere posset, quod machinaretur: 4. Invidiose exagitat fraudem, ut quæ pugnet cum legibus, ipsumque auctorem redarguat, denique cum meritissimo viro Pompeio, quem decemviratu excluserit, committat.

3. Quod lege Curiata decemviros ordinet: ubi de comitiis centuriatis, tributis, & curiatis agit, & institutum Rulli pugnare facit cum lege & consuetudine majorum.

4. Quod decemviros etiam sine lege putet creari posse: idque contra morem omnium magistratuum, & contra auctoritatem ipsorum Tribunorum.

5. Quod decemviris suis insignia tribuerit plus quam regia: quod certum judicium meditatæ tyrannidis.

6. Quod iisdem immodicam licentiam det in vendendo, emendo, colonis ducendis.

Quod ad venditionem, nominatim agit de abalienandis, vigore hujus legis.

1. Locis publicis.

2. Provinciis; ubi disputatio de jure Romanorum in Ægyptum.

3. Vectigalibus, sive ea vetera, sive nova sint; ubi nominatim de regno Mithridatis recens à Pompeio occupato, cujus invidia Tribunum vult ruere.

4. Ma-

4. Manubiis, ubi ridet ſimulationem hominis in Pompeio excipiendo argumento ab effectis contrariis, & à fine malo.

Quod ad emptionem, duo reprehendit:

1. Quod ſine publica auctoritate ſibi id arroget: 2. Quod non definiat 1. ubi velit emere, 2. quales agros, 3. à quibus dominis, juſtis an injuſtis, 4. quibus civibus, 5. quid reliqua pecunia agendum: ubi invidioſa antitheſis incontinentiæ Rullanæ, & contrariæ virtutis majorum.

Poſtremo in lege coloniarum primo iterum reprehendit ſubdolam obſcuritatem, quando non definiat quos & quo deducere velit: deinde nominatim diſputat de agro Campano, quem colonis dividere non liceat: quia 1. utile non ſit, 2. nec honeſtum, 3. nec propter tempora, quæ reipub. evenire queant, tutum: 4. nec majorum exemplis & providentiæ conveniens: 5. nec ſalutare bonis moribus propter incolarum ſuperbiam & luxuriam; ubi digreſſio de vi locorum in mutandis hominum moribus.

v. Peroratio 1. repetit quædam capita examinis habiti: 2. ad terrendum Rullum ſpondet populo ſuam in conſiliis ejus impediendis vigilantiam & conſtantiam: 3. captat favorem populi, ſtudium erga eum præ ſe ferens ſingulare.

IV.

Exempla petitionum.

Precationes pro Eccleſia ſeneſcente ſunt Pſal. 71, 72. contra tyrannos, falſos doctores, calumniatores, 5, 7, 10, 12, 17, 26, 27, 28, 35, 36, 44, 54, 55, 120, 140. contra eos, qui eccleſias & ſcholas vaſtant, 74, 79, 80, 83, 124, 137. liberationis ex periculis & morbis, 3, 4, 6, 13, 31, 38, 41, 57, 58, 59, 70, 86. (Tales ſunt & Chriſti in exrtemis ſuis anguſtiis, 22, 32, 40, 69.) Pro pace 60, 85. pro magiſtratu & ordine politico 20, 21, 61. pro remiſſione peccatorum 25, 36, 42, 51, 102, 130, 143. pro felici obitu, 39, 90.

Horatius precatur pro patria 1. oda 2. Virgilio navigante 1. od. 3. Cæſare in Britanniam abeunte, 1. od. 35. pro reditu ejuſdem 4. od. 5. pro Mecœnate 5. od. 1. pro ſtatu publico, 5. od. 19. invitat ad convivium, 1. od. 20. 3. od. 8, 17, & 18. 4. od. 11. & 12. ad ſepulturam, 1. od. 28. deprecatur damnum agrorum, 3. od. 18.

Apud Virgilium Iuno ab Æolo petit claſſem Trojanam everti, Æn. 1. Ilioneus à Didone hoſpitium, ibid. Venus intercedit apud Iovem pro Trojanis, cui Iupiter benigne reſpondet, Æn. 1. apud Neptu-

tunum pro iisdem, Æn.5. ubi & responsum Neptuni. Æneas valedicit Heleno, Æn.3. Dido per sororem petit ab Ænea ut maneat, Æn.4. Æneas aditum ad inferos, Æn.6. Ilioneus à Latinis locum urbis condendæ, Æn.7. Fœdus cum Euandro, Æn. 8. ubi & hujus responsum. Euander filio in militiam abituro precatur fausta, Æn.8. Dido male precatur Æneæ, Æn.4. Magus pro vita supplicat, Æn.10. Lausus, Turnus & Mezentius pro sepultura, ibidem. Latini à Trojanis inducias petunt ad sepeliendum mortuos, Æn.11.

Ovidius deprecatur naufragium, 1.Trist.2. petit ab amico ut fidus maneat 3.Trist.6. & 5. Trist.7. mitiorem locum exilii 3.Trist.2. ut Cæsar sibi parcat 5. Trist.3. ut Bacchus pro se intercedat 5.Trist.1.

Cicero petit rationem haberi Milonis in consequendo consolatu, 2.ep.6. Defensionem & patrocinium 2.epist.9. 6. epist.16. 11. epist. 4,19. 15. epist.6, 7, 10, 12. sæpius sibi scribi, 2. epist. 10. 13.epist. 26,68. 15. epist. 20. 16.epist. 25, 26. provinciam expeditam 3. epistola 2.

Constantiam in fide amicitiæ 4.ep.15. historiam consulatus sui describi 5.epist.12. quibus similes sunt 11.epist.9. 14.epist.4. 12.ep.14. 15.epist.4, 10,13. commendationem 7. epist.30. pantheras 8.ep.9. auxilium contra hostes, 10.epist.24. 11.epist.9, 26. 15. epist.1. declarationem mentis & voluntatis suæ in convocandis militibus, 11. epist.2. supplicationem 15.epist.3. successorem, 15.epist.12.

Plinius petit consilium in vendendo agro, 3.epist. 19. præceptori stipendium liberalius 4.epist.13. (respondet petitioni de Corelliadefendenda, 4.epist.17.) imagines Cornelii nepotis, 4.epist.28. libellos edi 5.epist.11. invitat ad se Tironem, 6.epist.1. petit officium scribendi 6.epist.4,7. respondet ad petitionem patrocinii 6.epist.18,23. requirit consilium in causis amicorum, 6.ep.29. captat amicos commodos 6.epist.30. offert dotem sponso, 6.epist.32. vult inseri historiæ Taciti. 7.epist.35. respondet ad petitiones,9.epist.28. petit materiam sibi emi ad templum instaurandum, 9.epist.39.

Beneficium & subsidium in egestate petit M. Hortalus à Tiberio & senatu Romano; ubi & Tiberii responsum, Tacitus 11, Annal. Societatem & auxilium contra hostes, Legati Athenienſium, Herodotus 8. Eques Spartanus, Herodotus ibidem. Patrocles, Xenophon 4. de rebus gestis Græcorum. Adherbal à fratre Iugurtha regno ejectus, Salust. Thebani, Xenophon 3. de rebus gestis Græcorum. Corcyræi & Corinthii ab Athenienſibus alteri contra alteros, Thucyd.1. Campani à senatu Romano, Livius 7. ubi & senatus responsum, & legatorum instantia: Varro Consul à Campanorum legatis, Livius 23.

Sam-

Samnites ab Annibale, Liv. 23. honoratum locum in bello, Tegeatæ & Athenienſes, Herodot. 9. ſtipendium, aut præmium pro opera bellica, Xenophon nomine Græcorum à Senthe, Xenophon. 7. expeditione Cyri: Eumenes & Rhodii, Liv. 37. Cn. Manlius triumphaturus: ubi adverſarios habet L. Æmylium, & L. Furium, Liv. 38. redemptionem captivorum ab hoſtibus, captivi ad Cannas, Liv. 22. ubi & reſponſum ducum T. Manlii Torquati. reſtitutionem in priſtinum locum milites exauctorati, Liv. 25. reconciliationem & deditionem admittendam Syracuſani cum Marcello, Liv. 25. pacem Lacedæmonii, Thucydides 4. Callias, Xenoph. 6. de rebus geſtis Græcorum, Calliſtratus, ibidem: legatus Carthaginenſium Hanno, item Athenienſium legatus: quibus reſpondet Cenſorinus Coſ. Appian. de bell. civil. Syracuſani, Liv. 25. Annibal, Liv. 30. ubi & reſponſum Scipionis, Zeuſis, ibidem. Darius, Curtius 3. Acuphis, Arrianus 5. Conſulatus ſocietatem Annius Setinus legatus Latinorum, Liv. 8. ubi & reſponſum T. Manlii Conſulis.

Cicero Catilinaria 3. petit ſupplicationem propter liberatam Rempublicam.

Ilioneus ſibi & ſociis recens naufragium paſſis petit à Didone hoſpitium, Æneid. 1.

1. O regina, novam cui condere Iupiter urbem,
Iuſtitiaque dedit gentes frænare ſuperbas:
2. Troes te miſeri, ventis maria omnia vecti,
Oramus, prohibe infandos à navibus ignes.
Parce pio generi, & propius res aſpice noſtras.
3. Non nos aut ferro Libycos populare penates
Venimus, aut raptas ad littora vertere prædas.
Non ea vis animo, nec tanta ſuperbia victis.
4. Eſt locus, Heſperiam Graji cognomine dicunt,
Terra antiqua, potens armis atque ubere glebæ:
Oenotrii coluere viri: nunc fama, minores
Italiam dixiſſe, ducis de nomine gentem:
Huc curſus fuit:
Cum ſubito aſſurgens fluctu nimboſus Orion
In vada cæca tulit, penituſque procacibus auſtris,
Perque undas, ſuperante ſalo, perque invia ſaxa
Diſpulit, huc pauci veſtris annavimus oris.
5. Quod genus hoc hominum? quæve hunc tam barbara morem
Permittit patria? hoſpitio prohibemur arenæ:
Bella cient, primaque vetant conſiſtere terra.

Si

Si genus humanum & mortalia temnitis arma,
At ſperate Deos memores fandi, atque nefandi.
Rex erat Æneas nobis, quo juſtior alter
Nec pietate fuit, nec bello major & armis:
Quem ſi fata virum ſervant, ſi veſcitur aura
Ætherea, nec adhuc crudelibus occubat umbris;
Non metus, officio nec te certaſſe priorem
Pœniteat: ſunt & Siculis regionibus urbes,
Armaque, Trojanoque à ſanguine clarus Aceſtes.
6. Quaſſatam ventis liceat ſubducere claſſem,
Et ſylvis aptare trabes, & ſtringere remos.
Si datur Italiam ſociis & rege recepto
Tendere, ut Italiam læti Latiumque petamus:
Sin abſumpta ſalus, & te pater optime Teucrum
Pontus habet Libyæ, nec ſpes jam reſtat Iuli,
Ad freta Sicaniæ ſaltem, ſedeſque paratas,
Unde huc advecti, regemque petamus Aceſten.

Dido benigne reſpondet.

1. Solvite corde metum, Teucri, ſecludite curas.
2. Res dura, & regni novitas me talia cogunt
Moliri, & latè fines cuſtode tueri.
Quis genus Æneadum? quis Trojæ neſciat urbem?
Virtuteſque, viroſque, & tanti incendia belli?
Non obtuſa adeo geſtamus pectora Pœni:
Nec tam adverſus equos Tyria ſol jungit ab urbe.
3. Seu vos Heſperiam magnam, Saturniaque arva,
Sive Erycis fines, regemque optatis Aceſten,
Auxilio tutos dimittam, opibuſque juvabo:
Vultis & his mecum pariter conſidere regnis,
Vrbem quam ſtatuo, veſtra eſt: ſubducite naves;
Tros, Tyriuſque mihi nullo diſcrimine agetur;
Atque utinam Rex ipſe Noto compulſus eodem
Afforet Æneas! equidem per littora certos
Dimittam, & Libyæ luſtrare extrema jubebo,
Si quibus ejectus ſylvis, aut urbibus errat.

Cicero ab Attico petit ſecum communicari libros quoſdam & ſtatum Reipublicæ. 4. ad Atticum 14.

1. Veſtorius noſter me per literas facit certiorem, te Roma ad diem VI. Id. Maii putare profectum eſſe, tardius quam dixerat, quod minus valuiſſes. Si jam melius vales, vehementer gaudeo. 2. Velim

domum ad te ſcribas, ut mihi tui libri pateant, non ſecus ac ſi ipſe adeſſes, cum cæteri, tum Varronis. Eſt enim mihi utendum quibuſdam rebus ex iis libris ad eos, quos in manibus habeo: quos, ut ſpero, tibi valde probabo. Tu, velim, ſi quid forte novi habes, maxime à Quinto fratre, deinde à C. Cæſare, & ſi quid forte de comitiis, de republica, (ſoles enim tu hæc feſtine odorari) ſcribas ad me: ſi nil habebis, tamen ſcribas aliquid. Numquam enim tua epiſtola aut intempeſtiva, aut loquax viſa eſt. 3. Maxime autem rogo, rebus tuis, totoque itinere ex ſententia confecto, nos quam primum inviſas: Dionyſium jube ſalvere. Cura ut valeas.

Antonius rogat Ciceronem, ut in Italia maneat, vel cum Pompeio ſe conjungat. 10. ad Atticum, 8.

1. Niſi te valde amarem, & multo quidem plus, quam tu putas, non extimuiſſem rumorem, qui de te prolatus eſt, cum præſertim falſum eſſe exiſtimarem. Sed quia te nimio plus diligo, non poſſum diſſimulare, mihi famam quoque, quamvis ſit falſa, magni eſſe. 2. Te iturum trans mare, credere non poſſum, cum tanti facias Dolabellam, & Tulliam tuam fœminam lectiſſimam, tantique ab omnibus nobis fias: quibus mehercule dignitas, amplitudoque tua pene carior eſt, quam tibi ipſi. Sed tamen non ſum arbitratus, eſſe amici, non commoveri etiam improborum ſermone: atque eo feci ſtudioſius, quod judicabam, duriores partes mihi impoſitas eſſe ab offenſione noſtra, quæ magis à ζηλοτυπίᾳ mea, quam ab injuria tua nata eſt. Sic enim volo te tibi perſuadere, mihi neminem eſſe cariorem te, excepto Cæſare meo, meque illud una judicare, Cæſarem maxime in ſuis M. Ciceronem reponere. Quare mi Cicero te rogo, ut mihi omnia integra ſerves, ejus fidem improbes, qui tibi, ut beneficium daret, prius injuriam fecit: contra ne profugias, qui te, etſi non amabit, (quod accidere non poteſt) tamen ſalvum ampliſſimumque eſſe cupiet. 3. Dedita opera ad te Calpurnium familiariſſimum meum miſi, ut mihi magnæ curæ tuam vitam ac dignitatem eſſe ſcires.

In eandem ſententiam ſcribit Cæſar epiſtola ſequenti.

1. Etſi nihil temere, nihil imprudenter facturum judicaram: tamen permotus hominum fama, ſcribendum ad te exiſtimavi, & pro noſtra benevolentia petendum, 2. ne quo progrediaris inclinata jam re, qua integra etiam progrediendum tibi non exiſtimaſſes. Namque & amicitiæ graviorem injuriam feceris, & tibi minus commode conſulueris, ſi non fortunæ obſequutus videbere: (omnia enim ſecundiſſima nobis, adverſiſſima illis accidiſſe videntur) nec cauſam ſequutus: (eadem enim tum fuit, cum ab eorum conſiliis abeſſe judicaſti) ſed meum

ali-

aliquod factum condemnasse; quo mihi gravius abs te nil accidere potest: quod ne facias, pro jure amicitiæ nostræ à te peto. Postremo quid viro bono & quieto, & bono civi magis convenit, quam abesse à civilibus controversiis? quod nonnulli cum probarent, periculi causa sequi non potuerunt. 3. Tu scis explorato & vitæ meæ testimonio, & amicitiæ judicio, nihil tutius, neque honestius reperiri quicquam, quam ab omni contentione abesse. XV. Cal. Maii ex itinere.

Plinius hortatur & rogat Tacitum, ut liberalis sit erga præceptorem, præsertim in schola patria, 4. epist. 13.

1. Salvum te in urbem venisse gaudeo. Venisti autem, si quando alias, nunc maxime mihi desideratus. Ipse pauculis adhuc diebus in Tusculano commorabor, ut opusculum quod est in manibus, absolvam. Vereor enim, ne si hanc intentionem jam in finem laxavero, ægre resumam. 2. Interim ne quid festinationi meæ pereat, quod sum præsens petiturus, hac quasi præceptoria epistola rogo: sed prius accipe causas rogandi: deinde ipsum quod peto. 3. Proxime cum in patria mea fui, venit ad me salutandum municipis mei filius prætextatus: huic ego, Studes? inquam: respondit, Etiam. Vbi? Mediolani. Cur non hic? Et pater ejus, (erat enim una, atque etiam ipse adduxerat puerum) Quia nullos hic præceptores habemus. Quare nullos? Nam vehementer intererat vestra, qui patres estis, & oportune, cum plures patres audiebant, liberos vestros hic potissimum discere. Vbi enim aut jucundius morarentur, quam in patria: aut pudicitius continerentur, quam sub oculis parentum: aut minore sumptu, quam domi? Quantulum est ergo collata pecunia conducere præceptores? quodque nunc in habitationes, in viatica, in ea quæ peregre emuntur, impenditis, adjicere mercedibus. Atque ego, qui nondum liberos habeo, paratus sum pro Rep. nostra quasi pro filia vel parente tertiam partem ejus, quod conferre vobis placebit, dare. Totum etiam pollicerer, nisi timerem, ne hoc munus meum quandoque ambitu corrumperetur, ut accidere multis in locis video, in quibus præceptores publice conducuntur. Huic vitio uno remedio occurri potest, si parentibus solis jus conducendi relinquatur, iisdemque religio recte judicandi necessitate collationis addatur. Nam qui fortasse de alieno negligentes erunt, dabuntne operam, ne eam pecuniam non nisi dignus accipiat, si acceptarus & ab ipsis erit? Proinde consentite, conspirate, majoremque animum ex meo sumite, qui cupio esse quam plurimum, quod deceam conferre. Nihil honestius præstare libris vestris, nihil gratius patriæ potestis: educentur hic qui hic nascuntur, statimque ab infantia natale solum amare, frequentare, consuescant: atque utinam tam cla-

ros præceptores inducatis, ut à finitimis oppidis ſtudia hinc petantur. Vtque liberi veſtri aliena in loca, ita mox alieni in hunc locum confluant. 4. Hæc putavi altius & quaſi à fine repetenda: quo magis ſcires, quam gratum mihi foret, ſi ſuſciperes quod injungo. Injungo autem, & pro rei magnitudine rogo, ut ex copia ſtudioſorum quæ ad te ex admiratione ingenii tui convenit, circumſpicias præceptores quos ſolicitare poſſimus: ſub ea tamen conditione, ne cui fidem meam aſtringam. Omnia enim libera parentibus ſervo. Illi judicent, illi eligant. Ego mihi curam tantum & impendium vindico. Proinde ſi quis fuerit repertus, qui ingenio ſuo fidat, eat illuc ea lege ut hinc nihil aliud certum quam judicium ſuum ferat. Vale.

Samnitium legatus petit ab Annibale opem adverſus Romanos. Livius 23. libro.

1. Hoſtes populi Romani, Annibal, fuimus primum per nos ipſi, quoad noſtra arma nóſtræ vires tutari poterant: poſteaquam iis parum fidebamus, Pyrrho regi nos adjunximus: à quo relicti pacem neceſſariam accepimus, fuimuſque in ea per annos prope quinquaginta ad id tempus, quo in Italiam veniſti. 2. Tua nos non magis virtus fortunaque, quam unica comitas ac benignitas erga cives noſtros, quos captos ad nos remiſiſti, ita conciliavit tibi, ut te ſalvo & incolumi amico, non modo populum Romanum, ſed ne Deos quidem (ſi dici fas eſt) timeremus. At hercule non ſolum incolumi atque victori, ſed præſente te, cum ploratum prope conjugum ac liberorum noſtrorum exaudire, & flagrantia tecta poſſes conſpicere, ita ſumus aliquoties hac æſtate devaſtati, ut M. Marcellus, non Annibal, viciſſe ad Cannas videatur, glorienturque Romani, te ad unius modo ictum vigentem, veluti jaculo emiſſo torpere. Per centum prope annos cum populo Romano bellum geſſimus, nullo externo adjuti nec duce, nec exercitu, niſi quod per biennium Pyrrhus noſtro magis milite ſuas auxit vires, quam ſuis viribus nos defendit. Non ergo ſecundis noſtris rebus gloriabimur, duos conſules, ac duos conſulares exercitus à nobis ſub jugum miſſos, & ſi qua alia aut læta, aut glorioſa nobis evenerunt: quæ aſpera adverſaque tunc acciderunt, minore indignatione referre poſſumus, quàm quæ hodie eveniunt. Magni dictatores cum magiſtris equitum, boni conſules cum boni conſularibus exercitibus ingrediebantur fines noſtros ante exploratos, & ſubſidiis poſitis, & ſub ſignis ad populandum ducebant: nunc prope unius & parvi ad tuendam Nolam præſidii præda ſumus. Iam ne manipulatim quidem, ſed latronum modo percurſant totis finibus noſtris negligentius, quam ſi in Romano agro vagarentur. Cauſa autem hæc eſt, quod neque tu de-

defendis; & noſtra juventus, quæ ſi domi eſſet, tutaretur, omnis ſub ſignis militat tuis. Nec te, nec exercitum tuum norim, niſi à quo tot Romanas acies fuſas ſtrataſque eſſe ſciam, ei facile eſſe ducam opprimere populatores noſtros vagos, ſine ſignis, palatos quo quæque trahit, quamvis vana, prædæ ſpes. 3. Numidarum paucorum illi quidem præda erunt, prætidiumque miſſum nobis erit, & Nolæ ademeris, ſi modo, quos ut ſocios haberes, dignos duxiſti, haud indignos judicas, quos in fidem receptos tuearis.

V.

Exempla conſolationum.

Conſolationem in lucta conſcientiæ habent Pſal. 3, 6, 13, 31, 38, 42, 43, 77, 116. in ærumnis & perſequutionibus impiorum 9, 10, 11, 12, 36, 52, 55, 58, 62, 75, 76, 79, 121, 123. in morbo & morte 6, 30, 31, 38, 90, 91, 107, 121. in ſcandalo crucis 37, 39, 49, 73. His adde concionem Chriſti valedictoriam ad diſcipulos, Iohannis 13, 14, 15, 16. Item quod eſt Matth. 10. & Pauli ad ſeniores Epheſiorum, Actorum 20. Item cap. 8. ad Romanos &c.

Æneas conſolatur ſocios naufragium paſſos Æn. 1. Æneam Venus, Venerem Iupiter, ibidem. Spectrum Creuſæ virum, Æn. 2. Nautes Æneam de claſſe incenſa, Æn. 5. idem facit ſpectrum Anchiſæ, ibidem. Ovid. 5. Tr. 12. confirmat uxorem triſtem propter ipſius exilium: apud eundem. Carmenta conſolatur filium Euandrum exulem 1. Faſtorum.

In epiſtolis Ciceronis ad familiares conſolationes ſunt repulſæ l. 1. epiſt. 6. communium miſeriarum & temporum, 4. epiſt. 3, 4, 15. obitus liberorum, 4. epiſt. 6. 5. epiſt. 14, 16. exilii, 4. epiſt. 31. 5. epiſt. 17, 19. 6. epiſt. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 10, 13, 14, 21. 7. epiſt. 3, 29. Sententiæ adverſæ & damnationis, 6. epiſt. 19. valetudinis adverſæ, 16. epiſt. 14. Conſolatio contra mortem & reliquas ærumnas inſeritur Tuſculanis quæſtionibas: contra ſenectutis mala eſt in Catone; ut ſupra oſtenſum: vide etiam librum de conſolatione.

Plinius conſolatur abortum neptis, 8. epiſt. 10. & 12. calamitates domeſticas, 8. epiſt. 16. vide etiam reſponſum, 8. epiſt. 19.

Bellum infeliciter geſtum conſolatur Xenophon ad milites, Xenophon 6. pæd.

Demoſthenes Philippica 1. conſolatur Athenienſes cladem paſſos, ut ſupra dictum. Æneas conſolatur ſocios naufragos, Æneid. 1.

1. O Socii (neque enim ignari ſumus ante malorum)
O paſſi graviora: dabit Deus his quoque finem.

Vos & Scyllæam rabiem, penituſque ſonantes
Acceſtis ſcopulos: vos & Cyclopea Saxa
2. Experti: revocate animos, mæſtumque timorem
Mittite. 3. Forſan & hæc olim meminiſſe juvabit.
Per varios caſus, per tot diſcrimina rerum
Tendimus in Latium, ſedes ubi fata quietas
Oſtendunt: illic fas regna reſurgere Trojæ.
4. Durate, & vosmet rebus ſervate ſecundis.

Carmenta ſolatur Euandrum filium exulem, Ovid. 1. Faſtorum.

1. ---- Fortuna viriliter, inquit,
(Siſte puer lacrymas) iſta ferenda tibi eſt.
2. Sic erat in fatis, nec te tua culpa fugavit,
Sed Deus: offenſo pulſus es urbe Deo.
Nec meriti pœnam pateris, ſed numinis iram:
Eſt aliquid magnis crimen abeſſe malis.
Conſcia mens ut cuique ſua eſt, ita concipit intra
Pectora pro facto ſpemque metumque ſuo.
Nec tamen ut primus mœres, mala talia paſſus,
Obruit ingentes iſta procella viros.
Paſſus idem Tyriis qui quondam pulſus ab oris;
Cadmus in Aonia conſtitit exul homo.
Paſſus idem Tydeus, & idem Pagaſæus Iaſon,
Et quos præterea longa referre mora eſt.
Omne ſolum forti patria eſt, ut piſcibus æquor,
Vt volucri vacuo quicquid in orbe patet.
3. Nec fera tempeſtas toto tamen errat in anno:
Et tibi (crede mihi) tempora veris erunt.

Cicero poſt conjecturam ſuam, de propinquo belli civilis exitu, conſolatur Torquatum ea de cauſa perturbatum, 6. ep. 4.

1. Novi quod ad te ſcriberem nihil erat: & tamen ſi quid eſſet, ſciebam te à tuis certiorem fieri ſolere. De futuris autem rebus etſi ſemper difficile eſt dicere: tamen interdum conjectura poſſis propius accedere, cum res eſt ejuſmodi, cujus exitus provideri poſſit. Nunc tantum videmur intelligere, non diuturnum bellum, etſi id ipſum nonnullis videatur ſecus. Equidem cum hæc ſcribebam, aliquid jam actum putabam, non quod ego certo ſcirem, ſed quod non difficilis erat conjectura. Nam cum omnis belli Mars communis, & cum ſemper incerti exitus præliorum ſint: tum hoc tempore ita magnæ utrunque copiæ, ita paratæ ad depugnandum eſſe dicuntur, ut utercunque vicerit, non ſit mirum futurum. Illa in dies ſingulos magis magiſque opi-

opinio hominum confirmatur, etiam si inter causas armorum aliquantum interfit, tamen inter victorias non multum interfuturum: alteros propemodum jam sumus experti, de altero nemo est quin cogitet quam sit metuendus iratus victor armatus. 2. Hoc loco si videor augere dolorem tuum, quem consolando levare debebam, fateor me communium malorum consolationem nullam invenire, praeter illam: quae tamen, si possis eam suscipere, maxima est, quaque ego quotidie magis utor: conscientiam rectae voluntatis maximam consolationem esse rerum incommodarum, nec esse ullum magnum malum praeter culpam; à qua quando tantum absumus, ut etiam optime senserimus, eventusque magis nostri consilii, quam consilium reprehendatur: & quando praestitimus quod debuimus, moderate, quod evenit, feramus. Sed hoc mihi tamen non sumo, ut te consoler de communibus miseriis: quae & ad consolandum majoris ingenii, & ad ferendum singularis virtutis indigent. Illud cuivis facile est docere, cur praecipue tu dolere nihil debeas. Ejus enim qui tardior in te levando fuit, quam fore putaremus, non est mihi dubia de tua salute sententia: de aliis autem non arbitror te exspectare, quid sentiam. 3. Reliquum est ut te angat, quod absis a tuis tamdiu: res molesta, praesertim ab iis pueris, quibus nihil potest esse festivius. Sed ut antea ad te scripsi, tempus est hujusmodi, ut suam quisque conditionem miserrimam putet, & ubi quisque sit, ibi esse minime velit. Equidem, nos quod Romae sumus, miserrimum esse duco, non solum quod in omnibus malis acerbius est videre, quam audire: sed etiam quod ad omnes casus subitorum periculorum magis objecti sumus, quam si abessemus: etsi me ipsum consolatorem tuum non tantum literae, quibus semper studui, quantum longinquitas temporis mitigavit. Quanto fuerim dolore, meministi: in quo prima illa consolatio est, vidisse me plus, quam caeteros, cum cupiebam quamvis iniqua conditione pacem: quod etsi casu, non divinatione mea factum est, tamen hac inani prudentiae laude delector. Deinde mihi ad consolationem commune tecum est, si jam vocer ad exitum vitae, non ab ea Repub. avellar, qua carendum esse dolcam, praesertim cum id sine ullo sensu futurum sit. Adjuvat etiam aetas & acta jam vita: quae cum cursu suo bene confecto delectatur, tum vetat in eo vim timere, quo nos jam natura ipsa pene perduxerit. Postremo is vir, vel etiam ii viri hoc bello occiderunt, ut impudentia videatur, eandem fortunam, si res cogat, recusare. Equidem mihi omnia propono: nec ullum est tantum malum quod non putem impendere: sed cum plus in metuendo mali sit, quam in illo ipso quod timetur, desino; praesertim cum id im-

pendeat, in quo non modo dolor nullus, verum finis etiam doloris futurus sit. 4. Sed hæc satis multa, vel plura potius, quam necesse fuit. Facit autem non loquacitas mea, sed benevolentia longiores epistolas. Servium discessisse Athenas moleste tuli. Non enim dubito: quin magnæ tibi levationi sit solitus esse quotidianus congressus & sermo cum familiarissimi hominis, tum optimi & prudentissimi viri. Tu velim te, ut debes, & soles, tua virtute sustentes. Ego quæ te velle, quæque ad te, & ad tuos pertinere arbitrabor, omnia studiose diligenterque curabo: quæ cum faciam, benevolentiam tuam erga me imitabor, merita non assequar. Vale.

Plinius consolatur Hispullam de filiæ fratris sui abortu, 8. ep. 11.

1. Quum affectum tuum erga fratris filiam cogito, etiam materna indulgentia molliorem, intelligo prius tibi, quod est posterius, nunciandum, ut præsumpta lætitia solicitudini locum non relinquat: quanquam vereor, ne post gratulationem quoque in metum redeas, atque ita gaudeas periculo liberatam, ut semel quod periclitata sit, perhorrescas: jam hilaris, jam sibi, jam mihi reddita incipit refici, transmissumque discrimen convalescendo remetiri. 2. Fuit alioquin in summo discrimine, (impune dixisse liceat) fuit nulla sua culpa, ætatis aliqua, inde abortus, & ignorati uteri triste experimentum. Proinde etsi non contigit tibi desiderium fratris amissi, aut nepote, aut nepte solari, memento tamen dilatum magis istud, quam negatum, quum salva sit, ex qua sperari potest. 3. Simul excusa patri tuo casum, cui paratior apud fœminas venia est. Vale.

IV.

Exempla Recusationum.

Horatius recusat bella describere 1. od. 6. 1. od. 12. Deserit Epicureïsmum, 1. od. 3, 4. non potest carmina amplius scribere, Epod. 11.

Diomedes recusat fœdus cum Latinis, Æneid. 11.

Plinius exemplo suo auctor est Pompeio Falconi, ut recuset advocaturam, 1. epist. 23. renuit venire in Formianum Maurici, 6. epist. 14.

Ciceroni non consultum videtur pro legato mitti ad Antonium, Phil. 12. quod supra etiam indicatum.

Clodius Albinus militibus excusat se de imperio delato, Iul. Capitolinus in Clodio. Cæsar resignare vult imperium, Dion. 4. Tiberius delubrum ab Hispanis consecratum improbat, Tacitus lib. 4. Valerianus censuræ honorem nomine senatus à consule Decio oblatum

tum renuit, Trebell. Pollio in Valeriano. Macrianus imperium, ad quod Baliſtam eum vocarat, recipere non vult, idem 1. de 30. tyrannis. Virginius decemviratum recuſat, Liv. 3. itemque P. Licinius, Liv. 5. ſocietatem honorum cum Latinis Manlius, 8. Volſciani fœdus cum Romanis, 21. Xenophon honorem militarem, Xenophon 6. de expeditione Cyri minoris.

Diomedes recuſat fœdus & munera Latinorum, Æneid. 11.

1 O fortunatæ gentes, Saturnia regna,
Antiqui Auſonii, quæ vos fortuna quietos
Sollicitat, ſuadetque ignota laceſſere bella.
2. Quicunque Iliacos ferro violavimus agros,
(Mitto ea, quæ muris bellando ex hauſta ſub altis,
Quos Simois premit ille viros) infanda per orbem
Supplicia & ſcelerum pœnas expendimus omnes
Vel Priamo miſeranda manus. Scit triſte Minervæ
Sidus, & Euboicæ cautes, ultorque Caphareus.
Militia ex illa diverſum ad littus abacti,
Atrides Protei Menelaus ad uſque columnas
Exulat, Ætneos vidit Cyclopas Vlyſſes.
Regna Neoptolemi referam? verſoſque penates
Idomenei? Lybicove habitantes littore Locros?
Ipſe Mycenæus magnorum ductor Achivum
Conjugis infandæ prima intra limina dextra
Oppetiit, devicta Aſia ſubſedit adulter.
Invidiſſe Deos, patriis ut redditus oris
Conjugium optatum & pulcram Calydona viderem?
Nunc etiam horribili viſu portenta ſequuntur:
Et ſocii amiſſi petierunt æthera pennis,
Fluminibuſque vagantur aves, (heu dira meorum
Supplicia) & ſcopulos lacrymoſis vocibus implent.
Hæc adeo ex illo mihi jam ſperanda fuerunt
Tempore, cum ferro cœleſtia corpora demens
Appetii, & Veneris violavi vulnere dextram.
Ne vero, ne me ad tales impellite pugnas,
Nec mihi cum Teucris ullum poſt reruta bellum
Pergama, nec veterum memini lætorve malorum.
Munera, quæ patriis ad me portaſtis ab oris,
Vertite ad Æneam: ſtetimus tela aſpera contra,
Contulimuſque manus: experto credite, quantus
In clypeum aſſurgat, quo turbine torqueat haſtam.

Si duo præterea tales Idæa tulisset
Terra viros, ultro Inachias venisset ad urbes
Dardanus, & versis lugeret Græcia fatis.
Quicquid apud duræ cessatum est mœnia Trojæ,
Hectoris Æneæque manu victoria Grajum
Hæsit, & in decimum vestigia rettulit annum:
Ambo animis, ambo insignes præstantibus armis,
Hic pietate prior. 3. Coëant in fœdera dextræ
Qua datur, ast armis concurrant arma cavete.

Plinius a Maurico invitatus in Formianum, venire renuit, 6. epist. 14.

1. Solicitas me in Formianum: veniam ea conditione, ne quid contra commodum tuum facias, qua pactione invicem mihi caveo. 2. Neque mare & littus, sed te, otium & libertatem sequor, alioqui satius est in urbe remaneret. Oportet enim omnia aut ad alienum arbitrium, aut ad suum facere. Mei certe stomachi hæc natura est, ut nihil nisi totum & merum velit. Vale.

P. Licinius Calvus honorem à populo sibi delatum remittit filio. Liv. l. 5.

1. Omen concordiæ, Quirites, rei maxime in hoc tempus utilis, memoria nostri, magistratus vos his comitiis petere in sequentem annum video, si & collegas eosdem reficitis, etiam usu meliores factos. 2. Me jam non eundem, sed umbram nomenque P. Licinii relictum videtis: vires corporis effœtæ, sensus oculorum atque aurium hebetes, memoria labat: vigor animi obtusus. 3. En vobis effigiem atque imaginem ejus, quem vos antea ttibunum militum ex plebe primum fecistis. Hunc ego, institutum disciplina mea, vicarium pro me reipub. do dicoque; vosque quæso, Quirites, delatum mihi ultro honorem huic petenti meisque pro eo adjectis precibus mandetis.

CAP. VI.

In exemplis judicialibus.

I.

Exempla Accusationum, expostulationum, objurgationum, invectivarum, condemnationum.

ACcusatio naturæ humanæ propter peccatum, est in Psalmo 14. Doëgi proditoris, Psal. 52. purpuratorum Saulis, Psal. 58.

Epi-

Epistola ad Romanos tribus primis capitibus peccati arguit totum genus humanum: schismatis, & similium vitiorum nomine objurgantur Corinthii, passim in scripta ad eos epistola: quemadmodum etiam Galatæ in sua epistola propter Judaismum.

Horatius detestatur amorem meretricium, 1.oda 5, 8. 3.oda 12. 4.oda 13, 25. rixas inter pocula, 1.oda.27. perjurium, 2.oda.8 E.-pod. 15. contemptum religionis, 3. od. 6. insolentiam meretricis, 3. od. 10.

Ovidius invehitur in amicum perfidum, 1. Trist.7. in maledicum, 3. Trist.11. temere lædentem, 4. Trist. 9. in lacessentem & maledicum, 5. Tristium 9. objurgat amicum in scribendo negligentem, 5. Trist. 14.

Neptunus expostulat cum ventis; Æneid. 1. Priamus Pyrrhum filium ejus trucidantem increpat, Æneid. 2.

Juno cum Venere rixatur propter amantem Didonem, Æneid. 4. Venus Junonem ad Jovem remittit, ibidem. Jarba Jovem appellat propter repulsam, ibidem: Jupiter per Mercurium castigat Æneam de mora apud reginam, ibidem: Venus & Juno contendunt de Trojanis, Æneid.10. idem faciunt Jupiter & Juno, Æneid.12.

Hujus generis & Satyræ poëtarum sunt.

Q. Marcellus expostulat cum Cicerone de fratre suo in senatu oppugnato, 5. famil. epist. 1. Cicero contra se defendit, epistola sequenti. Idem C. Antonio exprobrat ingratitudinem, 5.epist.5. Pompeio invidiam, 5. ep. 7. Trebatium castigat, quod delatum ad Cassam tribunatum recusaverit, 7.epist.8. Tigellium, quod præter causam sibi irascatur, 7.epist.24. ad Plancum scribens, invehitur in Antonii immoderatum potentiam, 10. epist. 1. in Furnio reprehendit præproperam adipiscendæ præturæ festinationem, 10. epist. 25. in Decimo timoris significationem, 14. epist. 18. in Tirone ἀκυρολογίαν, 16.epist.17. & in eodem negligentiam in scribendo, 16.epist. 26. Ad Atticum, desiderat fidem in periculo præstandam, 3. epist 25. Pompeius Domitii officium desiderat in scribendo, & conjungendis copiis, 8. epist. 18.

Plinius de cœna contempta agit 1. epist.15. de literis intermissis, 2.epist.2. 3.epist.17. de novellis causidicis, 2.epist. 14. de suffragiis turbatis, 3. epistol. 20. 4. epistol. 25. de importunitate in facessendo negocio, 6. epistol. 28. de præmiis indignorum, 7. epistol. 29. de occupationibus suis, 7. epistol. 30. 8.epistol. 9. de moribus inhumanis, 8. epist. 22. jocatur in malum lectorem, 9. epist. 34. in lituras epistolæ, 9. epist. 35.

De

De fœdere violato agunt Corinthii & Athenienſes, Thucydides 1. C. Pontius Samnis, Liv.9. Hanno, Liv.21.

De pertinacia ſubditorum, Titus ad Judæos, Joſephus 8. de bello Judaico.

De inſidiis Philippus; & filii ejus Perſeus & Demetrius, Liv. 40. Adherbal, Saluſtius in Jugurtha.

De cæde & parricidio, Magiſtratus Sicyonius & civis, Xenoph.7. de rebus geſtis Græcorum, Severus, Herodianus 2.

De perfidia ac proditione, Critias & Therameneus, Xenoph. 2. de rebus geſtis Græcorum. Leontiadas, Xenoph. 5. de rebus geſtis Græcorum. Thebani, Thucyd. 3. Tullus adverſus Metium, Liv. 1. Camillus, Liv. 5. Himilco & Hanno, Liv. 23. P. Cornelius Scipio, Polybius 11.

De magiſtratu ſpreto, Tullus, Liv. 1. Manlius, Liv. 8. Papyrius, Liv. 8. Pætus Thraſeas, Cornelius Tacitus 15. Capito, idem 16. Alexander Magnus, Curtius: Craterus, ibidem.

De tyrannide, Curtius Montanus, Tacit. 20. Virginius & Q. Cincinnatus, item Icilius, Liv. 3. Decius, & Poſthumius, Liv. 4. P. Sempronius, Liv. 9. Nabis & T. Quintius, Liv. 34.

De ingratitudine & ignavia, Alexander M. ad exercitum, Arrian. 5.

De defectione, P. Scipio ad milites, Liv. 28. Polybius 11.

De ſeditione, Cornelius Coſſus, Liv. 6.

De actionibus hoſtilibus, Cicero & Piſo in ſenatu, Appianus 3. Dionyſius 45. Q. Fuſius pro Antonio, Dionyſ. 46. Eumenes de Perſeo, Liv. 42. Platæenſes, Thucyd. 2.

De repetundis, Locrenſes & Pleminius, Liv. 29.

De injuriis, Philippus, Liv. 39. Q. Martius, Liv. 42. Q. Mutius ad Perſeum, Liv. 52. ubi & apologia Perſei: Cyaxares, Xenoph. 5. pæd. Tiſſaphernes, Xenoph. 1. de expeditione Cyri, Hecatonymus, Xenoph. 5. de expeditione.

De competitoribus, Otho ad milites, Tacit. 1.

Ex Iſocrate huc pertinent:

1. Plataicus, hoc eſt, Platæenſium exulum ad Athenienſes conqueſtio de injuriis Thebanorum.

2. De permutatione, hoc eſt, querimonia auctoris de calumnia Lyſimachi, quare opes cum ipſo permutare cogeretur ad Trierarchiam obeundam.

3. Trapeziticus, hoc eſt, repetitio pecuniæ, quam adoleſcens quidam Porticus apud Paſſionem hoſpitem depoſuerat, ſed hic inficiabatur.

Ex

Ex Demosthenis & adversariorum orationibus hujus generis sunt.

1. De Fedère Alexandrino, quod ab Alexandro violatum esse inde arguit, quod tyranni Philiadæ filiis Messenam restituisset.

2. Dinarchus contra Demosthenem agens, eum contra rempub. ab Harpalo xx. talenta auri accepisse arguit.

3. Æschines in Timarchum hominem impudicum, quod ejusmodi hominibus in publico verba facere minime liceat: ubi de veteri disciplina omnium ætatum, deque censura oratoria.

4. De falsa legatione ad Philippum arguit Demosthenes Æschinem triplicis delicti: quod Philocrati fædæ ac noxiæ pacis auctori suffragatus sit, clam cum Philippo colludens: quod mora sua rem in Thracia perdiderit, atque ita causa sit exilii Phocensium: quod Atheniensibus falsa renunciarit.

5. Æschines contra Ctesiphontem, Demostheni propter lùdos populo datos coronam decernentem, pugnat: quod Demosthenes nondum rationes reddiderit magistratus gesti: quod decretum istud in theatro proclamatum: quod nec dignus sit corona Demosthenes.

6. Adversus Midiam: quem non contumeliæ duntaxat, sed impietatis quoque accusat: quod se ædilem, quod Bacchanalibus, quod in theatro pugnis impetisset.

7. Adversus Aristogitonem duæ orationes, quod mulctam irrogatam non solvisset, & nihilominus in publico verba facere auderet.

8. In Neæram mulierem peregrinam, nec honestam satis: quam Stephanus quidam Athenienſis contra leges in uxorem duxerat, simulans eam apud se concubinæ, non uxoris loco esse.

9. In Aphobum orationes tres: quarum duæ eum male administratæ tutelæ insimulant: tertia Stephanum accusatum ab Aphobo falsi testimonii defendit.

10. Adversus Onetorem duæ orationes: quarum priori cum illo unde vi agitur, ostenditque, nullam dotem Aphobum accepisse, ejusdemque cum Onetoris sorore commenticium esse divortium: posteriori adjiciuntur quædam in priori oratione prætermissa, rationesque adversarii diluuntur.

11. Adversus Zenothemidem Athenis poscentem à Proto & Demone frumentum, quod Protus pecunia à Demone mutuo accepta Syracusis emerat, falsoque allegantem, frumentum esse Hegestrati Massilienſis, seque illi post in mari pereunti antea Syracusis pecuniam mutuo dedisse.

12. Adversus Phormionem falso asserentem, se per Lampidem navicu-

vicularium à Bosphoro Athenas navigaturum, in itinere naufragium passum, Chrysippo creditam pecuniam remisisse.

13. Adversus Lacritum, negantem se hæredem esse fratris, & fidejussisse, cum fratri suo Artemoni ab Androcle pecunia esset credita.

14. Adversus Stephanum duæ orationes, qui accusatur de testimonio falso perhibito in causa Apollodori contra Phormionem.

15. Adversus Nausimachum & Xenopithen contra transactionem, quam cum Aristæchmo tutore suo tribus talentis acceptis inierant, liberis Aristæchmi defuncti moventes actionem tutelæ à patre eorum male administratæ.

16. Adversus Pantænetum utentem actione metallica contra Nicobulum, qui, cum Pantæneto argentum è fodinis erutum ab Euergo vi eriperetur, peregre abierat, & à Pantæneto liberatus erat omni periculo, quod ipsi imminere posset concedenti venditionem possessionum bonorum ad Pantænetum spectantium.

17. Adversus Bœotum orationes duæ. Is Mantitheum se appellabat, & cum spurius esset Manthiæ, gerebat se pro legitimo, & de dote materna cum viro Mantitheo litigabat: illud prior, hoc posterior oratio improbabat.

18. Adversus Spudium plus dotis ab affine poscentem, quam socer promisisset.

19. Adversus Phænippum, qui in permutatione rei familiaris alterum circumvenerat.

20. Adversus Olympiodum propter pecuniam in communi hæreditate Cononis interceptam, & semissem cohæredi Callistrato negatam.

21. Adversus Timotheum debitum Apollodoro inficiantem.

22. In Polyclem, ut sumptus in præfectura navali ab Apollodoro ipsius causa factos refundat.

23. Adversus Nicostratum, qui Arethusii servos sibi vendicabat, cum Apollodoro adjudicati essent.

24. Contra Cononem, quod ipse & filius ejus Aristonem verberibus affeciissent.

25. Contra Dionysodorum de violata pactione nautica.

Ciceronis in C. Verrem actio repetundarum septem libris est distributa: quorum duo quasi præparatorii sunt contra Cæcilium accusatorem ineptum, & contra Hortensium patronum, qui victoriam in dilatione judicii quærebat: reliqui rem ipsam persequuntur: nempe 3. de quæstura, legatione, & prætura urbana: 4. de jurisdictione

ne seu prætura Sicilienſi: 5. de re frumentaria: 6. de ſignis: 7. de ſuppliciis.

Pro Amerino inſeritur accuſatio Capitonis.

Pro Cluentio, Oppianici.

Catilin. accuſatur Catilina de conjuratione adverſus patriam, ſed per ſpeciem ſuaſionis, ut urbe exeat.

Neptunus increpat ventos propter tempeſtatem in mari concitatam, Æneid. 1.

1. Tantane vos tenuit generis fiducia veſtri?
Jam cœlum terramque meo ſine numine, venti,
Miſcere, & tantas audetis tollere moles?
Quos ego! ſed motos præſtat componere fluctus.
Poſt mihi non ſimili pœna commiſſa luetis.
2. Maturate fugam, regique hæc dicite veſtro,
Non illi imperium pelagi, ſævumque tridentem,
Sed mihi ſorte datum: tenet ille immania ſaxa,
Veſtras Eure domos: illa ſe jactet in aula
Æolus, & clauſo ventorum carcere regnet.

Cicero leniter accuſat Trebatium, quia delatum à Cæſare tribunatum recuſaverit. 7. epiſt. 8.

1. Scripſit ad me Cæſar perhumaniter, nondum te ſibi ſatis eſſe familiarem propter occupationes ſuas, ſed certo fore: cui quidem ego reſcripſi, quam mihi gratum eſſet futurum, ſi quam plurimum in te ſtudii, officii, liberalitatis ſuæ contuliſſet.

2. Sed ex tuis literis cognovi præproperam quandam feſtinationem tuam: & ſimul ſum admiratus, cur tribunatus commoda, demto præſertim labore militiæ, contemſeris. Querar cum Vacerra & Manilio: nam Cornelio nihil audeo dicere, cujus tu periculo ſtultus es, quando te ab eo ſapere didiciſſe profiteris. Quin tu urges iſtam occaſionem & facultatem qua melior nunquam reperietur? Quod ſcribis de illo Prætiano jurisconſulto, ego te ei non deſino commendare. Scribit etiam ipſe mihi, te ſibi gratias agere debere: de eo quid ſit, cura ut ſciam. Ego veſtras Britannicas literas exſpecto.

Idem perſtringit Atticum, qui eum periclitantem deſeruerit. 3. epiſt. 25.

1. Poſt tuum à me diſceſſum literæ mihi Romæ allatæ ſunt, ex quibus perſpicio, nobis in hac calamitate tabeſcendum eſſe.

2. Neque enim (ſed bonam in partem accipies) ſi ulla ſpes ſalutis noſtræ ſubeſſet, tu, pro tuo amore in me, hoc tempore diſceſſiſſes. Sed ne ingrati, aut ne omnia velle nobiſcum una interire videamur,

hoc

hoc omitto: illud abs te peto, des operam, id quod mihi affirmasti, ut te ante Calend. Januar., ubicunque erimus, sistas.

Plinius jocatur in Septitium, de cœna sua fastidita. 1. ep. 15.

1. Heus, tu promittis ad cœnam, nec venis: Dicitur jus; ad assem impendium reddes, nec id modicum. 2. Paratæ erant lactucæ singulæ, cochleæ ternæ, ova bina, alica cum mulso & nive. Nam hanc quoque computabis, imo hanc imprimis, quæ periit in ferculo, olivulæ Bæticæ, cucurbitæ, bulbi, alia mille non minus lauta. Audisses comœdum, vel lectorem, vel lyristen, vel, quæ mea liberalitas, omnes. At tu apud nescio quem, ostrea, vulvas, echinos Gaditanos maluisti. Dabis pœnas, non dico quas. Dure fecisti, invidisti, nescio an tibi, certe mihi, sed tamen & tibi. Quantum nos lusissemus, risissemus, studuissemus! Potes apparatius cœnare apud multos, nusquam hilarius, simplicius, incautius. 3. In summa, experire: & nisi postea te aliis potius excusaveris, mihi semper excusa.

Idem taxat Geminium in alios durum, sibi vero nimis mollem. 8. epist. 22.

1. Nostine hoc, qui omnium libidinum servi; sic aliorum vitiis irascuntur, quasi invideant; & gravissime puniunt, quos maxime imitantur? cum nos etiam, qui non indigent clementia ullius, nihil magis, quam lenitas deceat. Atque ego optimum & emendatissimum existimo, qui cæteris ita ignoscit, tanquam ipse quotidie peccet: ita peccatis abstinet, tanquam nemini ignoscat. Proinde hoc domi, hoc foris, hoc in omni vitæ genere teneamus, ut nobis implacabiles simus, exorabiles istis, etiam qui dare veniam nisi sibi nesciunt: mandemusque memoriæ, qui vir mitissimus, & ob hoc quoque maximus Thrasea crebro dicere solebat, Qui vitia odit, homines odit. 2. Fortasse quereris, quod commotus hæc scribam! Quidam nuper. Sed melius coram: quanquam ne tunc quidem. Vereor enim, ne id quod improbo, eos sectari, carpere, referre, huic, quod quam maxime præcipimus, repugnet. Quisquis ille, qualiscunque, sileatur: quem insignire, exempli nihil; non insignire, humanitatis plurimum refert.

L. Papyrius dictator accusat Fab. Maximum, quod adversus edictum pugnasset. Liv. 2.

1. Quæro de te, Fabi, quum summum imperium dictatoris sit, pareant ei consules, regia potestas, prætoresque iisdem auspiciis, quibus consules creati: æquum censeas, nec ne, Magistrum equitum dicto audientem esse: itemque illud interrogo, quum me incertis auspiciis profectum ab domo scirem, utrum mihi turbatis religionibus respub. in discrimen committenda fuerit, an auspicia repetenda, ne quid

quid diis dubiis agerem. Simul illud, quod dictatori religio impedimento ad rem gerendam fuerit, num ea Magister equitum solutus ac liber potuerit esse? Sed quid hæc ego interrogo? quum si ego tacitus abessem, tamen tibi ad voluntatis interpretationem meæ dirigenda tua sententia fuerit? Quin ita respondes, vetuerimne quicquam me absente gerere, vetuerimne signa cum hostibus conferre? 2. Quomodo tu imperio meo spreto, incertis auspiciis, turbatis religionibus, adversus morem militarem, disciplinam majorum, & numen deorum, ausus es cum hoste confligere? Ad hæc cum interrogatus es, respondes: extra ea cave vocem mittas: accede, lictor, accede.

Q. Martius castigat regem Perseum de fœdere violato, & injuriis Romanis factis. Liv. 42.

1. Exspectare nos arbitror, ut respondeamus literis tuis, quas Corigram misisti: in quibus quæris, quid ita legati cum militibus venerimus, & præsidia in singulas urbes dimittamus. Ad hanc interrogationem tuam & non respondere, vereor ne superbum sit; & vera respondere, ne nimis acerbum audienti tibi videatur. Sed cum aut verbis castigandus, aut armis sit, qui fœdus rumpit: sicut bellum adversus te alii, quam mihi mandatum malim, ita orationis acerbitatem adversus hospitem utcunque est, subibo: sicut medici, quum salutis causa tristiora remedia adhibent. 2. Ex quo regnum adeptus es, unam rem te, quæ facienda fuerit, senatus fecisse censet, qui legatos Romam ad renovandum fœdus miseris: quod tamen ipsum fuisse tibi non renovandum judicat potius, quam cum renovatum esset, violandum. Abrupolim socium atque amicum populi Romani regno ejecisti. Arterati interfectores, ut cæde (ne quid ultra dicam) lætatum appareret, recepisti, qui omnium Illyriorum fidissimum Romano nomini regulum occiderant. Thessaliam & Maliensem agrum cum exercitu contra fœdus Delphos isti. Byzantiis etiam contra fœdus misisti auxilia. Cum Bœotiis sociis nostris secretam tibi ipsi societatem, quam non licebat, jurejurando pepigisti. Thebanos legatos Euersum & Callicritum venientes à nobis quærere malo quis interfecerit, quam arguere. In Ætolia bellum intestinum, & cædes principum, per quos, nisi per tuos, factæ videri possunt? Dolopes à te ipso evastati sunt: Eumenes rex ab Roma cum in regnum rediret, prope ut victima Delphis in sacrato loco ante aras mactatus, quem insimulet? piget referre, quæ hospes Brundusinus occulta facinora indicet: certum habeo, & scripta tibi omnia ab Roma esse, & legatos tuos renuntiasse. 3. Hæc ne dicerentur à me, uno modo vitare potuisti, non quærendo quam ob causam exercitus in Macedoniam trajicerentur,

aut præsidia in sociorum urbes mitteremus. Quærenti tibi superbius tacuissemus, quam vera respondimus. Equidem pro paterno nostro hospitio faveo orationi tuæ, & opto, ut aliquam mihi materiam præbeas agendæ tuæ apud senatum causæ.

Oeconomia Verrinæ ultimæ, qua de probris militaribus & crudelibus suppliciis Cicero Verrem accusat.

1. Exordio dicta summa eorum, quæ de Verris avaritia, furtis, & rapinis, superioribus orationibus acta, rationem affert, cur de bellis ejusdem dicendum quoque putet: scilicet quia Hortensius laude Imperatoris, (quod magnum nomen Romæ) eum sublevare, & pœnæ meritæ subducere conetur.

II. Contentio est duplex: 1. De bello servili & piratico: 2. De suppliciis.

1. Quod ad bella, ostendit, nullam Verris laudabilem hic operam fuisse.

Id de servili bello probatur, 1. à non necessario, quod tum temporis neque bellum, neque belli periculum in Sicilia fuerit: scilicet quia Sicilia partim consiliis Crassi, partim natura loci, partim denique institutis edictisque prætorum (ubi exemplum severitatis) tuta fuerit, ipsique adeo Siculi Romanis sponte parcant: cujus rei etiam causæ afferuntur. 2. A contrario; quod ipse veras causas motuum & conjurationum aluerit, quando facinorosis, accepta à Dominis pecunia, pepercit: ubi inter alia de fœda avaritia in causa Apollonii.

Quod ad piraticum bellum, 1. Post transitionem, describit itinera Verris plena luxuriæ; ubi circumstantiæ temporis, habitus, judiciorum, comitum: tum antithesis inter Ciceronem prætorem solicitum & industrium, & Verrem libidine & luxu diffluentem: denique exemplum in abitu apud Valentinos relictum. 2. Administratio belli flagitiosa. Vbi 4. crimina exagitantur. Primum est avaritia, quando classem quæstui habuit, ubi inter cætera de Mamertinis, à quibus dono acceperit navem, idque sine necessitate justa, & contra leges, & sua cum infamia, denique aliorum, non suo sumptu: contra quod iisdem Mamertinis ipse immunitatem indulserit navis, rerum nauticarum, frumentorum, & hæc ipsa quoque contra leges & consuetudinem majorum. Alterum crimen est majestatis violatæ, scilicet in præda sibi vendicanda: in archipirata contra morem majorum & leges primum celato, tum damnato, tandemque accepta pecunia dimisso: postremo in civibus Romanis loco piratarum per calumniam oppressis & necatis. Tertium crimen est libido & luxuria; ubi locus, tempus, socii, studia & actiones, denique incommoda inde orta perstrin-

ſtringuntur. Nominatim etiam reprehenditur, quod Cleomeni Syracuſano claſſem commiſerit: nimirum quia cauſa commiſſionis inhoneſta: & perſona ſuſpecta pariter & inepta: ipſaque res laudabili exemplo Marcelli adverſa: poſtremo incommoda inde multa, ut penuria commeatus, claſſis à piratis erepta, & portus Syracuſanus ſpoliatus. Quartum crimen eſt crudelitas in navarchas. Vbi 1. cauſa ſuppliciorum, quod magiſtratus Syracuſanus cauſam claſſis perditæ ex navarchis ſcire voluit. 2. Acta Verris privata cum navarchis. 3. Deliberatio Verris de eorum ſupplicio, ubi pugna rationis & affectuum. 4. Accuſatio navarcharum. 5. Defenſio per parentes. 6. Quid nominatim cum Heraclio & Furio. 7. Sententia dicta. 8. Quid etiam cum Phalargo. 9. Carcer & quæ ſupplicium anteceſſerunt. 10. Ipſum ſupplicium, ubi vehemens πάθος in apoſtrophe ad Verrem & judices, rei item præſentatione, & proſopopœia cognatorum. 11. Concluditur hæc actio triplici prolepſi: quod orator non fortunam Verris, ſed rem ſpectet: quod crudelitas hæcce nunquam excuſari poſſit exemplo majorum: denique quod ne parenti quidem Verris probari poſſit.

11. Contentio altera de ſuppliciis eſt trimembris: de iis, qui virgis cæſi: qui in carcere necati: qui in crucem acti.

In primo genere potiſſimum agitur de Servilio flagellato, cujus innocentia, pœna & miſerabilis vitæ exitus notantur.

In ſecundo genere ſunt 1. querela de hac injuria; ubi carcer, violata lex, perſonæ læſæ, cauſa, quæ tyranni avaritia, quem cum ſcopulis & Cyclope confert, denique ſupplicium ipſum. 2. Refutatio defenſionis Verris, qui partim negare factum poterat, partim cauſam aliquam prætexere, quod qui ſupplicio affecti, ſocii piratarum fuerint. 3. Πάθος indignationis.

In tertio genere potiſſimum agitur de C. Conſano partibus quatuor. 1. Eſt acceſſus vehemens. 2. Narratio rei geſtæ, ubi Conſani vincula, fuga, retractatio: virgæ provocatio, cruciatus. 3. Probatio à teſtimoniis tum aliorum, tum ipſius Verris, & L. Pretii. 4. Πάθος indignationis à communicatione cauſæ cum omnibus civibus Romanis, à loco, minoribus, & conſilio Verris.

111. Peroratio. 1. Commendat judicibus cauſam, ut Verrem ſevere puniant. 2. Monet Hortenſium, ne Verri in tam prava cauſa patrocinari amplius velit. 3. Præ ſe fert fiduciam & conſtantiam adverſus reliquos Verris fautores. 4. Ipſum Deum invocat in tam impii & facinoroſi capitis ultionem.

II.

Exempla defensionum, excusationum, purgationum, absolutionum.

Talis est Psal. 7. quo vir sanctus adversus calumniam affectatæ tyrannidis se defendit.

Ovid. excusat carmina sua minus limate scripta, 4. Trist. 1. errorem suum in offendendo imperatore, 4. Trist. 4. nomen amici tacitum, 4. Trist. 5. & 5. Trist. 10. scribendi officium intermissum, 4. Trist. 6.

Horatius excusat se quod non scribat, Epod. 11, & 14. Æneas Didoni se de abitu suo purgat, Æneid. 6.

Cicero se excusat de infrequentia literarum, 2. epist. 1. 7. epist. 13. 12. epist. 18. 15. epist. 17. de non præstito officio defensionis, & simili, 3. ep. 7, 8, 10. 5. ep. 2. 7. ep. 27. 10. ep. 2. de mora in repub. defendenda, 10. ep. 8. de patrocinio & defensione indignorum, 10. ep. 31, 34, 35. de non servata fide amicitiæ, 11. ep. 27. cui epistolæ sequenti Marius benigne respondet, & se quoque adversus calumniam non præstiti reipub. officii purgat.

Plinius defendit & excusat Codicillos, 2. ep. 16. patrocinium susceptum, 3. epist. 4. 4. ep. 9, 24. 5. ep. 20. hæreditatem ex testamento, 5. ep. 1. epistolas steriles, 5. ep. 2, & 3. 9. ep. 4. Nepotis dispensationem de senatus consulto, 5. ep. 21. ludos concessos, 6. ep. 34. facilitatem in agris colendis, 7. ep. 14. exercitia oratoria, 7. ep. 17. studium erga amicos, 7. ep. 28. librum scriptum, 8. ep. 7, & 15. intermissionem literarum, 9. ep. 2. erratum iuvenile, 9. ep. 12. epicedium Virginii, 9. ep. 19. Quod novello consuli non adfuerit, 9. ep. 37. templum instauratum, 9. ep. 39. Scriptum liberius excusat Creantius ad Senatum, Tacit. 4. societatem & fœdus violatum, Cliteles, Xenoph. 6. de rebus gestis Græcorum. Histiæus, Herod. 5. Senator Carthaginensis, Liv. 21. Philippus ad Ætolos, Liv. 33. Nabis ad T. Quintium, Liv. 34. Perseus & Rhodii, Liv. 45.

Dictatorem non satis auditum, Papyrius ad populum, Liv. 8. Minutius, Liv. 22. Mulctam irrogatam & disciplinam duriorem Xenophon, Xenoph. 5. de expedit. Cyri. suspiciones & querelas, Xenoph. 4. de expedit. Theramenes, id. 2. de rebus gestis Græc. Tissaphernes, ibid. Clearchus, id. 1. de expedit. P. Valerius, Liv. 2. Manlius Capitolinus, id. 6. Annibal, id. 36.

Sævitiam, avaritiam, & superbiam, purgat Alexander M. Curt. 8. Corinthii & Athenienses, Thuyd. 1. Facinus sine auctoritate publica

blica patratum Mut. Scævola, Liv. 2. Hermolaus, Curt. 8. Caracalla, Herodian. 4.

Male administratum imperium Euryptolemus, Xenoph. 1. de rebus gestis Græc. Xenoph. L. 7. de expeditione Cyri.

Perduellionem Platæenses, Thucyd. 3. Philetas, Curt. 6. Amyntas. ibid. Legati Manlii, Salust. in Catilin. Officium intermissum Cyrus, Xenoph. 7. Pædiæ. Amicitiam turpem M. Terentius, Tacit. 5. Bellum injustum, populationem, Xenoph. 7. de expedit. Agesilaus, id. de reb. gestis Græcorum.

Defensionis quoque sunt hæ Isocratis. 1. De Bigis, de quibus reddendis à Tesia quodam per calumniam, postulatus Alcibiadis filius defendit se, & fortunam lamentatur patris simili modo oppressi. 2. Contra Callimachum, in lite pecuniaria, quam ex Thrasybuli de ἀμνηστίᾳ lege declinat. 3. Æginetícus, ubi Æginetícus defendit testamentum comitis & affinis sui Thonsyochi de hæreditate sibi legata, contra actionem sororis ejusdem.

His addantur ex Demosthene:

1. De Chersoneso, ubi defendit Duphitem contra accusationem Philippi, quod clientes suos Thraces armis petisset, eumque aditu Chersonesi prohibuisset.

2. De Corona, ubi contra Æschinis criminationem tuetur suffragium Ctesiphontis, Æschinis offensionibus sua in patriam merita opponens, & legum quoque scrupulos tollens.

3. De falsa legatione, ubi contra Demosthenem se Æschines defendit, præsertim quod ad pacis suffragium, & excidium Phocense.

4. Contra Eubulidem, alteri de jure civitatis temere litem moventem.

5. Pro Phormione, de re dudum transacta ab Apollodoro in judicium vocato.

6. Adversus Nausimachum & Xenophontem à filiis mortui tutoris contra pacta pecuniam de tutela reposcentes.

7. Adversus Callippum à corrupto arbitro provocat ad judicium Apollodorus de numeris redditis.

8. In Euergum & Mnesibulum testes falsos à Theophemo in causa verberationis cum altero subornatos.

9. Adversus Leocharem Archiadæ hæreditatem prætextu adoptionis petentem, Aristodemo cognato excluso.

10. Adversus Macartatum alterius filio de hæreditate avita litem moventem.

Apud Ciceronem defensiones hæ sunt:

1. Pro P. Quintio contra Nævium, qui prætenſo edicto prætoris, bona Quintii occupaverat.

2. Pro Roſcio Amerino contra C. Erucium, à quo accuſatus erat parricidii.

3. Pro Roſcio Comœdo adverſus Fannium, ſocietatis nomine debitum ab ipſo petentem.

4. Pro M. Fontalo à M. Phetorio repetundarum poſtulato è prætura Gallicana: ubi de ære alieno, quo oppreſſa: de quæſtu ex viarum munitione facto: de novo vini portorio inſtituto.

5. Pro Aulo Cæcinna, ut ab Elutio ex interdicto unde vi reſtituatur.

6. Pro A. Cluentio de veneficio, actore T. Attio, accuſato.

7. Pro C. Rabirio perduellionis reo, actore T. Labieno Tribuno, cujus patruus T. Labienus cum Saturnino in ſeditione occiſus fuerat.

8. Pro L. Muræna conſule deſignato contra Sulpitium & Catonem, qui eum honore iſto indignum putabant, ob vitam licentius ante actam, obſcuritatem genetis, & crimen ambitus.

9. Pro L. Flacco poſt præfecturam Aſiaticam à D. Lælio repetundarum poſtulato.

10. Pro L. Sylla adverſus ſuſpicionem conjurationis cum Catilina, deferente L. Torquato.

11. Pro A. Licinio Archia poëta contra Gracchum, civitatis litem moventem.

12. Pro domo ſua, quod ea propter conſecrationem Clodii ſacra non ſit: ubi de convitiis Clodii, & cognitione Pontificum.

13. De Aruſpicum reſponſis contra eundem Clodium, qui ſpecie religionis per Aruſpices concitatæ, ædibus ejus inſidiabatur.

14. Pro Cn. Plancio de ambitu ædilitatis, actoribus M. Juventio & L. Craſſo.

15. Pro P. Sextio de vi à M. Tullio Albinovano delato.

16. In Vatinium, quod ei contra Sextium teſtanti non ſit fides adhibenda: quia homo impurus, & multis flagitiis pollutus.

17. Pro M. Cælio de veneficio miſto, ſcilicet ne Clodiæ aurum mutuo ſumptum reddere cogeretur: ubi etiam adoleſcentia Cælii minus honeſte acta utcunque excuſatur.

18. Pro L. Cornelio Balbo Hiſpano, quod juſto titulo civitatem habeat, quod inimici negabant.

19. Tertia Agraria calumniam tyrannidis retorquet in adverſarios.

20. Pro T. Annio Milone de vi & cæde Clodii, accuſantibus

bus Appio Majore, M. Antonio, & P. Valerio Nepote.

21. Pro C. Rabirio posthumo, prævaricationis & repetundarum reo, C. Memmio actore.

22. Pro Q. Ligario, ad Cæsarem pro hoste & homine scelesto à Tuberone delato.

23. Pro Deiotaro Gallogræciæ rege, insidiarum adversus Cæsarem à Castore insimulato.

24. Philip. 2. defendit se adversus varias criminationes Antonii.

25. Philip. 10. Brutus defenditur contra insimulationes Q. Fusii.

His addi potest illa Mureti, qua apud Pontificem Navarrenum & reginam de sera gratulatione & suspicione hæreseos purgat.

Æneas excusat Didoni apud inferos abitum suum, qui ei causa mortis fuerat. Æneid. 6.

1. ---- Infelix Dido! verus mihi nuncius ergo
Venerat exstinctam, ferroque extrema sequutam?
2. Funeris heu tibi causa fui? per sydera juro,
Per superos, & si qua fides tellure sub ima est,
Invitus regina tuo de littore cessi.
Sed me jussa Deum, quæ nunc has ire per umbras,
Per loca senta situ cogunt, noctemque profundam,
Imperiis egere suis: nec credere quivi,
Hunc tantum tibi me discessu ferre dolorem.
3. Siste gradum; teque aspectu ne subtrahe nostro:
Quem fugis extremum fato quod te alloquor, hoc est.

Cicero purgat se Curioni de negligentia in scribendo, 2. ep. 1.

1. Quanquam me nomine negligentiæ suspectum tibi esse doleo: tamen non tam mihi molestum fuit accusari abs te officium meum, quam jucundum, regniri. 2. Præsertim cum in quo accusabar, culpa vacarem: in quo autem desiderare te significabas meas literas, præ te fers perspectum mihi quidem illum, sed tamen dulcem, & optatum amorem tuum. Equidem neminem prætermisi, quem quidem ad te perventurum putarem, cui literas non dederim. Etenim quis est in scribendo tam impiger quam ego? A te vero bis terve ad summum, & eas perbreves accepi. Quare, si iniquus es in me judex, condemnabo eodem ego te crimine: sin me id facere noles, te mihi æquum præbere debebis. 3. Sed de literis hactenus: non enim vereor, ne non scribendo te expleam: præsertim si in eo genere studium meum non adspernaberis.

Idem C. Mario eximit suspicionem de se, propter studia ejus in Cæsarem, alienato. 11. Ep. 27.

1. Nondum satis constitui, molestiæne plus, an voluptatis, attulerit mihi Trebatius noster, homo tum plenus offici, tum utriusque nostrum amantissimus. Nam cum in Tusculanum vesperi venissem, postridie ille ad me, nondum satis firmo corpore cum esset, mane venit. Quem cum objurgarem, quod parum valetudini parceret: tum ille, nihil sibi fuisse longius, quam ut me videret. Num quidnam, inquam, novi? Detulit ad me querelam tuam, de qua priusquam respondeo, pauca proponam. 2. Quantum memoria repetere præterita possum, nemo est te mihi amicus antiquior: Sed vetustas habet aliquid commune cum multis, amor non habet. Dilexi te, quo die cognovi: meque à te diligi judicavi. Tuus deinde discessus, isque diuturnus, ambitio nostra, & vitæ dissimilitudo, non est passa voluntates nostras consuetudine conglutinari. Tuum tamen erga me animum agnovi multis annis ante bellum civile, cum Cæsar esset in Gallia. Quod enim vehementer mihi utile esse putabas, nec inutile ipsi Cæsari, perfeciti, ut ille me diligeret, coleret, haberet in suis. Multa prætereo, quæ temporibus illis nos familiarissime dicta, scripta, communicata sunt: graviora enim sunt consequuta. Et initio belli civilis cum Brundusium versus ires ad Cæsarem, venisti ad me in Formianum. Primum hoc ipsum quanti, præsertim temporibus illis? Deinde oblitum me putas consilii, sermonis, humanitatis tuæ? quibus rebus interesse memini Trebatium. Nec vero oblitus sum literarum tuarum, quas ad me misisti, cum Cæsari obviam veniissem in agro, ut arbitror, Trebulano. Secutum illud tempus est, cum me ad Pompeium proficisci, sive pudor meus coëgit, sive officium, sive fortuna. Quod officium tuum, quod studium, vel in absentem me, vel in præsentes meos, defuit? quem porro omnes mei & mihi, & sibi te amiciorem judicaverunt? Veni Brundusium: oblitumne me putas, qua celeritate, ut primum audieris, ad me Tarento advolaris? quæ tua fuerit accessio, oratio, confirmatio animi mei, fracti communium miseriarum metu? Tandem aliquando Romæ esse cæpimus: quid defuit nostræ familiaritati? in maximis rebus quonam modo me gererem adversus Cæsarem, usus tuo consilio sum. In reliquis officiis, cui tu tribuisti, excepto Cæsare, præter me, ut domum venditares, horasque multas sæpe suavissimo sermone consumeres? tum cum etiam, si meministi, ut hæc φιλοσοφούμενα scriberem, tu me impulisti. Post Cæsaris reditum, quid tibi majori curæ fuit, quam ut essem ei quam familiarissimus? quod effeceras. 3. Quorsum igitur hæc oratio longior, quam putaram? quia sum admiratus, te, qui hæc nosse deberes, quicquam à me commissum, quod esset alienum à nostra amicitia,

tia, credidiſſe. Nam præter hæc, quæ commemoravi, quæ teſtata ſunt, & illuſtria, habeo multo occultiora, quæ vix verbis exſequi poſſum. Omnia me tua delectant: ſed maxima cum fides in amicitia, conſilium, gravitas, conſtantia: tum lepos, humanitas, literæ. Quapropter redeo nunc ad querelam. Ego, te ſuffragium tuliſſe in illa lege, primum non credidi: deinde ſi credidiſſem, nunquam id ſine aliqua juſta cauſa exiſtimarem te feciſſe. Dignitas tua facit, ut animadvertatur, quicquid facias: malevolentia autem hominum, ut nonnulla durius, quam à te facta ſint, proferantur. Ea ſi tu non audis, quid dicam, neſcio: equidem ſi quando audio, tam defendo, quam me ſcio à te contra inimicos tuos ſolere defendi. Defenſio autem eſt duplex. Alia ſunt, quæ liquido negare ſoleam: ut de iſto ipſo ſuffragio: alia, quæ defendam, à te pie fieri, & humane: ut de curatione ludorum. Sed te, hominem doctiſſimum, non fugit, ſi Cæſar rex fuerit, quod mihi quidem videtur, in utranque partem de tuo officio diſputari poſſe: vel in eam, qua ego uti ſoleo, laudandam eſſe fidem, & humanitatem tuam, qui amicum, etiam mortuum, diligas: vel in eam, qua nonnulli utuntur, libertatem patriæ, vitæ amici anteponendam. Ex his ſermonibus utinam eſſent delatæ ad te diſputationes meæ. Illa vero duo, quæ maxima ſunt laudum tuarum, quis aut libentius, quam ego, commemorat, aut ſæpius: te, & non ſuſcipiendi belli civilis graviſſimum auctorem fuiſſe, & moderandæ victoriæ? in quo, qui mihi non aſſentiretur, inveni neminem. 4. Quare habeo gratiam Trebatio, familiari noſtro, qui mihi dedit cauſam harum literarum: quibus niſi credideris, me omnis officii, & humanitatis expertem judicaris: quo nec mihi gravius quicquam poteſt eſſe, nec à te alienius.

Plinius excuſat adoleſcentem ſumtuoſius agentem, 9. epiſt. 12.

Caſtigabat quidem filium ſuum, quod paulo ſumptuoſius equos & canes emeret. Huic ego, juvene digreſſo, heus tu, nunquam ne feciſti, quod à patre corripi poſſet? Feciſti dico. Non interdum facis, quod filius tuus, ſi repente pater ille, tu filius, pari gravitate reprehendat? Non omnes homines aliquo errore ducuntur? non hic in illo ſibi, in hoc alius indulget? Hæc tibi admonitus immodicæ ſeveritatis exemplo, pro amore mutuo ſcripſi, ne quando tu quoque filium tuum acerbius duriuſque tractares: cogita & illum puerum eſſe, & te fuiſſe, atque ita hoc, quod es pater, utere, ut memineris hominem te eſſe, & hominis patrem.

P. Valerius Poblicola purgat ſe apud populum de ſuſpicione tyrannidis. Liv. l. 2.

1. Nunquamne ergo ulla adeo vobis ſpectata virtus erit, ut ſuſpicione violari nequeat? 2. Ego me, illum acerrimum regum hoſtem, ipſum cupiditatis regni crimen ſubiturum timerem? Ego ſi in ipſa arce Capitolioque habitarem, metui me credere poſſem à civibus meis? Tam levi momento mea apud vos fama pendet? adeone eſt fundata leviter fides, ut ubi ſim, quam qui ſim, magis referat? 3. Non obſtabunt P. Valerii ædes libertati veſtræ, Quirites, tuta erit vobis Velia: deferam non in planum modo ædes, ſed colli etiam ſubjiciam, ut vos ſupra ſuſpectum me civem habitetis. In Velia ædificent, quibus melius, quam P. Valerio creditur libertas.

M. Fabius Maximus pro filio à dictatore, L. Papyrio condemnato, provocat ad populum.*

1. Quandoquidem apud te nec authoritas ſenatus, nec ætas mea, cui orbitatem paras, nec virtus nobilitaſque magiſtri equitum à te ipſo nominati valet, quæ Deorum iras placant: 2. Tribunos pleb. appello, & provoco ad populum, eumque tibi fugienti exercitus tui, fugienti ſenatus judicium, judicem fero: qui certe unus, quam dictatura tua, plus poteſt polletque. 3. Videro, ceſſaturuſne provocationi ſis, cui rex Romanus Tullus Hoſtilius ceſſit.

Perſeus purgat ſe Q. Martio de injuriis imputatis. Liv. 42.

1. Bonam cauſam, ſi apud judices æquos ageretur, apud eoſdem & accuſatores & judices agam. 2. Eorum autem quæ objecta ſunt mihi, partim ea ſunt, quibus neſcio an gloriari debeam: partim quæ fateri non erubeſcam: partim quæ verbo objecta verbo negare ſit. 3. Quid enim, ſi legibus veſtris hodie reus ſim, aut judex Brunduſinus, aut Eumenes mihi objiciat, ut accuſare potius vere, quam convitiari videantur? Scilicet nec Eumenes, cum tam multis gravis publice ac privatim ſit, alium quam me inimicum habuit: neque ego potiorem quenquam ad miniſteria facinorum, quam Rammium, quem neque unquam ante videram, nec eram poſtea viſurus, invenire potui: & Thebanorum, quos naufragio periiſſe conſtat, & Arterati cædis mihi reddenda ratio eſt: in qua tamen nihil ultra objicitur, quam interfectores ejus in regno exulaſſe meo. Cujus conditionis iniquitatem ita non ſum recuſaturus, ſi vos quoque accipitis, ut quicunque exules in Italiam aut Romam ſe contulerunt, his facinorum propter quæ damnati ſunt, auctores vos fuiſſe fateamini. Si hoc & vos recuſabitis, & omnes aliæ gentes, ego quoque inter cæteros ero. Et hercule quid attinet cuiquam exilium patere, ſi nuſquam exuli futurus locus eſt? Ego tamen iſtos, ut primum in Macedonia eſſe admonitus à vobis comperi, requiſitos abire ex regno juſſi, & in perpetuum interdixi

fini-

finibus meis. Et hæc quidem mihi tanquam cauſam dicenti reo objecta ſunt: illa tanquam regi, & quæ de fœdere quod mihi eſt vobiſcum diſceptationem habeant. Nam ſi eſt in fœdere ita ſcriptum, ut ne ſi bellum quidem quis inferat, tueri me regnumque meum liceat: mihi fatendum eſt, quod me armis adverſus Abrupolim ſocium populi Romani defenderim, fœdus violatum eſſe. Sin autem hoc & ex fœdere licuit, & jure gentium ita comparatum eſt, ut arma armis propulſentur: quid tandem nec facere decuit, cum Abrupolis fines mei regni uſque ad Amphipolim pervaſtaſſet, multa libera capita, magnam vim mancipiorum, multa millia pecorum abegiſſet? Quieſcerem & paterer, donec Pellam & in regiam meam armatus perveniſſet? At enim bello quidem juſto ſum perſequutus: ſed vinci non oportuit eum neque ea quæ victis accidunt pati: quorum caſum cum ego ſubierim, qui ſum armis laceſſitus, quid poteſt queri ſibi accidiſſe, qui cauſa belli fuit? Non ſum eodem modo defenſurus, Romani, quod Dolopas armis coërcuerim: quia, etſi non merito eorum, jure feci meo: cum mei regni, meæ ditionis eſſent, veſtro decreto patri attributi meo. Nec ſi cauſa reddenda ſit, non vobis, nec fœderatis, ſed iis, qui ne in ſervos quidem ſæva atque injuſta imperia probant, plus æquo & bono ſæviſſe in eos videri poſſum: quippe Euphranorem præfectum à me impoſitum ita occiderunt, ut mors pœnarum ejus leviſſima fuerit. At cum proceſſiſſem inde ad viſendas Lariſſam & Antrona & Sylleon, quo in propinquo multo ante debita vota perſolverem, Delphos ſacrificandi cauſa aſcendi. Et hic criminis augendi cauſa cum exercitu me fuiſſe adjicitur: ſcilicet, ut (quod nunc vos facere queror) urbes occuparem, arcibus imponerem præſidia. Vocate in conſilium Græciæ civitates, per quas iter feci, ſi queratur unus quilibet militis mei injuriam, non recuſabo quin ſimulato ſacrificio aliud petiſſe videar: Ætolis & Byzantiis præſidia miſimus, & cum Bœotis amicitiam fecimus. Hæc qualiacunque ſunt, per legatos meos non ſolum indicata, ſed etiam excuſata ſunt ſæpe in ſenatu veſtro, ubi aliquos ego diſceptatores, non tam æquos quam te Q. Marce paternum amicum & hoſpitem habebam. Sed nondum Romam accuſator Eumenes venerat, qui calumniando omnia, detorquendoque, ſuſpecta & inviſa efficeret: & perſuadere vobis conaretur, non poſſe Græciam in libertate eſſe & veſtro munere frui, quoad regnum Macedoniæ incolume eſſet. Circumagetur hic orbis: erit mox qui arguat; nequicquam Antiochum ultra juga Tauri remotum: graviorem multo Aſiæ, quam Antiochus fuerit, Eumenem eſſe: nec conquieſcere ſocios veſtros poſſe, quoad regia Pergami ſit: eam arcem ſupra capita finitima-

marum civitatum impositam. Ego hæc Q. Marci & A. Attili, quæ aut à vobis objecta, aut purgata à me sunt, talia esse scio, ut aures & animi audientium sint; nec tam referre, quid ego aut qua mente fecerim, quam quomodo id vos factum accipiatis. Conscius mihi sum, nihil me scientem deliquisse: & si quid fecerim imprudentia lapsus, corrigi me & emendari castigatione hac posse. Nihil certe insanabile, nec quod bello & armis persequendum esse censeatis, commisi. Aut frustra clementiæ gravitatisque vestræ fama vulgata per gentes est, si talibus causis, quæ vix querela & expostulatione dignæ sunt, arma capitis, & regibus sociis bella infertis.

Oeconomia orationis Ciceronis pro A. L. Archia, qui à Graccho accusatus, quod se gereret pro cive Romano, cum non esset.

I. Exordium sumit à causa, tum cur Archiam defendat, videl. quod eo præceptore olim usus; tum cur in foro agens, de literis aliquid sit additurus, quia pro homine docto & ad judices doctos dicat.

II. Propositio est bimembris: Archiam civem esse; &, si non esset, dignum tamen, qui civibus asscribatur.

III. Narratio exponit studia & peregrinationes Archiæ, & quos passim amicos & patronos habuerit, cum tandem auctoritate & gratia Luculli civitatem ab Heraclienſibus impetrarit.

IV. Confirmatio prioris partis fundatur in lege Syllani & Carbonis, quam causæ accommodans,

1. Archiam in civitate fœderata, Heracleæ videlicet, fuisse asscriptum, probat testimonio Luculli & legatorum Heraclienſium; & quod de tabulis non prolatis objici poterat, infirmat casu tabellarii cremati, & auctoritate testium. 2. Domicilium Romæ tempore legis latæ habuisse inde arguit, quod etiam multis annis ante ibidem habitarit. 3. Professum quoque evincit ex tabulis, refutans simul quod de censu opponebatur.

Confirmatio alterius partis triplex est. 1. Quod vir doctus sit Archias: ubi elogium doctrinæ, & bonarum artium. 2. Quod & poëta eximius, ubi de præstantia poëseos. 3. Quod res gestas Romanorum carminibus celebrarit: ubi de studio laudis & gloriæ.

V. Epilogus concludit causam, & judicibus commendat Archiam.

Oeconomia orationis pro Milone, quem contra actionem cædis Clodianæ defendit, ut qui jure Clodium occiderit.

1. Exordium sumit ab insolita forma judicii, quod præsidiis muniti judices essent: quod utcunque terribile sit, Cicero tamen, ne causæ diffidere videatur, pro se interpretatur, judices otans, ut depositio metu, fortiter judicent.

II. Propositio fit per distinctionem: Se Milonem defensurum, non quod publice sit meritus, aut quod mors Clodii multis prosit, sed quod Milo causam justam habuerit Clodium occidendi.

III. Confutatio tria præjudicia diluit. Primum est in opinione vulgata, nefas esse hominem interimere: id quod tum exemplis tum legibus infringit. Exempla sunt Horatii, Scipionis, Nasicæ, Halæ, L. Opimii, C. Marii, ipsiusque adeo senatus: quibus ex tragœdia addit de Oreste. Leges citat partim ex XII. tabulis, partim ex natura & jure omnium gentium. Alterum præjudicium erat senatus consultum, quo inter alia cædes in via Appia comprehensa & contra rempub. judicata fuerat. Id Miloni non officere inde arguit, quod Senatus causam Milonis comprobarit: quod quæstio de cæde Clodii, non à senatu, sed à Pompeio mota: quod denique non tam persona interfectoris, quam exemplum spectatum, Miloni interim potestate sui defendendi minime adempta. Tertium præjudicium erat rogatio Pompeii, ut in circumstantias cædis inquireretur, quod instar erat condemnationis. Respondet patronus, jus & tempora hic considerata fuisse, nihil in causa certo ac nominatim definitum: neque enim id fieri potuisse causa nondum cognita.

IV. Narratio rem gestam ordine commemorat: quæ consilia Clodii fuerint: quis ad ea exsequenda apparatus factus: quo loco & tempore alter in alterum inciderit: unde pugna inchoata, quomodoque peracta: quæ omnia ita narrantur, ut dubium non sit, Clodium insidiatum fuisse Miloni, & sibi malum suum maturasse.

V. Confirmatio probat, Clodium fuisse jure interfectum. 1. Quod ipse prior vim Miloni intulerit. Vbi locus de inculpata tutela: Clodii impulsiones, ut utilitas, odium, mores improbi, & spes impunitatis: tum ante auditæ minæ, & apparatus factus: quibus voluntatis præsumptionibus etiam adduntur quæ facultatem arguant, ut sunt locus pugnæ, & utriusque habitus ac comitatus. Postremo etiam signum bonæ causæ affert, quod Milo in senatum & publicum venerit, judicem admittat, quem senatus velit; & Pompeii suspicionibus satisfacit. 2. Quod Clodius homo fuerit scelestissimus, cujus vita omnibus perniciosa, ac invisa, mors utilis & grata venerit. 3. Quod fato & singulari Dei providentia Clodius ad pœnas meritas pertractus, cum audacia ipsius nulla humana ratione coërceri potuerit.

VI. Epilogus abit in deprecationem, eamque mirifice variatam. Nunc enim misericordiam judicum implorat: nunc de fortuna indigna queritur: nunc magnam virtutem & constantiam & merita viri deprædicat, quæ tamen præmiis suis destituantur: nunc se ipsum contra sen-

ſententiam iniquiorem ſolatur: poſtremo ſummo jam doloris affectu occupatus, orationem lacrymans abrumpit.

III.

Exempla querelarum.

Tales ſunt multi Pſalmi: ut 22, 38, & 69. quibus ſub perſona Davidis ſervator queritur de ærumnis & hoſtibus ſuis: 28, 54, 55, 59, 64. ubi David de malitia, inſidiis & perfidia Saulinorum, Ziphæorum, Achitophelis, & ſimilium: 74, 79, & alii, ubi Eccleſia miſerabilem ſtatum ſuum, & hoſtium barbaricam ſævitiam coram Deo lamentatur.

Tales etiam multæ ſunt elegiæ Ovidii de exilio ſuo nimis iniquo. ut 3. Triſt. 1, 3. 5. Triſt. 5.

Æneid. 1. Venus cum Jove queritur de promiſſis non præſtitis Æneæ.

Querulæ epiſtolæ apud Ciceronem ſunt de fortuna miſera & indigna, 5. ep. 9. de offenſione potentium, 6. ep. 7. ſtatu reip. 7. ep. 28. ingratitudine, 8. ep. 12. tyrannide & immoderata potentia, 10. ep. 1. occaſione neglecta, 11. ep. 12. 12. ep. 2, 3, 9. renovato bello, 12. ep. 8, 9. de exilio, 14. ep. 1, 2, 3, 4. quibus addo librum 11. ad Atticum tempore exilii ſui ſcriptum, ut ſupra monuimus.

De petulantia ducum queruntur oratores Syracuſani, Liv. 26. ubi Marcelli reſponſio. Locrenſes, Liv. 29. Hecatonymus, Xenoph. 5. de exped. Cyri.

De injuriis Callines, Arrian. 5.

De nece Cæſaris Octavius ad Antonium, Appianus l. 3. ubi & Antonii reſponſio.

De inſolentia patrum Canuleius, Liv. 4.

De iniqua militia Vibulenus, Tacit. 1.

De pactis non ſervatis Clearchus, Xenoph. 1. de exped.

Venus ad Jovem Æneid. 1.

1. ---- O qui res hominumque Deumque
Æternis regis imperiis & fulmine tenes:
2. Quid meus Æneas in te committere tantum,
Quid Troës potuere? quibus tot funera paſſis
Cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis.
3. Certe hinc Romanos olim, volventibus annis,
Hinc fore ductores, revocato à ſanguine Teucri,
Qui mare, qui terras omni ditione tenerent,

Pol-

Pollicitus: quæ te genitor sententia vertit?
Hoc equidem occasum Trojæ tristesque ruinas
Solabar, fatis contraria fata rependens:
Nunc eadem fortuna viros tot casibus actos
Insequitur: quem das finem, rex magne, laborum?
Antenor potuit, mediis elapsus Achivis,
Illyricos penetrare sinus, atque intima tutus
Regna Liburnorum, & fontem superare Timavi:
Unde per ora novem vasto cum murmure montis
It mare proruptum, & pelago premit arva sonanti.
Hic tamen ille urbem Patavi, sedesque locavit
Teucrorum, & genti nomen dedit, armaque fixit
Troja, nunc placidus composta pace quiescit.
Nos, tua progenies, cœli quibus annuis arcem,
Prodimur, atque Italis longe disjungimur oris.
4. Hic pietatis honos? sic nos in sceptra reponis?

Cicero scribit Attico de statu suo misero, imprimis quod calumniis oppugnetur. 11. ep. 8.

1. Quantis curis afficiar, etsi profecto vides, tamen cognosces ex Lepta & Trebatio. Maximas pœnas do temeritatis meæ, quam tu prudentiam mihi videri vis: neque te deterreo, quo minus id disputes, scribasque ad me quam sæpissime. Nonnihil enim me levant tuæ literæ hoc tempore. 2. Per vos, qui nostra causa volunt, valentque apud illum, diligentissime contendas opus est, per Balbum & Oppium maxime, ut de me scribant quam diligentissime. Oppugnamur enim, ut audio, & à præsentibus quibusdam, & per literas, iis ita occurrendum, ut rei magnitudo postulat. Furnius est illic mihi inimicissimus. Quintus misit filium non solum sui deprecatorem, sed etiam accusatorem mei. Dictitat, se à me apud Cæsarem oppugnari: quod refellit Cæsar ipse, omnesque ejus amici: neque vero desistit, ubicunque est, omnia in me maledicta conferre. Nihil mihi unquam tam incredibile accidit, nihil in his malis tam acerbum. Qui ex ipso audissent, cum Sicyone palam multis audientibus loqueretur nefaria quædam, ad me retulerunt. Nosti genus, etiam expertus es fortasse: in me id est omne conversum. 2. Sed augeo commemorando dolorem, & facio etiam tibi. Quare ad illud redeo: cura, ut hujus rei causa, dedita opera mittat aliquem Balbus, ad quos videbitur: velim cures literas meo nomine. Val. xv. Cal. Jun.

Locrenses ad senatum acceptas à Pleminio injurias deferunt. Livius lib. 29.

1. Scio,

1. Scio, quam æstimentur nostræ apud vos querelæ, P. C. plurimum in eo momenti esse, si probe sciatis, & quomodo proditi Locri Annibali sint, & quomodo, pulso Annibalis præsidio, restituti in ditionem vestram. Quippe si & culpa defectionis procul à publico consilio abfit, & reditum in vestram ditionem appareat non voluntate solum, sed ope etiam ac virtute nostra, magis indignemini, bonis ac fidelibus sociis tam atroces injurias ab legato vestro militibusque fieri. Sed ego causam utriusque defectionis nostræ in aliud tempus differendum arbitror, duarum rerum gratia: unius, ut coram P. Scipione, qui Locros recepit, quique omnium nobis recte perperamque factorum est testis, agatur: alterius, quod qualescunque sumus, tamen hæc, quæ passi sumus, pati non debuimus. 2. Non possumus dissimulare, P. C., nos, cum præsidium Punicum in arce haberemus, multa fœda, indigna & à præfecto præsidii Amilcare, & ab Numidis Afrisque passos esse. Sed quid illa sunt collata cum iis, quæ hodie patimur? Cum bona omnia, quæso audiatis, P. C., id, quod invitus eloquar. In discrimine est nunc humanum omne genus, utrum vos, an Carthaginenses, principes orbis terrarum videat. Sed si ex iis, quæ Locrenses aut ab illis passi sumus, aut à vestro præsidio nunc cum maxime patimur, æstimandum Romanum ac Punicum imperium sit, nemo non illos sibi, quam vos dominos præoptet. Et tamen videte, quemadmodum Locrenses in vos animati sint: quum à Carthaginensibus injurias multo minores acciperemus, ad vestrum imperatorem confugimus: cum à vestro præsidio plus quam hostilia patiamur, nusquam alio, quam ad vos querelas detulimus. Aut vos respicietis perditas res nostras, P. C., aut ne ab diis quidem immortalibus, quod precemur, quicquam supererit. 3. Q. Pleminius legatus missus est cum præsidio ad recuperandas à Carthaginensibus Locros, & eum eodem ibi relictus est præsidio. In hoc legato vestro (dant enim animum ad loquendum libere ultimæ miseriæ) nec hominis quicquam est P. C. præter figuram & speciem, neque Romani civis, præter habitum & sonum Latinæ linguæ: pestis ac belua immanis, qualem fretum quondam, quo ab Sicilia dividimur, ad perniciem navigantium circumsedisse fabulæ ferunt. Ac si sceleris, libidinem & avaritiam solus ipse exercere in socios vestros satis haberet, unam profundam quidem voraginem tamen patientia nostra expleremus. Nunc omnes centuriones militesque vestros (adeo promiscuam licentiam atque improbitatem esse voluit) Pleminios fecit: omnes rapiunt, spoliant, verberant, vulnerant, occidunt, constuprant matronas, virgines, ingenuos, raptos ex complexu parentum: quotidie capitur urbs nostra,

quo-

tidie diripitur, dies noctesque omnia passim mulierum, puerorumque qui rapiuntur atque asportantur, ploratibus sonant. Miretur qui sciat, quomodo aut nos ad patiendum sufficiamus: aut illos, qui faciunt, nondum tantarum injuriarum satietas ceperit. Neque ego exsequi possum, nec vobis operæ est audire singula quæ passi sumus: communiter omnia complectar. Nego domum ullam Locris, nego quendam hominem expertem injuriæ esse: nego ullum genus sceleris, libidinis, avaritiæ supereſſe, quod in ullo, qui pati potuerit, prætermissum sit. Vix ratio iniri potest, uter casus civitatis sit detestabilior: cum hostes bello urbem cepere, an cum exitiabilis tyrannus vi atque armis oppressit. Omnia quæ captæ urbes patiuntur, passi sumus, & nunc quam maxime patimur, P. C. Omnia quæ crudelissimi atque importunissimi tyranni scelera in oppressos cives edunt, Pleminius in nos, liberosque nostros & conjuges edidit. Vnum est, de quo nominatim & nos queri religio infixa animis cogat: & vos audire, & exsolvere rempub. vestram religione, (si ita vobis videbitur) velimus, P. C. Vidimus enim cum quanta cerimonia non vestros solum colatis Deos, sed etiam externos accipiatis. Fanum est apud nos Proserpinæ, de cujus sanctitate templi credo aliquam famam ad vos perveniſſe Pyrrhi bello, qui cum ex Sicilia rediens Locros classe præterveheretur, inter alia fœda, quæ propter fidem nostram erga vos in civitatem nostram erga vos in civitatem nostram facinora edidit, thesauros quoque Proserpinæ intactos ad eam diem spoliavit: atque ita pecunia in naves imposita, ipse terra est profectus. Quid ergo evenit, P. C.? Classis postero die fœdissima tempestate lacerata, omnesque naves, quæ sacram pecuniam habebant, in littora nostra ejectæ sunt: qua tanta clade edoctus tandem Deos esse superbissimus Rex, pecuniam omnem inquisitam in thesauros Proserpinæ referri jussit: nec tamen illi unquam postea prospere quicquam evenit: pulsusque Italia, ignobili atque inhonesta morte temere nocte ingressus Argos occubuit. Hæc cum audisset legatus vester, tribunique militum, & mille alia, quæ non augendæ religionis causa, sed præsentis Deæ nomine sæpe comperta nobis majoribusque nostris referebant, ausi sunt nihilominus sacrilegas admovere manus intactis illis thesauris: & nefanda præda se ipsos, ac domos contaminare suas, & milites vestros, quibus per vos vestramque fidem P. C. priusquam eorum scelus expietis, neque in Italia, neque in Africa quicquam rei gesseritis: ne quod piaculi commiserunt, non suo solum sanguine, sed etiam publica clade luant. Quanquam ne nunc quidem P. C. aut in ducibus aut in militibus vestris cessat ira

Deæ: aliquoties jam inter se signis collatis concurrerunt: dux alterius partis Pleminius, alterius duo militum tribuni erant: non acrius cum Carthaginensibus, quam ipsi inter se ferro dimicarunt: præbuissentque occasionem furore suo Locros recipiendi Annibali, ni accitus à nobis Scipio interveniſſet. At hercule milites contactos sacrilegio furor agitat, in ducibus ipsis puniendis nullum deæ numen apparuit: imo ibi præsens maxime fuit: virgis cæsi tribuni ab legato sunt: legatus deinde insidiis tribunorum interceptus, præterquam quod toto corpore laceratus, naso quoque auribusque decisus exanguis est relictus: recreatus deinde legatus ex vulneribus tribunos militum in vincula conjectos, dein verberatos, servilibusque omnibus suppliciis cruciatos occidit: mortuos deinde prohibuit sepeliri. Has Dea pœnas à templi sui spoliatoribus habet: nec ante desinet omnibus eos agitare furiis, quam reposita sacra pecunia in thesauris fuerit. Majores quondam nostri gravi Crotoniensium bello, quia extra urbem templum est, transferre in urbem eam pecuniam voluerunt: nocte audita ex delubro vox est, abstinerent manus, deam sua templa defensuram: quia movendi ibi thesauros incussa erat religio, muro circumdare templum voluerunt: ad aliquantum jam altitudinis excitata erant mœnia, cum subito collapsa ruina sunt. 4. Sed & nunc, & sæpe alias dea suam sedem, suumque templum aut tutata est, aut à violatoribus gravia piacula exegit: nostras injurias nec potest, nec possit alius ulcisci, quam vos P.C. Ad vos, vestramque fidem supplices confugimus: nihil nostra interest, utrum sub illo legato, sub illo præsidio Locros esse sinatis, an irato Annibali & Pœnis ad supplicium dedatis. Non postulamus ut ex templo nobis, ut de absente, ut indicta causa credatis: veniat, coram ipse audiat, ipse diluat: si quicquam sceleris, quod homo in hominem edere potest, in nos prætermisit, non recusamus quin & nos omnia eadem iterum, si pati possumus, patiamur, & ille omni divino humanoque liberetur scelere.

IV.

Exempla supplicationum, deprecationum, interceſſionum.

Talis est Psal. 51. & multi alii, & epistola Pauli ad Philemonem. Totus item liber 2. Tristium.

Æneid. 1. intercedit apud Jovem pro Ænea Venus: l. 3. Achæmenides supplicat Æneæ pro vita sua: l. 10. Jupiter Trojanis studet placare Junonem.

De-

Deprecationem quoque habent epilogi in orationibus pro Milone, Lælio, Ligario.

Plinius intercedit pro Liberto, 9. ep. 21, & 24.

Sophonisba deprecatur captivitatem & dedecus, Liv. 30. pœnam & ſupplicium Horatius, Liv. 1. Segeſtes, Tacit. 1. Cleocritus, Xenophon. 2. de reb. geſt. Græc. bellum Tuſculani, Liv. 6. Judicium ſubeundum Scipio Africanus. Liv. 38.

Achæmenides pro vita ſua, Æneid. 3.

---- ---- Per ſydera teſtor,
Tollite me, Teucri, quaſcunque abducite terras,
Hoc ſat erit: 2. Scio me Danais è claſſibus unum;
Et bello Iliacos fateor petiiſſe penates:
Pro quo ſi ſceleris tanta eſt injuria noſtri,
Spargite me in fluctus, vaſtoque immergite ponto:
3. Si pereo manibus hominum, periiſſe juvabit.

Plinius pro liberto Sabiniani, 9. ep. 21.

1. Libertus tuus, cui ſuccenſere te dixeras, venit ad me, advolutuſque pedibus meis tanquam tuis adhæſit: flevit multum, multum rogavit, multum etiam tacuit: in ſumma, fecit mihi fidem pœnitentiæ. Vere credò emendatum, quia deliquiſſe ſentit. 2. Iraſceris, ſcio, ſed iraſceris merito, id quod ſcio: ſed tunc præcipua manſuetudinis, cum iræ cauſa juſtiſſima eſt. Amaſti hominem, & ſpero amabis: interim ſufficis ut exorari te ſinas. Licebit rurſus iraſci, ſi meruerit, quod exoratus excuſatius facies. Remitte aliquid adoleſcentiæ ipſius, aliquid lacrymis, remitte indulgentiæ, ne torſeris illum, ne torſeris etiam te: torqueris enim, cum tam levis iraſceris. Vereor ne videar non rogare, ſed cogere, ſi precibus ejus meas junxero. Jungam tamen tanto plenius & effuſius, quanto ipſum acrius ſeveriuſque corripui, diſtricte minatus, me nunquam poſtea rogaturum. Hoc illi, quem terreri oportebat; tibi non idem. Nam fortaſſe iterum rogabo, iterum impetrabo: ſit modo tale, ut rogare me, ut præſtare te deceat.

Legati Tuſculanorum in ſenatu Romano, Liv. l. 6.

1. Quibus bellum indixiſtis, intuliſtiſque, P.C., ſicut nunc videtis nos ſtantes in veſtibulo curiæ veſtræ, ita armati paratique obviam imperatoribus legionibuſque veſtris proceſſimus. Hic noſter, hic plebis noſtræ habitus fuit, eritque ſemper, niſi ſi quando à vobis, proque vobis arma acceperimus. Gratias agimus & ducibus veſtris, & exercitibus, quod oculis magis, quam auribus crediderunt, & ubi nihil hoſtile erat, ne ipſi quidem fecerunt. 2. Pacem quam nos præſti-

timus, eam à vobis petimus: bellum eo, ſicubi eſt, avertatis precamur. In nos quid arma polleant veſtra, ſi patiendo experiundum eſt, inermes experiemur: hæc mens noſtra eſt, dii immortales faciant, tam felix ſit, quam pia. 3. Quod ad crimina attinet, quibus moti bellum indixiſtis, etſi re victa verbis confutare nihil attinet: tamen etiamſi vera ſint, vel fateri nobis ea, cum tam evidenter pœnituerit, tutum cenſemus. 4. Peccetur in vos, dum digni ſitis, quibus ita ſatisfiat.

Diſpoſitio deprecationis, qua Cicero epilogi loco utitur in cauſa Ligarii.

1. Concludit ſuperiorem defenſionem, & viam facit ad deprecationem fretus humanitate Cæſaris.

11. Rationes affert quinque, cur Cæſar deprecationi dare locum, & Ligario parcere debeat.

1. Quod non jure, ſed precario hic agatur: Cæſarque pater potius, quam judex ſit.

2. Quod Ligarius non conſilio, ſed caſu ad arma venerit; nec quicquam hoſtili animo adverſus Cæſarem fecerit.

3. Quod Cæſar princeps ſit clementiſſimus & benigniſſimus, qui multos jam alios in gratiam receperit.

4. Quod multi egregii viri, & inprimis fratres Ligarii, qui ſemper cum Cæſare fuerunt, ſuppliciter & cum lacrymis pro eo orent.

5. Quod hæc facilitas & bonitas Cæſari glorioſa futura ſit.

111. Abrumpit longiorem orationem, quod & per ſe Cæſar ad veniam dandam facilis, & recens Marcelli exemplum multum fiduciæ afferat.

FINIS LIBRI PRIMI.

EXER-

EXERCITATIONVM RHETORICARVM

LIBER II.

Habens Oeconomiam aliquot librorum & orationum Ciceronis.

I.

Methodus Oratoris Ciceronis.

CIcero in hoc libro Oratorem describit, hoc est, sapientem & eloquentem virum, qui causas civium suorum oratione tueri, & consilia reipubl. utiliter interpretari possit.

I. Exordium sumit à causa scribendi, ut petitioni Bruti amici satisfaciat.

II. Quævis igitur) Propositio, aucta triplici egressione. Prima dubium tollit de hac facultate consequenda, & lectorem ad bene sperandum incitat exemplis poëtarum, philosophorum, pictorum, statuariorum, ipsorumque oratorum. At ego) Altera præmonetur, rem in Idea, hoc est, nudam & per se considerandam esse, non qualis in hoc, aut illo deprehendatur. Ac video) Tertia excusat Philosophicam dissertationem de Ideis, quod Philosophia primum instrueret Oratorem, & quod sine Philosophia Orator fieri non possit: id quod probat exemplis Periclis & Demosthenis, tum enumeratione partium Philosophiæ, ut Logicæ, Physicæ, Ethicæ, postremo testimonio M. Antonii.

III. Disputatio ipsa de oratore, XI. Capita complexa.

Tria sunt) 1. De tribus dicendi generibus: grandi, tenui, moderato: quibus descriptis, commendat Domosthenem, qui in omnibus excelluerit: rursumque digreditur in Atticorum Oratorum laudes: in studium suam erga Brutum: in difficultatem facultatis oratoriæ consequendæ.

Sed quoniam) 2. De duplici genere orationis: sedato sive Scholastico, & contentioso sive forensi.

Quoniam tria videnda) 3. de inventione oratoria, ubi de tribus statibus orationis, iisque accommodatis argumentis: de amplificatio-

tionibus, & nominatim de theſi & hypotheſi: denique delectu argumentorum, & commoratione in melioribus, denique de tractandis argumentis adverſariis.

Jam vero ea quæ) 4. De diſpoſitione, & nominatim de exordio, confutatione, confirmatione, & epilogo.

Cum autem quid) 5. De modo dicendi, & nominatim de actione, in qua vox & geſtus bene habeant.

Sed jam ille ne) 6. De eloquutione, quæ dignitas ejus, quam diverſimode hic ſe habeant Philoſophi, Sophiſtæ, Hiſtorici, Poëtæ, & qui proprie oratores dicuntur: denique ipſa oratoria, quod decorum pro rerum & circumſtantiarum varietate teneat.

Sequitur ut cujuſque generis) 7. Anabaſis eſt ad tria genera dicendi; ſummiſſum, mediocte, grande; de quibus cap. 1. Hinc digreditur in commendationem ſui ſtudii, ut qui in omni dicendi genere excellere conatus ſit, quemadmodum & Demoſthenes. Hoc probat exemplis orationum à ſe ſcriptarum.

Eſſe igitur perfecte eloquentis) 8. De ornamentis oratoris ex aliis diſciplinis, maxime Philoſophia, Jure, & Hiſtoria, quemadmodum & ſupra oſtenſum.

Sic igitur inſtructus) 9. Repetit, quæ jam ante dicta, de argumentis, partibus, decoro & amplificationibus, tandemque iterum in prædicationem ſui abit.

Sed jam ipſa firma reſtat) 10. De tropis & figuris; tum quæ in dictione, tum quæ in ſententia ſint.

Hoc in genere) 11. De ſtructura, in qua conſtructio, concinnitas, & numerus: Sed de numero prolixior eſt, ejus originem, cauſam, naturam, & uſum quæſtionibus & præceptis varie exſequens, ut hæc primaria pars libri dici poſſit.

1 v. Habes meum) Peroratio totam hanc diſputationem Bruti judicio ſummittit.

II.

Methodus quinque librorum Tuſculanarum quæſtionum.

Tuſculanæ quæſtiones inſcribuntur, quod in prædio Tuſculano habitæ videantur.

Thema quod tractant Stoïcum eſt: ad bene beateque vivendum unam virtutem ſufficere.

Tractatur autem ita, ut primo removeat impedimenta beatitudinis;

nis; eaque tum corporis, ut mors & dolor; tum animi, ut ægritudines & cæteræ perturbationes: deinde nominatim sufficientiam virtutis demonstret.

Methodus primi Libri.

Thema libri est: mortem non obstare beatitudini viri sapientis.

Partes sunt sex.

1. Exordium dedicatorium est, quo Bruto rationes reddit instituti sui, nempe 1. Cur ad Philosophiam redierit, nempe quia tempora id suadeant, idem velit & Brutus, ipseque Cicero non possit nihil agere. 2. Cur eam latine tractet, quia id popularibus & honestum, & utile putet, quorum laudibus hoc unum desit, quod philosophiam hactenus non coluerint. 3. Cur stylo oratorio, nimirum ad exemplum Aristotelis. 4. Qua occasione: quod apud se familiares suos habuerit.

II. Malum mihi) Propositio per formam contradictionis, Attico affirmante, Marco negante, mortem malum esse.

III. Mors igitur ipsa) Narratio pro fundamento futuræ contentionis sententias veterum de morte & animo hominis recensens: unde tandem hoc disjunctum colligit, animum aut mortalem, aut immortalem esse.

IV. Expone igitur) Confirmatio utrumque disjuncti membrum resumit, indeque mortem malum esse negat. Primum agit de immortalitate, pro qua argumenta affert quinque Classium.

Auctoribus quidem) Prima Classis est ab universali testimonio, maxime antiquorum, qui animum immortalem statuerunt; cujus rei judicia sunt 1. Jura sepulchralia utrique sancte habita. 2. ἀποθέωσις heroum. 3. Visa & terror manium. 4. Metus numinis omnibus mortalibus inditus. 5. Luctus de mortuis. 6. Studium famæ apud posteritatem in patribus familias, viris politicis, opificibus, philosophis. 7. Figmenta poëtarum de loco animarum. 8. Superstitiones necromanticorum. 9. Disputationes philosophorum.

Num igitur) Altera classis à loco animarum in cœlo, ubi cum magna voluptate degant. Hoc probat 1. auctoritate philosophorum, quorum alios, ut proposito convenientes interpretatur & probat, alios ut repugnantes refutat: 2. à Signis quibusdam, ut sunt; ignea vis & ardor, velocitas, similitudo cum cœlis & astris, cupiditas veri sciendi, præsertim in rebus supernis &c.

Quæ quidem corporis) Tertia Classis habet argumenta Platoni-

ca, ſumpta à natura animæ. Vbi 1. commendat Platonem, ut ſummum Philoſophum. 2. tollit abſurditatem quæ videbatur inde, quod nulla ratio aſſequi poſſit, qualis animus ſit vacans corpore: nimirum nec in corpore ſciri animum: extra corpus vero cogitatum facilius comprehendi: nec aliter ipſum intelligi: denique huc pertinere illud Apollinis, Γνῶθι σεαυτόν. 3. Ipſa argumenta recitat. Vt 1. quod ipſa ſeſe moveat. (Sed ſi, qualis) 2. quod divinas operationes edat. (Quid iſta tandem) Quales in primis ſunt memoriæ & variarum rerum inventionis. 3. Quod immediate ſit à Deo. (Vt quidem ſi Deus) 4. Quod natura ſimplex & incompoſita ſit. (In quo igitur loco)

His & talibus) Quarta Claſſis à teſtimonio præſtantium virorum, qui ſpe immortalitatis mortem contempſerunt, ut ſunt Socrates, Cato, Philoſophi omnes, Cicero ipſe.

Qui poſſit rogare) Poſtrema Claſſis examinat argumenta Epicuræorum pro mortalitate animæ, ſcilicet quia affectibus ſubjecta: ubi 1. opponit majorem auctoritatem Platonis: 2. diſtinguit inter facultates animæ, quarum quædam puræ ſunt & ſpirituales, ut ἡγεμονικὴ, quædam corporeæ & cum beſtiis communes, ut θυμικὴ & ἐπιθυμητικὴ.

Sed quid) Deinde argumentatur à mortalitate animæ, quod ne ſic quidem mors malum, cum nullus ſenſus remaneat.

v. An quoniam) Confutatio quatuor Objectiones diluit: 1. Quod mors cum dolore juncta: 2. Quod bonis omnibus privet: (Illud angit) 3. Quod hoc ipſum triſte, omni ſenſu privari. (Id ipſum odioſum) 4. Quod ſæpe ante tempus veniat. (Pellantur igitur)

vi. Contemnamus) Peroratio 1. hortatur ad mortem contemnendam, ab officio fortitudinis, utili, & exemplis: 2. digreditur in diſputationem de humatione: (Cujus hoc dicto) 3. dat conſilium vitæ extendendæ, nempe per ſtudium virtutis & gloriæ, argumentis ductis à definitione veræ vitæ, ab exemplis virorum illuſtrium, à pronuntiatis ſapientum: (Sed profecto) 4. revocat ad ſumma quæ dicta, maxime dilemma, quo quæſtio de morte fuit diſputata: (Ego autem) 5. addit πάθος à teſtimoniis divinis, ab exemplis fortiter defunctorum, à ſpe vitæ melioris: (Num ipſi etiam Rhetorum) 6. abrumpit colloquium, & dicendi finem facit. (Habes epilogum)

Me-

Methodus 2. Libri.

Morte contempta; tolerari quoque vult dolorem corporis.

1. Exordium est duplex: unum auctoris, qui non, ut Neoptolemus ille Ennianus, parum operæ Philosophiæ dare, sed totus ei addictus esse velit, quia hoc studio nihil utilius, præsertim ad mentem tranquillandam: alterum (Dici non potest) est colloquutorum, qui queruntur de Philosophis, quorum vita doctrinæ repugnat.

II. Agamus igitur) Propositio fit per antithesin opinionis Epicuræorum & Stoïcorum de dolore.

III. Primum igitur de) Confutatio tres errores taxat de dolore. Primus est Aristippi, qui dolorem pro summo malo habebat: quod impugnat a consequentibus, quod sic omnis virtutis cultus destruatur, & vitiorum licentia fiat. Epicurus vero) Alter est Epicuri, qui immemor instituti sui, gloriari solebat, dolorem sapienti etiam suavem videri: quod negatur experientia sensuum, antithesi ejusdem Epicuri sentende voluptate, denique exemplis fortissimorum virorum, qui vim dotiæ loris impatientius tulerunt.

Concludunt ratiunculis) Tertius est Stoïcorum, dolorem negantium malum esse, quod dedecus absit. Hos ludere ait ambiguitate vocum, & ad ipsam naturam remittit, quæ dolorem aversatur.

IV. Quare si ut initio) Confirmatio quinque remedia doloris recenset. Primum est ipsa virtus, cujus proprium est, dolorem superare patientia.

Certum quidem) Alterum est consuetudo laborum: quod probat auctoritate legum & exemplis variis.

De exercitatione) Tertium est cogitatio officii viri fortis, atque ea virtute præditi, a qua reliquæ omnes appellatæ sunt: ubi digressio in repreprehensionem Epicuri, qui dolorem consolabatur brevitate temporis.

Omittamus igitur) Quartum est recta ratio, animum langueſcentem erigere, & quasi contentione quadam resistere. Hoc declaratur 1. Prosopopœia virtutis: 2. prolepsi de partibus animi: 3. similibus: 4. exemplis Vlyssis & aliorum: 5. similibus aliis, militum, bajulorum, cursorum, athletarum, pugilum aratorum, balistarum: 6. genere, quod omnibus rebus contentione resistere liceat: 7. exemplis Deciorum, Epaminondæ, & aliorum virorum fortium, qui tali contentione usi, gravissimos dolores pertolerarunt.

Omninoque omnes) Quintum remedium recordatio laudis, quæ fortitudinem comitari solet. Hoc declarat 1. Exemplis, 2. Apophthegmate Africani, 3. Prolepsi de laude virtutis.

v. Atque in primis) Peroratio 1. Consilium dat de animo ad patientiam assuefaciendo: 2. Commendat propositam doctrinam: 3. Præcidit longiorem disputationem.

Methodus 3. Libri.

Disputat adversus ægritudinem animi.

1. Exordium quatuor quæstiones tractat. 1. Cur animi Medicina vulgo negligatur. Quod si tales) 2. quam ea necessaria sit. Qui vero) 3. an dari possit. Est profecto) 4. unde petenda: ubi de libris suis Philosophicis, atque ita transitum facit ad rem ipsam.

11. Videtur mihi) Propositio fit per contradictionem colloquentium. ubi de nomine horum motuum.

111. Hæccine igitur) Confirmatio habet duplicia argumenta. 1. à natura sapientis, quæ more Stoico breviter & rotunde concludit. 2. deinde è causa ægritudinis. Quæ oratorie disputat. In sapiente requirit quatuor virtutes, ut sunt prudentia, fortitudo, justitia, temperantia. quibus opponuntur insania, metus, (Et primo si placet) desertio muneris, (Et quemadmodum) dissolutio. (Verisimile) Quæ vitia cum ægritudine semper concurrunt.

Hæc sic dicuntur) Causam ægritudinis ponit in voluntate cujusque. Vnde sic infert:

Qui dolor non à natura, sed ab opinione & voluntate nostra oritur, non cadit in sapientem.

Ægritudo est talis dolor. E. non cadit in sapientem. Majoris loco est Prolepsis sententiæ Peripateticorum, qui perturbationes animi ad mediocritatem revocatas non improbabant.

Doloris igitur) Minor probatur 8. argumentis. 1. inductione omnium perturbationum. Tetra enim res est) 2. exemplis eorum, qui sponte sibi auxerunt ægritudinem, ut Thyestæ, Æetæ, Dionysii, Tarquinii. Atque hoc quidem) 3. ab experientia. ubi digressio in examen sententiæ tum Cyrenaïcorum, tum Epicuri de caussa ægritudinis, ejusque remediis. Quod ita esse) 4. à vi temporis in dolore minuendo: quod declarat exemplis. Quid ego) 5. quod idem faciat meditatio necessitatis & sortis humanæ. Duplex est) 6. accurata consideratio rei, quæ nos angit; & exempla eorum, qui fortiter tulerunt. Sed ad hanc) 7. consuetudo & superstitio hominum sese in mœrore ultro

tro detinentium, quod ita facto opus non putent. Constabat) 8. quod homines diversimode in una sæpe calamitate affecti.

Hoc declaratur exemplis. 1. Pompeii. 2. eorum qui in malis jam obduruerunt. 3. Philosophorum rudium. 4. avorum.

Additur ad hanc) Conclusio Syllogismi habet quatuor corollaria: 1. Sententiam Zenonis de malo recenti: 2. officia consolantium: 3. de tempore & oportunitate consolandi: 4. argumenta consolatoria.

IV. Sed nescio) Peroratio 1. revocat orationem ad scopum: 2. colligit summatim quæ dicta: 3. rejicit disputationem de singulis ægritudinum: 4. promittit opus plenius.

Methodus Libri 4.

Sedata ægritudine, agit de reliquis perturbationibus, ut sunt metus, lætitia, cupiditas, amor, ira.

I. Exordio laudat Romanorum excellentia ingenia & industriam cum aliis in rebus laudabilibus, tum maxime in disciplinis & literis, idque ideo, ut suum quoque in hac re studium consiliumque commendet.

II. Sed defendat) Propositio, rejecto præjudicio certæ alicujus sectæ rursum fit per formam contradictionis, cujus pars verior ita concluditur: Si non cadunt in sapientem ægritudo, metus, lætitia & spes, utique liber erit ab omni perturbatione. Additur & duplex corollarium: Unum de modo differendi: qui primum dialecticus & Stoicus sit: deinde oratorius & Peripateticus: alterum in tribus quasi suppositis; de nomine quo passim usurus; de divisione animæ; de definitionibus & divisionibus affectuum.

III. Est igitur Zenonis) Confirmationis partes sunt duæ. Dialectica & Rhetorica, ut est dictum. Prior habet novem membra. 1. Primum est definitio perturbationis. Partes autem) 2. Alterum, divisio in quatuor species, quæ simul objectis suis distinguuntur. Natura enim) 3. discrimen inter voluntatem & libidinem, gaudium & lætitiam, cautionem & metum. Sed omnes perturbationes) 4. origo perturbationum, earumq; definitiones. Sed quæ judicia) 5. consequentia seu vis perturbationum, itemque quid opinio. Sed in singulis) 6. subdivisio perturbationum quatuor, cum singularum partium definitionibus. Omnium autem perturbationum) 7. Duplex omnium perturbationum causa: Una, moralis, altera naturalis: quod inter alia declarat similitudine morborum corporis, enumeratione graduum quibus animus male habet, denique exemplis avaritiæ, ambitionis, mulierositatis. Quomodo

au-

autem in corpore) 8. Collatio animi cum corpore quod ad mala, quod ad bona, eorumque accidentibus. Habes) 9. Præciſio hujus partis cum tranſitione ad alteram.

Quando & aliis locis) Rhetorica diſſertatio tria capita habet. Primum pro totius rei fundamento duo theoremata jacit: 1. à virtute mentem rectam & tranquillam præſtari, turpem & perturbatam à vitioſitate: 2. mente perturbata nihil miſerius aut fœdius eſſe, tranquilla nihil pulchrius, aut beatius.

Quocirca mollis) Alterum examinat ſententias Peripateticorum de perturbationibus: quod neceſſariæ ſint, ſed moderandæ: quod utiliter a natura datæ, ut patet ex ira, cupiditate, ægritudine, miſericordia, æmulatione, metu: ad quæ ſingulatim reſpondet.

Sed quoniam ſuſpicor) Tertium remedia exponit petturbationum. ut 1. ægritudinis: 2. metus: 3. amoris: 4. amoris: 5. iræ.

IV. Vnde intelligitur) Peroratio 1. repetit principalem theſin, perturbationem eſſe ab opinione & errore mentis: 2. reſpondet iis, qui natura ad aliquem motum propenſi: 3. agit de iis qui culpa vitioſi ſunt: 4. de perturbatione inveterata: 5. commendat hanc partem Philoſophiæ cum quadam ἀνακεφαλαιώσει.

Methodus Libri 5.

Remotis obſtaculis beatæ vitæ, eam nunc in virtute ponit.

I. Exordium poſt tranſitionem 1. materiam propoſitam commendat ab honeſto & utili: 2. digreditur in elogium philoſophiæ, ab ejus fructu & antiquitate: 3. acceſſum facit ad rem.

II. Non mihi videtur) Propoſitio confirmata auctoritate Bruti.

III. Quid? ad recte) Confirmationis argumenta ſunt 14. plurimum ſumpta à fructibus virtutis. 1. Primum tale eſt. Qui bene vivit, is eſt beatus. Virtute præditus vivit bene. E. is eſt beatus. Quidni paſſim) 2. eſt prolepticum. Objectio eſt: In tormentis bene vivi poteſt, ſed non beate. E. non omnis qui bene vivit, beate etiam. Solutio: Qui animum tranquillum habet, is eſt beatus. Virtute præditus habet animum tranquillum, in ipſis etiam tormentis. E. Veruntamen) 3. Si ſola virtus eſt bona, ſufficit ad beatam vitam. At prius. E. & poſterius. Vellem id quidem) 4. iterum prolepticum: ad beatitudinem tria bonorum genera requiri. Reſponſio: ſi ad beatam vitam alia bona, quam virtus, requirantur, vitam fortuna magis, quam ſapienntia regi: quod falſum. Adducis me) 5. Bonum perfectum ad vitam beatam ſufficit.

Vir-

Virtus est bonum perfectum. E. Sed mihi) 6. Bonum stabile beatum facit. Virtus est bonum stabile. E. Atque etiam omne bonum) 7. Quod solum lætabile & laudabile est, id vitam præstat beatam. Virtus sola talis est. E. Sic enim) 8. Vita laudabilis, est etiam beata. Boni viri facta, sermo, affectus, totaque vita est laudabilis. E. Atque hoc sic etiam) 9. Quod ad beatam vitam pertinet, id etiam prædicandum. Sed præter virtutem nihil est prædicandum. E. præter virtutem nihil pertinet ad vitam beatam. Et quidem) 10. Quo nihil melius, id beatum. Vita honesta nihil melius. E. vita honesta beata. Quid? cum fatentur) 11. Si vitiis satis magna vis est ad miseram vitam, eadem vis est in virtute ad beatam vitam. At primum. E. & secundum. Quod quidem) 12. Si in virtute non est beata vita, illa nec libera, nec invicta est, nec ad bene vivendum sufficit. At hoc, sicut contra nihil non tum appetunt, tum metuunt homines scelerati, ut docent exempla Cinnæ, Marii, Dionysii Siculi. E. non illud. Etenim quæ pars) 13. Bonum animi beatum efficit. Virtus est animi bonum. E. Sedne verbis) 14. Quod utramque vitam Philosophicam & civilem perficit, id beatum facit. Virtus id utrique vitæ præstat. E. beatum facit.

IV. Etiamne in cruciatu) Confutatio examinat incommoda, quæ beatitudini obstare videntur, & quid contra illa virtus possit docet. 1. Primum est dolor, ubi exempla puerorum, gymnosophistarum, Indorum, mulierum ejusdem gentis, Ægyptiorum, ambitiosorum. Quid? his tibi mortem) 2. Mors. Quis non paupertatem) 3. Paupertas, ubi exempla Philosophorum, testimonium naturæ, confessiones hominum opulentorum, & antithesis vitæ sobriæ & voluptariæ. Num igitur ignobilitas) 4. Ignobilitas, ubi stultitia ambitiosorum, vulgi levitas, & dulcedo literati otii. Exilium) 5. Exilium, ubi de peregrinatione hujus vitæ, & sapientum vera patria. Etiamne si sensibus) 6. Cæcitas, ubi de acie animi, & exempla cæcorum solertium. In surditate) 7. Surditas, ubi de ingratis auditionibus. Congerantur in unum cumulum) 8. Cumulus malorum, ubi exempla αὐτοχειρίας.

V. Quod si his) Epilogus 1. summam colligit, conciliatque Peripateticos & Stoïcos: 2. causam scribendi repetit.

III.

III.

Methodus librorum de Officiis.

Lib. 1. *De Honesto.*

Constat Capitibus novem.

CAP. I. habet proœmium nuncupatorium. Quo 1. hortatur filium ad excolendam linguam Latinam, qua de causa scripta parentis, tum oratoria, tum hæc Philosophica, diligenter legat. 2. Causam affert, cur de officiis ad filium scripserit. Sed cum statuissem) 3. Præmonet de secta Philosophorum, quam in hac materia præ cæteris sequutus sit. Atque hæc quidem quæstio.)

CAP. II. Agit de officio in genere: Placet igitur) 1. definiendo: Triplex igitur est) 2. dividendo in quinque quæstiones, quæ redeunt ad considerationem ejus quod honestum, & quod utile sit.

CAP. III. Tractat de honesto in genere. Quod 1. definit, principia ex ipsa natura ducens: Principio igitur) 2. partim in quatuor genera. ubi & prolepsis de virtutum connexione. Sed omne quod)

Cap. IV. De prudentia tria habet: Ex quatuor autem locis) 1. commendationem hujus honesti. In hoc genere) 2. opposita vitia in defectu & excessu: Quibus vitiis) 3. officia.

CAP. V. De justicia tribus partibus absolvitur. De tribus autem) 1. est transitio à virtute theoretica ad practicam, cum quadam ejus commendatione & divisione.

Sed justitiæ) 2. Altera nominatim agit de justitia tum universali, tum particulari. De illa primum officia quatuor traduntur, quæ sunt, Nemini nocere: Tribuere cuique suum: Opitulari quibus possis. Fidem servare. Sed injusticiæ) Deinde disputat de oppositа injustitia. Quæ est Injuria, cujus causæ metus, avaritia, & ambitio; & Desertio, cujus itidem aliquot causæ recensentur, addita appendice de philautia, & dubitatione, tanquam injustitiæ principiis. Ad finem etiam est de injusto ex accidente in reddendo depositо, servanda fide, interpretandó jure.

Sunt autem quædam) De particulari justitia erga lacessentes primo in genere modus ulciscendi ostenditur. deinde describitur justitia bellica octo præceptis: 1. quando bellandum: 2. quo fine: 3. quomodo victoria utendum: 4. de bello denunciando: 5. de milite obligando: 6. de hoste discernendo: 7. de captivis: 8. de fide hosti data. His Epilogus additur de justitia erga servos, & injuriarum differentia.

CAP. VI. de Liberalitate trimembre est. Deinceps ut erat) 1. Propo-

posi-

positio trimembris. Nam & qui gratificantur) II. Expositio. 1. Quomodo dandum, nempe ne benignitas obsit vel iis quibus præstatur, vel aliis. Alter locus) 2. Quantum dandum: nempe pro facultate: cujus tres rationes afferuntur. Tertium est) 3. Quibus dandum. In his quatuor considerantur: 1. mores, 2. benevolentia, 3. merita, 4. societas. Cujus sex gradus recensentur, qui sunt humanitas, natio, civitas, sanguis, mores, beneficia: addita quoque commendatione patriæ. Hæc igitur) III. Conclusio de prudentia hic usurpanda.

CAP. VII. De fortitudine tribus partibus constat.

Intelligendum est) 1. Commendatio est fortitudinis. Sed ea animi) 2. Oppositа vitia monstrat. Quæ sunt audacia, & ambitio. Omnino fortis) 3. Officia persequitur. Quæ sunt duo: 1. rerum externarum despicientia, ferens acerba, nihilq; nisi quod honestum, cupiens: Multi autem sunt) 2. administratio rerum magnarum. Vbi septem ambitus notabis. 1. confertur vita Philosophica cum civili. Ad rem gerendam) 2. docetur quid in repub. capessenda considerandum. Sed cum plerique) 3. confertur fortitudo togata cum bellica. Quare repetenda) 4. de fortitudine bellica sex præcepta dantur. Omnino reip.) 5. de fortitudine togata præcepta novem. Illud autem sic est) 6. de fortitudine scholastica. Quæ primum) 7. de diligentia rei familiari impendenda.

CAP. VIII. De Temperantia partes continet XIV.

Sequitur ut de) 1. de decoro, quod definitur & dividitur. Officium autem) 2. de affectibus moderandis. Ex quibus illud) 3. de ludis & jocis. Sed pertinet ad) 4. de victu cultuque corporis. Intelligendum est) 5. de persona, sive loco & genere vitæ cujusque. Et quoniam officia) 6. de adolescentibus & senibus. Ac ne illud) 7. de magistratu, civibus, peregrinis. Sed quoniam) 8. de pudore & verecundia. Cum autem pulchritudinis) 9. de habitu & gestu corporis. Et quoniam) 10. de oratione & sermone. Et quoniam omnia) 11. de domo viri honorati. In omni autem actione) 12. de actione suscipienda. Deinceps de) 13. de ordine & oportunitate temporis. Iam de artificiis) 14. de artificiis & quæstibus.

CAP. IX. Post transitionem de pugna duorum honestorum duo præcipit. Placet igitur) 1. ut practica præponantur theoreticis. Illud forsitan) 2. ut in practicis tamen servetur moderatio & decorum.

Lib. 2. De Vtili.

Capita ſunt ſex.

CAP. I. Exordium eſt in tribus partibus. Prima didactica eſt, in tranſitione, qua connectit hunc librum cum ſuperiori.

Quanquam enim) Altera apologetica, qua adverſus duplicem criminationem ſe defendit: tum Indecori, quod vir conſularis Scholaſtica tractet, argumentis ſumptis à temporibus, & à Philoſophiæ dignitate: tum Inconſtantiæ, quod ſectæ Academicæ deditus, de officiis agat, ubi diſtinguit inter Pyrrhonios & Academicos meliores.

Tibi autem mi) Tertia proſphonetica eſt ad filium.

CAP. II. Diſputat de utili in genere. Quinque igitur) 1. definitur Vtile, & refutantur qui honeſtum ab utili ſecernunt. Quæ ergo ad vitam) 2. dividuntur res utiles. Ea enim ipſa quæ) 3. digreſſio eſt ad utilitates, quæ ab hominibus, cum præcepto de his conciliandis. Magnam vim eſſe) 4. prolepſis de fortuna.

CAP. III. de honore & gloria quinque habet. Hoc igitur cognito) 1. Recitat ſex cauſas, quibus homines moti aliis honores & magiſtratus deferant. Rerum autem omnium) 2. Reſumit primam cauſam benevolentiam, & oſtendit, primum quantum illa proſit ad imperia conſequenda & retinenda, & contra, quantum obſit metus: Perſpicuum ſit) deinde quinam ea præ cæteris opus habeant. Nunc dicamus) 3. cauſas gloriæ comparandæ indicat, quæ ſunt benevolentia, fides, & admiratio, ubi degreſſio in elogium juſtitiæ. Sed ut pecuniæ) 4. de conſervatione gloriæ. Sed ut facilime) 5. Quomodo adoleſcens gloriam conſequatur, ubi de nobilitate generis, virtute bellica, bonis moribus, familiaritate cum magnis viris, eloquentia.

CAP. II. de Beneficentia utiliter collocanda, ubi partes quatuor. Sed ex oppoſitis) 1. pars diviſio beneficentiæ, cum utriuſque collatione. Nonnunquam tamen) 2. pars de largitionibus primo genere beneficentiæ: quomodo largiendum, & in quas res, tum publicas, tum privatas. Quæ autem opera) 3. pars de beneficentia per operam & induſtriam, ubi rurſum tria membra. Nam in jure) 1. de iis qui beneficium conferunt, ut ſunt juris conſulti, oratores, patroni. Jam illud non ſunt) 2. de modo ſive prudentia, qua in hoc genere utendum. Sed cum in hominibus) 3. de iis quibus benefaciendum. Sed quoniam de eo) 4. pars de meritis in rempub. ubi octo præcepta. Danda eſt opera) 1. In primis) 2. Danda etiam) 3. Atque etiam) 4. Caput) 5. Qui vero populares) 6. Quamobrem) 7. Ab hoc igitur genere) 8.

CAP.

CAP. V. est bimembre. Sed valetudo) 1. de valetudine. Res autem) 2. de re familiari.

CAP. VI. est de pugna utilitatum, ubi tres partes. Sed utilitatum) 1. Exempla hujus pugnæ. Ex quo genere) 2. Apophthegma Catonis. Sed de toto hoc) 3. præcisio longioris collationis.

Lib. 3. De pugna Honesti & Vtilis.

Capita sunt sex.

CAP. I. Exordium bimembre. Primum est excusatorium, quod jam senex philosophica tractet, ubi præmittitur Apophthegma Scipionis, quod proponitur, commendatur, declaratur, applicatur: inde ipsa excusatio est.

Sed cum tota) Alterum cohortatorium est ad filium: ut hosce libros diligenter legat.

CAP. II. de Methodo, qua hic Panætius usus. Panætius igitur) 1. quod methodus illa imperfecta sit. Minime vero) 2. de causa hujus imperfectionis. Quamobrem de judicio) 3. Defensio Panætii, quantum ad hanc tertiam partem, ubi primo argumenta contra Panætium, à repugnantia tum rerum, tum professionum: deinde ipsa defensio per distributionem tum officiorum, tum hominum de iis deliberantium, tum denique finis & consilii Panætii.

CAP. III. Formulam seu regulam tradit, secundum quam tota hæc dubitatio decernenda. Quid est ergo) 1. Inquisitio formulæ. Detrahere igitur) 2. formula ipsa cum suis rationibus ab inutili, ab auctoritate legum, à jure naturæ. Nam illud quidem) 3. Defensio formulæ adversus receptiones eorum, qui cognatis, aut civibus, aut hominibus frugi, duntaxat consultum volunt. Additur & prolepsis de tyrannis. Sed quoniam operi) 4. Extensio formulæ per duo porismata: 1. Nihil expetendum, quod non honestum sit: 2. Etiam sine teste honeste agendum: ubi fabula de Gyge.

CAP. IV. de Vtilitate specie prudentiæ pugnante contra justitiam. Membra sunt septem, pro diversitate exemplorum. Cum Collatinus) 1. de justitia servanda in regnis & imperiis, ubi duo exempla cum apophthegmate Chrysippi, quod totius hujus disputationis dici cardo possit. Maxime autem) 2. de justitia in amicitiis, ubi exemplum Damonis & Pythiæ. Sed utilitatis specie) 3. de justitia in republica, ubi exempla dissimilia terna. Sed incidunt) 4. de justitia in rebus contrahendis, ubi sex exempla. Periclitemur) 5. de justitia in testamentis & hæreditatibus, ubi exemplum unum. At enim cum per magna præmia) 6. de justitia in aucupando honore, gratia, potentia, ubi

ſeptem exempla. Plenus eſt ſextus liber) 7. farrago 17. quæſtionum ex Hecatonis cujuſdam libro.

CAP. V. de Vtilitate pugnante cum fortitudine. Exempla hic ſunt duo. Vtile videbatur) Vnum Vlyſſis. M. Attilius) Alterum Attilii Reguli, ubi 1. narratio facti, 2. defenſio contra criminationem temeritatis, 3. laudatio.

CAP. VI. de Voluptate pugnante cum Temperantia, partes ſunt quatuor. Reſtat quarta) 1. Præcepti propoſitio. Atqui) 2. Defenſio contra Epicureos, ubi docet, voluptatem pugnare cum prudentia, fortitudine, temperantia, juſtitia. Quo magis reprehendendus) 3. Defenſio contra Calliphonem & ſimiles, qui voluptatem cum honeſtate conjungebant. Sed de hoc) 4. Concluſio hujus diſputationis, cum appendice, qua iterum hos libros filio commendat.

IV.

Methodus Dialogi de Amicitia.

Capita ſunt ſeptem.

CAP. I. Exordium auctoris dedicatorium, tria complectens. Primo docet occaſionem libri ſcripti, quam è ſermonibus Lælii de Scævola ſumit, ubi Lælii de Scævola judicium, Ciceronis ad eum, & poſtea ad alterum Scævolam adventus, ejuſdem Scævolæ auguris querela de inimicitiis P. Sulpitii & Q. Pompeii, & diſcurſus conſequutus de amicicia.

Cujus diſputationis) Deinde rationem affert, cur forma dialogi utatur, & præcipuam perſonam Lælio attribuerit.

Tu velim à me) Tertio producit perſonas, iiſque aditum aperit dicendi.

CAP. II. Exordium colloquutorum, quo ex recenti caſu Scipionis occaſionem agendi captant. Sunt iſta vera) 1. Fannius laudat Lælium propter ſapientiam, ex eoque ſcire vult, quo pacto mortem Scipionis ferat: Scilicet abfuiſſe eum à nupero collegio augurum. Quærunt quidem) 2. Scævola excuſat abſentiam Lælii ex invaletudine. Recte tu quidem) 3. Lælius approbata hac cauſa, modeſte recuſat laudem ſibi tributam, & prædicat Catonem. Tum vero addit, quomodo ferat mortem Scipionis: nimirum tam triſti caſu nonnihil ſe turbatum, ideo quia amico orbatus optimo: Sed ipſius Scipionis cauſa non habere quod doleat: ut qui optime 1. Vixerit, 2. Mortuus ſit: 3. Poſt mortem quomodo ſe habeat: Cæterum memoriam Scipionis ſibi ſemper jucundam eſſe. Iſtud quidem Læli) 4. Fannius & Scævola rogant

Læ-

Lælium, ut de amicitia disputare velit, quæstione in tria capita divisa; quæ dialogi propositio sit. Ego vero) 5. Lælius modeste excipit.

CAP. III. de natura amicitiæ, quæ prima propositionis pars fuit. Hic quatuor docentur. Ego vos.) 1. Præmissa commendatione Amicitiæ, docet cum quibus ea colenda. Namque hoc præstat) 2. Quid peculiare habeat ante propinquitatem. Est autem) 3. Quid sit. Qua quidem) 4. Quanta ejus præstantia, ubi amicitiæ dignitas præ aliis rebus, multaque in omni vita utilitas.

CAP. IV. de ortu amicitiæ, ubi partes quatuor. Nos autem à te) 1. Exordiolum, quo amici rogant, ut pergat Lælius, & hic assentitur. Sæpissime) 2. Propositio per Schema dubitationis. Amor enim) 3. Confirmatio ex causa, quod amicitia ex amore potissimum sit; quæ utilitates amicitiam consequantur: quod in bestiis pariter & hominibus amor conspiciatur, à natura, non aliquo commodo conciliatus. Quam si putant) 4. Confutatio refellit opinatas causas; imbecillitatem & voluptatem. Quamobrem hos quidem) 5. Conclusio summam facit dictorum.

CAP. V. Hactenus quid amicitia sit, docuit: qualis esse debeat, deinceps sex quæstionibus declarat, præfatiuncula colloquutorum attentionis causa præmissa. Tu vero perge)

Quamobrem id primum) 1. quæstio, quatenus amicitia progredi debeat? videlicet ne quid aut petatur aut fiat amici causa, quod honestum non sit. Nam quibusdam) 2. q. Num fugienda sit amicitia propter curas & molestias? Respondetur, non magis atque ipsa virtus. Atque etiam mihi) 3. q. Num colenda sit amicitia utilitatis gratia? quod negat rationibus & exemplis. Constituendi autem) 4. q. Qui sint in amicitia fines tenendi? ubi refutatis aliorum opinionibus (in quibus & Biantis est) tandem apponit suam. Summa est: inter amicos omnia debere communia esse, alterumque alteri pro virili succurrere. Sed (sæpe enim) 5. q. Quinam ad amicitiam idonei sint? ubi castigata negligentia vulgi in parandis amicis, describit mores amicorum. Summa est, ut amabiles sint. Existit autem hoc) 6. q. Num amici novi veteribus anteponendi? quod negat.

CAP. VI. Præcepta septem tradit de amicitia. Sed maximum) 1. De æquabilitate, qua inferiores non contemnantur, nec superioribus invideatur. Tantum autem) 2. Quantum amico tribuendum? Scilicet quantum uterque sustinere honeste possit. Omnino amicitiæ) 3. De amicitiis dijudicandis pro ingeniorum & ætatum discrimine. Recte etiam) 4. De intemperata benevolentia. Atque in omni) 5. De non roganda, nec facienda re turpi. Erumpunt sæpe) 6. De dis-

ſolvendis amicitiis, ubi, modo agendi oſtenſo, etiam remedia opponit, quibus tale incommodum caveri poſſit. Summa eſt, ut in contrahendis amicitiis cauti ſimus, & in colendis integri & modeſti. Additur & querela duplex. Vna de quorundam impudentia: altera de negligentia. Nam & monendi) 7. De candore in monendo, & cavenda adulatione.

CAP. VII. Epilogus 1. Præcidit orationem de adulatione. (Sed neſcio quo pacto) 2. Repetit principale dialogi membrum de cauſa amicitiæ (Quamobrem ad illam primam) 3. Addit pathos ex ſua cum Scipione amicitia, de qua & ſupra, ubi quæ hactenus præceptis tradidit, nunc vivo exemplo declarat. Hac nos adoleſcentes)

V.

Methodus dialogi de Senectute.

Diſputat contra querelas de vitiis ſenectutes, ita ut ſimul totius vitæ inſtituendæ rationem complectatur, & ſenes non tantum conſoletur, ſed etiam ad bene moriendum præparet.

Capita ſunt ſeptem.

CAP. I. Exordium autoris dedicatorium eſt, 1. quo carmine Enniano amicum ſuum Atticum compellat, ſignificans ſe jam pridem aliquid conſolationis præſentium temporum captaſſe. Nunc autem) 2. mittit ei tanquam prodromum hunc librum, ſperans non ingratum futurum. Omnem autem) 3. Rationem reddit de perſonis quas fingit, & colloquio aditum aperit.

CAP. II. Exordium eſt perſonarum, idque προσωποποιϊκὸν, ubi quadruplex viciſſitudo. Sæpenumero) 1. Scipio laudat Catonem, moderate ſenectutis onus ferentem: quod Cato ſe merito facere reſpondet. 2. Atqui Cato) Lælius à Catone doceri ſe petit, quo pacto ipſe quoque olim ſenectutem commode ferat: Cato id facturum promittit: quæ dialogi propoſitio eſt. Volumus ſane) 3. Quærenti Lælio, qualis ſenectus videatur, reſpondet Cato, vulgo rem certe gravem, quia voluptatibus careat, & junioribus contemptui ſit: quorum prius concedit, poſterius non ætati, ſed moribus aſſcribi vult. Eſt, ut dicis) 4. Poſtremo Lælius cauſam placidæ ſenectutis putat eſſe opulentiam & dignitatem: cui aliquid ſane tribuit Cato, potiorem tamen cauſſam ponit in ſtudio virtutis & conſcientia vitæ bene actæ, idque declarat apophthegmate Themiſtoclis de re pari, & exemplis ſenum, tum politicorum, ut Q. Fabii Maximi, (cujus acta bel-

bellica, togata, & domestica, prolixe deprædicat) tum scholasticorum, ut Platonis, Isocratis, Georgiæ, Ennii.

CAP. III. Post partitionem materiæ, disputat contra primam querelam, quod senectus avocet à rebus gerendis.

Etenim cum complector) Divisio materiæ quadripartita. A rebus gerendis) Quod ad inertiam, primum senectutis vitium, distinguit res gerendas. Nam aliæ corporis, aliæ animi viribus geruntur. De illis concedit, de his negat, ubi triplex genus senum, nempe qui consilio rempub. juvant: qui bonas literas tractant: qui rem rusticam colunt.

Nihil igitur) In primo genere nota. 1. exempla, 2. Similitudinem nauticam, 3. Principalem causam rerum gerendarum, 4. nomen senatus & γερουσίας, 5. antithesin adolescentum, 6. prolepsin de memoria senum.

Nec ea solum in claris) In secundo genere habes Catalogum Doctorum virorum, qui in literis colendis consenuerunt.

Agent ista divina) In tertio ordine vide 1. labores rusticorum, 2. Testimonium Cæcilii, 3. prolepsin de experientia & convictu senum.

Cap. IV. de infirmitate altero vitio senum sex argumentis pugnat. Nec nunc quidem) 1. Quod etiamsi infirmior sit senectus, tamen non culpanda, si quidem id naturaliter accidat. Quæ enim vox) 2. Quod senectus si non corpore, tamen animo valeat. Vbi exempla Milonis, qui ob ignaviam vituperatur, & Ælii, Coruncani, Crassi, ipsius Catonis, Scipionum, Æmylii, qui propter operam adolescentibus erudiendis navatam laudantur. Etsi ista ipsa defectio) 3. Quod defectio virium adolescentiæ vitiis efficiatur, ubi exempla vegetorum senum; Cyri, Metelli, Nestoris, suum ipsius, Masaniſſæ: & inserta prolepsis roboris pristini. Non sunt in senectute) 4. Quod ipsæ leges senibus parcant, ea tantum ab iis officia requirentes, quæ sine magno robore præstare queant. At id quidem non proprium) 5. Quod adolescentes etiam imbecilles esse possint: ubi exemplum filii Scipionis. Resistendum Læli) 6. Quod temperantia & diligenti exercitatione vires conservari queant, ubi simile à lampade, & exempla Appii Claudii, & Catonis rursum.

CAP. V. de Voluptatibus, quibus senectus careat, duo disputantur.

Sequitur tertia) 1. Primum, quod hanc ipsam ob causam senectus laudanda: ubi digressio in vituperationem voluptatis, tanquam causæ plurimorum malorum. Vide testimonia Archytæ, Catonis, Fabricii, Curii, Coruncani.

Sed si aliquid dandum) Alterum, quod & senes voluptates habeant, easque honestas & laudabiles. Hoc probat quadruplici inductione. Prima est de voluptatibus ex conviviis: ubi exempla Duillii & Catonis: notatio vocis convivii: consuetudo antiqua in constituendis magistris conviviorum: denique dictum Sophoclis de rebus venereis.

Si vero habet) Altera est de voluptatibus ex studiis liberalibus, ut sunt Mathemata, Poësis, Iurisprudentia, Oratoria. Nota hic dictum Solonis.

Venio nunc) Tertia est de voluptatibus rusticis, ubi commendatio vitæ rusticæ.

Apex autem senectutis) Quarta de voluptate ex auctoritate & honore: ubi exempla senum honoratorum: causa honoratæ senectutis: testimonium Lysandri & Sociorum de senibus: officia honestiora senibus olim commissa: prolepsis de morositate & avaritia senili.

CAP. VI. de proquinquitate mortis querela sex argumentis tollitur. Restat causa) 1. Quod mors aut plane hominem exstinguat, aut beatum faciat. Quanquam quis) 2. Quod communis sit adolescentibus: ubi causæ lubricæ vitæ: exempla adolescentum, qui in ipso ætatis flore extincti; prolepsis de spe adolescentum. Correctio habens digressionem de vitæ humanæ brevitate, cum admonitione de tempore bene collocando. Omnia vero quæ secundum) 3. Quod sit naturalis: ubi collatio mortis senilis & juvenilis: definitio vitæ quæ sic recte dicatur: Solonis apophthegma: collatio naturæ cum architecto: prolepsis de autochiria: Antithesis dicti Solonis & Ennii. Sed hoc meditatum) 4. Quod virtutis sit mortem contemnere: quod declaratur exemplis. Omnino ut mihi) 5. Quod ut cæterarum rerum, ita & vitæ sit satietas: ubi nota gradus vitæ humanæ. Equidem non video) 6. Quod animus nunquam moriatur, imo morte beatior evadat. Id probat argumentis Platonis & Xenophontis. Platonica sunt 1. origo animi divina, 2. auctoritas Philosophorum, 3. bona animi divina, 4. motus internus, 5. natura simplex. Xenophontis sunt 1. subsistentia animi ante corpus, 2. memoria posteritatis, 3. indissolubilitas, 4. operationes in somno. His addit suam conjecturam à naturali studio gloriæ.

CAP. VII. Epilogus trimembris. Equidem efferor) 1. cupiditatem suam moriendi profitetur, quod aggregandus majoribus: quod hæc vita laboriosa & ærumnosa: quod satietatem & malum habeat, ubi prolepsis vitæ pœnitendæ. His mihi) 2. Accommodat orationem ad thema propositum, simulque nonnihil repetit de mortis consolatione. Habui hæc) 3. Vitam precatur longam colloquutoribus.

VI.

VI.

De ſomnio Scipionis.

Cicero in dialogis ſuis de repub. quorum hoc fragmentum reſtat, id præ cæteris agit, ut oſtendat, nullam eſſe poſſe rempub. quæ non bene juſteque geratur. Quare epilogum tandem facturus, commendat magiſtratui ſtudium juſtitiæ, quod tales viros æterna in cœlo præmia maneant. Vt vero res plus auctoritatis habeat, tribuit has partes Scipioni Æmyliano, viro in repub. ſumma cum laude verſato: Hunc fingit Lælio & cæteris amicis narrare ſomnium, quod aliquando apud regem Maſaniſſam in Africa habuerit, quando viſus ſibi in cœlo verſari, ibique à patris Pauli & avi Africani beatis animis hanc de juſtitia colenda admonitionem accipere.

Summa hoc Syllogiſmo conſtat: Cujus rei ampliſſima in cœlo præmia erunt, ei vir princeps ſtudebit. Juſtitiæ pietatiſque in cœlo præmia erunt ampliſſima. E. ei vir princeps ſtudebit.

Majoris vero facilitatis cauſa diſtribui libellus poteſt in VIII Capita: quorum primum eſt præparatio, decoro & veriſimilitudini ſomnii ſerviens: ſecundum, tertium & quartum minorem Syllogiſmi modo notati diſputant: quintum, ſextum, ſeptimum majorem: octavum, epilogum facit, & paræneſin concludit.

CAP. I. Cum ſub finem ſexti de rep. queſtus eſſet Lælius de ingratitudine civium in rectores ſuos, Scipio eum vult de cœleſtibus præmiis cogitare, quem in finem ei ſuum ſomnium narraturus, pauca præmittit de quibuſdam circumſtantiis ad rei veriſimilitudinem pertinentibus. Membra ſunt tria.

Cum in Africam) 1. Qua occaſione in Africam, & quidem ad Maſaniſſam pervenerit. Ad quem ubi) 2. quomodo à rege fuerit acceptus: ubi gratulatio, colloquium, cœna talibus viris digna. Deinde ut) 3. de ſomno poſt cœnam, & ſubſequuta viſione: ubi cauſa ſomni altioris, ipſiuſque viſionis, & Scipionis avi ſimulacrum.

CAP. II. Incipit proſopopœiam Africani, ex lacteo circulo hunc nepotem ſuum, & omnes reipub. principes ad juſtitiam cohortantis. Initium autem facit à loco attentionis, & divinatione rerum futurarum, ad nepotes pertinentium. Eſt autem quintuplex. Vides ne) 1. de excidio Carthaginis. Cum autem Carthaginem) 2. de honoribus nepotis, triumpho, cenſura, legatione. Delegere) 3. de everſione Numantiæ. Offendes rempub.) 4. de ſeditione Tiberii Gracchi tribuni. Sed ejus temporis) 5. de anno fatali & interitu nepotis, qui contigit nato jam annos 56.

Hic cum exclamaſſet) III. CAP. Poſt interjectam συμπάθειαν amicorum conſolatur nepotem adverſus regiminis difficultates,& improborum civium ingratitudinem, propoſita ſpe æternorum præmiorum in cœlo: quæ cohortationis propoſitæ propoſitio & ſumma eſt.

Hic ego etſi eram) IV. CAP. Spem factam confirmat cum aliorum, tum maxime parentis Æmylii exemplo. Vbi duæ quæſtiones explicantur. Vna, an qui mortui vulgo habentur, adhuc vivant? quod Africanus affirmat,exemplo patris Pauli,conferens ſimul hanc & cœleſtem vitam. Additur & ἦθος pietatis mutuæ filii & patris. Altera quæſtio eſt: Si in tanta lætitia vivunt hac mortalitate defuncti, an abrumpenda ſit hæc vita, ut eo celerius ad alteram veniatur? Id pater argumento ſumpto ab auctoritate legis divinæ, & comparatione diſciplinæ militaris, utrique imperatori ſatis notæ. Hinc reſumit hortationem Africani de juſtitia & pietate colenda, cum argumento ab eodem uſurpato.

Erat autem is) V. CAP. ducit Æmylianum in rem præſentem, Paulo & Africano rationem & myſteria templi, hoc eſt, cœli, ipſi pandentibus. Membra ſunt quinque. 1. de via lactea, ſeu Galaxia, quæ quaſi per transverſum totum fere cœlum peragrat. Erant autem) 2. de incredibili tum multitudine, tum magnitudine ſtellarum. Jam vero ipſa) 3. de terræ anguſtiis, atque inde de imperii Romani parvitate. Quam cum maris) 4.de univerſa machina mundi in IX. orbes diviſa: nimirum firmamenti, ſeptem planetarum, & terræ. Quæ cum intuerer) 5.de harmonia cœleſti. Quam 1. ex opinione Pythagoreorum definit. 2. cauſam ejus affert, nempe orbium inter ſe motus concordes: 3. prolepſi addita, quod concentus iſte à mortalibus non audiatur, videlicet propter perpetuam conſuetudinem.

Hæc ego admirans) VI. CAP. Nepotem ad ſubinde terram deſpicientem hortatur, ut miſſis terrenis, de cœleſtibus cogitet: quod illæ & anguſtæ ſint, & caducæ. Anguſtias probat deſcriptione terræ: quæ vaſtas habet ſolitudines: eſt interrupta ac diviſa: multis locis intemperata ac inhabitabilis; denique montes & flumina inacceſſa habens. Brevitatem rerum humanarum inde arguit, quod ſingulis brevis vita? quod ſæpe integræ gentes & nationes intereant: quod majores noſtros rerum à nobis geſtarum gloria fugiat: denique ne unius quidem anni memoriam conſequi poſſimus; Platonicum intelligit, quem alii planetarum, alii ſtellarum fixarum reditu *ad punctum ſuum primum* definiunt.

Igitur alte) VII. CAP. infert ex hac cœleſtium ac terreſtrium rerum antitheſi principalem hujus colloquii Scopum & ἐξεργάσιαν de ani-

animo ad cœleſtem vitam gloriamque illam æternam referendo, & contemnendis humanis præmiis.

Et ille, tu vero enitere) VIII. CAP. Epilogus eſt, ubi poſt prolepſin de natura animorum hortationem concludit. Prior pars totius hortationis & ſpei, de qua actum, fundamentum eſt. Igitur probat immortalitatem animorum 1. à comparatis, quod anima in corpore, qualis in mundo Deus, qui immortalis: 2. ab effectu, quod ipſa ſe moveat. Conſequentiam roborat, quod aliunde mota mortalia ſint: quod natura ſe quam diligentiſſime tueatur, nec unquam ipſa ſe deſerat: denique quod ipſum ſe movens principium ſit motus ſui. 1. Hanc tu exerce) Poſterior ſummam rei habet de pietate erga patriam propter præmia quæ pios, & pœnas quæ impios manent: atque ſic ſomnium abrumpitur.

ORATIONES CICERONIS.

I.

Methodus orationis pro P. Quintio.

Sextus Nævius bona Quintii occupaverat, ea ſibi à prætore adjudicata eſſe prætendens: ſcilicet, quia Quintius propter æs alienum vadimonium deſeruiſſet.

Partes ſunt exordium, narratio, conſtitutio cauſæ, contentio, & peroratio.

1. Exordium habet querelam de cauſæ difficultate, & membra habet quatuor. Quæ res) 1. de cauſis difficultatis: quæ ſunt ab una parte Nævii apud nobilitatem gratia, & Hortenſii eloquentia: ab altera, Quintii tenuitas, & Ciceronis imperitia, & temporis ad meditandum dati brevitas. Quæ quo plura) 2. Petitio, ut judex reo laboranti opem ferat. Argumenta ſumuntur ab officio judicis, & τῆς συμπαθείας incommodis. Non eo dico) 3. Prolepſis tam ſollicitam petitionem excuſans, videlicet quod hoc faciat non quādam diffidentia judicis, ſed juſto metu adductus. Cauſæ metus ſunt: rei magnitudo, judicis poteſtas, adverſarii potentia, forma inuſitata litigandi, ubi nova querela de prætore & nobilibus. Cum tot) 4. Concluſio breviter repetens tum querelam tum petitionem ſuperiorem.

II. Narratio docet, unde & qualis controverſia inter Nævium & Quintium ſit: ubi præter ſeriem actorum notabis, quomodo Nævium ab educatione, fortunis, vitæ genere, & moribus deformet, & contra, Quintium à conditione, loco & moribus honeſtis commendet;

quomodo etiam priores judices perſtringat, & hoſce conciliare ſibi connitatur. Partes ſunt tres.

Id quo facilius) 1. Propoſitio generalis cum loco attentionis. C. Quintius) 2. ipſa narratio rei geſtæ, quinque ambitus & quaſi poſitiones complexa: de Societate Gallicana inter C. Quintium & Nævium, ubi aculeata tum perſonæ, tum facultatum utriuſque deſcriptio: de Nævii in ſocietate adminiſtranda dolo & avaritia: de teſtamento Caii, ubi ſuſpicionem ſerit veneni dati, & pathos de teſtamenti æquitate: de P. Quintii adventu in Galliam, & Nævii, in auctione impedienda, & poſtea iniquo tempore debitum petendo, dolo: poſtea lite hinc nata. Vbi ſextuplex actus: Primus de compoſitione per arbitros tentata: alter de vadimonio primum poſtulato, mox dilato, tandem ſubdole à Nævio remiſſo, ubi duplex locus attentionis: tertius, de Quintio abſente per calumniam Romæ oppreſſo, & poſſeſſionibus ſuis exuto, quaſi vadimonium deſeruiſſet; ab Alpheno tamen procuratore ſuo fideliter defenſo: quartus, de eodem Quintio ex agro à communibus ſervis per vim detruſo, & provocatione ejus ad C. Flaccum: quintus, de contentione Alpheni & Nævii, abſente tum Quintio: ſextus, quomodo Nævius Quintio diu producto, tandem prætorem idoneum Dolabellam nactus, ſententiam iniquam obtinuerit, ut aut ſatisdaret, aut ſponderet. Judicium eſſe) 3. Concluſio pathetica de adverſariorum iniquitate, cui opponit æquitatem judicis.

III. Conſtitutio cauſæ triplici ambitu perficitur. Verum quoniam) 1. Promittit brevitatem. Faciam quod te) 2. Partitur cauſam in tria capita, præmiſſa ratione methodi ab exemplo & fine. Quæſo C. Aquili) 3. Petit audientiam.

IV. Contentio ſequitur capita propoſita. I. Nævium non habuiſſe cauſam, cur bona Quintii ſibi à prætore adjudicari peteret, probat inductione, quod nec debuerit ipſi quicquam, nec vadimonium deſeruerit Quintius.

Non fuit cauſa) Debitum negat hoc argumento: ſi debuiſſet, tu tanto tempore petiiſſes. Sed nihil petiiſti. E. nec debuit. Aſſumptio figuratur apoſtrophe ad Nævium, quem contrarium jubet probare.

Moritur) Propoſitio comprobatur conjecturis, à Nævii voluntate & facultate. Voluntatem probabilem facit magnitudine debiti, & Nævii avaritia: ubi prolepſis verecundiæ cum ironica mimeſi hominis pudorem ſimulantis, cum nihil eo audacius.

Si debuiſſet) Facultatem probat ab opportunitate temporis & loci, addita prolepſi negligentiæ & liberalitatis Nævianæ.

Quid

Quid si hoc) Conclusionis loco vehemens ἐπιτίμησις est in Nævium, qui non debitum, sed omnem substantiam Quintii petat, & quidem cum summa difficultate, & utriusque partis infamia: ubi subinde abblanditur judici, & perstringit Hortensium tam iniquæ causæ patrocinantem.

Quid igitur demonstrat) De vadimonio duo disputat. 1. Primum, quod etiamsi deseruisset vadimonium Quintius, non tamen æquum fuisset proscriptionem bonorum petere. Hinc discurrit in locum communem, de rei hujus atrocitate, quam arguit quatuor rationibus. 1. A magnitudine calamitatis, quam afferat: Scilicet quia una vice fortunas, famam, & vitam eripit: unde vehemens communicatio, cum comparatione leviorum malorum. Itaque majores) 2. à testimonio & more majorum, à decretis prætorum, denique à consuetudine bonorum virorum omnium. Ad vadimonium) 3. à conjunctione Quintii, qui hujus Nævii propinquus, socius, necessarius: ubi iterum vehemens comparatio cum anaphora. Ego pro te) 4. quod jus suum honestiore aliqua & magis favorabili ratione obtineri potuisset: ubi rursum communicatio, & aculeata prosopopœia Nævii de malitia sua sine fronte confitentis.

Quid? si nunquam deseruit) Altera de vadimonio contentio negat desertum, quod nunquam fuerit: id quod ex ipsius Nævii confessione de tempore vadationis, aliisque circumstantiis, arguit.

Et in hac causa) Concludit 1. partem querelæ de injuria Quintio facta: ubi antithesis inter innocentiam Quintii & Nævii iniquitatem.

II. Docui quod) Altera quæstio de edicto prætorio disputatur ex edicti formula, quæ ad hanc actionem non quadret.

Recita edictum) 1. Primæ tres partes edicti simpliciter rejiciuntur: quarta de defensione etiam probatur ex Alpheni procuratoris Quintii actis, quibus Nævio restitit: ut quod 1. libellos proscriptionis dejecerit: 2. servum abductum receperit: 3. contradixerit actioni de debito: 4. promiserit vadimonium pro Quintio, ubi prolepsis de persona Alpheni minus idonea, & satisdatione recusata: 5. provocarit ad Tribunos, ubi acriter urgetur jus Tribunitium: 6. ipse testibus adhibitis se curaturum promiserit, ut Quintius dicto tempore adesset, id quod etiam factum.

An vero id) Prolepsis, habuisse Alphenum faventes Tribunos: quod ita concedit, ut ad rem nihil facere, & factionem Nævii multo potentiorem fuisse contendat: addita vehementissima reprehensione Nævii, qui non jure & bonitate causæ, sed factionis suæ audacia & potentia nitatur.

III.

III. Etenim si ex) Tertia contentio ipsam possessionem infirmat quinque argumentis. 1. Quod susceptum negotium non omnino transactum nec bona Quintii vendita sint. Cur cæteri) 2. Quod nemo ex cæteris sponsoribus & creditoribus affuerit: ubi aliorum licet alienissimorum æquitatem cum hujus Nævii affinis & cognati iniquitate comparat, & minatur testibus pœnam falsi testimonii. Quid si talis). 3. Quod Nævius in Alpheni à tyranno Sylla proscripti bonis emendis hunc ipsum Quintium Socium habuerit: unde constet, eum tum temporis bona Quintii nondum tenuisse: ubi aculeata antithesis inter testimonium Nævii de sua & aliena re: de societate ineunda, & facultatibus omnibus corripiendis. Diffidebam) 4. à repugnantia loci & temporis: Scilicet non potuisse Nævium Romæ postulare possessionem, & protinus intra biduum aut triduum in Gallia exsequi, nisi forte vi prius, quam jure usus dicatur, id quod iniquum & contra rationem omnem. Hoc argumentum, ut primarium, prolixius tractatur. Primum auctorem ostendit Roscium histrionem: ubi dialogismus Ciceronis, patrocinium delatum propter metum adversarii recusantis, & Roscii instantis. Deinde commendat argumentum cum petitione attentionis. Tum format per vehementem communicationem. Postremo defendit contra Nævii instantias, in quibus plus sit injustitiæ, quam in ipso possessionis mendacio. Atque hæc perinde) 5. quod Nævius contra expressa verba edicti Quintium invitum de possessione sua in in Gallia depulerit.

IV. Nævium ne appellasse) Peroratio bimembris. 1. Recapitulatio capitum controversorum cum suis argumentis. Nunc causa perorata) 2. Παθος misericordiæ, ut judices Quintio succurrant, argumentis à persona judicum, actoris, rei: ubi in primis Nævii exagitat insolentiam, audaciam, inhumanitatem: & per prosopopœiam Quintium fingit supplicem Nævio factum & rejectum, ad hunc judicem confugere, & ab eo nihil magis, quam infamiam, eamque minime meritam deprecari.

Usus orationis esse potest, cum de insigni injuria, sub specie juris facta, controvertitur: cum pro homine misero & afflicto contra adversarios opibus, auctoritate & amicis prævalentes dicendum: de fraude & dolo in rebus contractis, aut iniqua Societate querendum: cum in bona causa de memoria dubitamus auditorum, vel causa multa complectitur, quæ seorsim excutere præstat: cum fama & existimatio alicujus contra creditorum inhumanitatem & atrocitatem defendenda: cum calumniæ juris ac legum contraveniendum: & quis è suis ipsius actis & testimoniis redarguendus, & calumniæ ac doli

mali

mali convincendus: denique cum misero & innocenti auxilium judicum implorandum.

Sententiæ ex orat. pro Quintio.

Exord.] 1. Res in civitate duæ plurimum possunt; Gratia & Eloquentia.

2. Qui neque usu satis, & ingenio parum potest, cum homine disertissimo se non comparet.

3. Cui tenues opes, nullæ facultates, exiguæ amicorum copiæ sunt, cum adversario gratiosissimo non contendat.

4. Qui minus ingenio potest, subsidio sibi diligentiam comparet.

5. Diligentia magna esse nequit, nisi tempus & spacium detur.

6. Non ex opibus, sed ex veritate causa pendenda est.

7. Iudex præsidio esse debet, contra vim & gratiam, solitudini atque inopiæ.

8. Magnitudo periculi facile timore aliquem afficit.

9. Non minus in mentem veniat æquitatis, quam potestatis.

10. Non id est defendere, cupiditati alterius obtemperare, quo is facilius quem velit, iniquo judicio opprimere possit.

11. Iniquum est, eum qui caput alterius, famam, fortunasque defendit, priore loco causam dicere.

12. Falsum crimen quasi venenatum aliquod telum jacitur.

13. Judicium prius de re, quam de probro fieri debet.

14. In causa iniqua quo potes, eo minus quantum possis, debes offendere.

Narrat.] 15. Fit mutatio loci, non ingenii.

16. Non commode potest ratio reddi earum rerum, quæ libidine, non ratione gestæ.

17. Qui orationem bonorum imitatur, facta quoque imitabitur.

18. Ejus utere consilio, cujus auxilium tibi paratum putas.

19. Nullum officium est tam sanctum atque solenne, quod non avaritia comminuere atque violare soleat.

20. Si veritate amicitia, fide societas, pietate propinquitas, colitur, necesse est iste, qui amicum, socium, affinem fama ac fortunis spoliare conatus est, vanum se, & perfidiosum, & impium esse fateatur.

21. Homines nobiles seu recte, seu perperam facere cœperunt, in utroque excellunt.

22. Improbi sine injuria potentiam levem atque inopem esse arbitrantur.

23.

Conf. 1.] 23. Quis tam diſſolutus eſt in re familiari, quis tam negligens, qui cum res ab eo, qui cum contraxerit, receſſit & ad hæredem pervenerit, non hæredem certiorem faciat, appellet, rationem afferat?

24. Quis uſque eo fervet ferturque avaritia, ut de ſuis commodis velit aliquam partem amittere, ne quam partem propinquo ſuo ullius ornamenti relinquat?

25. Homo timidus & virginali verecundia ipſe ſe retinet.

26. Cujus bona ex edicto poſſidentur, hujus omnis fama & exiſtimatio cum bonis ſimul poſſidetur.

27. Vir bonus mavult cum poteſt perdere, parcere: quam cum parcere poteſt, perdere.

28. Omnia ante fieri oportet, quam ad rationem extremam, & maxime odioſam veniatur.

29. Vetus eſt de ſcurra; multo facilius divitem, quam patremfamilias fieri poſſe.

Conf. 2.] 30. Nolis eum rem commemorando renovare, cujus omnino rei memoriam tolli funditus ac deleri oportet.

31. Tribuni auxilii cauſa conſtituti ſunt.

Conf. 3.] 32. Non ad obtinendum mendacium, ſed ad verum probandum auctoritas adjuvat.

33. Hominis inimici teſtimonium, quod in aliena re leve eſſet, id in ipſius, quoniam contra ipſum eſt, graviſſimum debet eſſe.

34. Cum eo tu voluntariam ſocietatem coibis, qui te in hæreditaria ſocietate fraudavit? & eum judicio tuo comprobabis, quem ſpoliatum fama, fortuniſque omnibus arbitraris?

35. Difficile eſt, contra exercitatos oratores cauſam perorare.

36. Non omnia ſunt in eloquentia, eſt quædam ita perſpicua veritas, ut eam infirmare nulla res poſſit.

Peror.] 37. Plus ejus, quicum veritas facit, inopia poteſt ad miſericordiam, quam adverſarii opes ad crudelitatem.

38. Si quis & poteſt id quod libet, & ei libebit quod non licet: quid agendum eſt?

39. Miſerum eſt, exturbari fortunis omnibus; miſerius eſt injuria: acerbum eſt ab aliquo circumveniri; acerbius, à propinquo: calamitoſum eſt bonis everti; calamitoſius, cum dedecore &c.

II.

Methodus orationis pro Roſcio Amerino.

Defendit adoleſcentem Roſcium à C. Erucio, ex inſtinctu Chryſogoni (qui tyranni Syllæ libertus) & Roſcii Capitonis, parricidii accuſatum.

Partes ſunt quinque: Exordium, Narratio, Conſtitutio cauſæ, Contentio, & Peroratio.

Exordium pro numero perſonarum in hoc judicio eſt quadripartitum.

I. Credo ego) Prima pars eſt excuſatio proleptica, quod in tam invidioſa cauſa non veritus ſit patronum Roſcii agere: Scilicet quod minori cum periculo id poſſit, & amici cupiant. Forſitan) Altera eſt querela de hujus fabulæ auctore Chryſogono, homine avaro, crudeli, iniquo. Si vobis) Tertia poſtulatio, partim à Chryſogono, ut fortunis Roſcii contentus, vitæ ejus parcat: altera à judicibus, ut inopi ſuccurrant. Quapropter vos oro) Quarta vehementius contendit, in primis à M. Fannio prætore, ut in cognoſcendo diligens, & in vindicando ſeverus eſſe velit: idque propter honeſtatem & tranquillitatem publicam.

II. Narratio cædis Roſcianæ ita inſtituitur, ut non obſcure ipſos adverſarios inſimulet. Membra ſunt tria.

Atque ut) 1. Propoſitio, attentionis gratia illuſtrata, forma ſive modo reponendi, & triplici fine. S. Roſcius) 2. Ipſa narratio tripartita. Prima προηγούμενα quædam attingit, qualia ſunt: Vita Roſcii honeſtiſſima, tum ejus conſilia & inſtituta in defendenda nobilitate tam belli, quam pacis tempore: poſtremo inimicitiæ cum duobus Roſcianis.

Nam cum) Altera quaſdam circumſtantias ſuſpectas facit: ut temporis, loci, perſonarum. Occiſo) Tertia refert conſequentia, eaque ſimiliter ſuſpecta, qualia ſunt: Cædis nuncius, ſocietas inter Chryſogonum & Roſcios contracta, occupatio bonorum Roſcii, legatio Amerinorum ad Syllam à Chryſogono & Capitone eluſa, inſidiæ adoleſcenti Roſcio ſtructæ, ejuſdemque fuga ad cognatam Cæciliam, denique conſilium adverſariorum de eo accuſando. Hoc conſilio) 3. Concluſio per epiphonema.) Quid primum)

III. Conſtitutio cauſæ tres habet ambitus. Primus triſtis querela eſt de periculoſo ſtatu Roſcii propter adverſariorum audaciam, & ipſius tenuitatem.

To-

Totam cauſam) Alter dividit cauſam in tria capita. Ego crimen) Tertius invocat in auxilium judices.

IV. Occidiſſe) Contentio reſpondet partibus propoſitis. Crimen adverſariorum cauſis negatis diſputatur. Si crimen verum ſit, demonſtranda in Roſcio eſt facinoris voluntas & facultas. Sed neutra demonſtratur. E. Crimen non eſt verum. Propoſitio comprobatur à parricidii atrocitate. Aſſumptionis pars de voluntate triplici argumento diſputatur: à moribus filii, à patris erga filium animo: denique ab ipſius facinoris immanitate.

Eſto: cauſam) Pars de facultate redarguitur è criminis peracti modo, & tempore.

Venio nunc) Alterum contentionis caput de audacia adverſariorum ita diſſerit, ut in hos ipſos, & in primis in Titum Roſcium, ſuſpicionem cædis Roſcianæ retorqueat: primo voluntatem hominis, tum facultatem, poſtremo ſigna conſequentia examinans. Excuſat autem hanc criminationem à cauſa impulſiva, quod non cupiditate, ſed fide ac officio ductus id faciat.

Cauſam tamen) Voluntatis præſumptiones ſunt: quod cædes Roſcii Tito bono fuerit, ubi apophthegma Caſſii: quod idem homo egens, avarus, audax, occiſi inimicus. Hinc duplex egreſſio: una in reprehenſionem Erulli propter imprudentiam & calumniandi libidinem: altera in querelam de licentia & improbitate temporum ſuorum addita excuſatione Syllæ.

Video igitur) Facultatis conjecturæ ſunt: quod Titus ea tempeſtate, qua Roſcius occiſus, Romæ fuerit: quod idem ſector & ſicarius, in hujuſmodi facinoribus exercitatus.

Videamus) Signa ſceleris petit à factis, poſt mortem ſuſpecti: quod primus cædis nuncius fuerit Glaucia Titi familiaris & cliens, primum ad Capitonem, deinde ad Chryſogonum: 2. quod hic Roſciis pro facinoris præmio magnam partem bonorum occiſi dederit: 3. quod Capito legatos Amerinorum contra datam fidem eluſerit, ubi locus de perfidia & dolo malo: 4. denique quod T. Roſcius nulla idonea cauſa apparente quæſtionem de ſervis recuſarit.

Quid igitur) Tertia contentio Chryſogonum inſectatur, ubi poſt tranſitionem & locum attentionis, tria ei exprobrat. Primum eſt injuſtitia in emendis bonis Roſcii, qui innocens, neq; lege proſcriptionis comprehenſus.

Verum ut) Alterum eſt ſuperbia & luxus pluſquam barbaricus: ubi ædes, prædia, ſupellex, ornamenta, familia, quotidiani ſumptus, & habitus hominis perſtringuntur.

Quæ

Quæ vero) Tertium est crudelitas consiliorum & actionum: ubi ad invidiam declinandam excusat Syllanos, & omnem culpam derivat in Chrysogonum.

XV. Verum hæc omnis) Peroratio duabus partibus constat. Primo enim invidiose petit à Chrysogono, ut bonis Roscii contentus sit, nec insuper vitam ejus & famam petat: nimirum quia Roscius ei cedat, nec causa sit, cur ulterius affligatur. Hæc tam invidiosa sunt Chrysogono, quam Roscio ad misericordiam commovendam opportuna. Deinde ad judices se vertit, bonitatem & auxilium eorum implorans: quod misero præter vitam nihil reliquum sit: quodsi contra injustam vim nihil opis à judicibus, præstet inter feras, quam inter homines degere: quod indignum, judices sectorum & sicariorum ministros esse: quod S. Roscio condemnato metuendum, ne proscriptio Syllana recrudescat: denique quod tam miserrimis temporibus reipub. nulla alia ratione subveniri queat, quam administranda justitia.

Usus orationis est, cum contra injustam & periculosam criminationem innocens aliquis, isque ab omnibus mortalibus desertus, defendendus: adversariorum avaritia, perfidia, crudelitas, insolentia, & similia insectanda: crimen intentatum in ipsos retorquendum: deploranda tempora: denique totum negotium ad judicum æquitatem, commiserationem, & patrocinium remittendum.

Sententiæ ex orat. pro Roscio Amerino.

1. Audaciæ singularis est, ad dicendum surgere iis sedentibus, quibuscum neque ætate, neque ingenio, neque auctoritate sis comparandus.

2. In quibus magna auctoritas est atque amplitudo, multo plura dixisse, quam dixerint, putantur: ideoque neque dictum eorum obscurum esse potest propter nobilitatem & amplitudinem, neque temere dicto concedi propter ætatem & prudentiam.

3. Adolescentiæ ignosci potest.

4. Occupantibus rempub. tyrannis, non solum ignoscendi ratio, verum etiam cognoscendi consuetudo tollitur.

5. Opprimi me onere officii malo, quam id quod mihi cum fide semel impositum est, aut propter perfidiam abjicere, aut propter infirmitatem animi deponere.

6. Rectum putato, pro eorum honestate te pugnare, propter quos ipse honestissimus inter tuos numeraris.

7. Nemo potest esse in magna familia, qui neque servum, neque libertum improbum habeat.

8. Qui in sua re fuit egentissimus, fit, ut insolens sit in aliena.

9. Homines antiqui ex sua natura cæteros fingunt.

Conf. 1.] 10. Vultu sæpe læditur pietas.

11. Multa confinguntur à poëtis, ut effictos nostros mores in alienis personis, expressamque imaginem vitæ quotidianæ videamus.

12. Utilius est absolvi innocentem, quam nocentem non causam dicere.

13. Magna est vis humanitatis: multum valet communio sanguinis: portentum atque monstrum certissimum est, esse aliquem humana specie & figura, qui tantum immanitate bestias vicerit, ut propter quos hanc suavissimam lucem aspexerit, eos indignissime luce privarit.

14. Qui atrox facinus commiserunt, non modo sine cura quiescere, sed ne spirare quidem sine metu possunt.

15. Sua quemque fraus, & suus terror maxime vexat: suum quemque scelus agitat, amentiaque afficit. Suæ malæ cogitationes conscientiæque animam terrent.

16. Nihil est tam sanctum, quod non aliquando violet audacia.

17. Non omne facinus in omni vita nascitur.

18. In urbe luxuries creatur: ex luxuria existat avaritia necesse est, ex avaritia erumpit audacia: inde omnia scelerata & maleficia gignuntur.

Conf. 2.] 19. Vita rustica parsimoniæ, diligentiæ, justitiæ magistra est.

20. Is mihi videtur amplissimus, qui sua virtute in altiorem locum pervenit, non qui ascendit per alterius incommodum & calamitatem.

21. In causis quærendum, cui bono fuerit.

22. Sic vita hominum est, ut ad maleficium nemo conetur sine spe atque emolumento accedere.

23. Multa sæpe imprudentibus Imperatoribus vis belli ac turba molitur.

24. More majorum comparatum est, ut in minimis rebus homines amplissimi testimonium de sua re non dicerent.

25. Qui se facturum recepit, si ex eo negotio tantulum in rem suam convertit, & rem restituere tenetur, & honestatem omnem amittit.

26. Ea sunt animadvertenda peccata maxime, quæ difficillime præcaventur. Tecti esse ad alienos possumus: intimi multa apertiora videant necesse est. Socium vero cavere qui possumus? quem etiam

etiam si metuimus, jus officii lædimus. Recte igitur majores eum, qui socium fefelliſſet, in virorum bonorum numero non putarunt haberi oportere.

27. Ubi multa avare, multa audacter, multa improbe, multa perfidioſe facta videtis, ibi ſcelus quoque latere inter illa tot flagitia putatote.

28. In dominos quæri de ſervis iniquum eſt.

Conf. 3.] 29. Errant qui cum capiti mederi debeant, reduviam curant.

30. Commoda quibus utimur, lucemque qua fruimur, ſpiritumque quem ducimus, à Deo nobis dari atque impertiri videmus.

31. Perditi civis eſt, non ſe ad eos jungere, quibus incolumibus & domi dignitas, & foris auctoritas retineatur.

32. Noſtri nobiles, niſi vigilantes, & boni, & fortes, & miſericordes erunt, iis hominibus in quibus hæc erunt, ornamenta ſua concedant neceſſe eſt.

Peror.] 33. Quis unquam prædo fuit tam nefarius, quis pirata tam barbarus, ut cum integram prædam ſine ſanguine habere poſſet, cruenta ſpolia detrahere mallet?

43. Inter feras ſatius eſt ætatem degere, quam in tanta immanitate verſari.

35. Homines ſapientes, ex quibus rebus maxime reſpub. laborat, iis maxime mederi convenit.

36. Aſſiduitate moleſtiarum ſenſus omnis humanitatis amittitur.

III.

Methodus orationis pro M. Marcello.

Agit Cæſari gratias pro M. Marcello reſtituto: & purgatis Pompeianis inſidiarum nomine: hortatur eundem, ut ſibi caveat, & pericula, quantum poſſit, devitet.

Partes igitur tres ſunt: Gratiarum actio, purgatio, & hortatio: quarum ſingulæ ſuum quoque exordium & concluſionem habent: unde tota oratio tandem ad ſummam & ſcopum vocatur.

1. Gratiarum actionis aut potius totius orationis exordium prolepticum eſt, quo ſe excuſat, quod poſt tantum intervallum nunc ad dicendum redeat: nimirum hoc facere clementiam & bonitatem Cæſaris. Diurturni) Propoſitio excuſationis. Tantam enim) 2. ætiologia ſeu ratio, quæ dicta. Marco) 3. ἐξεργασία ſeu expolitio à fructu Clementiæ Cæſarianæ, etiam ad Ciceronem, & Senatum, pertinente.

Ille quidem) Concluſio gratulatoria.

Nullius tantum) Propoſitio per comparationem laudum bellicarum, tanquam minorum.

Nam bellicas) Confirmationis argumentum primum ab honeſto: ubi cauſæ comparantur: quod res bellicæ non ſint unius Cæſaris, imo magna ex parte forruna regantur: aſt hoc clementiæ facinus ſit proprium Cæſaris, & bono conſilio factum. Domuiſti) 2. argum. à difficili, ubi ſubjecta conferuntur: illic alios mortales, hic proprium animum victum. Itaque C. Cæſar) 3. argum. à jucundo, ubi adjuncta contendere facit: bellicas laudes nonnihil invidiæ & triſtitiæ habere, quippe cum aliorum clade comparatas: clementiæ gloriam puram & amabilem eſſe, quandoquidem benefaciendo, non nocendo, comparata. Parietes me dius Fidius) 4. argum. ab utili ſeu rei geſtæ fructu, quod hac moderatione maximam Cæſar gratiam meritus: à ſenatu, qui auctoritatem ſuam recuperavit: à familia Marcellorum, cui dignitas & memoria ſua vindicata: ubi acclamatio gratulatoria: à Pompeianis omnibus, quorum vita ac fama ſervata: ubi digreſſio ſtudio captata in excuſationem primo communem, deinde propriam ſui, Cæſaris, Marcelli: repetita laude moderationis in Cæſare, & quidem non ſine deteſtatione crudelitatis in parte altera.

Quare gaude) Concluſio poſt acclamationem gratulatoriam de tam generoſa indole hortatur Cæſarem, ut bene de civibus mereri pergat.

II. Nunc venio) Purgatio de inſidiis fit remotione cauſarum: quod neq, amici inſidientur, ut qui per Cæſarem omnia ſumma adepti: nec inimici, qui tam inſigni beneficio reconciliati. Præmittitur exordiolum habens locum attentionis, & cauſæ tractandæ conſilium.

III. Sed tamen) Hortatio, ut Cæſar ſibi quam diligentiſſime caveat, propter duas cauſas additur: ut ſollicitudinem ſuam pro incolumitate principis demonſtret: & ſimul quaſi aliud agens ad rempub. reſtituendam eam traducat. Membra ſunt quatuor. Primum exordiolum eſt locum habens attentionis. Alterum, ipſa ſuaſio eſt ex hac ratione, quod in Cæſaris ſalute tota reſpub. poſita ſit: ubi ☞ pii civis, & querela de miſerrimo ſtatu patriæ, cui nemo præter Cæſarem mederi poſſit. Tertium refutat Cæſaris Apophthegma, quo aliquoties vitæ ſe jam ſaturum & pertæſum faſſus, ſcilicet quia naturæ & gloriæ ſatis victum. Primo monet Cæſarem, ut de patria cogitet, cui multum commodare adhuc poſſit. Deinde ſubjungit, reſtare de gloria, quod bono principi præ ceteris laudabile, ut patriam bello turbatam tranquillet, & jura ac leges reſtituat. Poſtremo commendat

dat ei vitam memoriæ, quæ sola diuturna ac immortalis, hac corporis vita brevi intereunte. Quartum membrum concludit hortationem de sua & patriæ salute curanda, & à se & collegis ei omnem fidem & opem pollicetur.

Sed ut unde) Communis peroratio fit gratiarum actione, primo publice nomine omnium: deinde privatim suo, propterea quod salus Marcelli ad omnes, & ad se in primis pertineat.

Vsus orationis est, cum mutati consilii ratio dicenda est, eaque cum alterius laude: cum singularis alicujus principis humanitas & clementia erga bonos viros, temporibus magis quam malitia lapsos, deprædicanda, ejusque beneficii fructus cum pluribus, atque adeo cum repub. communicandus: excusandæ offensiones, purgandæ criminationes, suspiciones tollendæ: denique cum quis ad pericula cavenda, & curam suscipiendam afflictæ patriæ, denique ad immortalis laudis ac gloriæ studium cohortandus.

Sententiæ ex oratione pro Marcello.

Exord.) 1. Egregia virtus tacite præteriri non potest.

2. In summa rerum potestate modum tenere, magnæ virtutis & sapientiæ est.

3. Qui in eadem causa est, in eadem fortuna est.

4. Ad bene de repub. sperandum quasi signum aliquod fert, qui bene de bonis meretur.

5. Auctoritatem magistratus, dignitatemque reipub. privatis doloribus & suspicionibus anteferre decet.

6. Est vere fortunatus ille, cujus ex salute non minor pene ad omnes, quam ad illum ipsum lætitia pervenerit.

Conf. 1] 7. Ante oculos ponendæ sunt res olim gestæ.

8. Laudes bellicæ æstimantur ex contentionum multitudine, numero præliorum, varietate regionum, celeritate conficiendi, dissimilitudine bellorum.

9. In armis militum virtus, locorum oportunitas, auxilia sociorum, classes, commeatus multum juvant: maximam vero partem fortuna sibi vendicat.

10. Nunquam temeritas cum sapientia commiscetur.

11. Nulla est tanta vis, tanta copia, quæ non ferro ac viribus debilitari frangique possit.

12. Qui animum vincere potest, & iracundiam cohibere, is cum summis viris comparandus, & Deo similimus judicandus est.

13. Laudibus bellicis obstrepit clamor militum & tubarum sonus.

14. Iracundia inimica est consilio.

15. Victoria natura insolens & superba est.

16. Clementer, mansuete, juste, moderate agentes diliguntur & summis laudibus efferuntur.

17. Trophæis monumentisque aliquem affert finem ætas.

18. Nihil est opere aut manu factum, quod aliqua non conficiat & consumat vetustas.

19. Tenearis aliquando culpa erroris humani, modo à scelere liber sis.

20. Condonandum est ignoratione potius atque inani metu, quam cupiditate aut crudelitate peccantibus.

21. Boni civis consilia pacis & togæ socia, non belli atque armorum, esse debent.

22. Est incertus exitus & anceps fortuna belli.

23. Victoria præliorum exitu terminanda est.

24. Liberalitas maximus est fructus, jucunditasque sapienti.

25. Noli in conservandis bonis viris defatigari.

Conf. 2.] 26. Principis cautio, civium cautio est.

27. Si in alterutro peccandum sit, malim videri nimis timidus, quam parum prudens.

28. Quo duce omnia summa es adeptus, hujus vitam anteponas tuæ.

29. In animis hominum magnæ latebræ sunt, magnique recessus.

30. Publica salute continetur privata.

31. Varii sunt casus humani, incertique eventus.

32. Belli impetu perculsa atque prostrata jacent judicia & leges.

33. Quæ dilapsa jam fluxerunt, severis legibus vincienda sunt.

34. Multa facit dux armatus, quæ idem togatus fieri prohibuisset.

35. Nemo sibi soli natus est.

36. Certe parum est aliquid tum, cum est aliquid amplius.

37. Gloria est illustris ac pervagata multorum & magnorum fama meritorum.

38. Nihil est diu, in quo est aliquid extremum.

39. Serviendum judicibus, qui multis post seculis de te judicabunt, atque haud scio, an incorruptius, quam nos. Nam & sine amore, & sine cupiditate, & rursus sine odio & sine invidia judicabunt.

40. Victor non fortuna inflammare odia debet, sed bonitate lenire.

41. Ingratus improbusque est civis, qui armorum periculo liberatus, animum tamen retinet armatum.

42. Quæ pertinacia est quibusdam: eadem aliis constantia videri potest.

43. Oratio unde exorsa est, in eodem terminetur.

44. De amici non aliter, atque de communi salute lætari debemus.

IV.

Methodus quatuor orationum in Catilinam.

CATIL. I.

Hortatur senatum, ne Catilinam hominem seditiosum, & patriæ extrema molientem, diutius apud se ferat, sed ad minimum urbe ejiciat, ipsumque adeo Catilinam vult sponte sua ire.

Partes sunt tres: Exordium, Contentio, & Peroratio.

1. Exordium plenum stomachi est, non tantum in Catilinam propter impudentiam: sed in ipsum etiam senatum ob lentitudinem & nimiam patientiam. Quousquè) Indignatio in Catilinam usque adeo impudentem, ut licet omnibus invisus, tamen in senatum veniat, & se consilio publico intermisceat.

O tempora) Altera indignatio in senatum, cujus ignavia Catilina audacior evadat.

11. Ad mortem) Contentio v Capita habet. Primum disputat, Catilinam propter seditionis consilia jampridem capite multandum fuisse. Argumenta sumit partim à judicatis, seu exemplis majorum, qui leviores turbas pœna capitali ulti: partim à recenti senatus consulto: partim denique à Catilinæ immedicabili pertinacia.

Si te jam Catilina) Alteram caput excusat lenitatem hactenus tentatam: quod nondum omnibus res satis nota sit, & proinde providendum, ne quid fautores Catilinæ, tanquam novum & crudele, traducant. Addit & correctionem, quod interea temporis Catilinam, ne quid contra rempub. ulterius possit, diligentissime sit observaturus.

Etenim quid est) Tertium caput hortatur Catilinam, ut ab improbo consilio desistat, & sponte ex urbe abeat.

Argumenta sunt tria. Primum, quod frustra laboret, consule pro repub. nunquam non vigilante, & conatus ejus nefarios impediente, ubi prolixa narratio est consiliorum, quibus consulis diligentia obstitit: de cæde consulis: cæde optimatum: occupando Præneste: ipsa urbe incendenda & diripienda: quæ totidem accusationes sunt, capitis pœna vindicandæ: totidemque stimuli senatum è veterno suo excitandi.

Quæ cum ita ſint) Alterum, quod non ferendus in urbe amplius, ſcilicet propter periculum publicum, ubi rurſum prolepſis, quod tam pernicioſi hominis vitæ adhuc parcatur.

Quid eſt, Catilina) Tertium argumentum, quod in urbe nihil eum delectare poſſit. Hoc declarat 1. Hiſtoria vitæ ac ſcelerum Catilinæ, quibus famam, rem, & apud bonos favorem prodidit. 2. quibuſdam indiciis & ſignis extremi contemptus ac odii, quo publice laboret. 3. collatione odii privati & publici per proſopopœiam patriæ, Catilinam deteſtantis. 4. ipſius Catilinæ teſtimonio, conſcientiæ malæ angores prodentis: ubi nominatim, quid à Lepido, Cicerone, & M. Marcello petierit.

Refer, inquis) Quartum caput rejicit provocationem Catilinæ ad ſenatum, quod 1. Senatus ipſo ſuo ſilentio vocem conſulis ſatis liberam probet. 2. Reſpub. & omnes boni idem velint, idque ex eorum voce & fremitu percipere potuerit. 3. Catilina, ut homo ſine mente & fronte, ipſum ſenatum ſpernat. 4. Abitus Catilinæ Ciceroni invidiam conflaturus, id quod maxime optet. 5. Iampridem ſe ad abitum pararit, ſuos ſuaque præmittendo. 6. Ea res incredibilem voluptatem allatura, utpote natura & uſu ad male agendum comparata.

Nunc ut à me) Poſtremum caput iterum ſuam in Catilina, in quem merito exemplum ſtatuendum, dimittendo lenitatem excuſat. Objectio figuratur proſopopœia patriæ, cum conſule expoſtulantis de non facto officio: nimirum quia Catilina hoſtis patriæ, & nulla cauſa, cur ei parcatur, appareat; non mos, non lex, non metus invidiæ apud poſteros. Reſponſio duas moderationis cauſas affert: quod ſic juſtitiæ pariter & reipub. conſultum putet: Illi, quia cauſa Catilinæ multis adhuc dubia ſit, poſt abitum domum rectius dijudicanda: huic, quia cum Catilina omnes ſimul complices abituri ſint, qui, illo necato, in viſceribus reipub. adhuc hæſuri. Cæterum invidiam tantum abeſſe ut metuat, ut glorioſam etiam ſibi futuram ſperet.

III. Quare, patres) Peroratio trimembris eſt. 1. Concludit ſuaſionem de abitu, argumento ab utili: ſcilicet ita nihil amplius periculi à Catilina metuendum, & palam futurum, qui cum ipſo, vel cum repub. faciant. Deinde addit πάθος ἐλπίσιας, ſuam & omnium bonorum operam contra tam ſceleratam factionem reipub. promittens. Poſtremo Catilinam, ut hominem deſperatum, diris devovet, Deum orans, ut adverſus eum patriam cuſtodire, & tam improbum caput punire velit.

Vſus orationis eſt, cum de ſeditione prudenter ſedanda conſilium dandum: magiſtratus excitandus, terrendi improbi, & eo ducendi, ut

ut ſponte cedant: excuſanda lenitas: denique omnis ratio eo dirigenda, ut ſine magno tumultu, ſine periculo, omnibus bonis aſtipulantibus & optantibus, magnum malum à repub. avertatur.

CATILINAR. II.

Catilina urbe egreſſo, Cicero poſtridie populo exponit, & defendere etiam conatur, quæ in cauſa Catilinæ acta: & de cætero in bonam ſpem rempub. erigit.

Partes ſunt quatuor.

I. Tándem aliquando) Exordii loco gratulatur civibus de abitu Catilinæ, quod ex hoc tempore inſidiis nihil, aperto vero bello parum reipub. nocere poſſit, id quod vehementer lætandum.

II. At ſi quis) Defendit ſe contra duplicem querelam. Prima eſt bonorum, nimis leniter cum Catilina actum exiſtimantium, ubi quatuor ambitus ſunt. Primo cauſas affert, propter quas cum Catilina ſeverius agendum videri poſſit. Sed quam) Deinde opponit cauſas moderationis adhibitæ: nimirum quod conjuratio nondum liquida ſatis fuerit, & diverſa judicia civium de Catilina: quod ejus ſupplicium minus è repub. fuiſſet, propter reliquias conjurationis, clam tum rempub. petituras, quas nunc aperto bello ulciſci liceat: quod minus metuendum ab iis, qui urbe egreſſi, quippe molles & inopes, quam qui in illa ſubſtiterint, utpote plus potentiæ & audaciæ habentes. Tertio vult in poſterum ſeverior eſſe, quia ſcopum ſuum jam ſit conſequutus, conſiliis Catilinæ jam detectis, & res ipſa ſeveritatem flagitet. Vt vero prius ad confirmandum populum pertinet, ut conjurationis eventum bonum ſperet: ita hoc ad conjuratos facit, partim terrendos, partim accuſandos. Itaque hoc argumentum varie & perturbate tractat: nunc Catilinæ minatur: nunc veniam concedit exeundi: nunc reipub. de illo ejecto gratulatur: ubi periculum à Catilina metuendum exaggerat ex ejus conſiliis, ſociis, patratis ſceleribus, moribus, factione, denique totius mali cauſis in luxu & inopia: poſtremo ominatur de pœna conjuratorum, & reipub. ſtatu meliori. Quarto rem ad ſummam vocat, oſtendens quid ſibi animi ſit, & quid velit conjuratos.

Ac etiam) Altera querela eſt fautorum Catilinæ, conſulem calumniantium, quod in ſenatu juſto importunius Catilinam tractaſſet, & privata auctoritate in exilium conjeciſſet. Rationes defenſionis ſunt tres: quod Catilina iis moribus ſit, ut voce conſulis terreri ſe minime patiatur: quod totus Senatus eum condemnarit, id quod ex actis priduanis probat: quod ſponte ſua abierit, & quidem non in exilium,

ſed ad bellum contra patriam. Probat hoc ex actis & teſtimonio experientiæ, inſerens pathos de conditione magiſtratuum, quorum, etſi optima, acta calumnias malevolorum evitare nequeant.

III. Sed cur tam diu) Deſcribit univerſas copias Catilinæ, & ſuum contraveniendi ſtudium, idque in eum finem, ut boni in bello ſuſcipiendo contra Catilinam confirmentur, & mali à factione ſua abſtineantur. Facit autem ſex claſſes conjuratorum. Prima eſt locupletum quidem, ſed obæratorum, qui propter avaritiam ſolvere nolunt, ex bello & tabulis novis remiſſionem æris alieni exſpectantes. Hanc ſpem illis præcidit, nec metuendos eſſe docet, quod vel emendabiles ſint, vel ad arma ferenda non ſatis animoſi.

Alterum genus eſt ambitioſorum, qui cum nec opibus, nec virtute emergere poſſint, per vim ad honores contendant. His ſuadet, ut à tali ſpe deſiſtant, argumento à cauſis impedientibus, & ab inhoneſto.

Tertium genus eſt veteranorum quorundam militum: quorum ſpem ſimiliter diluit a cauſa impediente.

Quartum genus conſtat ex decoctoribus & prodigis, qui fide deſtituti & judiciis damnati, ſpem omnem in Catilina habeant. Hos monet, ut à propoſito ſuo deſiſtant, alioqui morte turpi perituri.

Quintum genus eſt audacium & facinoroſum, quibus, ut perditis & deſperatis, nullam aliam medicinam adhibere poſſe docet, quam quæ ab interitu eorum proficiſcatur.

Sextum genus eſt omnium ſceleſtiſſimorum & impuriſſimorum: qui cum inemendabiles ſint, aut expellendi aut necandi: tametſi propter intemperantiam ac mollitiem non multum metuendi.

Inſtruite nunc) Deſcriptis ita & recenſitis copiis Catilinæ, addit πάθος ἐλπίδος & fiduciæ de optato rei eventu, conjectura ſumpta ex cauſis. Vbi triplex oppoſitio bonorum civium, & conjuratorum: Prima eſt rerum militarium, ut ſunt duces, milites, loca, opes: altera eſt cauſarum, ſive virtutum & vitiorum: tertia adjunctorum, nempe favoris & odii divini.

IV. Quæ cum ita) Peroratio contentionem ad ſcopum revocat. Primo hortatur cives, ut ſibi privatim conſulant, de urbe & repub. ſecuri. Argumentum ſumit à cauſis, quæ ſunt Conſul, coloni, gladiatores, prætor Metellus, ſenatus.

Nunc illos) Deinde hortatur conjuratos, ut aut urbe excedant, aut quietos ſe præſtent. Argumenta ſunt, quod conſul poſthac ſeverior futurus: quod commode abire queant: quod ſeditioſi pœnas daturi ſint.

Atque

Atque hæc omnia) Tertia pollicetur civibus ſuam in repub. defendenda vigilantiam & moderationem.

Quæ quidem) Poſtremo jubet cives ad Deos, tanquam optimos rerumpub. tutores reſpicere, eiſque urbis defenſionem & conſervationem votis & precibus commendare.

Vſus orationis eſt, cum rerum geſtarum reddenda ratio eſt: excuſanda aliis lenitas, aliis ſeveritas: terrendi improbi, confirmandi boni, omniaque ad bonam ſpem revocanda tum aliunde, tum hinc maxime, quod cauſa noſtra bona, & Deum ac bonos homines nobiſcum habeamus.

CATILIN. III.

Narrat populo totum conjurationis facinus, recens per Allobroges planiſſime detectum: indeque eum ad gratam Deo & conſuli memoriam præſtandam cohortatur.

Partes ſunt Exordium, Propoſitio, Narratio, Narrationis ἐξήγησία, & peroratio,

I. Rempublicam) Exordium gratulatur civibus de repub. in tanto periculo divinitus conſervata, idque beneficium vult grata mente agnoſci, & pro eo Deo ac conſuli gratias agi: quæ hujus orationis ſumma ac intentio eſt.

II. Quæ quoniam) Propoſitio declarata ex fine.

III. Principio) Narratio exponit, quid Catilinarii machinati contra rempub. ſint: qua ratione conjuratio innotuerit: & quæ ſequuta ſenatus conſulta. In prima parte vide conſilia conjuratorum, & conſulis in iis impediendis vigilantiam & prudentiam.

Itaque ut comperi) In altera parte agitur, 1. de legatis comprehenſis cum Vulturtio & literis. Vbi auctor, miniſtri, locus, tempus: 2. de Sabinio, Statilio, Cethego, Lentulo, conjuratorum principibus, accerſitis, & armis è Cethegi domo elatis: ubi conſilium amicorum de literis aperiendis, quod conſuli diſplicuit: 3. de examine & confeſſionibus Vulturtii, legatorum, Cethegi, Statilii, Lentuli, Gabinii.

Iudiciis) In tertia parte recitantur ſenatus conſulta poſt examen facta, de ipſo conſule, prætoribus, collega, Antonio, novem ducibus conjuratorum, ſupplicatione: ubi appendix de cauſa ſupplicationis, & ſenatus in Lentulum æquitate.

IV. Nunc quonaim) Ἐξήγησία narrationis duplex eſt. Primo fructum rei geſtæ prædicat, videlicet quod conatus Catilinæ jam irriti, & reipub. reddita ſecuritas: id quod ex cauſis arguit, nempe quod Catilina non ſit amplius in urbe: ubi Catilinæ deſcriptio, & perſonarum,

rum, rerum gestarum ac eventuum comparatio: quæ omnia periculi propulsati magnitudinem, & nunc recuperatum otium arguunt.

Quanquam hæc) Deinde addit de vera causa servatæ reipub. Deo: quod probat 1. remotione causæ humanæ: 2. testimoniis divinis, ut sunt meteora, responsa aruspicum, expiationes institutæ, Jovis signum, miranda conjurationis detectio.

v. Etenim recordamini) Peroratio hortatoria est, ad gratias Deo pro salute patriæ agendas, & diem istum solenniter celebrandum: id quod etiam in exordio actum. Ambitus sunt quinque. 1. Primus est ipsa hortatio cum sua ætiologia. Etenim recordamini) 2. Amplificatio rationis à comparatione superiorum temporum cum præsentibus, quantum ad intentionem turbatorum pacis, & modum victoriæ. Quibus pro) 3. Stipulatio tum gratæ sui memoriæ, argumento à facili & æquo: tum præstandæ securitatis, argumentis ab exemplis) suis meritis, causis adjuvantibus, & consequentibus. Illud perficiam) 4. Promissio constantiæ in tuenda repub. Vos Quirites) 5. Clausula parænetica de veneratione numinis, & vigilantia.

Vsus orationis est, cum insidiosa consilia pandenda, & Deo ac magistratui pro præstito beneficio gratiæ agendæ, denique bene meritorum incolumitas adversus insidias paratas defendenda.

CATILINAR. IV.

Hortatur senatum ad pœnam conjuratorum, propter moræ longioris periculum maturandum, quæcunque etiam ea esse debeat.

Partes sunt: exordium, propositio, confirmatio, confutatio, peroratio.

1. Exordio prædicat senatus erga se voluntatem & sollicitudinem, monetque, ut se misso, potius de repub. & salute propria solliciti sint. Membra sunt quatuor. Video, patres) 1. Propositio aucta diversa voluntate senatus & sua. Mihi quidem) 2. Rationes cur de repub. potius cogitari velit: videlicet quod sibi fatale sit pro repub. periclitari, idque faciat lubens: ubi inductio periculorum devictorum, & imago fortis piique principis: quod Lentulus glorietur de oppressa repub.: quod Deum habeat tutorem: quod honestum sibi ducat pro patria mori. Nec ego sum) 3. Prolepsis pathetica ἀσυμφώνως argumento à majori. Quare, partes) Conclusio, repetens hortationem, argumento à periculi magnitudine, quod auget collatione minorum, & testimoniis de rei certitudine è literis, confessionibus, experientia, & ipsius senatus consultis.

11. Sed ego institui) Propositio Senatui integrum relinquit de con-

conjuratis ſtatuere quod velit: modo maturet propter periculum opinione majus.

III. Video duas) Confirmatio duas ſententias examinat; Syllani & Cæſaris; ſuumque de utraque exponit judicium. Syllani rationes ſumit è meritis conjuratorum, & ab exemplis: Cæſaris, ab antitheſi mortis & vinculorum; quod ad cauſam & effectum.

IV. Habere videtur) Confutatio liberat ſententias dictas à quibuſdam ſuſpicionibus. Cæſaris ſententiæ duo obſtabant: 1. Quod exſequutio videretur difficilior, cui opponit induſtriam ſuam: 2. quod oblique Catilinariis faveat: cui opponit Cæſaris candorem, rei ipſius gravitatem.

Video abeſſe) Contra Syllanum erant libertas civica, & ſupplicii indignitas. Priori opponit priduanum conſultum ſenatus, legem Semproniam, & ipſius Sempronii exemplum: poſteriori, immanitatem ſceleris conjuratorum, collationem ſeveritatis domeſticæ, auctoritatem & exemplum I. Cæſaris, denique dictam pœnam Gracchi. Hinc redit ad diſputationem de exſequutione, quam poſſibilem facit è cauſis, ut ſunt conſul vigilans, ejuſque adjutores equites, tribuni, ærarii, ſcribæ, ingenui, libertini, ſervi, opifices.

V. Quæ cum ita) Peroratio trimembris. Primo hortatur ſenatum, ut rem fortiter agat: 1. argumentis à ſuo & omnium ordinum auxilio: 2. à communi periculo: 3. ab officio magiſtratus: 4. à bono publico.

Nunc antiquam) 2. Amplius excitat ſenatum exemplo ſuæ conſtantiæ: ut quem nec conjuratorum multitudo, nec metus mortis, nec bellum æternum cum inimicis moveat. Vbi πάθος inſeritur è tantæ conſtantiæ cauſis, quales ſunt, conſilia recta, parta gloria, & exempla majorum. Quæ cum ita) 3. Commendat ſenatui ſe, filium, & multo maxime rempub.

Vſus orationis eſt, cum adverſus factionem ſceleratam & potentem ſententiæ dicendæ, defendendum jus, magiſtratus animandus, & exſequendi modi & rationes oſtendendæ.

Sententiæ ex orationibus in Catilinam.

CATILINAR. I.

1. Fuit iſta quondam in hac repub. virtus, ut viri fortes acrioribus ſuppliciis civem pernicioſum, quam acerbiſſimum hoſtem coërcerent.

2. Cupio me eſſe clementem: cupio in tantis reipub. periculis non diſſolutum videri.

3. Quid

3. Quid est, Catilina, quod te jam in hac urbe delectare possit, in qua nemo est, extra istam conjurationem perditorum hominum, qui te non metuat, nemo qui te non oderit.

4. Patria communis est omnium nostrum parens.

5. Quid exspectas autoritatem loquentium, quorum voluntatem tacitorum perspicis?

6. Ibis tandem aliquando, quo te jampridem tua cupiditas effrænata ac furiosa rapiebat.

7. Patria mihi vita mea multo & carior.

8. Num est vehementius severitatis ac fortitudinis: quam inertiæ ac nequitiæ invidia pertimescenda?

9. Invidia virtute parta, gloria, non invidia putanda est.

10. Vt sæpe homines ægri morbo gravi, cum æstu febrique jactantur; si aquam gelidam biberint, primo relevari videntur, deinde multo gravius vehementiusque afflictantur: sic hic morbus qui est in repub. relevatus istius pœna, vehementius vivis reliquis ingravescit.

CATIL. II.

1. Sine dubio perdidimus hominem, magnificeque vicimus, cum illum ex occultis insidiis in apertum latrocinium conjecimus.

2. Industriæ subsidia atque instrumenta virtutis in libidine audaciaque consumi possunt.

3. Quis ferre possit inertes homines fortissimis viris insidiari? stultissimos prudentissimus? ebriosos sobriis? dormientes vigilantibus?

4. Intus est hostis; cum luxuria nobis, cum amentia, cum scelere certandum est.

5. Quæ sanari poterunt, quacunque ratione sanabo: quæ resecanda erunt, non patiar ad perniciem civitatis manare.

6. Est mihi tanti, Quirites, hujus invidiæ falsæ atque iniquæ tempestatem subire, dummodo à vobis hujus horribilis belli ac nefarii periculum depellatur.

7. In vastatione omnium tuas possessiones sacrosanctas futuras putas?

8. Sunt qui honores, quos quieta repub. desperant, perturbata consequi se posse arbitrantur.

9. Sunt qui se insperatis repentinisque pecuniis sumptuosius insolentiusque jactant: Hi dum ædificant tanquam beati, dum prædiis, lecticis, famulis, magnis conviviis, apparatibusque delectantur, in maximum æs alienum incidunt.

10. Etiamsi hominum studia deficiant, dii ipsi immortales cogunt, à virtutibus vitia superari.

11. Deos precari, venerari, atque implorare debemus.

CATIL. III.

1. Nascendi incerta conditio est.

2. Negavi me facturum, ut de periculo publico non ad publicum consilium rem integram deferrem.

3. Magna vis est conscientiæ.

CATIL. IV.

1. Mihi quidem si hæc conditio consulatus data est, ut omnes acerbitates, omnes dolores cruciatusque perferrem, feram non solum fortiter, sed etiam libenter, dummodo meis laboribus vobis populoque R. dignitas salusque pariatur.

2. Turpis mors non potest forti viro accidere.

3. Incumbite ad reipub salutem, circumspicite omnes procellas; quæ impendent, nisi providetis.

4. Seditio quacunque ratione placet, celeriter vindicanda est.

5. Vincula, & ea sempiterna, certe ad singularem pœnam nefarii sceleris inventa sunt.

6. Meorum periculorum rationes utilitas reipub. vendicat.

7. Qui reipub. est hostis, is civis esse nullo modo potest.

8. Quia mihi vehementer hæc videntur misera atque miseranda, iccirco in eos, qui ea pertiere voluerunt, me severum vehementemque præbeo.

9. Quis est, cui non hæc templa, aspectus urbis, possessio libertatis, lux denique hæc ipsa, & hoc commune patriæ solum? cum sit carum, tum vero dulce atque jucundum?

10. Mercatorum atque opificum omne instrumentum, omnis opera ac quæstus, frequentia civium sustinetur; alitur otio.

11. Mors omnibus est parata, laus paucis.

V.

Methodus orationis pro Q. Ligario.

Agit causam Q. Ligarii à Tuberone apud Cæsarem accusati, quod ipsum in provinciam Africam, quam cum patre nomine Cæsaris petiisset, admittere recusasset; & sic pro hoste Cæsaris se gessisset, plane ut vir scelestus & improbus.

Par-

Partes sunt quinque: Exordium, Propositio, Narratio, Contentio, & Peroratio.

I. Novum crimen) Exordio taxat adversarios in deferendo Ligario nimium acerbos. Membra tria sunt. Primum est de intentione actoris & testis simul adducti, ubi ironica rei exaggeratio. Alterum de consilio suo, quod ista ratione irritum factum. Tertium, quid nunc facere velit, ubi laus misericordiæ Cæsaris. Notabis igitur in hoc brevi exordio triplex ἦθος benevolentiæ conciliandæ: ab inhumanitate adversarii: à judicis clementia: à clientis candore & spe.

II. Habes igitur) Propositio cum recriminatione adversarii: agnoscere sane Ligarium peccatum suum: sed Tuberonem non recte facere, qui eum accusat: quippe qui in eadem culpa sit.

III. Quintus igitur Ligarius) Narratio tota huc spectat, ut ostendat, Ligarium quidem in Africa fuisse, sed non animo hostili in Cæsarem: quod hujus controversiæ fundamentum est. Partes sunt duæ, utræque ternis temporibus distinctæ. Prior simpliciter rem, ut gesta est, commemorat: ubi primum tempus est profectionis in Africam: alterum, præfecturæ ibidem acceptæ: tertium, mansionis post exortum bellum civile.

Adhuc C. Cæsar) Altera pars accommodat narrationem ad Ligarii innocentiam arguendam. Profectio defenditur à tempore tum pacato: præfectura, à causa favorabili: remansio à cogente necessitate. Vbi pathetica collatio locorum & sociorum.

IV. Nullum igitur) Contentio quatuor capita habet. Primum est quædam quasi paraskeue & velitatio in prolepsi mendacii & malevolentiæ, ubi fastus offensiones suas, prædicat Cæsaris erga se clementiam, indeque intelligi vult duo: nec de Ligario se quicquam dissimulaturum, nec Tuberonem irasci debere, si pari libertate de ipso dixerit. ubi ἦθος benevolentiæ, quanquam simulatum.

Sed hoc) Alterum caput est exagitatio seu redargutio adversarii propter iniquitatem & crudelitatem. Illam, quia ipse quoque hostis Cæsaris fuerit, id quod ex fine armorum sumptorum per vehementem dialogismum probat. Grave est autem accusare alterum, cum ejusdem criminis reus sis. Hanc, quia accuset fatentem, & qui causam aut meliorem, aut certe parem habeat: & quia ideo accuset, ut Ligarius necetur. Hoc varie exaggerat: à persona accusantis, ab ejus intentione, à persona judicis, à fructu studiorum, ab agendi modo, ubi hypotyposis tum supplicantis, tum contradicentis, à loco, denique rursum ab humanissimis moribus Cæsaris, atque adeo à jure totius humanitatis.

Ae

Ac primus aditur) Tertium caput est defensio Ligarii, maxime ab criminatione sceleris. Argumenta sunt quatuor; 1. à Testimonio & judicio aliorum omnium: 2. à belli causa fatali, ubi πάθος à fortuna Pompeianorum: 3. à testimonio ipsius Cæsaris, è belli principio, medio & fine perspicuo: 4. à comparatione causarum, ubi in primis urget, quod Tubero eadem auctoritate, qua Ligarius, in Africam venit: quod se ibi cum rege Iuba conjungere voluerit: quod excluſus, non ad Cæsarem, sed ad Pompeium se contulerit: quod non Cæsaris, sed suas injurias persequatur.

Itaque num tibi) Quartum caput est deprecatio, quatuor Argumentis constans: 1. Quod universam causam ad Cæsaris misericordiam referat: 2. quod pro eo tot amici, tot necessarii, tot fratres precentur: 3. quod non consilio, sed errore peccarit, alioquin Cæsarem non minus ipse, quam fratres, magni faciens: 4. quod de Cæsare non male meritus frater pro hoc Quinto intercedat.

v. Fac igitur) Peroratio deprecationem institutam concludit, & comparatione M. Marcelli urget: ubi contendere facit loca, deprecatores, & gloriam utrinque sperandam: tandemque abrupta longiore oratione, in ipsius Cæsaris judicio acquiescere vult.

Vsus orationis est cum pro homine nobili intercedendum, culpa omnis temporibus asscribenda, accusatorum perstringenda inhumanitas, & non levius crimen in ipsos retorquendum: alleganda amicorum & cognatorum dignitas ac merita: denique spes ac fiducia omnis in misericordia judicis ponenda.

Sententiæ ex oratione pro Ligario.

1. Imperium esse non potest, quod ad privatum clamorem multitudinis imperitæ, nullo publico consilio defertur.

2. Nemo cum alienis, quam cum suis esse mavult.

3. Quorum impunitas Cæsar tuæ clementiæ laus est, eorum ipsorum ad crudelitatem te acuet oratio?

4. Externi mores usque ad sanguinem incitare solent odium.

5. Sæpe fatalis quædam calamitas incidit; & providas hominum mentes occupat, ut nemo mirari debeat, humana consilia divina necessitate esse superata.

6. Magnum est vinculum, quod iisdem semper studiis usi sumus.

7. Magni animi est, de sententia nulla contumelia, nulla vi, nullo periculo posse depelli.

8. Nihil est tam populare, quam lenitas.

9. Homines ad Deos nulla re propius accedunt, quam salutem

hominibus dando: nihil habet nec fortuna tua majus, quam ut possis, nec natura tua melius, quam ut velis conservare quam plurimos.

VI.

Methodus orationis pro rege Deiotaro.

Defendit Dejotarum regem Gallo-Græciæ, à Castore nepote suo ex filia per servum regis apud Cæsarem conjurationis reum delatum.

Partes sunt IV. Exordium, Narratio, Contentio, & Peroratio.

I. Cum in omnibus) Exordium sumit a perturbatione sua, idque ad favorem Cæsaris conciliandum. Membra sunt tria. Primum est propositio de perturbatione sua, ubi collatio imparium.

Primum dico) Alterum expositio, quinque causas commotionis afferens, ut sunt; regis periculum, criminis magnitudo, actorum partim crudelitas, partim indignitas, Cæsar idem læsus & judex, postremo loci ipsius insolentia.

Quæ quoniam) Tertium membrum conclusio, benevolam petens audientiam.

IV. Sed antiquam) Narratio ad crimen suspectum faciendum exponitur, qua spe & cogitatione adversarii ad causam venerint. Membra sunt tertia. Primo rationem reddit methodi, & rei summam indicat.

Iratum te) Deinde consilium adversariorum fuisse ait, ut Cæsarem in Regem concitarent, id quod se effecturos ex his causis sperarint: quia 1. Cæsar Regi iratus fuerit: 2. Rex etiam a Cæsare læsus: 3. Cæsar accusatoribus faveret: 4. denique periculum ad ipsum Cæsarem pertineret.

Quamobrem hoc) Postremo orat Cæsarem, ut missa omni suspicione, missa etiam iracundia, causam integro judicio æstimet. Rationes sunt hæ: 1. Cæsaris natura heroïca: 2. Dejotari innocentiæ: 3. auctoritas senatus: 4. Pompeii tum actoritas, tum familiaritas: 5. Deiotari officia erga Cæsarem.

III. Is igitur non modo) Contentio diluit sex capita accusationis. Primum est de insidiis domi Deiotari Cæsari structis, ad quam calumniam refutandam expenduntur 1. atrocitas sceleris: 2. Regis mores optimi: 3. locus & agendi modus inconveniens: 4. signa conjuncta: 5. servus conscius dimissus.

Reliqua pars) Secundum caput est, de exercitu contra Cæsarem comparato, quod confutatur parvitate & usu militum regiorum, addita tri-

ta triplici prolepsi: de legato ad Cælium, equitibus Cæsari missis, servo judicato.

Alieno autem) Tertium caput de alieno à Cæsare animo: cui effecta contraria opponit, ubi alia prolepsis de rumoribus per Græciam sparsis.

Quid deinde) Quartum caput de intemperantia & scurrilitate regis, cui opponuntur mores, familiaritates, ætas, exercitia regia, addita querela pathetica de accusationis indignitate.

At quam acute) Quintum caput de literis Blesamii ad regem, quibus civium de Cæsare judicium proscriptum esset: nimirum eum pro tyranno haberi: statuas ejus esse invisas: plausum negatum: quas calumnias suis singulis argumentis refellit.

Nihil à me arbitror) Sextum caput de ira regis in Cæsarem propter partem regni sibi ademptam: cui reponit æquitatem animi regii, exemplum Antiochi, majus Cæsaris beneficium, denique invictum animum regis.

IV. Laboro equidem) Peroratio trimembris est. Primo excusat se, quod tam sollicite pro Dejotaro laboret.

Non debeo) Deinde rogat Cæsarem ut clementia solita regem complecti dignetur. Argumenta sunt fortuna regis miserabilis, Cæsaris in eum jam collata beneficia: denique præstantissimorum virorum pro eo intercessiones & obligationes.

Quocirca) Postremo addit Παθος à sententiæ Cæsaris eventu in utramque partem.

Usus orationis est cum quis magni nominis vir contra atroces calumnias apud principem defendendus: exaggeranda criminationis atrocitas: invehendum in deferentium indignitatem & impudentiam: prædicandi mores sancti ac casti: denique principis fides & clementia invocanda, & in exemplum salutare trahenda.

Sententiæ ex orat. pro Deiotaro.

1. Fides studium affert, timor facultatem detrahit.
2. Est inusitatum, regem capitis reum esse.
3. Sceleratus & impius nepos est, qui avum in discrimen capitis adducit, adolescentiæque suæ terrorem infert ei, cujus senectutem tueri & tegere debet, commendationemque ineuntis ætatis ab impietate & scelere ducit.
4. More majorum de servo in dominum ne tormentis quidem quæri licet.

5. Nemo fere est, qui sui periculi judex, non sibi se æquiorem, quam reo præbeat.

6. Actio causæ debilitatur loco.

7. In exulcerato animo facile fictum crimen insidet.

8. Cum facile exorari Cæsar, tum semel exorari solebat.

9. Spem infinitam persequi noli.

10. Cujus tanti sceleris fuerit, in conspectu deorum penatium hospitem necare!

11. Impunius fit, quod cum est factum, negari potest.

12. Jovis hospitalis numen nunquam celari potest.

13. Vultum hominis intuere: num quæ trepidatio, num qui tumultus.

14. Ita demens erat, ut eum, quem conscium tanti sceleris habebat, à se dimitteret!

15. Frugi hominem dici non multum habet laudis in rege: fortem, justum, severum, gravem, magnanimum, largum, beneficum, liberalem; hæ sunt regiæ laudes, illa privata est.

16. Ego frugalitatem, id est, modestiam & temperantiam, virtutem esse maximam judico.

17. Quamvis ingrate & impie necessitudinis nomen repudiaretis, tamen inimicitias hominum more gerere poteratis, non ficto crimine insectari, non expetere vitam, non capitis arcessere.

18. Servum solicitare verbis, spe, promissisque corrumpere, adducere domum, contra dominum armare, hoc est non uni propinquo, sed omnibus familiis bellum nefarium indicere.

19. Antiochus magnus ille rex Asiæ, posteaquam à Scipione devictus Tauro tenus regnare jussus est, dicere est solitus, benigne sibi à populo R. esse factum, quod nimis magna procuratione liberatus, modicis regni terminis uteretur.

20. Dabis profecto misericordiæ quod iracundiæ negavisti.

VII.

Methodus orationum in Verrem.

I.

Divinatio.

Disputat & quasi divinat de Verris accusatore; quem se, non Cæcilium, competitorem esse vult.

Partes sunt: Exordium, propositio, confirmatio, confutatio, peroratio.

1. Exor-

I. Exordio se excusat, quod hactenus in defensionibus versatus, nunc accusatorem agere velit.

Si quis) Propositio excusationis.

Cum quæstor) Ætiologia quadruplex: quod Siculi id petierint, & quidem justis de causis: quod unum accusando multos defendat: quod socios vindicare interfit reipub.: quod nisi aliquando exemplum statuatur, nova judiciorum mutatio metuenda.

In hac libidine) Conclusio.

II. Nunc quoniam) Propositio fundamentum divinationis habet de voluntate Siculorum & Verris: nimirum eum accusatorem deligendum esse, quem Siculi velint, & Verres nolit: contraque rejiciendum, quem illi nolint, hic optet.

III. In hac causa) Confirmatio probat quod de Siculis & Verre propositum fuit. Siculos Ciceronem velle demonstrat, partim à testimoniis; ut Cæcilii, judicum, legatorum Sicilienſium: partim à causis, quod Ciceroni multum tribuant, & lex de repetundis in gratiam sociorum lata.

In hujusmodi) Contra docet, Siculos Cæcilium nolle, quia ipsis suspectus sit.

At enim) Verrem autem nolle Ciceronem, ex eo arguit, quod multum eum metuat. Vbi collatio Ciceronis & Cæcilii.

Tu vero Cæcili) Cæcilium admittere probat, quod nihil habeat acris & formidandi actoris: non integritatem, non veritatem, non facundiam, non peritiam, non instructionem à Siculis.

IV. Quid ad hæc) Confutatio quatuor objecta Cæcilii diluit. 1. Quod à Verre injuria affectus, eo ipsum vehementius accusaturus sit: quod utrumque orator negat.

At eum tibi) 2. Quod sibi cum Verre inimicitiæ sint: quod consimiliter negatur, videlicet quia causa inimicitiarum nulla appareat, & quia cum Verre familiariter vixerit.

Nisi forte) 3. Quod Cæcilius quæstor Verris fuerit. Orator argumentum invertit, ob hanc ipsam causam eum ab actione abstinere debere contendens: 1. à necessitudine quæ inter prætores ac quæstores: 2. à testimonio & auctoritate majorum: 3. ab exemplis.

Semper hæc causa) 4. Quod Ciceroni indecorum sit aliquem accusare. Orator non suas, sed Siculorum injurias se persequi ait, idque Cicero arguit 1. à consuetudine majorum: 2. comparatione minorum: 3. ab exemplo Pisonis: 4. à fine legis repetundarum: 5. à collatione sui cum Cæcilio: 6. ab exemplis Catonis & Domitii: 7. ab utilitate publica: 8. iterum ab exemplo Lentuli & Africani.

V. Epilogus duo membra habet. Et profecto) 1. Accommodat ora-

tionem ad ſcopum, quod Ciceroni, non Cæcilio hæc cauſa deferenda, ſiquidem fama & induſtria ſuperet.

Quapropter judices) 2. Addit πάθος ad judices terrendos, ne cum Verre colludere viſi, populum offendant.

Vſus orationis erit, cum conſilii noſtri rationes reddere volumus; cum de honore & officio cum altero contendimus, & ne ipſi nos ingerere videamur, eorum voluntas & auctoritas urgenda, qui eligendi jus & poteſtatem habent: cum de legum auctoritate diſputandum: cum æmulus ab inſtituto deterrendus, ejuſque inſcitia, temeritas, hypocriſis & fraudes perſtringendæ: denique cum magiſtratus præmonendus, ut in electione caute agat, eaque de cauſa partim pudore, partim metu afficiendus.

II.

Proœmium ſeu poſtulatio de novo genere agendi.

Cum delectus jam Cicero eſſet, qui Verrem accuſaret, metueretque ne reus evaderet, fautoribus cauſam ad longa ſubſellia (ut aiunt) trahentibus, noluit oratione perpetua uti: ſat fore exiſtimans, ſingula accuſationis capita interrogationibus & teſtibus conficere: quam agendi methodum judicibus hic probare nititur, adverſariorum fraudibus, quibus judicium eludere conentur, expoſitis.

Partes ſunt exordium, contentio, & epilogus.

1. Exordium paræneticum eſt, ut judices infamia ἀωρεφαγίας, qua hactenus laborarint, ſe liberent, quod ejus rei optimam occaſionem jam nacti, ſive reum, ſive actorem ſpectem.

11. Equidem ut) Contentio primo Verris eluſiones & fraudes, quibus elabi conatus, recenſet: deinde quid contra conſilii ſumptum, exponit. Prior pars quinque ambitus habet. 1. de corruptelis nummariis. Quod ſi) 2. de tempore per alium accuſatorem occupando. Nunc homo) 3. de alio prætore quæſito. Quod ſi non) 4. de judicibus in cauſa deſperata pecunia tentatis, ubi Catalogus ſcelerum Verris. Quæ cum) 5. de patronis & fautoribus ſimulatis, ubi antitheſis deſperationis Verris, quod ad cauſam; & ſpei quod ad amicos, ingenti pecunia comparatos, eoſque acres & vigilantes.

Nunc ego judices) Altera pars totidem habet membra. 1. Primo ſummam rei dicit. Res omnis) 2. Hortenſiii reprehendit avaritiam, & quidem in tam infami cauſa. Nunc vero) 3. Minatur ejuſmodi prævaricatoribus ſe contraventurum, idque officio, amore erga rempub., & exemplis majorum ductum. Cui loco) 4. Hortatur judi-

ces,

ces, ut jus & æquum dicant: alioquin totum ordinem periclitaturum: nec meliorem sibi consulendi occasionem datum iri. Postremo) 5. Pollicetur in re agenda diligentiam.

III. Quapropter primum) Perorationis membra sunt quatuor. Primum est votum pro tuenda justitia: alterum comminatio de adversariis ulciscendis: tertium, hortatio ad prætorem, ut corruptelas prohibeat: in quo considerat commodum publicum, suum officium, auctoritatem legis, & exempla majorum. Vltimum est recapitulatio consiliorum suorum de prætore, tempore, agendi ordine & modo, denique de totius actionis capite statuendo.

Vsus orationis est, cum pro miseris & desertis contra factionem & artes potentiorum contendendum, terrendi judices a δωροφαγίᾳ: denique de nobis diligentia ac constantia spondenda.

III.

Accusationis in C. Verrem Lib. I. de Quæstura, Legatione & Prætura urbana seu de Vita anteacta.

Partes sunt tres: Exordium, Constitutio causæ, & narratio criminum.

1. Exordium quinque partibus constat. Primo criminatur impudentem audaciam Verris.

Patior judices) Deinde quo animo ipse hanc rem ferat, ostendit.

Mea quidem) Tum recenset, quid & qua diligentia ipse hactenus in causa egerit. Sunt autem delatio nominis, profectio in Siciliam inquirendi causa, rejectio judicum, & prima actio.

Vos quod) Quarto hortatur judices, ut in hac causa innocentes & severos præbeant, quod secus agentibus, toti ordini senatorio metuendum.

Nunc ne novo) Postremo contendit contra Hortensium, quod priorem actionem de modo accusandi bono consilio, & citra fraudem instituerit.

II. Nunc mihi) Constitutio causæ rejectis privatis offensionibus, publica crimina in quatuor genera dividit, deinceps persequenda.

III. Quæstor) Narratio de Verris quæstura tria criminatur: quod pecuniam averterit: consulem suum perfide deseruerit: rationes reddiderit, quæ nullo modo probari queant.

O scelus) Legationem reprehendit propter septuplex delictum, ut sunt 1. Testimonium falsum in Dolabellam prætorem suum. Posteaquam) 2. Exactiones iniquæ, & nominatim Sicyoniæ; ubi & in

magistratum crudeliter sæviit. Jam quæ) 3. Furta & sacrilegia passim patrata: ut Athenis, Deli, Chii, Erythris, Halicarnassi, Tenedi, Sami, Aspendi, Pergæ. At credo) 4. Libidines & scortationes, ubi tristis historia de filia Philodami stuprata, & patre cum filio sublato. Magnum hoc) 5. Avaritia in Milesios. C. Malleolo) 6. Perfidia in tutela Malleoli. Pro quæstore) 7. Injuria in Milyades.

Verum ad illam) In præturæ urbanæ examine primo recensetsententias & edicta iniqua, ut 1. in Annii Aselli filiam patrimonio suo exutam. Cognoscite aliud) 2. testamentum Minutii calumniatum. P. Trebonius) 3. in hæredes Trebonii. Verum ut) 4. in M. Octavium Ligurem. In sartis tectis) Deinde de sartis tectis agit, insigne exemplum recensens injuriæ pupillo Junii in reficienda æde Castoris illatæ.

Vsus orationis est, cum de impudentia adversariorum quærendum, excitandi judices, terrenda factio potens, fides & industria nostra probanda: cum causa accurate definienda & dividenda: cum peculatus, perfidia, falsa testimonia, exactiones, furta & sacrilegia, libidines, avaritia, crudelitas, calumniæ, & similia facinora improborum magistratuum in jus vocanda & perstringenda.

IV.

Accusationis in C. Verrem Lib. II. *de jurisdictione Sicilienſi.*

Partes sunt quatuor: Exordium, Propositio, Narratio, Peroratio.

1. Exordium tres ambitus habet.

Multa mihi) Primus telam criminationum Verris superiore libro inchoatam præcidit: scilicet ut causam Siculorum cum eo plenius agere possit, id quod non tantum Siculorum, sed senatus quoque & populi Romani referat. Habet igitur hic ambitus locum attentionis.

Atque adeo) Secundus ambitus digressio est in laudem Siciliæ a vetustate, dignitate, utilitate, honestate: pertinet res ad odium Verri movendum, qui tam nobilem provinciam tam misere afflixerit.

Hunc denique ipsum) Tertius est prolepticus, quo primum excusat Siculos, quod præter morem suum, prætorem Romanum accusarint, videlicet Verris sceleribus suoque periculo huc compulsi. Deinde se quoque de recepta delatione purgat, quod precibus & lacrumis Siculorum commotus fuerit: quod nemo alius Verri ausus sit resistere: quod hoc ipsum gratum viderit fore civibus suis. Postremo elevatur, quod Mamertini tamen & Syracusani Verrem laudent. Faciunt hæc ad invidiam accusationis Verrinæ minuendam.

Qua-

II. Quapropter de istius) Propositio non tantum summam rei præ se fert, sed conditionem quoque admittit eventus Verri optandi: videlicet ad fiduciam causæ demonstrandam.

III. Quæ simul atque) Narratio continet quatuor capita. Primum exagitat injustitiam Verris in judiciis maxime de hæreditatibus habitis, itemq; in rerum capitalium quæstionibus, septem exemplis allatis: 1. de Dione Halesio ingenti pecunia propter hæreditatem filii exuto. Accipite aliam) 2. de Sosippo & Epicrate fratribus contra jus provinciale emunctis, Volcatio quodam ad exactiones istas auferendas subornato. Quantam potestatem) 3. de Heraclio Syracusano, omnibus bonis per titulum legati palæstrici spoliato. Quam facile serpat) 4. de Epicrate Bithyno simili modo tractato. Jam Heraclii) 5. de Heraclio Centuripino, à quo multa millia per calumniam malitiamque petita. Jam vero in rerum) 6. de Sopatro Haliciensi damnato. Dixi jam antea) 7. de Sthenio Thermitano oppresso.

Audistis) Secundum caput est de iustitia in jurisdictione & honoribus venditis. Vbi exempla affert quadruplicia: 1. de jure vendito. Dicta sunt) 2. de dignitate senatoria vendita. Hoc idem) 3. de venditis sacerdotiis. Jam vero) 4. de censura vendita.

Et quoniam) Tertium caput de statuis. Vbi duo reprehendit: 1. quod multum pecuniæ statuarum prætextu extortum. Hic tibi etiam multo magis) 2. quod ab invitis statuas collocari sibi voluit.

Nisi forte) Quartum caput de publicanorum cum Verre in furtis collusionibus, ubi de L. Carpinatio administro rei, de tabulis, ne fraus patesceret, remotis, de Ciceronis in tabulis investigandis diligentia, nominatimque de Melitensibus & Syracusanis.

IV. Laudantur oratores) Peroratio aculeum impingit Hortensio, qui sine fronte, mera ductus avaritia, tam sceleroſum reum defendere sustineat.

Vsus orationis est, cum de magistratus in jure dicendo, in conferendis dignitatibus, in ornamentis publicis movendis, in colludendo cum usurariis & rerumpub. tineis, avaritia & injustitia querelæ deferendæ.

V.

Actionis in Verrem Lib. III. *de re frumentaria.*

Partes sunt: Exordium, Constitutio Causæ, Contentio, & Peroratio.

I. Exordium tres habet ambitus.

Omnes qui alterum) Primus difficultatem rei ſuſceptæ oſtendit, nimirum ſi officium accuſatoris, ſi ætas & conditio ſua, ſi ipſe conſideretur reus.

Et in hoc homine) Alter prolepticus eſt, quo Hortenſio cauſas exponit, cur Verri infenſus ſit, nec cum eo in gratiam redire laboret, videlicet quod mores non conveniant.

Quid illa, quæ) Tertius ἐπιπίμησιν habet in Hortenſium & cæteros Verris fautores quod tam impurum hominem amplectantur, ſive ſuperbia, ſive invidia, ſive avaritia ducti: quæ omnia eo pertinent, ut oratori benevolentiam, reo & patronis odium & invidiam concitent.

II. Verum hæc) Cauſam conſtituens 1. petit audientiam: 2. ſummam rei proponit: 3. dividit in tria capita.

III. Inter Siciliam) Primum contentionis caput de frumento decumano quatuor ambitus habet. Primus priſtinum Siciliæ ſtatum, antiqua jura, & majorum leges, ipſiuſque adeo magiſtratus Romani in his tuendis fidem & diligentiam exponit, ut ex his eo magis conſtet, in quantam miſeriam à Verre prætore redacti ſint.

Hoc jure) Alter generalem querelam habet de iniquitate Verris, qua jura Siculorum & legem Hieronis ſuſtulit, ubi antitheſis inter majores & hunc Verrem, & deſcriptio Apronii, ut qui mali domini miniſter ſit plane ſimilis.

Hunc, uti dicere) Tertius examinat ſpecialia quædam Verris contra legem Hieronicam edicta iniqua: de Canone decumano dando: de frumento devehendo: de vadimonio promittendo.

Sed vos fortaſſe) Quartus exagitat avaritiam Verris, qua factum, ut jura omnia, ſuaque ipſius de re frumentoria edicta, famam denique & ſalutem quæſtui habuerit: ubi caſtigata hypocriſi Verris, avaritiæ ſuæ ſtudium reip. prætendentis, recitat injuriarum frumentariarum exempla, primum privata, deinde publica.

Etenim quoniam) Privata, ut 1. Nymphonis, 2. Xenonis, 3. Polimarchi, 4. Eubulidis, 5. Soſtrati & fratrum, ipſorumque adeo Romanorum, 6. C. Matrinii, 7. & Q. Lollii.

Privatim hoc modo) Exempla publica ſunt: 1. Agyrinenſium, 2. Herbitenſium, 3. Sergeſtenſium, 4. Liparenſium, 5. Teſſenſium, 6. Ameſtratinorum, 7. Petrinorum, 8. Halicienſium, 9. Segeſtanorum, 10. Thormitanorum, 11. Imacharenſium, 12. Ennenſium, 13. Calatinorum, 14. Muticenſium, 15. Hyblenſium, 16. Meneniorum, 17. Entellenorum cum multis aliis, 18. Ætnenſium, 19. Leontinorum. His additur duplex excurſus.

Quod

Quod cum ita sit) Vnus, quo redit ad redarguendam simulationem Verris, quasi reipub. causa decimas quam maximo vendiderit: alter, quo judices officii sui in coercendis tam atrocibus delictis commonefacit, ubi ipsum Albam amicum, Apronium ministrum, Metellum fautorem, Timarchidem libertum Verris cum Verre committit.

Sequitur ut de frumento) Secundum contentionis caput de frumento empto, post senatus consultum de modo emendi, triplex furtum in Verre criminatur. Ac primum) 1. quod pecuniam publicam fœnori dederit. Et quoniam) 2. quod pecuniam Siculis pro frumento dandam ipse averterit, & ex civitatibus aliam coëgerit. At enim frumentum) 3. quod precio auctoritate pnblica definito detraxerit, inutiliterque profuderit.

Dictum judicis) Postremum contentionis caput de frumento æstimato, primum distinguit ea quæ crimen habeant, & quæ minus, deinde iniquitatem æstimationis Verrinæ arguit: quod contra auctoritatem senatus facta: quod nulla necessitate vel ratione probabili: quod rusticis gravis & difficilis: quod maluisset frumentum gratis dari: quod æstimationes ad populum pertineant: quod denique ea de re tota provincia plena sit querelarum.

Quid ad hæc) Refutat etiam excusationes Verris: ut 1. quod alii idem fecerint, ubi elegans locus de exemplis: 2. quod in Sicilia provincia servili hæc factitata, cui opponitur commendatio Siciliæ, & contrarium Marcelli studium: 3. quod auctores habuerit Antonium, Sacerdotem, Pæduceum: quibus suum judicium opponit.

Nam per Deos) Postremo addit Παράθεσιν monitorium ad judices, ut Verrem puniant: 1. quod justum sit, manifesti criminis convictos punire: 2. quod impunitus alios ad peccandum incitet: 3. quod res ista toti ordini senatorio invidiosa & periculosa: 4. quod tanta atrocitas sceleris Verrini, ut diutius ferri nequeat.

IV. Quapropter) Peroratio 1. repetit crimina Verris in frumento decumano, empto, æstimato: 2. addit Παράθεσιν paræneticum ad judices, ut aratores ab hac injuria liberent. Rationes sunt 1. quod vita rustica per se satis anxia & incerta, ut quæ à ventis & tempestatibus pendeat: quod labores eorum non tam ipsis, quam reipub. commodent: 3. quod indignum, eos præter onera necessaria, etiam contumelias & extremam inopiam pati: 4. quia honestum & justum, ut sociis succurrant, eosque in agris & sedibus suis tueantur.

Usus orationis est, cum de accusatoris qualitatibus differendum, causæ offensionum & inimicitiarum profitendæ: de subditorum privilegiis

legiis & commodis contra injuſtas vexationes & deprædationes contendendum: contra exempla & auctoritates improbas pugnandum: denique ſuperiorum auxilia contra iniquam vim & vexationes invocanda.

VI.

Accuſationis in Verrem Lib. IV. *de Signis.*

Partes ſunt: Exordium, Propoſitio, Expoſitio.

I. Venio nunc) Exordium habet tranſitionem cum addubitatione de rei nomine, ubi exemplum ſtatus definitivi, & ironia aculeata.

II. Nego) Propoſitio aucta emphatica diſtributione & occupatione calumniæ: id quod attentioni inſervit.

III. Vnde igitur) Expoſitio ſive narratio pro ratione ſubjectorum diſtingui poteſt in XIX. Capita. 1. Primum eſt de C. Heio Mamertino, cui triplex injuria facta. 1. Erepta ei ſunt ornamenta ſua. Vbi refutatio attexitur excuſationis Verris, quod ſigna iſta emerit. Quæ quia) 2. poſtulatum à popularibus, ut eum ignominia afficerent; ubi levitas Mamertinorum reprehenditur in laudando Verre, qui culpari ſatis nequeat, & cujus cum furtis ipſi communicaſſent. Quid? illa Attalica) 3. Peripetaſmata ſeu aulæa ablata.

Quid à Philarcho) II. Caput de Philarcho Centuripino, equorum ornamentis ſpoliato: ubi digreſſio de Cybiratis fratribus ſacrilegis, quorum opera Verres abuſus.

Verè mehercule) III. Cap. de Lilybætanis. quorum undecim recenſet violatos. Hi ſunt Pamphilus, Diocles, Cælius, Cacurius, Lutatius, Apollonius, Liſo, Heius pupillus, Diodorus, Calidius, Papyrius.

Hic nolite) IV. Cap. de furtis Tyndaritanis.

Quid? Eupolemo) V. de furtis Collactinis.

Catinæmi) VI. de Catinenſibus.

Agyrio) VII. de Agyrienſibus.

Illa vero) VIII. de Haluntinis.

Quam multis) IX. de Agrigentinis.

Venio nunc) X. de Antiocho rege Syriæ violato.

Segeſta) XI. de Segeſtanis.

At hoc ſolum) XII. Iterum de Tyndaritanis.

Quid Agrigento) XIII. iterum de Agrigentinis.

Hanc virtutem) XIV. de Aſſorenis.

Matris) XV. de Enguinis.

Au-

Audite) XVI. iterum de Catinensibus.
Quid ergo) XVII. de Melitensibus.
Nimium) XVIII. de Ennensibus.
Vnius etiam) XIX. de Syracusanis.
Habet oratio usum, ubi furta & rapinæ injustorum magistratuum traducenda.

VII.

Actionis in Verrem Lib. V. *de Suppliciis.*

Partes sunt quatuor: Exordium, Refutatio defensionis Hortensii, inde quod bellis pro Sicilia Verres feliciter defunctus, Narratio suppliciorum crudeliter sumptorum, & Peroratio.

I. Nemini) Exordii membra duo sunt: 1. recapitulatio dictorum: 2. Ætiologia cur de bellis Verris præfandum: scilicet quia Hortensius laude imperatoris Verrem sublevare & pœnæ meritæ subducere velit. Hoc tribus de causis ostendit se vereri: quod magnum sit nomen imperatoris apud Romanos: quod Hortensius callidus, disertus & magnæ auctoritatis: denique quod simile acciderit in causa M. Aquilii. Additur & correctio, quod hæc laudatio ad præsentem causam tamen non faciat.

II. Quid dices?) Refutatio laudis bellicæ huc redit, ut ostendat, nullam laudabilem operam Verris in bellis, quæ prætendantur, fuisse. Primum agit de bello servili: postea de piratico. Servilis belli jactantiam repellit duplici ratione: 1. à non necessario, quod neque bellum tum in Sicilia, neque belli periculum fuerit, quandoquidem provincia partim consiliis Crassi, partim natura loci, partim denique institutis edictisque prætorum, (ubi exemplum severitatis) satis tum tuta fuerit, imo ipsi Siculi Romanis sponte pareant. Quid igitur) 2. à contrario, quod ipse Verres causas motuum & conjurationum servilium in provincia aluerit, quando facinorosis pepercit, accepta à dominis pecunia: ubi exemplum Leonidæ cujusdam longa communicatione & epimone auctum, itemque Apollonii simili modo tractatum.

Cupio mihi) Piratici belli laudibus opponit primo itinera, deinde administrationem flagitiosam. Itinera luxuriosa facit, id quod exaggerat 1. inductione temporum; hyemalis, verni, æstivi; ubi studia, habitus, & comitatus hominis: 2. comparatione vitæ prioris, itidem mollis & effæminatæ: 3. dissimilitudine inter se quæstorem sollicitum & continentem, & Verrem luxu & libidinibus diffluen-

fluentem: 4. ſingulari facinore in ipſo abitu contra Valentinos patrato, ubi Valentinorum ſupplicatio, Verris ignavia, & ſenatus de ipſo judicium.

Eſto: nihil ex fugitivorum) In ipſa adminiſtratione belli quadruplex crimen perſequitur. Primum eſt avaritia, qua claſſem quæſtui habuit. ubi longa digreſſio de colluſione cum Mamertinis.

Cum propter iſtius hanc) Alterum crimen eſt majeſtas violata, ſcilicet quia prædam in rem privatam convertit: quia archipiratam contra morem majorum primum celavit, tum ad Centuripinos miſit, tandem accepta pecunia impune dimiſit: quia denique pro piratis in cives Romanos ſæviit, ubi prolepſis excuſationis Verrinæ.

Hac tanta præda auctus) Tertium crimen libido, ubi exaggerantur locus, tempus, ſocii, ſtudia, indeque exorta incommoda, inprimiſque quod occaſione uxoris Cleomenis ſtupratæ claſſis à privatis partim erepta, partim inflammata.

Hæc autem iſtius vituperatio) Quartum crimen crudelitas in navarchos. Obſervantur hic octo ambitus. 1. cauſa ſuppliciorum, quod magiſtratus Syracuſanus ex navarchis cauſam claſſis perditæ ſcire voluit: 2. acta Verris privata cum navarchis: 3. deliberatio de illorum ſuppliciis: 4. accuſatio navarchorum: 5. defenſio per parentes; ubi nominatim de Heraclio & Furio: 6. Sententia dicta, ubi de Phalarcho Centuripino: 7. carcer, & in eo celeritas ſupplicii, & ſepultura à lictore Sextio & Temarchidæ captivis vendita: 8. ſupplicium ipſum, ubi apoſtropha pathetica ad Verrem & judices, & rei ipſius repræſentatio, & proſopopœia cognatorum.

Quapropter ſi quem) Concludit acta bellica, excuſatiunculas Verris rejiciendo: quod calamitas modo dicta fortunæ aſſcribenda: quod in ſuppliciis ſumendis exempla majorum ſequutus: quod judices habeat faventes, ubi proſopopœia ipſius patris, qua artificioſe repetit, quæ hactenus de bello piratico dixit.

111. Satis eſt dictum) Recenſio ſuppliciorum tria genera complectitur. Primum de iis, qui virgis cæſi, ubi nominatim de C. Servilio.

Nam quid ego) Alterum de iis, qui in carcere necati vel ſecuri percuſſi. Vbi & refutatio Verris primum negantis, mox excuſantis facinora commiſſa.

Nam quid ego) Tertium de his, qui in crucem acti, ut C. Conſanus, ubi quatuor ambitus. 1. Acceſſus vehemens. Gavius hic) 2. Narratio rei geſtæ, ubi de Conſani vinculis, fuga, retractione, virgis intentatis, clamoribus ſive proteſtationibus, cruce. Nunc quoniam) 3. Probatio à teſtimoniis, maxime ipſius Verris, & L.

Pre-

Pretii. Sed quid ego) 4. Παθος à communicatione causæ cum omnibus civibus Romanis, à loco, à minoribus, denique à Verris consilio.

IV. Si hæc non ad cives) Perorationis membra sunt quatuor. 1. commmendat judicibus causam, ut Verrem severe puniant: si sensum habeant humanitatis: si officio constare velint: si sociorum, si civium preces & desideria quid possint; si denique populi auctoritatem non prorsus contemnant. Quamobrem te quoque) 2. Monet Hortensium, ut desistat patrocinari Verri: quod eloquentiam suam in causa honestiori ostentare possit: quod id famæ & existimationi ipsius ob futurum, Tribunis videlicet vindicaturis; quod nulla cum Verre ipsi necessitudo: quod tempus alienum: quod Cicero, si causam in hoc judicio obtinere nequeat, provocaturus sit ad populum. Quæret aliquis) 3. Respondet amicis, nobilium invidia terrere ipsum volentibus, non morari se eos multum ostendens: I. à moribus eorum ignavis: II. ab exemplo aliorum bonorum virorum, ut Catonis, Pompeii: III. quod præstet apertos inimicos habere, quam occultos: IV. quod in omnem eventum consilium paratum habeat. Nunc te Juppiter) 4. Apostrophe ad Deos, qua renovatis criminibus Verris, & maxime sacrilegiis, opem eorum implorat, quantum ad se, quantum ad Verrem, quantum ad rempub.

Vsus orationis est, cum jactantia virtutis temere jactatæ retundenda, & magistratus improbi avaritia, luxus, libido & crudelitas traducenda: denique cum Dei hominumque vindiciæ in asserendis innocentibus, & puniendis tyrannis invocandæ.

Sententiæ ex orationibus Verrinis.

EX DIVINATIONE.

1. Adductus sum, judices, officio, fide, misericordia, multorum bonorum exemplo, veteri consuetudine, institutoque majorum, ut onus hoc laboris atque officii non ex meo, sed ex meorum necessariorum tempore, mihi suscipiendum putarem.

2. Homines idonei atque integri causam reipub. legumque suscipiant.

3. In hujusmodi re quisquam tam impudens reperietur, qui ad alienam causam invitis iis, quorum negotium est, accedere aut aspirare audeat?

4. L. Crassus & M. Antonius nihil se arbitrabantur ad judicia causasque amicorum, præter fidem & ingenium afferre oportere.

5. Ni-

5. Nihil est quod minus ferendum sit, quam rationem ab altero vitæ poscere eum, qui non possit suæ reddere.

6. Perficiendum est, si quid agere aut perficere vis, ut homines te non solum audiant, verum etiam libenter studioseque audiant.

7. Ita Deos mihi velim propitios, ut cum illius diei mihi venit in mentem, quo die citato reo mihi dicendum sit, non solum commoveor animo, sed etiam toto corpore perhorresco.

8. Etenim si plurimas à tuo prætore injurias accepisses, tamen eas ferendo, majorem laudem, quam ulciscendo mererere. Sic enim à majoribus nostris accepimus, prætorem quæstori suo parentis loco esse oportere: nullam neque justiorem, neque æquiorem causam necessitudinis posse reperire, quam conjunctionem sortis, quam provinciæ, quam officii, quam publici muneris societatem.

9. Clarissimi viri nostræ civitatis, temporibus optimis, hoc sibi amplissimum pulcherrimumque ducebant, ab hospitibus, clientibusque suis, ab exteris nationibus, quæ in amicitia populi R. ditioneque essent, injurias propulsare, earumque fortunas defendere.

10. Ego vero & ætatis non modo meæ, sed multorum superioris, & honoris amplissimi puto esse, & accusare improbos, calamitososque defendere.

11. Nulla salus reipub. major est, quam eos qui alterum accusant, non minus de laude, de honore, de fama sua, quam illos qui accusantur de capite ac fortunis suis, pertimescere.

Proœmium seu principium primæ actionis.

1. Nihil est tam sanctum, quod non violari: nihil tam munitum, quod non expugnari pecunia possit.

2. Sunt homines, quos libidinis infamiæque suæ neque pudeat, neque tædeat.

3. Nulla in judiciis severitas, nulla religio, nulla denique jam existimantur esse judicia.

4. Nulli est laus, ibi esse integrum, ubi nemo est, qui aut possit, aut conetur corrumpere.

5. Cogita qui sis, quo loco, quid dare populo R., quid reddere majoribus tuis debeas.

LIBER I.

1. Multa & in Deos & homines impie nefarieque commisit: quorum scelerum pœnis agitatur, & a mente consilioque deducitur.

2. Onus est grave & incommodum, judicare.

3. Cau-

3. Causa cognita possunt multi absolvi: incognita quidem condemnari nemo potest.

4. Omnium est communis inimicus, qui fuit hostis suorum.

5. Nemo unquam sapiens proditori credendum putavit.

6. Nullæ sunt occultiores insidiæ, quam eæ, quæ latent in simulatione officii, aut in aliquo necessitudinis nomine.

7. Non potest ea natura, quæ tantum facinus commiserit, hoc uno scelere esse contenta: necesse est semper aliquid hujusmodi moliatur: necesse est in simili audacia, perfidiaque versetur.

8. Potest ne tibi ulla spes salutis commoda ostendi, cum recordaris, in Deos immortales quam impius, quam sceleratus, quam nefarius fueris.

9. Philodamus negavit moris esse Græcorum, ut in convivio virorum accumberent mulieres.

10. Pro suo quisque sensu, ac dolore loquitur.

11. Verres ne tibi tanti fuit, ut ejus libidinem hominum innocentum sanguine lui velles?

12. Testamentum P. Annius fecerat non improbum, non inofficiosum, non inhumanum.

13. An aliud Romæ æquum est: aliud in Sicilia?

14. Ab isto jus ad utilitatem suam nundinabuntur.

15. Auctoritas sæpe precio superatur.

16. Optatum negotium sibi in sinum delatum esse dicebat.

17. Hominem modestum, & minime pertinacem facile coërceas.

18. Communis est causa, commune periculum, communi præsidio talis improbitas, tanquam aliquod incendium, restinguenda est.

19. Habemus liberos parvos: incertum est, quam longa nostrum cujusque vita futura sit: consulere vivi ac prospicere debemus, ut illorum solitudo & pueritia quam firmissimo præsidio munita sit.

LIB. II.

1. Ille M. Cato sapiens cellam penariam reipub. nostræ, nutricem plebis Romanæ, Siciliam nominavit.

2. Saluti eorum potius consulam, quam voluntati.

3. Semper ita vivamus, ut rationem reddendam nobis arbitreur.

4. Dubium nemini est, quin omnes omnium pecuniæ positæ sint in eorum potestate, qui judicia dant, & eorum qui judicant.

5. Neque enim permissum est, ut impune nobis liceat, quod alteri eripuerimus, id alteri tradere.

6. Quid est turpius ingenuo, quid minus libero dignum, quam

in conventu maximo cogi à magistratu furtum reddere?

7. Exitus principio similimus reperitur.

8. Dum expedire se vult, induit.

9. Faciunt hoc homines, quos in summa nequitia non solum libido & voluptas, verum etiam ipsius nequitiæ fama delectat, ut multis in locis notas ac vestigia scelerum suorum relinqui velint.

10. Quicunque senator voluerit fieri, quamvis puer, quamvis indignus, quamvis ex eo loco, ex quo non liceret, si is precio apud eum fieret idoneus ut vinceret, factum est semper.

11. Dederunt operam, ut ita potestatem gererent, ut illam lacunam rei familiaris explerent.

LIB. III.

1. Legem sibi ipsi indicunt innocentiæ, continentiæ virtutumque omnium, qui ab altero rationem vitæ reposcunt.

2. Non est appellandum id onus, quod cum lætitia feras ac voluptate. Etenim non modo accusator, fœdus objurgator quidem ferendus est is, qui quod in altero vitium reprehendit, in eo ipso deprehenditur.

3. An tu majores ullas inimicitias putas esse, quam contrarias hominum sententias, ac dissimilitudines studiorum & voluntatum?

4. Miserum atque iniquum, ex agro homines traduci in forum, ab aratro ad subsidia, ab usu rerum rusticarum ad insolitam litem atque judicium.

5. Quis unquam conatus est jura omnia & consuetudinem omnium commutare cum vituperatione, sine quæstu?

6. Tu nisi malo coactus, recte facere nescis?

7. Habet quendam aculeum contumelia, quem pati prudentes ac viri boni difficilime possunt.

8. Multa sunt imposita ordini senatorio munera, multi labores; multa pericula, non solum legum ac judiciorum, sed etiam rumorum ac temporum.

9. Illi gemitus, luctusque provinciæ, ad tui, ad tui capitis periculum pertinent.

10. Cum tuum nomen in re tam turpi nefariaque interponerent, nihilne tibi venit in mentem existimationi tuæ consulere?

11. Magnitudo lucri obscurat periculi magnitudinem.

12. Aliquando desinat ea se putare posse emere, quæ ipse semper habuit venalia; fidem, jusjurandum, veritatem, officium, religionem.

13. O miserum, atque invidiosum, offensumque paucorum culpa atque indignitate ordinem senatorium!

14. Nihil putas in judiciis valere conjecturam, nihil suspicionem, nihil anteactæ vitæ existimationem, nihil bonorum virorum testimonia, nihil civitatum auctoritates, testimonia, literas?

15. Vt frumenta nata sunt, ita decumæ veneunt.

16. Panchrestum medicamentum pecunia; Omnia pecunia effici possunt: da, profunde, oppone, si vis vincere.

17. Fac fuisse in isto (filio Verris) C. Lælii, M. Catonis materiem atque indolem: quid ex eo boni sperari atque effici potest, qui in patris luxurie sic vixerit, ut nullum unquam pudicum neque sobrium convivium viderit? qui in epulis quotidianis, adulta ætate, per triennium inter impudicas mulieres, & intemperantes viros versatus sit? nihil unquam à patre audierit, quo prudentior aut melior esset? nihil unquam patrem agere viderit, quod cum imitatus esset, non (id quod turpissimum est) patri similis putaretur? Quibus in rebus non solum filio, verum etiam reipub. feciſti injuriam. Susceperas enim liberos non solum tibi, sed etiam patriæ: qui non modo tibi voluptati, sed etiam qui aliquando usui reipub. esse possent: eos instituere atque erudire ad majorum instituta atque civitatis disciplinam, non ad tuas turpitudines debuisti.

18. Ejusmodi respub. debet esse severitate judicum constituta, ut inimicus neque deesse nocenti possit, neque obesse innocenti.

19. Honestius est, alienis injuriis, quam re sua commoveri.

20. O consuetudo peccandi, quantam habes jucunditatem in improbis & audacibus, cum pœna abfuit, & licentia consecuta est! Ita serpit illud insitum in natura malum, consuetudine peccandi libera, finem ut audaciæ statuere ipse tibi non possis.

21. Collybus esse qui potest, cum utantur omnes uno genere nummorum?

22. Scribarum ordo honestus est, quod eorum hominum fidei tabulæ publicæ, periculaque magistratuum committuntur.

23. Mirabimur turpes aliquot in eo esse, quo cuivis licet precio pervenire?

24. Ex liberalitate atque accommodatione magistratuum, consuetudo æstimationis introducta est.

25. Neque est fere quicquam, quod homines palam facere audeant in magistratu, quamvis improbi, quin ejus facti, si non bonam, at aliquam rationem afferre soleant.

26. Cum aratori onus aliquod imponitur, non omnes, si quæ sunt,

facultates, sed orationis ipsius vis ac ratio considerandа est, quid ea sustinere, quid pati, quid efficere possit ac debeat.

27. Peccantibus exempla non deerunt, reipub. salus deerit, si improborum exemplis improbi judicio ac periculo liberabuntur.

28. Definite dubitare, utrum sit utilius, propter multos improbos uni parcere, an unius improbi supplicio multorum improbitatem coërcere.

29. Exempla ex vetere memoria, & monumentis, ac literis, plena dignitatis, plena antiquitatis; hæc plurimum solent & auctoritatis habere ad probandum, & jucunditatis ad audiendum.

30. In quos aliquid exempli populus R. statui putat oportere, ab iis tu defensionis exempla quæris? Quod nemo nisi improbus fecerit, id aliorum exemplo se fecisse defendat?

31. Homines in judiciis ad crimen defendendum, non quid fecerit quispiam, proferre solent, sed quid probarit.

32. Genus æstimationis ipsum à me nunquam est reprehensum. Sed ejus æquitas æratorum commodo & voluntate perpenditur.

33. Omnis frumenti ratio ex temporibus & annona, non ex numero, neque ex summa considerанda est.

34. Etenim hoc dico, & magna voce dico, ubicunque hoc factum est, improbe factum est: quicunque hoc fecit, supplicio dignus est.

35. Improbi sunt, qui pecunias contra leges cogunt: stulti, qui quod licere judicatum est, prætermittunt.

36. Quapropter si vos semel in judicando finem æquitatis & legis transieritis, scitote vos nullum cæteris finem improbitatis & avaritiæ reliquisse.

37. Periculosum est provinciis, genus injuriæ confirmari judicio: pernicioſum nostro ordini, populum R. existimare, non posse eos homines, qui ipsi legibus teneantur, leges in judicando religiose defendere.

38. Totæ res rusticæ ejusmodi sunt, ut eas non ratio, neque labor, sed res incertissimæ, venti tempestatesque moderentur.

LIB. IV.

1. Quæ fuit causa, cur tam diligenter majores nos in provinciis ab emptionibus removerent? Hæc, judices, quod putabant ereptionem esse, non emptionem, cum venditori suo arbitratu vendere non liceret.

2. Verisimile non est, ut ille homo tam locuples, tam honestus, religioni suæ monumentisque majorum pecuniam anteponeret. Sunt

ista

ista: verumtamen abducuntur homines nonnunquam etiam ab institutis suis magnitudine pecuniæ.

3. Malo emere, quam rogare.

4. Qui modus est in his rebus cupiditatis, idem est æstimationis: difficile est enim finem facere precio, nisi libidini feceris.

5. Ne difficilia optemus.

6. Ecquæ civitas est non modo in provinciis nostris, verum in ultimis nationibus, aut tam potens, aut tam libera, aut etiam tam immanis ac barbara: rex denique ecquis est, qui senatorem Rom. tecto ac domo non invitet?

7. Est boni judicis, parvis ex rebus conjecturam facere uniuscujusque & cupiditatis, & incontinentiæ.

8. Diodorus ab omni non modo facinore, verum etiam minimi errati suspicione remotissimus.

9. Mos à majoribus traditus est, ut monumenta majorum ita suorum quisque defendat, ut ea ne ornari quidem nomine alieno sinat.

10. Alienam mihi laudem non appeto.

11. Cognatio studiorum & artium propemodum non minus est conjuncta, quam generis & nominis.

12. Putare boni omnes debent, alienæ gloriæ defensionem ad officium suum pertinere.

13. Fuerunt olim qui hospites ad ea, quæ visenda erant, ducere solebant, & unumquidque ostendere; quos mystagogos vocabant.

LIB. V.

1. Cum judicium certa lege sit constitutum; non quid in re militari fortiter feceris, sed quemadmodum manus ab alienis pecuniis abstinueris, abs te doceri oportet.

2. Perditæ civitates, desperatis omnibus rebus, hos solent exitus exitiales habere, ut damnati in integrum restituantur, vincti solvantur, exsules reducantur, res judicatæ rescindantur. quæ cum accidunt, nemo est, quin intelligat, ruere illam rempub. Hæc ubi eveniunt, nemo est qui ullam spem salutis reliquam esse arbitretur.

3. Si quid est factum clementer, non ut dissolute factum crimineris: si quid vindicatum severe est, ex eo crudelitatis invidiam non colligas.

4. Respub. administrari sine metu ac severitate non potest.

5. Syracusarum hic situs, atque hæc natura esse loci cælique dicitur, ut nullus unquam dies tam magna, turbulentaque tempestate fuerit: quin aliquo tempore solem ejus diei homines viderent.

6. Judex esse bonus nemo potest, qui suspicione certa non movetur.

7. Nihil est victoria dulcius.

8. Fit clamor & admiratio populi, tantam esse in homine impudentiam atque audaciam, ut aliis causam calamitatum attribueret, quæ omnis propter avaritiam ipsius accidisset.

9. Innocentium pœnæ, sceleratorumque furiæ post mortem in judicium venient.

10. Errabas, Verres, & vehementer errabas, cum te maculas furtorum & flagitiorum tuorum sociorum innocentiam sanguine eluere arbitrabare.

11. O nomen dulce libertatis! ô jus eximium nostræ civitatis!

12. Civium sanguis conjunctus existimandus est.

13. Etenim cum omnibus in rebus, tum maxime in repub. permagni momenti est ratio atque inclinatio temporum.

14. M. Cato, homo sapientissimus, se virtute, non genere, populo R. commendari volebat.

15. Etenim tacitæ magis & occultæ inimicitiæ timendæ sunt, quam indictæ & apertæ.

16. Dii omnium rerum forensium, consiliorum maximorum, legum, judiciorumque arbitri & testes sunt.

VIII.

Methodus quatuordecim Orationum Philippicarum in M. Antonium.

Sunt autem habitæ post interfectum Julium Cæsarem in M. Antonium tum temporis consulem, qui sub prætextu necis Cæsaris vindicandæ res novas & reipub. inutiles moliebatur: id quod impedire orator studet, quemadmodum olim Athenis Demosthenes Philippi Macedonici consiliis vehementer adversatus est.

OECONOMIA PHILIP. I.

1. Exordii loco 1. excusat profectionem & reversionem suam. Vbi consilium suum de ἀμνηστίᾳ seu oblivione discordiarum, & Antonii hypocrisis ac inconstantia. 2. queritur de ejusdem insolentia & minis non meritis: Scilicet quod in senatum non venisset: cui opponit causam absentiæ justam, morem senatorium, denique consilium suum. 3. reprehendit levitatem senatus, qui Cæsari parentalia simul & supplı-

plicationes decreverat, idque non sine violata religione & cultu numinis.

II. Disputat de actis Cæsaris, (quæ pars primaria est) è quibus rata esse vult, quæ constet esse Cæsaris: aboleri, quæ ab ipso Antonio conficta: nimirum quod falsa, quod iniqua, quod cum veris actis Cæsaris pugnent. Nominatim autem examinantur leges Cæsaris de provinciis, judiciis, & provocatione. Additur & hortatio, ut senatus contra veniat, dum res adhuc integra sit: itemque excusatio adversationis suæ.

III. Hortatur primo Dolabellam, tum ipsum Antonium, ut missis seditiosis consiliis, paci & concordiæ reipub. studeant: 1. quod id apud cives eis gloriosum & utile futurum: 2. quod hactenus præclare se gesserint, & majores habeant laudatos: 3. quod turbatores pacis tristem exitum sortiantur, id quod exemplo docet Cæsaris.

IV. Epilogi loco gratias agit pro præstita audientia, seque totum de vovet reipub.

PHILIP. II.

Oratio apologetica est oppositа criminationibus Antonii.

I. Exordii loco queritur de fortuna sua, ut cui pietas erga patriam subinde inimicos conflet, in quibus nunc sit Antonius, nulla à se re læsus.

II. Diluit criminationes Antonii, quod 1. amicitiam violarit, adversarium soceri Antonii defendens: 2. fefellerit familiaritatem: 3. ingratus fuerit in Antonium bene meritum, nempe cedendo ipsi in petitione auguratus, & Brundusii vitæ ejus parcendo: 4. non responderit literis datis, ubi Antonium inhumanum, stultum, & ineptum arguit: 5. consulatu non sit recte perfunctus, ubi contentio inter Ciceronis & Antonii consulatum, & de utroque honoratorum virorum testimonia: 6. cadaver Lentuli (qui Antonii vitricus) sepulturæ non dederit: 7. in versibus suis se jactitet: 8. Clodium interfici curarit: 9. causa dissidii fuerit inter Pompeium & Cæsarem: 10. conscius fuerit cædis Cæsaris: 11. in castris Pompeii fuerit: 12. in castris jocos & scurrilia tractarit: 13. à nemine hæres scriptus, videlicet ob mores non probatos.

III. Recriminatur Antonium, maxime propter libidinem, ebrietatem, prodigalitatem, scurrilitatem, crudelitatem. Fidem his inter cætera faciunt Antonii Sodomiæ, familiares spurci & obscæni, tribunatus seditiosus & fax belli civilis, luxus in bonis male partis, lupercalia, nundinationes provinciarum, & similia.

IV. Hortatur Antonium ad mentem meliorem, spe & metu proposito, tandemque voto pio pro repub. concludit.

PHILIP. III.

I. Cæsarem & Brutum commendaturus monet senatum, ut Antonio propter moræ periculum primo quoque tempore occurrat.

II. Narrat primo Cæsaris, deinde Bruti acta, eaque vult à senatu approbari; quod pro repub. sint, crudelibus Antonii consiliis impeditis. Vbi Antonium comparat cum Tarquinio, & insectatur ejus Lupercalia.

III. Incitat senatum, ut Antonium non amplius pro consule, sed pro hoste habeat, quia 1. jampridem eum milites sui talem judicarint. 2. in multos bonos viros temere sit debacchatus: in Octavium propter ignobilitatem: in fratris Ciceronis filium ob familiaritatem cum Antonio: in ipsum Ciceronem ob repressum Catilinam: 3. contra rempub. multa machinatus; vanus, inconstans, obscurus, barbarus, ferus in edictis suis: 4. ipsi amici, quibus bene facere visus, eum detestentur.

IV. Concludit hortatione ad libertatem tuendam: quod Antonius tyrannus sit: quod agendi occasio data: quod magnum metuendum malum: quod agendi modus in promptu.

PHILIP. IV.

Ejusdem propemodum argumenti est cum antecedente.

I. Præfatur de studio suo in communi libertate tuenda.

II. Narrat acta senatus de Antonio, Octavio & Bruto, eaque grata esse populo ex ejus acclamationibus colligit: imo divinitus accidisse arguit ex signis.

III. Hortatur ut arma contra Antonium capiant, & defendant rempub. Argumenta sumit 1. à crudelibus Antonii consiliis: 2. à rei gerendæ oportunitate: 3. ab exemplo laudabili majorum: 4. ab ejusdem Antonii inopia & indignitate: 5. ab eventu bono, & sua erga cives pietate ac studio.

PHILIP. V.

I. Queritur de comitiis dilatis, quod ea mora cum periculo reipub. conjuncta.

II. Præmissa laudatione constantiæ senatus, refellit sententiam Pisonis de legatis ad Antonium pacis causa mittendis: quod 1. Antonius ab armis desistere nolit: 2. pudendæ levitatis & inconstantiæ

sit,

sit, acta contra Antonium probare, & nihilominus legatos ad eum, tanquam re integra, decernere: 3. totum hoc spectet ad opprimendam rempub.

III. Vult acta Antonii rescindi, ut sunt 1. leges provinciales contra auspicia & per vim latæ: 2. largitiones & quæstus immanes: 3. leges judiciariæ, quanquam sine vi, & salvis auspiciis.

IV. Queritur de atrocitate Antonii adversus ipsum Ciceronem & alios viros bonos passim: indeque redit ad dissuasionem legationis argumentis ab inutili, & indigno, addita tandem summa consilii sui.

V. Agit de honoribus & præmiis decernendis Bruto, Lepido, Octavio, Egnatuleio, denique militibus Octavii, propter consilium Antonii impeditis.

PHILIP. VI.

I. Narrat summam eorum quæ in senatu acta: & in his, quam ipse sententiam dixerit, & quo consilio senatus legationem decreverit: quanquam metuendum, ut Antonius pareat.

II. Reprehendit 1. senatum propter legationem inutilem: 2. Antonium & complices propter turbas ex inopia concitatas: 3. populum, equites, & mercatores ob adulationem.

III. Epilogi loco 1. hortatur populum, ut patienter reditum legatorum exspectet: 2. promittit vigilantiam pro repub., gratumque erga cives suos animum: 3. non obscure bellicum canit.

PHILIP. VII.

I. De pace Antonii agens recitat responsa Antonii legatis data, additis aculeatis reprehensionibus.

II. Castigat levitatem Pisonis & aliorum senatorum, qui ipsi causam belli Antoniani imputabant, & sub specie popularitatis cum hoste reipub. colludebant.

III. Affert tres causas cur pacem cum Antonio in præsentia nolit. 1. Quod ea senatui turpis sit: quippe qui jam bellum decrerit, & ad illud præparationem fecerit: nec injurias, ab Antonio acceptas, honestius quam bello vindicare possit. 2. quod periculosa, propter factionem Antonii nimis potentem, ejusdemque malitiam inexplebilem, ubi pathos fiduciæ, si in tempore contraveniatur. 3. quod impossibilis propter implacabiles offensiones partium, ut senatus, militum, equitum, populi, ducum, municipiorum.

IV. Epilogi loco 1. proponit conditiones pacis: 2. monet sena-

tum, & in primis consulem Pansam constantiæ in communi libertate, & ordinis sui auctoritate tuenda. Vide supra.

PHILIP. VIII.

Ostendit multa sibi in multis displicere. 1. In ipso consule Pansa & quibusdam collegis lenitatem intempestivam reprehendit.

II. Perstringit hypocrisin eorum, qui tumultum, quam bellum decerni malebant, argumentis ex nomine & re sumptis. videlicet 1. nomen tumultus gravius quiddam esse, & bellum includere: 2. multa utrinque hostiliter, & quemadmodum in bellis fieri solet, acta: 3. causam belli jam esse majorem, quam unquam alias.

III. Invehitur in Tuscum pacis nomen prætendentem, quod 1. pax insidiosa sit, & ad servitutem spectet: 2. se socium dominationis Antonii fore speret, tametsi falletur: 3. sub specie pietatis civicæ pro perditis civibus, imo pro hostibus pugnet: 4. idque contra exempla majorum: 5. in Massilienses satis jam afflictos nimis acerbus sit.

IV. Denique totum senatum castigat, quod legatis ab Antonio contemptis, alios mittere velit: 1. quod Antonius interim non cesset hostiliter agere: 2. iniquum petat: 3. legatis nullum honorem habuerit, cum senatus tamen Antonii scurram honeste habuerit.

V. Epilogi loco 1. hortatur senatum ad majorem constantiam; ab officio magistratus; ab exemplis majorum, in quibus Scævola; à judicio civium: 2. quid sibi animi sit ostendit: 3. colligit summam sententiæ suæ.

PHILIP. IX.

Oratio est funebris in honorem P. Sulpitii, qui in legatione ad Antonium obierat, habita.

I. Dolet de immatura morte Sulpitii, ut qui vivus reipub. multum commodare potuisset.

II. Narrat quomodo mortuus sit; & quæ de honore defuncti controversia in senatu sit; denique fundamentum jacit contentionis, causam mortis, non genus, esse spectandum.

III. Deinde contendit pro statua ei ponenda, & sepulchro publice faciendo, hoc Syllogismo. Cui legatio morti fuit, ei statua ponenda est. Sulpitio morti fuit legatio. E. ponenda ei statua. Majorem declarat exemplis. Minorem probat, quod jam male habens legatus sit, & in itinere pietatis & fidei erga patriam magis, quam valetudinis rationem habuerit. Conclusionem urget 1. ab officio senatus erga bene meritos cives: 2. à laudibus Sulpitii: 3. à pietate filii: 4. à facili,

cili, quod tantum pedestris ex ære statua poscatur: 5. ab auctoritate ipsius Servilii adversarii, honorem sepulturæ decernentis.

PHILIP. X.

Q. Fusio consilia Bruti periculosa videbantur: ideoque à senatu ea confirmari nolebat: quod contra hic Cicero.

I. Gratias agit consuli de convocato senatu, & laudato Bruto.

II. Reprehendit Fusium Bruti laudibus obstantem, quod 1. contra conscientiam & famam suam agat: 2. Brutus præclare de repub. meritus, valdeque modestus sit: 3. nisi Brutus obstitisset, Antonius multum damni reipub. intulisset: 4. Bruti actiones omnes studium pacis arguant: 5. Non metuendum à veteranis, nec eorum [illegible]do reipub. præferenda, imo pro libertate ad mortem usque pugnandum: 6. Cum Bruto omnes, cum Antonio nemo bonus faciat.

III. Colligit sententias pro Bruto & cæteris.

PHILIP. XI.

Trebonio à Dolabella interfecto, suadet hanc injuriam bello vindicari, & quidem imperatoribus Cassio & Bruto.

I. Exordii loco suum ex ea re dolorem indicat.

II. Narrat rem gestam, indeque colligit, quid cæteris bonis viris ab Antonio, & hoc ejus socio metuendum.

III. Hinc excurrit in laudem Trebonii & insectationem Dolabellæ & Antonii, nec non utriusque sociorum, à quibus senatus sibi caveat: addito tandem senatus consulto de Antonio, tanquam hoste, bello ulciscendo.

IV. Partitur sententias de imperatore ad hoc bellum deligendo, easque refutat.

Primum improbat extraordinarium imperium tanquam inutile, idque confirmat exemplis majorum.

Deinde nec vult alterum ex consulibus, quod id turpe & reipub. inutile futurum.

Postremo transscribit id bellum Cassio & Bruto, quod ii præ cæteris apti: id quod ex rebus ante gestis, & copiis Cassii arguit: addita prolepsi, quod nimium Cassium & Brutum laudet, & sic veteranos offendat.

PHILIP. XII.

Persuasum erat senatui, Antonium in potestate senatus fore, & ab armis discessurum.

Qua-

Quare cum iterum legati decreti essent, & in his ipse Cicero, orator hoc consilium dissuadet, ipseque legationem recusat.

1. Exordii loco excusat imprudentiam suam & senatus, quod amicis Antonii spem pacis præ se ferentibus fidem habuerint: quæ fraus quia nunc detecta, vult imposterum cautius agi.

II. Dissuadet legationem, quod 1. militum animos sit debilitatura: 2. cum tam pertinace & tot sceleribus inquinato nec honeste fieri possit: 3. nec utiliter & sine magno periculo.

III. Nominatim de se agit, & legationem decretam recusat, ut 1. quæ sibi turpis futura, tanquam levitatis & inconstantiæ indicium: 2. & ingrata, quippe ad hominem invisum: 3. denique etiam periculosa: id quod colligit ex itineribus faciundis, ex Antonii audacia, denique ex offensione militum. Hinc parci sibi petit, in cæteris reipub. non defuturus.

PHILIP. XIII.

M. Lepidus auctor fuerat pacis cum Antonio faciendæ: Cicero hic tuetur contrarium.

1. Exordii loco laudat pacem, scilicet ne temere bellum suadere nunc videatur.

II. Negat pacem cum Antonio fieri posse, quod 1. omnis spes ejus in bello & rapinis: ubi prosopographia Antonii: 2. nimium à senatu offensus, ubi duæ prolepses: una de incerto exitu belli: altera de auctoritate Lepidi; tum propter merita in rempub. ubi de Pompeio auctoritate senatus restituto, cui cum Antonio convenire nequeat; tum propter potentiam, cui opponit potentiam majorem: 3. quod crudelis: id quod constet ex consiliis & rebus gestis: ex legatione priori contempta: exliteris, quibus animum præ se fert minacem & implacabilem, ubi exemplar literarum cum interpositis exagitationibus. Parti de consiliis inseritur laudatio Cæsaris & Bruti, qui conatus Antonii impedivere. Pro conclusione colligit summam sententiæ suæ.

PHILIP. XIV.

Victo ad Mutinam Antonio, decernenda erat supplicatio. Id fieri quidam volebant suppressis nominibus imperatorum, abstinendo à nomine hostium, denique sagis depositis.

1. Definit hæc tria capita controversa: 1. saga retinenda esse usque ad finem belli, quod hoc justum & pium: 2. Antonium hostem dicen-

cendum esse, cum hostiliter se gesserit: 3. Duces nominandos esse, quia id moris.

II. Hinc duplex digressio sequitur. Prima in purgationem sui à suspicione tyrannidis. Altera resumit duo capita jam definita: unum; Antonium hostem dicendum esse, siquidem supplicatio fiat, quod is honos antea nemini, nisi de hoste victo concessus: alterum; imperatoribus nomen suum tribuendum, quia id mereantur. Tertia laudat eos, qui in pugna contra Antonium occubuerunt, subjuncta etiam consolatione proximorum.

III. Summatim colligit, quid imperatoribus, quid item militibus, maxime defunctis, fieri velit.

Sententiæ ex orationibus Philippicis.

PHILIP. I.

1. Memoria discordiarum civilium oblivione sempiterna delenda.

2. Serpens in urbe malum, ni provideas, manat in dies latius.

3. Fit plerumque, ut ii qui boni quid volunt afferre, affingant aliquid, quo faciant id, quod nuntient, lætius.

4. Multa homini impendent præter naturam etiam, præterq; fatum.

5. Annibal, credo, erat ad portas, aut de Pyrrhi pace agebatur.

6. Adduci non possum, ut quenquam mortuum conjungam cum deorum immortalium religione: ut, cujus sepulchrum nusquam extet ubi parentatur, ei publice supplicetur.

7. Mihi vero licet, & semper licebit, dignitatem tueri, mortem contemnere.

8. In judice spectari & fortuna decet, & dignitas.

9. Armis gesta nunquam profecto in judicium vocabuntur.

10. Odiosum est, habere iratum eundem & armatum.

11. Ea est gloria, laus recte factorum, magnorumque in rempub. meritorum, quæ cum optimi cujusque, tum etiam multitudinis testimonio comprobatur.

12. Licet quod cuique libet loquatur: credere non est necesse.

13. Nihil est tam sanctum, quod non soleant domestici depravare nonnunquam.

14. Carum etiam civem bene de repub. mereri, laudari, coli, diligi, glorioſum est: metui vero & in odio esse, invidiosum, detestabile, imbecillum, caducum.

15. Illa est vita, illa secunda fortuna civis, libertate esse parem cum cæteris, principem dignitate.

16.

16. Beatus est nemo, qui ea lege vivit, ut non modo impune, sed etiam cum summa interfectoris gloria interfici possit.

PHILIP. II.

1. Quorum facta imitaris, eorum exitus perhorresco.

2. Quis unquam, qui paulum modo bonorum consuetudinem nosset, literas ad se ab amico missas, offensione aliqua interposita, in medium protulit, palamque recitavit?

3. Quid est clementius, quam cum ipse contra rempub. pernicios arma ceperis, objicere alteri salutaria?

4. Mihi omnis pax cum civibus bello civili utilior videtur.

5. Homines quamvis in turbidis rebus sint, tamen si modo homines sunt, interdum animis relaxantur.

6. Est pietas plena defensio.

7. O miserum te, si intelligis! miseriorem, si non intelligis!

8. Non potest ulla esse in scelere felicitas.

9. Miserum est, id negare non posse, quod sit turpissimum confiteri.

10. Si quis reipub. sit infelix, felix esse non potest.

11. Male parta malè dilabuntur.

12. Quorum facinus est causa, cur non sit eorum præda communis.

13. Ter pugnavit Cæsar cum civibus: in Thessalia, Africa, Hispania.

14. Ab homine nunquam sobrio non est postulanda prudentia.

15. Dicebam; quoad metueres, omnia te promissurum: simul ac timere desiisses, similem te futurum tui.

16. Te bonum timor faciebat, non diuturni magister officii.

17. Nullius insector calamitatem.

18. Caritate & benevolentia civium septum oportet esse, non armis.

19. Nomen pacis dulce est, & ipsa res salutaris: sed inter pacem & servitutem plurimum interest. Par est tranquilla libertas: servitus malorum omnium postremum, non modo bello, sed morte etiam repellendum.

20. Satis in ipsa conscientia pulcherrimi facti fructus est.

21. Vt quidam morbo aliquo, & sensus stupore suavitatem cibi non sentiunt: sic libidinosi, avari, facinorosi, veræ laudis gustum non habent.

22. Quin etiam corpus libenter obtulerim, si repræsentari morte mea libertas civitatis potest.

PHI-

PHILIP. III.

1. Breve tempus longum est imparatis. Dies enim affert, & hora potius, nisi provisum est, magnas sæpe clades: certus autem dies, non ut sacrificii, sic consilii expectari solet.

2. Cum omnis est servitus misera, tum vero intolerabile est servire impuro, impudico, effæminato, nunquam, ne in metu quidem, sobrio.

3. Fustuarium meruerunt legiones, quæ consulem reliquerunt.

4. Currentem (ut dicitur) incitavi.

5. O præclarum custodem ovium (ut aiunt) lupum.

6. Cum dignitate potius cadamus, quam cum ignominia serviamus. Nihil est detestabilius dedecore, nihil fædius servitute.

PHILIP. IV.

1. Faciam, ut imperatores instructa acie solent: quanquam paratissimos milites ad pugnandum videant, ut eos tamen adhortentur: Sic ego vos ardentes & erectos ad libertatem recuperandam cohortabor.

2. Mortem quidem omnibus natura proposuit: crudelitatem mortis & dedecus virtus propulsare solet.

3. Quanquam omnia alia incerta sunt, caduca, mobilia: virtus est una altissimis defixa radicibus, quæ nunquam ulla vi labefactari potest, nunquam dimoveri loco.

PHILIP. V.

1. Nervus belli, pecunia.

2. An potest cognatio ulla propior esse, quam patria; in qua parentes etiam continentur?

3. Minimis momentis maximæ inclinationes temporum fiunt, cum in omni casu reipub. tum in bello, & maximis civili, quod opinione plerumque & fama gubernatur.

4. Omne malum nascens facile opprimitur: inveteratum fit plerumque robustius.

5. Nullam mercedem virtus, præter laudis gloriæque desiderat: qua etiamsi careat, tamen sit se ipsa contenta, atque in memoria gratorum civium tanquam in luce posita lætetur.

6. Quid optatius accidere potest, quam, bellum civile, cujus belli exitum timemus, sapientia potius extingui quam armis; & terrorem in discrimen adducere?

7. Pie-

7. Pietas nemini fraudi esse debet.

8. Ab excellenti eximiaque virtute progressum ætatis exspectari non oportere.

9. Sæpe magna indoles virtutis, priusquam reipub. prodesse potuit, exstinguitur.

10. Quid Macedo Alexander? cum ab ineunte ætate res maximas gerere cæpisset, nonne tertio & tricesimo anno mortem obiit? quæ est ætas nostris legibus decem annis minor, quam consularis. Ex quo judicari potest, virtutis esse, quam ætatis, cursum celeriorem.

11. Quid stultius, quam inutilem potentiam, invidiosas opes, cupiditatem dominandi præcipitem & lubricam, anteferre veræ, gravi, solidæ gloriæ?

12. Omnes Cæsar inimicitias reipub. condonavit: hanc sibi judicem constituit, hanc moderatricem omnium factorum.

PHILIP. VI.

1. Flumen Rubico finis est Galliæ.

2. In rebus gerendis tarditas & procrastinatio odiosa est.

3. Si pacem afferent, cupidum me: si bellum, providum judicatote.

4. Populum Romanum servire fas non est.

PHILIP. VII.

1. Ipsi se dicunt consulares: quo nomine dignus est nemo, nisi qui tanti honoris nomen potest sustinere.

2 Tum illustratur consulatus, cum gubernat rempub. si non optabili, at necessario tempore.

3. Cur pacem nolo? quia turpis est, quia periculosa, quia esse non potest.

4. Nec ego pacem nolo: sed pacis nomine bellum involutum reformido.

5. Turpe est summo consilio, præsertim in re perspicua, consilium intelligendi defuisse.

PHILIP. VIII.

1. Potest esse bellum sine tumultu: tumultus esse sine bello non potest. Quid est enim aliud tumultus, nisi perturbatio tanta, ut major timor oriatur? unde etiam nomen ductum est tumultus.

2. Scelerum promissio & iis qui exspectant, perniciosa est, & iis qui promittunt.

3. Quid

3. Quid? tu servitutem pacem vocas? Quæ causa justior est belli gerendi, quam servitutis depulsio? in qua etiamsi non sit molestus dominus, tamen est miserrimum, posse si velit.

4. Bis falleris: primum quod tuas rationes communibus anteponis: deinde quod quicquam stabile in regno, aut jucundum putas.

5. In corpore si quid ejusmodi est, quod reliquo corpori noceat, uri secarique patimur, ut membrum aliquod potius, quam totum corpus intereat: sic in reipub. corpore, ut totum salvum sit, quicquid est pestiferum, amputetur.

6. Sine verborum contumelia à te dissentire possum: sine animi summo dolore non possum. Ego sine iracundia dico, nec tamen sine dolore.

7. O dii immortales! quam magnum est, personam in repub. tueri principis: quæ non animis solum debet, sed etiam oculis servire civium.

8. Turpis fuga mortis omni est morte pejor.

9. Summa laus consularium; vigilare, cogitare, adesse animo, semper aliquid pro repub. aut facere, aut dicere.

10. Alterius labori ne invideas.

PHILIP. IX.

1. Is profecto mortem attulit, qui causa mortis fuit.

2. Vita mortuorum in memoria vivorum est posita.

3. Servius Sulpitius non magis juris consultus, quam justitiæ fuit: itaque quæ proficiscebantur à legibus & à jure civili, semper ad facilitatem, æquitatemque referebat: neque constituere litium actiones malebat, quam controversias tollere.

4. Multum valere ad patris honorem pietas filii videtur.

5. Sepulchra fiunt sanctiora vetustate.

PHILIP. X.

1. Nemo alterius, qui suæ confidit, virtuti invidet.

2. Incerti exitus sunt belli.

3. Vita nulla est omnino servienti.

4. Ita præclara est recuperatio libertatis, ut ne mors quidem sit in repetenda libertate fugienda.

5. In Bruti consiliis atque factis, nec nimium, nec parum fuit unquam.

6. Contra vim vi experiendum.

PHILIP. XI.

1. L. Cinna crudelis, C. Marius in iracundia perseverans, L. Sylla vehemens fuit.

2. Mortis pœna in cives nimis crudelis putatur.

3 Quorum summum quondam inter ipsos odium, bellumque meministis, eosdem postea singulari inter se consensu & amore devinxit impurissimæ naturæ & turpissimæ vitæ similitudo.

4. Dextra fidei testis est.

5. Est sapientis, quicquid homini accidere possit, id præmeditari; ferendum modice, si advenerit, esse: majoris omnino est consilii, providere nequid tale accidat: sed animi non minoris, fortiter ferre, si evenerit.

6. Non graviora sunt carnificum tormenta, quam interdum cruciamenta morborum.

7. Quo major vis est animi, quam corporis, hoc sunt graviora ea, quæ concipiuntur animo, quam illa, quæ corpore. Miserior igitur, qui suscipit in se scelus, quam is qui alterius scelus subirecogitur.

8. Occulta sunt vitia inquirenti.

9. Si nocens absolvitur, judicum culpa est, non patroni, qui defendere debet fide optimâ.

10. Non possunt non prodige vivere, qui aliena bona speraut, cum effundunt sua.

11. Extraordinarium semper imperium populare atque ventosum est.

12. Cur cum pari dignitate simus, eodem honore digni non putemur?

13. Potest quis refragari non modo non petenti, verum etiam recusanti?

14. Duas res, magnas præsertim, non modo agere uno tempore, sed ne cogitando quidem explicare quisquam potest.

15. Quod agitur, agamus.

16. Mors servituti anteponenda est.

17. Necesse est in tanta conversione & perturbatione omnium rerum temporibus potius parere, quam moribus.

18. Salus libertasque patriæ lex sanctissima, & mos optimus judicanda est.

19. Est lex nihil aliud, nisi recta & à numine Deorum tracta ratio, imperans honesta, prohibens contraria.

20. Si recta sententia, ne recta quidem causa vituperanda est.

21. Nihil semper floret: ætas succedit ætati.

PHILIP. XII.

1. In vultu habitant oculi.

2. Quid opus est novo consilio, si in re nihil omnino novi est?

3. Quid integrum est non sapienti quod restitui potest?

4. Cujusvis hominis est errare; nullius, nisi insipientis, in errore perseverare. Posteriores enim cogitationes (ut aiunt) sapientiores volent esse.

5. Optimus est portus pœnitenti mutatio consilii.

6. Omnis æquo animo belli patitur injurias, dummodo repellat periculum servitutis.

7. Quæ est conditio pacis, in qua ei, cum quo pacem facias, nihil concedi potest?

8. Quidvis homini accidere potest.

9. Gloriam in morte debent ii, qui in repub. versantur, non culpæ reprehensionem & stulticiæ vituperationem, relinquere.

10. Qui multorum custodem se profitetur, eum sapientes sui primum capitis aiunt custodem esse oportere.

11. Sunt fortes illi quidem (milites veterani,) sed propter memoriam rerum, quas gesserunt pro populi R. libertate & salute reipub. nimis feroces, & ad suam vim nostra consilia revocantes.

12. Mors necessitatem habeat fati, aut, si ante oppetenda est, oppetatur cum gloria.

PHILIP. XIII.

1. Dulce nomen est pacis, res vero ipsa cum jucunda, tum salutaris. Nam nec privatos focos, nec publicas leges, nec libertatis jura cara habere potest, quem discordiæ, quem cædes civium, quem bellum civile delectat.

2. Proximo bello si aliquid de summa gravitate Pompeius, multum de cupiditate Cæsar dimisisset, & pacem stabilem, & aliquam rempub. nobis habere licuisset.

3. At incertus exitus belli? Est omnino fortium virorum, virtute præstare tantum, ut possint fortunæ culpam non extimescere.

4. Id optimum judicandum, quod sit sapientissime constitutum.

5. Si non spiritu, at virtutis laude vivemus.

6. Respub. mihi vita mea semper fuit carior.

7. Omnia ne bonis viris, quæ facere possunt, facienda sunt? etiam ne si turpia, si pernicioſa erunt, si facere omnino non licebit?

8. Licet nemini contra patriam ducere exercitum.

9. Speramus optima: pati vel difficillima malumus, quam servire.

10. Bonos cives primum natura efficit: adjuvat deinde fortuna.

11. Omnibus bonis expedit salvam esse rempub.; sed in iis, qui fortunati sunt, magis id apparet.

12. Auctoritati cedat audacia.

13. O miser cum re, tum hoc ipso quod non sentis, quam miser sis!

14. Maxima pietas conservatione patriæ continetur.

15. Optatissimum est vincere: secundum est, nullum casum pro dignitate & libertate patriæ non ferendum putare.

PHILIP. XIV.

1. Is demum est justus triumphus ac verus, cum bene de repub. meritis testimonium à consensu civitatis datur.

2. Excellentium civium virtutem imitatione dignam, non invidia, putemus.

3. Magnus est in repub. campus, multis apertus cursus ad laudem.

4. Multi sententiam suam non utilitate reipub., sed cum spe, tum amore mutant.

5. Vt cursu cursus, sic in viris fortibus virtus virtute superatur.

6. O fortunata mors, quæ naturæ debita, pro patria est potissimum reddita!

7. In fuga fœda mors est; in victoria, glorioſa.

8. Mars ipse ex acie fortissimum quemque pignorari solet.

9. Brevis nobis vita data est: at memoria bene redditæ vitæ sempiterna.

10. Præmia militibus promissa, vivis victoribusque cumulate persolvenda: qui autem ex iis, quibus illa promissa sunt, pro patria occiderunt, eorum parentibus, liberis, conjugibus, fratribus eadem tribuenda censeo.

Appendix de ordine, ſtatu, & uſu orationum Ciceronianarum omnium.

Orationes à Cicerone privato adhuc habitæ, an. ætat. 26, & 27.

1. Pro P. Quintio, quod ejus bona Nevius nequaquam ex edicto prætoris poſſideat. Habet locum in defenſione contra vim injuſtam potentiorum.

2. Pro Amerino, quod non ſit parricida. Vſus erit in defenſione contra homicidii, aut ſimili atrocis facinoris actionem.

Orationes à Cicerone, jam quæſtore, & ædile, dictæ, ab an. æt. 31. ad an. 38.

3. Pro Roſcio Comœdo, non debere eum Fannio pecuniam ex ſocietate. Imitaberis contra furtum & ſpolium intentatum aliquem defenſurus.

4. Prima in Verrem, quod ipſe Cicero actor contra Verrem eligendus, Cæcilio rejecto. Simili modo comparatio inſtitui poteſt perſonarum, in conſultatione, cui hoc, vel illud munus quam rectiſſime committatur.

5. Secunda de modo accuſandi diſputat, quod non perpetua, ſed interciſa oratione uti velit, ad brevem criminum narrationem protinus teſtes & tabulas producturus. Imitandi locus erit, cum methodus agendi judici probanda eſt.

6. Tertia, quod Verres quæſturam, legationem, & urbanam prætoram peſſime adminiſtrarit. Exemplum dat invehendi in perſonæ alicujus publicæ avaritiam & fraudes.

7. Quarta, Verrem etiam in Sicilienſi prætura improbe ſe geſſiſſe. Docet, quomodo corruptores judiciorum, & perverſores legum, denique avari & fraudulenti magiſtratus tractandi ſint.

8. Quinta, fraudes frumentarias exagitat. Ad quem modum rapaces præfectos & ruſticorum flagellatores deferes.

9. Sexta, furta ſignorum & ſimilium ornamentorum accuſat. Qualis actio ſæpius uſu venire poteſt.

10. Septima crudelitatem in ſuppliciis perſequitur. Vnde tyrannis inſectandis adhiberi poteſt.

11. Pro M. Fonteio, quod hoc prætore Gallia non ſit ære alieno oppreſſa. Illuſtrem locum habet de elevandis teſtibus.

12. Pro A. Cecinna, quod eum Ebutius de prædio vi dejecerit, & ex interdicto unde vi, ad Cecinnam reſtituendum teneatur. Ita-

que monstrat, quomodo legis, testamenti, cautionis, stipulationis, & scripti cujusque sententia & mens contra calumniatorum verba defendenda.

Orationes prætoriæ ab an. æt. 40. ad 44.

13. Pro lege Manilia de bello Mithridatico continuando, & ad illud imperatore deligendo Pompeio. Videbis hic, quomodo Classicum canendum, vigilantia & studium excitandum, denique officium bellicum aut simile alteri impetrandum.

14. Pro A. Cluentio, quod Oppianicus juste condemnatus: quod judicium pecunia corruperit: quod denique Cluentius eum veneno non sustulerit. Observa, quomodo sententiæ ac judicia defendenda, in prævaricatores invehendum.

Orationes consulares an. æt. 44.

15. Prima agraria Rulli legem de vectigalibus vendendis, agris emendis & in populum distribuendis, coloniisque deducendis, in senatu dissuadet.

16. Secunda idem facit ad populum.

17. Tertia refellit calumniam tyrannidis Syllanæ revocandæ. Usus harum orationum erit in dissuasionibus consiliorum insidiosorum, & recriminationibus adversariorum.

18. Pro C. Rabirio, quod non sit perduellis Saturnino Trib. plebis occiso. Disces ex oratione, quomodo exemplis aliorum jus alicujus facti defendendum.

19. Prima in Catilinam hortatur, ut urbe exeat, idque magna cum commotione & vehementia. Valet ad terrendos homines audaces, & seditionum machinatores.

20. Secunda gratulatur populo de ejecto & profligato Catilina. Imitari potes, ubi nefariæ alicujus molitiones consilio ac vigilantia tua prævisæ ac disturbatæ.

21. Tertia hortatur cives, ut Deorum suumque beneficium, reipub. in summo periculo præstitum, grato animo recognoscant. Locum habet, ubi opera reipub. in magno discrimine navata memoranda.

22. Quarta disputat de pœna conjuratorum, non obscure Syllani sententiam de iis interficiendis approbans. Habes exemplum prudenter & moderate aliorum sententias expendendi, ut nullam partem offendas.

23. Pro Muræna, quod vita ejus jure reprehendi non possit, nec in Sulpitio sit inferior, nec ambitus crimine teneatur. Præ-

bet

bet exemplum alicujus defendendi vitam, dignitatem, & innocentiam.

Orationes post consulatum, ante exilium dicta, ab an. atat. 45. usque ad 49.

24. Pro L. Sylla, non fuisse eum inter conjuratos Catilinæ. Simili modo defendes aliquem contra suspitionem sodalitii pravi, rationibus ex vita & moribus ante actis desumptis.

25. Pro Archia, esse eum non tantum civem Romanum, sed etiam civitate dignum. Vide, quomodo quis ex lege, doctrina, & meritis tuendus.

26. Pro L. Flacco, quod non queat repetundarum convinci. Patet hinc, quomodo alicujus fama contra testes citatos & sparsum communem multitudinis rumorem vindicanda.

Orationes post reditum ab exilio, ab an. atat. 50. ad 64.

27. Post reditum agit senatui gratias, cujus beneficio restitutus erat.

28. Idem prædicat ad Quirites. Exempla habes magnificarum laudationum & gratiarum actionum.

29. Pro domo sua ad Pontifices, quod domus sua jussu Clodii eversa, & Deæ libertati conservata, jure sibi restituenda. Habet exemplum rem suam repetendi, & quidem cum acri insectatione ejus, à quo quis læsus.

30. De responsis Aruspicum, qui non se Ciceronem, cujus domus dejecta, sed ipsum Clodium notarint. Elegans locus est defensionis ex scripto & sententia, adversariique allegata pro nobis interpretandi.

31. Pro P. Sextio, quod in Tribunatu nihil per vim commiserit, sed cum maxima laude in eo versatus sit. Potest imitandi locus esse, cum cujus integritas defendenda, idemque simul à parentibus, vita, moribus, gestis rebus laudandus.

32. In Vatinium, quod ejus, ut hominis vani & improbi, testimonio non credendum. Habet locum in exceptionibus contra testes, & vituperatioibus exvita & moribus.

33. Pro M. Cælio, ut qui neque aurum à Clodia sumpserit, neque venenum eidem pararit.

Vsui erit, ubi adulterium, mutuum, veneficium, & simile quid negandum.

34. Pro Cornelio Balbo, quod eum jure civitate donarit Pompeius. Habet, quo beneficium alicujus defendas.

35. De provinciis Consularibus: Pisoni & Gabinio esse Syriam

& Macedoniam abrogandas, Cæsari vero Galliam prorogandam.

Vsui erit, cum de ejiciendo, nec acceptando, vel de eligendo & retinendo magistratu quæstio est.

36. In L. Pisonem, quod cum Cicerone fortunis & dignitate non comparandus: quippe qui ad honores errore hominum obrepserit, & tam consulatum, quam privatam vitam omni vitiorum genere commaculârit. Habet usum oratio, cum quis ob fortunæ iniquitatem exagitatus, adversario dignum responsum parat, suæque vitæ rationes cum illius confert.

37. Pro Cn. Plancio, quod non injuria vel largitione, sed merito ædilis factus, & Laterensi prælatus. Habet usum, cum populi in conferenda dignitate favor ac suffragia defendenda.

38. Pro C. Rabirio Posthumo, eum non accepisse pecuniam ob rem judicandam. Poterit simili arte aliquis defendi à δωροφαγίας & prævaricationis calumnia.

39. Pro T. Annio Milone, quod juste Clodium interemerit.

Vsui erit in cæde, lege, translatione, & remotione defendenda.

40. Pro M. Marcello, Cæsaris moderationem in Marcello restituendo plurimum laudis mereri. Locum habet in commendatione alicujus facti, & gratiarum actione.

41. Pro Q. Ligario, eum communi errore & fatali necessitate diutius in Africa substitisse, ne Cæsari provincia traderetur: idque ipsum nunc fateri, & deprecari. Vide qua arte offensiones magnatum excusandæ, molliendæ, & deprecandæ sint.

42. Pro Rege Deiotaro, eum non insidiatum fuisse Cæsari, nec cætera objecta crimina commisisse. Habet locum in defensione dominorum adversus delationes subditorum apud principem potentiorem.

33. *Philippica Prima.* Excusat absentiam suam, disputat de actis Cæsaris, denique hortatur Antonium, ut rectis studiis ad gloriam & honores contendat.

Vsus erit, cum invidiæ absentiæ occurrendum, magistratus defuncti acta examinanda, & rerum novarum auctores ad saniora consilia traducendi.

44. *Philip.* 11. Defendit se contra calumnias Antonii, & hujus recriminatur libidinem, temulentiam, prodigalitatem, scurrilitatem, crudelitatem, nundinationes.

Imitaberis tuam vindicaturus innocentiam, maxime in offensionibus publicis, & adversarium, privatim ut scurram, publice ut hostem juris & libertatis traducturus.

45.

45. *Philip.* III. Vult Cæsaris & Bruti acta auctoritate publica confirmari, & Antonium hostem Reipub. declarari.

Vsus erit, cum bonorum contra cives seditiosos consilia comprobari, hos armis compesci, & libertatem à majoribus traditam defendi volumus.

46. *Philip.* IV. Vult Octavii & Bruti acta rata haberi, & bellum contra Antonium decretum suscipi.

Vsus erit, cum recte facta laudanda, & decretorum contra hostes exsequutio urgenda veniet.

47. *Philip.* V. Questus de comitiis dilatis, disputat contra Pisonem de pace per legatos tentanda apud Antonium: cujus etiam acta rescindi vult, & præmia decerni iis, qui consilium Antonii impediviſſent.

Vsus est, cum vana spes pacis refutanda, acta tyrannorum abroganda, arma justa capienda, & patriotis fidelibus præmia constituenda.

48. *Philip.* VI. Exponit populo, quo consilio legati ad Antonium missi, quidque reversis pace irrita faciendum: quam ad rem suam operam promittit.

Vsus est, cum pacis consilia irrita fore apparet, & præparatio facienda ad bellum.

49. *Philip.* VII. Improbat pacem Antonianam.

Vsus est, cum pacis nomine bellum involutum apparet.

50. *Philip.* VIII. Castigat consulem Pansam, Fusium, & collegas senatores, quod cum Antonio colludant, & bellum gerentem non bello compescant.

Vsus erit, cum simulatoribus, & intempestivæ lenitatis auctoribus occurrendum: videlicet quia altera pars omnium libertati & saluti insidietur.

51. *Philip.* IX. Oratio funebris in honorem Servii Sulpitii, qui in legatione ad Antonium obierat. Ei vult statuam poni, & sepulchrum publice fieri.

Vsus erit, cum pro memoria honesta viri illustris, & in publico munere defuncti, contendendum.

52. *Philip.* X. Q. Fusius accusarat D. Brutum, quod inconsulto senatu exercitum contra Antonium comparasset. Cicero factum defendit, & à senatu vult confirmari.

Vsus erit, cum recte & pro repub. facta contra invidorum criminationes & calumnias defendenda sunt.

53. *Philip.* XI. Vult Trebonii à Dolabella interfecti injuriam

bello vindicari, idque imperatoribus Cassio & Bruto.

Vsus erit, cum de injuriis bello vindicandis, & de idoneo belli duce quæritur.

54. *Philip.* XII. Dissuadet legationem ad Antonium iterum tentatam, omnino, si se hanc ad rem uti velint, recusare.

Vsus erit, ubi cum hominibus desperatis agendum, maxime si nostra opera ad eam rem requiritur, quibus id neque honestum, neque tutum satis sit.

55. *Philip.* XIII. Opponit se M. Lepido, pacis cum Antonio faciendæ auctori, quod ea pax minime tuta futura, nec è dignitate reipubl.

Vsus in simili quæstione erit.

56. *Philip.* XIV. Victus erat ad Mutinam Antonius. Hinc quæstione in senatu orta de supplicatione decernenda, tria disputat. 1. Saga retinenda esse usque ad belli finem: 2. Antonium ut hostem tractandum: 3. Duces nominandos, & militibus præmia decernenda.

FINIS LIBRI SECVNDI.

EXER-

EXERCITATIONVM RHETORICARVM

LIBER III.

Oeconomiam & usum ostendens omnium orationum Antonii Mureti.

LIB. I. ORAT. I.

Encomium Theologiæ.

I. EXordium à re ipsa sumptum, tribus partibus constat. Cum omnes) 1. Laudat Theologos, utpote in ea disciplina occupatos, quæ animum cum Deo conjungat. De illius) 2. Excusat se, quod de tanta re dicturus, adolescens certe, & in hac disciplina vix tiro, nec ab eloquentia satis instructus. Motum autem se dicit auctoritate superiorum. Sophistæ) Phormionem intelligit, qui ab Annibale irrisus, quod de acie instruenda apud exercitatissimum imperatorem verba facere veritus non esset, cum ipse nunquam in acie fuisset. Illud modo) 3. Petit audientiam.

II. Atque ut hinc) Propositio per formam definitionis: Theologiam esse, quæ divinæ sapientiæ thesauros recludat.

III. Sed quemadmodum) Confirmatio à quatruplici utilitate. 1. Prima est, quod viam docet ad æternam salutem perveniendi: ubi præmissa ratione methodi, dividit Theologiam in Legem & Evangelium, &, quid singulæ ad salutem conferant, docet. Nominatim etiam Legem commendat ab ejus auctore Deo, perfectione mandatorum, & usu in monstranda homini sua miseria: Evangelium vero, quod auctorem salutis recuperandæ monstret, ubi de φιλανθρωπία Domini, quem cum Catena Homerica, & Scala Jacobi confert. Atque hæc quidem) 2. quod ipsam Philosophiam perficit; ubi errores Philosophorum recensentur de origine & duratione mundi, itemq; de animorum natura & statu post mortem hominis, quos errores Theologia refellit ac corrigit. Τυδείδην) Diomedem notat, medium inter Trojanos & Græcos se gerentem. In legem Solonis) quæ pœnam minatur civi in dissensionibus civitatis cum neutra parte stanti. Quodsi quis) 3. quod multum etiam amænitatis suppeditat: id quod inductione poë-

poëticæ & hiſtoriæ ſacræ comprobatur. Contra vero) 4. quod animum, ab omnibus rebus terrenis abductum, in uno Deo ſuaviter conquieſcere, & omnes vitæ ærumnæ vincere facit: ubi apoſtrophe ad Theologiam cum exclamatione.

IV. At vos) Epilogus habens cohortationem ad tam divinum ſtudium magnificiendum.

Potes hinc nominatim ſive legis, ſive Evangelii, ſive totius verbi divini laudationem retexere, & uberius perſequi: nec abſurdum erit, ſimilibus argumentis aliquam ex humanis diſciplinis exornare.

LIB. I. ORAT. II.

Laudatio bonarum literarum.

I. Quæ ſingulæ) Exordium habet παθος timoris ob amplitudinem loci, auditorum dignitatem, & partes dicendi ultro ſuſceptas: quibus opponit auditorum humanitatem: & conſilii ſui honeſtatem: ubi & petitio audientiæ per prolepſin.

II. Magnæ omnino) Propoſitio: literas civitatibus magno ornamento & præſidio eſſe.

III. Nam cum felicitas) Confirmationis ſumma eſt, quia cives bonos faciunt. Hoc declaratur diſtributione ætatum, & temporum. Ætatis ſunt, pueritia, adoleſcentia, & virorum tempora togatum & bellicum.

Eæ nos) Quid literæ pueris præſtent, ubi ſimile à ſementi.

Vt vero infirmam) Quid literæ conferant adoleſcentibus, ubi exemplum Themiſtoclis, & excurſus de voluptatibus literatorum, fabulis de Minerva, & Argonautis, & exemplis Chryſippi, Archimedis, & Solonis, comprobatur.

Sed ut eo) Quid literæ viris proſint.

Nam cum duo) Quid literarum uſus in pace, ubi de Manlio Torquato, & Tireſia.

Sed ſunt quidam) De literarum uſu bellico, in ſuppeditandis conſiliis, inflammando animo, excitando milite: ubi de Neſtore, Tyrtæo, Archyta, & aliis, ipſiſque adeo Venetis.

IV. O divinæ) Peroratio 1. παθος movet ab apophthegmate Platonis: 2. abrumpit orationem longiorem: 3. petit orationem benigne accipi.

Simili modo magiſtratui commendabis curam ſcholarum, quod eæ omni vitæ conducant. ubi 1. Scholam conferes cum ſeminario: 2. docebis, quæ illic ſementis fiat religionis, artium, & bonorum mo-

morum: 3. addes, quæ à juventute bene educta commoda percipiant œconomiæ, ecclesiæ, respublicæ.

LIB. I. ORAT. III.

Defensio literarum contra earum vituperatores.

I. Permultos esse) Exordium ducit à dicendi causa, nimirum quod nonnulli de literis humanioribus contemptim sentiant, qui omnino refutandi: tum quod id officii sui sit: tum quod ipsius senatus Veneti auctoritas agatur.

II. Sed quoniam) Propositio cum loco attentionis: literas bonas profiteri, non esse rem ita facilem, vel infrugiferam, ut vulgus putat.

III. Contentio tripartita. Atque adeo) 1. Recenset causas, ob quas literæ vulgo contemnantur: Scilicet quod professores earum in nullo sint honore: quod res tractent inanes: quod præstet philosophiam, tanquam res digniores complexam, discere: ubi nominatim commendantur Logica, Physica, Ethica: addita duplici figura: una admirationis in laudem Philosophiæ: altera irrisionis Professorum, qui jam dicti. Hæc fere est) 2. Concedit quod in Philosophiæ laudem objectum, dum modo & literis tribuant æquum. Nam primum) 3. Contra criminatores jam auditos defendit 1. Poëticam, à materia, & ipsorum Philosophorum, maxime Aristotelis & Platonis, auctoritate: 2. Oratoriam, ab insigni ejus usu in docendo, hortando, consolando, defendendo: ab exemplo Ciceronis: à collatione eloquentiæ cum potentia: 3. interpretes poëtarum & oratorum, quod instructos eos esse oporteat tum rerum multarum cognitione, tum oratione emendata & eleganti, ubi collatio cum aliarum facultatum professoribus, denique sua ipsius experientia.

IV. Quæ cum ita) Peroratio ad Scopum collimat. 1. Summam colligens eorum, quæ dicta: 2. monens censores istos, ut æquius de his literis judicent: 3. commendans earum magistros senatui.

Habes exemplum defendendi munus susceptum. ubi 1. recensenda judicia: 2. formandæ controversiæ status. 3. argumenta refutanda.

Nominatim potes ex oratione colligere laudem 1. φιλολογίας ab experientia doctrinæ variæ, & accurato usu linguæ: 2. poëticæ, à rebus quas continet, & ab auctoritate: 3. oratoriæ, ab usu per omnem vitam.

LIB.

LIB. I. ORAT. IV.

Consilium de Philosophiæ & Eloquentiæ conjunctione.

1. Si quis) Exordium συγκλητικὸν est, à consilio præsenti in interpretandis Tusculanis quæstionibus: ubi 1. propositio consilii per dissimilitudinem aliorum professorum sui ordinis, qui solis oratoribus & poëtis enarrandis contenti sint: 2. ratio, quod semper Philosophica cum oratoriis conjungenda duxerit: id quod & ipse fecerit, & aliis ut facerent, auctor fuerit: 3. Expositio ab incommodis, si alterutrum omittatur, ubi excursus de methodo, qua hactenus in docendo usus, quando Verrinis actionibus subjunxerit libros de finibus, & nunc absolutis Catilinariis, Tusculanas quæstiones explicare velit, unde primi libri argumentum & commendationem inserit.

11. Sed quoniam) Propositio, ubi 1. statum controversiæ format per antithesin sententiæ adversariæ (cujus tres causæ inseruntur) & suæ, arbitrio auditoribus concesso: 2. deinde controversiam dividit in duas partes: 3. petit audientiam.

111. Ecquid intelligitis) Contentio pro Philosophia duabus rationibus constat: 1. Quod res suppeditat, de quibus dicendum, tali forma: Quod oratori res suppeditat ad dicendum pertinentes, id ei necessarium est. Philosophia id facit. E. Major habet excursum de differentia inter homines, Bruta & Angelos, deque rationis instrumentis, quæ sunt in inquirendo sensus, in communicando oratio & literæ. Minor augetur inductione: ubi anaphora & communicatio. Ac mihi quidem) 2. quod officia oratoris regit, quæ sunt, docere, delectare, movere. Ad docendum pertinent loci & enthymemata Philosophorum: ad delectandum, copia bonarum rerum, ubi similitudo à cibo & perenni fonte: ad movendum, disputationes de affectibus. His adduntur duæ prolepses.

Sed increbuit) Vna, quod res ex Rhetorum campis disci queant: cui respondet ab exemplis præstantissimorum oratorum, qui Philosophiæ operam dederint, ut Periclis, Demosthenis, Ciceronis.

At queruntur) Altera, quod Philosophiæ studium sit difficile & inamænum. Vbi 1. negat consequentiam, quod non statim res bonæ propter difficultatem, quam habent, contemnendæ. 2. tuetur contrarium, quod Philosophiæ studium dulce & jucundum sit, argumento ab experientia.

Nunc igitur) Contentio pro Eloquentia triplici prolepsi conficitur. 1. Quod Philosopho non sit necessaria: quod ita concedit, ut in

Phi-

Philosopho si non eximiam, mediocrem tamen facundiam requirat, saltem propter commoditatem & dignitatem, cujus in omni vita ratio habeatur, idque probat exemplis rei architectonicæ & vestiariæ. Isti nobis) 2. quod eloquentia Philosopho indecora sit: ubi 1. gravissime invehitur in Philosophos barbaros, comparans eos cum suibus & priscis Cynicis: II. improbat pariter horridam & fucatam orationem; mediocriter ornatam probans: ubi similitudo cultus corporis agrestis, exquisiti, & mundi, insertis contrariis exemplis Scipionis & Patrocli, & similitudine vasorum sacrorum, quæ minime impuris manibus tractanda. Supereſt ut iis) 3. quod utrumque studium impossibile, ubi exemplis agit eorum, qui simul Philosophi & diserti fuerunt. Hi sunt Plato, Aristoteles, Xenophon, Theophrastus, Carneades.

IV. Sed quid vetera) Peroratio. 1. Concisis pluribus exemplis extraneis, laudat rempub. Venetorum propter doctos pariter & disertos viros. 2. Hortatur adolescentes, ut tales cives imitari velint: 3. pollicetur iis suam in utroque studio juvando operam.

Potes hinc quatuor orationum materias capere.

1. De tribus ornamentis hominis: sapientia, virtute, eloquentia.

Sapientiæ pulchritudo inde constat, quod lux mentis sit: unde in docendo veritas, in rebus agendis salutaria consilia, in omni vita ordo ac decorum. Hæc illustrari possunt antithesi stultitiæ, unde errores, perversa consilia, & totius vitæ confusio. Testes sunt domus, scholæ, & respub., quas sapientes, aut stulti administrent.

Virtutis pulchritudinem arguit, quod sit animi sanitas, unde 1. omnes laudabiles actiones: justæ in contractibus & judiciis: fortes & constantes in tuendo munere & officio: moderatæ in rebus ad voluptatem affluentibus: 2. lætitia & tranquillitas conscientiæ: 3. bona fama. Addatur antithesis, quantus morbus sit vitium: quam fedas actiones edat: quam mentem turbet: quam famam denigret: insertis in utranque partem exemplis.

Eloquentiæ dignitas hinc patet: quod per eam cum aliis agimus, & mentem nostram commode declaramus: quod rebus docendis lumen addit: laudandis decus: vituperandis turpitudinem: suadendis spem: dissuadendis metum: consolandis robur: petendis efficaciam: accusandis odium: defendendis misericordiam: denique hominum animos in potestate habet, & quocunque vult, flectere valet.

II. Quibus gradibus pervenire ad conditionem aliquis possit.

Primus gradus est vis intelligendi, & notitia principiorum nobiscum nata. Alter est sensus, oculorum præsertim & aurium: ut

lega-

legamus doctorum hominum ſcripta : ut doctos etiam audiamus. Tertius eſt meditatio & diſcurſus, ut quomodo unumquodq; ſe habeat, & ex quibus cauſis, quidque inde conſequatur, accurate expendamus, & cum aliis conferamus. Poſtremus eſt experientia in noſtris & aliorum negotiis.

III. De tribus officiis oratoris. Primum eſt docere & demonſtrare. Verum, honeſtum, utile, juſtum : prout aliquid ſciendum, imitandum, agendum, judicandum venit. Alterum eſt delectare perſpicue & morate dicendo. Tertium eſt movere, rapiendo auditorem in amorem vel odium : admirationem vel contemptum : ſpem, metum, iram, miſericordiam.

IV. De gradibus ad eloquentiam. 1. Res diſcendæ ſunt ex Philoſophia & aliis diſciplinis. 2. Comparanda eſt copia bonorum verborum & phraſium. 3. Ars ipſa dicendi in diſertis hominibus obſervanda, eorumque acumen, methodus, perſpicuitas, vis, & ceteræ virtutes imitandæ.

LIB. I. ORAT. V.

Gratulatoria nomine regis Gall. ad recens creatum pontificem.

I. Omnes quidem) Exordio 1. docet, maxime inter omnes gaudere Gallum : 2. qui exinde legatum magni nominis miſerit : 3. ejus ipſe nunc interpres ſit.

II. Gratulor) Propoſitio : Pium pontificem factum cum totius Eccleſiæ bono.

III. Summa plane) Contentio quinque ambitus habet. 1. Docet quam difficile munus ſit pontificium, recenſendo partes officii, comparando Papam cum gregario epiſcopo, denique allegando morem ſupplicandi tempore electionis. Quod ſi ejuſmodi) 2. Addit, quam difficilis ea functio in præſentia ſit propter Eccleſiæ perturbationem, ubi allegoria nautica. Quo nos) 3. Lætatur de Pio, quo pontifice ſperet meliora, ubi ☞ boni ſacerdotis. Age igitur) 4. Hortatur Papam, ut laboranti Eccleſiæ ſuccurrat : quod id Eccleſiæ utile, ipſique Papæ in omnem poſteritatem glorioſum futurum. Nam ſuperioribus) 5. Queſtus de præteritis bellis inter Cæſarem & Gallum, prolixe promittit de Gallo, exemplo majorum.

IV. Tu modo pater) Epilogus 1. petit à Papa decerni concilium, tanquam optimum præſentium temporum remedium : 2. ſpondet à rege obedientiam, utque viciſſim Papa Regi favere velit : quod id ad officium Papæ pertineat : quod rex ea natus familia, quæ Eccleſiæ Ro-

Romanæ ſemper ſtudioſa: poſtremo quod regis mater Catharina cognata pontificis: 3. Commendat eidem regnum Scotiæ.

Habes exemplum ita gratulandi principi, ut ſimul officii eum commonefacias, & temporum difficultatem deplores, & te alioſque ei commendes, eaque omnia cum ſingulari modeſtia ac obſervantia.

LIB. I. ORAT. VI.

Gratulatoria nomine Navarræi, conjuncta cum quadam excuſatione.

I. Si quantam) Excuſat gratulationem ſeram, quod per tempus & inopiam idonei legati citius non potuerit: quod hæc ſerior plus momenti habeat: quod regis difficultatibus Papa pro æquitate ſua veniam daturus.

II. Nunc autem) Promittit à rege fidem & obedientiam erga Papam.

III. Hic ego) Ad hoc confirmandum laudat reges à ſuis virtutibus, & familiæ primæ auctore Ludovico Pio, cognatiſque aliis, in quibus princeps eſt Sanctius, fortitudine & abſtinentia Hiſpanienſi clarus: ubi de catena & gemma Navarræorum inſignibus.

IV. Quibus malis) Commendat Pontifici pacem Eccleſiæ, eamque ad rem promittit opem à regibus.

Habes exemplum excuſandi officium ſerius factum, & fidem, quæ ſuſpecta, liberandi, denique commendandi à claris majoribus.

LIB. I. ORAT. VII.

Iſagogica, Philoſophiam moralem laudans.

I. Veteri conſuetudine) Exordium prolepticum, quod licet commendationes profeſſionum propter conſuetudinem vileſcant, & præterea ipſa ſe res ſatis prædicet: tamen mori & amicorum conſilio parere velit.

II. Quocirca) Propoſitio cum loco docilitatis.

III. Primum igitur) Confirmatio à quadruplici utilitate: 1. quod felicitatem ſpondeat, ubi collatio cum artibus quæſtuoſis, & cum medicina. Quod ſi cui dubium) 2. quod animum firmum præſtet contra pernicioſos morbos & affectus: ut metum, libidinem, avariciam, luxuriam, ambitionem. Nunc illud mihi etiam) 3. quod cetera bona hominis utilia faciat, quæ alioqui noxæ potius ſint. Neque

vero non) 4. quod reipub. plurimum commodet. Vbi testimonium Platonicum, & exemplum politiæ Romanæ.

IV. Eorum ego) Epilogus promittit fidem in docendo, & vicissim ab auditoribus stipulatur diligentiam.

Habes exemplum orationem formandi Isagogicam, & disciplinam aliquam commendandi ex insigni ejus usu. Ita Juris doctrinam prædicare licet, quod justitiæ interpres sit: quod uniuscujusque vitæ facultatibus, & famæ consulat: quod rempub. & omnes civitatis partes tutas præstet.

LIB. I. ORAT. VIII.

Continuatoria adversus Philosophiæ practicæ momos.

I. Superiori anno) Exordium causam ostendit, cur de novo hoc studium commendet.

II. Nulla enim vitæ) Contentionis pars prima de necessitate hujus doctrinæ: quippe sine qua nec vita hominum, nec disciplinæ (ut eloquentia, jurisprudentia, ipsaque Theologia) constare possint.

Sed sunt) Altera pars moralem Philosophiam defendit contra duplicem calumniam. Vna est, quod per se facilis sit, nec opus habeat magistro: quod argumentum, primum invertit: deinde refellit testimoniis Philosophorum, & contrariæ experientiæ, addito etiam de modo docendi oratorio.

Difficilior cum eis) Altera calumnia est, quod doctrina inefficax sit, ut in ipsis magistris pessime viventibus videre licet. Hic 1. vim doctrinæ probat exemplo Polemonis: 2. deplorat malos quorundam mores: 3. negat hanc culpam esse disciplinæ: 4. recitat exempla eorum, quorum doctrinæ vita responderit.

III. Qui si ita victi) Epilogus, missis calumniatoribus, adolescentes invitat ad constantiam, hortans simul, ut auditionibus vitam dignam agant.

Habes exemplum, disciplinam contra contemptum & arrosiones vulgi defendendi: itemque necessitatem ejus asserendi.

LIB. I. ORAT. IX.

Isagogica in quintum Ethicæ Aristotelis, ubi laus justitiæ.

I. Quod principio) Exordium ab occasione è prælectione libri quinti Ethicorum. 1. Qui nunc explicandus liber, studiosis Juris utilis est.

2. A-

enim de justitia: 3. qua nihil præstantius: 4. id quod nunc ostendam.

II. Justitiæ originem) Laudationis summa est: justitiam divinam rem esse, cujus usus in tota universitate conspicuus est. Id declaratur triplici inductione. Prima est de justitia in ipso deo & rebus cælestibus.

In iis autem) Altera est de justitia naturæ, nominatimque in elementis, tempestatibus, corporibus humanis, facultatibus animi.

Sed idem) Tertia de justitia sociali in œconomiis, familiaritatibus, politiis.

III. Dixi de justitia) Epilogus 1. summam facit laudationis verbis Poli Lucani: 2. promittit in docendo industriam: 3. invitat auditores ad diligentem auscultationem.

Habes exemplum rem ex vario usu commendandi. Sic concordiam laudabis, quod ea Deus, natura, omnisque vita humana gaudeat: Moderationem, quod natura omnisque societas conturbetur, si quid nimium, aut parum: pietatem, quod homo Dei colendi causa conditus: quod pietas præmia habeat hujus & futuræ vitæ: quod reliquarum virtutum nullus usus, si pietas absit.

LIB. I. ORAT. X.

Isagogica in Eth. lib. 6. ubi de sui cognitione, maxime quod ad facultates animi.

1. Crœsum) Exordium ab oraculo quondam Crœso datum. Vbi 1. quæsitum Crœsi, 2. Apollinis responsum. 3. Applicatio ad institutum.

II. Sed in hac re) Dissertatio, tria membra habet. 1. Quid sit se nosse, nempe animum suum novisse. Nunc antequam) 2. Rejecta consideratione Physica, vult Ethice agere. Vbi locus attentionis. Animi nostri) 3. Dividit facultates in ἀλόγους & λογικάς. Illæ sunt partim communes cum plantis, ut vis nutriendi, augendi, procreandi: partim animales, ut sensus & phantasia, ἐπιθυμία & θυμὸς, quæ in homine ut destitutæ sint ratione, tamen rationis imperium admittunt. quod utrunque probat.

Sequitur nunc ut eam) Hæ sunt Mens & Voluntas. Illuc pertinent sapientia, scientia, prudentia, opinio.

III. Dixi breviter) Epilogus 1. summam colligit tum orationis, tum lib. 6. Ethicorum, qui deinceps pertractandus. Quid igitur)

2. Hortatur adoleſcentes ad diligentem auditionem propter res, methodum & linguam.

1. Habes exemplum apophthegma tractandi, & de rebus Scholaſticis populariter diſſerendi. 2. Deducere ex oratione quoq; argumenta licet, cur affectus rationi ſubjiciendi: quia ratio præſtantior: quia id ex re noſtra eſt: quia prodeſt etiam publice. 3. Item quomodo in conſultando verſandum: principia eſſe attendenda: affectus removendos: rem non ex opinione, ſed ipſa veritate conſiderandam; denique audiendos ſeniores & peritiores.

LIB. I. ORAT. XI.

Gratulatio nomine Alphonſi Ferrarienſis ad Pontificem.

1. Si quis) Exponit gaudium principis ex pontificis honoribus: cujus rei quatuor cauſas recenſet. Ac primum quidem) 1. quod pontifex iſto munere dignus; ubi ſtudia ejus inde à puero & vita, primum Scholaſtica in Academiis, deinde practica in adminiſtrandis honoribus, Archiepiſcopatu & Cardinalatu, dum tandem ad faſtigium præſens pervenerit. Nam ad eas) 2. quod cliens pontificis. Deinde qui & patrem) 3. quod univerſa familia ſua pontifici bene velit. Poſtremo qui ſe haud ita) 4. quod affinis ejus.

11. Ille vero ſtatim) Excuſat principem, quod ipſe non coram adſit, ſcilicet propter obitum parentis: de cætero in fide & obedientia pontificis manſurus.

1. Habes exemplum gratulandi novitio principi: & deponendi homagii. 11. Potes etiam materiam triplicis hortationis exinde petere: 1. Adoleſcentis nobilis, ut in ſtudio literarum pergat: quia literæ cultura ſint animi: ornamenta nobilitatis: certus gradus ad ſummos honores. 2. Principis, ut in fide imperatoris maneat: quia ab imperio ipſe cum familia ſua dignitatem iſtam habeat: quia fides ſemel data magiſtratui ſervanda: quia nulla defectionis cauſa, ſi quidem in religione & libertate civili princeps nihil mutaturus: denique quia defectio ipſi & ſubditis periculoſa futura. 3. Amici, ut oblatam in aula provinciam acceptet: quia ſat jam vitæ Scholaſticæ datum, & prodeundum aliquando in lucem & oculos hominum: quia hac occaſione ad opes & honores pervenire queat, quippe principem nactus, qui viros literatos plurimum amet: denique quia id familiæ ſuæ & multis aliis bono futurum.

LIB. I. ORAT. XII.

Ejusdem generis, nomine ejusdem, ad Pium V.

1. In communi) Exordium prolepticum, ne hæc gratulatio magis ex more, quam animo proficisci videatur.

11. Ex quibus ut unam) Propositio bipartita, cum duplici prolepsi: adulationis ad pontificem, & infirmitatis ad Cardinales.

111. Atqui equidem) Communis gratulationis & lætitiæ causa est, quod Pius honore isto dignus sit: id quod ex vita laudabiliter ante acta, & in honoribus adeptis moderatione probat: sed in thesi, ne adulatorem agere videatur. Argumentum ita habet. Qui ob vitam præclare actam & in summa potestate moderationem à Cardinalibus pontificatu dignus judicatus est, ei merito omnes boni gratulantur.

Si hæc in) Minor, quod in Pium hæc omnia quadrent.

At hæc) Conclusio.

Quas autem causas) Propriæ causæ, cur Alphonsus præ cæteris lætetur, tres sunt. 1. quod Cliens Papæ sit. Deinde cum) 2. quod patruus ejus Papæ multum velit. Postremo cum) 3. quod majores ejus pro sede Romana multa fortiter egerint, inprimis contra Fridericum Ahenobarbum.

1v. Hæ causæ) Peroratio 1. summam facit orationis: 2. excusat ducis absentiam propter recens matrimonium, & bellum Turcicum: 3. eum Papæ commendat, data prius pro eo fide.

Habes exemplum quempiam laudandi citra suspicionem laudationis.

Itaque etiam causas hinc colliges, cur non facile in os quis laudandus: quia si dignus est, non cupiet: quæ natura est optimo cuique: 2. sin indignus, non merebitur, nisi adulator haberi velis, quo nihil abjectus: 3: denique ista ratio malos mores approbat: quod ne fiat, publice refert.

Denique potes ex eadem oratione argumenta connotare, quibus honesto in repub. loco aliquem dignum probes: nimirum quia vir bonæ famæ sit: quia rerum civilium peritus: quia disertus: etiam in peregrinis linguis: postremo quia amans reipub.

LIB. I. ORAT. XIII.

Gratulatoria ad Pontificem nomine regis Galliæ Caroli IX.

I. Si eorum) Exordium 1. præ se fert ☞ modestiæ, videlicet quod minime par sit rebus, de quibus dicere jussus, pro dignitate tractandis: 2. consolatur se æquitate Pontificis: 3. dubitat quid ex tam multis præcipue eligat.

II. Nam quæ tandem) Laudatio regis quadruplex. 1. à majoribus, eorumque rebus gestis, ut Ludovici, Childeberti, Dagoberti, Caroli Martelli, Pipini, Caroli Magni, & cæterorum. Ob quæ omnia) 2. à testimoniis & laudibus pontificum. Ab his majoribus) 3. ab educatione & ominibus pueritiæ. Sed nihil opus) 4. à rebus gestis, & hæreticis (ut ipse vocat) oppressis, ubi consilia hæreticorum, bella & consilia contra suscepta, denique excusatio de reliquiis nondum sublatis. Alludit autem ad lanienam Parisiensem, de qua longe alia judicia piorum, quibus hæc adulatio & calumnia facile cedit.

III. Non minus) Epilogus, 1. prædicat pontificis merita: 2. optat ei vitam longiorem: 3. ostendit causam legati missi: 4. committit regem fidei pontificis.

Habes exemplum sui extenuandi, principis à majoribus & rebus gestis ornandi, facinoris non boni fucandi, denique honores digne gratulandi.

LIB. I. ORAT. XIV.

Gratulatoria Sigismundi Poloni ad Pontif. Pium V.

I. Quanto opere) Exordium à loco remotissimo, & orbis Christiani finibus, unde hæc gratulatio profecta.

II. Potentissimus) Propositio cum loco attentionis.

III. Atque ut inde) Expositio bimembris. 1. Prima est Poloniæ descriptio à situ, amplitudine, feracitate, incolis & vicinis. Neque mihi) 2. res gestæ, ut 1. Ziemolisci, ubi conversio Polonorum & Vngarorum, occasione data à cæcitate filii Miezislai, & uxoris sterilitate, denique sororis Alheidæ matrimonio. Neque vero) II. Boleslaorum, ubi de Saxonibus, Danis, Pomeranis, Prussis conversis. Ad Jagellionis) III. Jagellionis, ubi notabilia, conjugium cum Polona, studium fidei Christianæ profitendæ & propagandæ, denique regnum Bohemiæ ob religionis suspicionem recusatum. Non patitur) IV. Vladislai bella cum Turcis & interitus, cum contra datam fidem egis-

egisset. Eademque me) v. Sigismundi primi. Hic si præsens) vi. Hujus Sigismundi secundi prosopopœia orantis, ut pontifex paci Ecclesiæ consulat.

IV. Quod igitur) Epilogus promissis & precibus desinens.

Habes exemplum principis à piis majoribus, & rebus pro religione & Ecclesia gestis laudandi.

LIB. I. ORAT. XV.

Aetiologica de studiis suis, nominatimque quod Eloquentiam & Philosophiam cum jurisprud. conjunxerit.

I. Non eram) Exordium à causa dicendi, quod multis videri queat temere prioribus studiis relictis ad juris tractationem accedere.

II. Quibus ut satisfaciam) Propositio: quod in sui excusationem cursum studiorum suorum narraturus sit. Additur duplex narrationis fructus: quod sic institutum suum probare, & adolescentes cautiores reddere possit.

III. Ego igitur) Narratio duplex. Vna de prioribus studiis. Vbi quatuor videnda. 1. Qualis ad juris studium initio venerit. 2. Jamque eo processeram) Quantum in eo profecerit, & quæ de se spes & judicia fuerint. 3. Quid verbis) Qua occasione errorem suum & inscitiam agnoverit, seque ad oratores, poëtas, Philosophos, & similes humanitatis auctores contulerit, quomodoque in iis versatus fuerit. 4. Quod autem) Cur tandem ad juris studium reversus.

Nunc cum mihi) Altera de interpretatione pandectarum jam intimata, ubi duo notabis. Cur autem pandectas) 1. Invidiæ declinandæ causa laudat Professores in rerum potius, quam verborum elucidatione occupatos. Nunc quod ego) 2. Ostendit se verborum potius interpretem fore. Vbi primum modestiæ causa se gregariis militibus & nautis assimilat, illis imperatorum & gubernatorum titulis concessis: deinde consilium suum commendat à testimoniis, experientia, exemplis.

IV. Quam igitur) Peroratio auditoribus studium suum offert, eosque invitat ad auscultandi diligentiam.

Habes exemplum defendendi consilium aliquod, itemque methodum studiorum alteri præscribendi. Nominatim rationes hinc colliges, quibus studium Grammaticæ & lectionem bonorum auctorum commendes.

LIB. I. ORAT. XVI.

Aetiologica, quod provinciam depositam receperit.

I. Quod antiquitus) Exordium à gnoma de voluntatis humanæ inconstantia; quam sententiam proponit, probat, applicat.

II. Cogitabam) Defensio ipsa trimembris. 1. Quare à munere docendi se abdicaverit. Videlicet laborum & laudis sat expertus. Jamque totus) 2. quod interea privatis meditationibus vacarit: nimirum quia subsidia studiorum, & scopum honestum habuerit. In hac me cogitatione) 3. cur munus depositum nunc recipiat, nempe auctoritate publica motus: ubi 1. modesta collatio aliorum ambientium & sui fugientis: 2. causæ vocationis per modestam ἀποφάσιν de sua dignitate & patronorum humanitate. 3. ætiologia & promissio diligentiæ.

III. Sed jam tempus) Peroratio accipit spartam delatam, & ad eam quandam facit paraskeuen.

Habes exemplum purgandi à levitate & ambitionis crimine, & modeste acceptandi favorem & judicia optimatum.

LIB. I. ORAT. XVII.

De Doctoris officio, deque modo jurisprudentiam docendi.

I. Majorem indies) Exordium à methodo hactenus observata, quam rectam putat, atque aliis probaturum se sperat.

II. Ac nequis) Propositio.

III. Existimo igitur) Expositio quatuor in doctore requirit: duo in materia, ut vera & propria afferat: totidemque in forma & modo, ut ordine & perspicue agat.

IV. In his omnibus) Amplificatio in priscis juris doctoribus quatuor contraria vitia reprehendit. At cur falsa) Primum vitium rerum falsitas, cujus causæ, ignoratio antiquitatis, & studium contradicendi. Jam quod secundo) Alterum vitium ἐπεροζήτεια, ubi de quæstiunculis Grammaticis & Dialecticis. Nam de ordine) Tertium vitium ἀταξία & confusio, ubi commendatio ordinis. Vltimus locus) Quartum vitium barbaries sermonis, cujus prætextus refutantur.

V. Dicet aliquis) Epilogus 1. modeste de se promittit eorum quæ in docente requisivit observantiam: 2. summam proponit insequentis lectionis.

Ha-

Habes materiam de doctoris officio disputandi, & reprehendendi veterem Sophisticam ac barbariem.

LIB. I. ORAT. XVIII.

De auctoritate & officio judicum.

I. Constitueram) Exordium à causa dicendi: quod id facturus ab amicis rogatus; thema tamen sumpturus ætate & officio suo dignam.

II. Explicaturum) Propositio trimembris: ubi locus docilitatis.

III. Tanta igitur) Expositio Primæ partis quinque rationes affert, auctoritatem & dignitatem judicum probantes. 1. Quod judex anima sit legum, & ab eo totius populi salus pendeat. Imo vero) 2. Quod propter judicia civitates & respub. constitutæ. Hanc originem) 3. Quod hanc ob causam reges quoque creati. Et perdiu) 4. Quod prisci reges judicum nomine appellati. Sive enim) 5. Quod in judicum potestate omnia. Magna igitur adhibenda) Secundæ partis expositio requirit in officio iudicis, ut prudenter & juste agat, nimirum quia est lex animata: & causas ex Aristotele refert, cur omnino secundum leges judicandum. In judicibus autem) Tertiæ partis tractatio duo habet. Primo docet quid in judice deligendo considerandum sit, quod 1. ad mores, 2. ætatem, 3. experientiam, 4. fortuna. Cumque jurisjurandi) Deinde addit de mediis judicem in officio continendi: 1. ut juratus judicet: 2. ut in loco sacro: 3. ut omnes occasiones prævaricandi tollantur, ut sunt 1. affectus: 2. dona: 3. Sophistica Rhetoricatio: 4. amicitia: 5. postremo ut prævaricanti pœna irrogetur.

IV. Omnino autem) Epilogus trimembris. 1. Admonitio, quid judex cogitare debeat: 2. Correctio, ut lenius potius, quam severius agat: 3. Excusatio orationis tum brevioris, tum minus tempestivæ.

Habes exemplum 1. consilii dandi de judice aliquo eligendo: 2. ipsum judicem monendi de officio suo: 3. de corruptelis judiciorum disputandi.

LIB. I. ORAT. XIX.

Gratulatoria de M. Columnæ victoria Turcica.

1. Si ulla post) Exordium à re ipsa, nempe præstantia victoriæ, & auditorum officio: nempe victoriam singulari Dei auxilio, & virtute

militum & ducis prudentia partam: ideoque & Deo deberi gratiam, & militibus præmia.

II. Quod enim tantum) Propositio, quod præ cæteris dux Columna prædicandus.

III. Cujus universi) Confirmatio quadruplex. 1. Ab honeste, seu testimoniis populi obviam euntis, cœli arridentis, concionis gratulantis. Meminimus) 2. Ab utili, quod civitas magno metu liberata. Metus autem causæ fuerant Classis Romana post cladem irreparabilis, Turcarum multitudo & præfidentia, populi peccata. O abstrusa) 3. A difficili, quod victoria omnium votis & exspectatione major. Hic quinq; videantur: 1. qui præ cæteris orarint, ubi pontificem cum Mose, Columnam cum Josua comparat: II. quid precati sint, ubi antithesis abitus hostis cum fuga, mediocris cladis cum tanta, jactantiæ cum eventu. III. Apostrophe ad diem victoriæ. IV. Fictio voti omnium & solis quasi subservituri. V. Quæ præmia speranda. Vos exultantem) 4. Rursum ab utili, quod victoria toti orbi Christiano commodet, ubi antithesis prioris status deplorati ac miseri.

IV. Neque vero eos) Epilogus quadrimembris. 1. Laudat milites in prælio defunctos, quod pro pia causa & cum immortali gloria occubuerint. Sed ut ad te) 2. Columnam prædicat propter industriam, prudentiam, eloquentiam, virtutem: ubi Κίλδυσμα militare, quo usus; & testimonium Johannis Austrii. Quæ cum omnia) 3. Rogat ut victoriam persequatur: ubi prosopopœia Judææ supplicantis, præludium columnæ Mosaicæ, præsagium imperatori Constantino factum, exemplum Scytharum pro sepulchris pugnantium, apostrophe hortatoria ad milites. O Christe) 4. Invocat Christum pro incremento Ecclesiæ uberiori.

Habes exemplum victoriæ illustris & quodammodo insperatæ prædicandæ: qualis fuit Abrahami de Sodomæorum hostibus, Josuæ de Chananæis, Davidis de Goliatho, Judæ Macchabæi de gentibus, Themistoclis de Xerxe.

LIB. I. ORAT. XX.

In funere Pontificis.

I. Dicturus ex) Exordium prolepticum, quo partim excusat insufficientiam suam: partim præ se fert candorem ab omni adulatione alienum: partim rejicit laudationes Ethnicas, ut qui nihil dicere velit, quod tam Christiano principe non dignum.

II. Sed his) Propositio cum loco attentionis.

III. Qui ſtatim) Laudatio ipſa, cujus loci ſunt quinque. 1. Adoleſcentia pie acta. Vbi collatio cum Patriarchis Abrahamo, Lotho, Jacobo. Item laudatio ordinis Dominicani. Cum autem alia) 2. Studium ac zelus in religione defendenda, poſtquam inquiſitoris munus accepit. Ob hæc tanta) 3. Honores meriti, ut Epiſcopatus & Cardinalatus: ubi ejus ſolertia, gravitas, integritas. Vt autem) 4. Dignitas papatus, ubi auctoritas & vita privatim ac publice laudabiliter traducta. Privatim laudantur frugalitas, induſtria, caſtitas, modeſtia, familia: Publice, diſciplina, judicia, munificentia, ſocietas cum regibus Chriſtianis contra Turcam, felicitas contra hæreticos & Turcas, &c. Mihi autem) 5. Mors beata: ubi 1. virtutes ægrotantes, ut patientia, conſtantia, fiducia: 2. antegreſſa prodigia: 3. denique de defuncto ſpes ac opinio.

IV. Vos vero) Epilogus hortatorius, ut Cardinales dignum tanto principe ſucceſſorem legant.

Habes exemplum orationis funebris in laudem bene meriti principis formandæ.

LIB. I. ORAT. XXI.

Conſilium de ratione ad eloquentiam perveniendi.

I. Jus civile) Exordium cauſas affert, cur relicta juris profeſſione deinceps eloquentiæ ſtudium tractare velit: videlicet quod Cardinales id velint, profeſſione eloquentiæ vacante: quod ſperet hanc provinciam plusculum luminis ac honoris accepturam: quod res ſit excellens.

II. Sed quoniam) Propoſitio cum prolepſi arrogantiæ, ubi diſtinguit inter rem & rei modum tradendum ſimilitudine pauperis.

III. Nolite autem) Expoſitio. Conſilium habet. 1. Vt linguam probe calleant. Vbi reprehenduntur falſo Ciceroniani. Itaque ſi de) 2. Vt bonos auctores diligenter legant, Philoſophos, Hiſtoricos, Poëtas, Oratores; & ex his res diſcant. Quæ iſta (malum) latina) 3. Vt enthymemata in promptu habeant, & accommodare norint ad docendum, conciliandum, movendum, ſcilicet ſecundum præcepta artis Rhetoricæ.

IV. Ad hanc facultatem) Epilogus 1. à ſe promittit diligentiam, quam etiam ſtipulatur ab auditoribus: 2. intimat ſecundum Tuſcul. quæſt. explicandum.

Habes exemplum conſilii de ſtudiis recte inſtituendis dandi. Nominatim obſervabis, quid ad eloquentiam comparandam pertineat.

LIB.

LIB. I. ORAT. XXII.

Gratulatoria nomine regis Gall. ad Pontificem.

I. Si pro cujus) Exordium à meritis regis erga Ecclesiam pontificiam. Argumentum ita habet. Pro quo quis multa pericula subiit, ejus incremento etiam multum gaudet. Rex Carolus multa pro sede pontificia, multum periculi subiit. E. ejus incolumitate quoque gaudet multum.

II. Quia tamen) Propositio cum petitione audientiæ.

III. Quis igitur) Narratio triplex. 1. Describit statum Galliæ, admodum propter religionis dissidium turbatum, idque per trium regum ætates, ubi collatio Caroli cum Hercule, & hæreticorum (ut vocat) cum anguibus, & apostrophe ad Galliam à se ipsa nunc dissidentem. Sed magnus) 2. Prædicat constantiam regis, & in hæreticis compescendis severitatem. (tyrannidem alii vocant, qua innocentes cives oppressi.) Cum illi patriæ) 3. Defendit causa ficta lanienam Parisiensem, ejusque machinatricem matrem regis, & adjutores fratres. Vide orat. 13.

IV. Nunc igitur) Epilogus 1. Papæ commendat hunc regem, tanquam alterum Davidem. Ego, pater) 2. Regem vicissim facit pontifici observantiam & fidem omnem pollicentem, propter ejus virtutem & auctoritatem insignem. Hæc quæ) 3. Confirmat hoc ipsum testimonio legati ob hanc causam missi.

Habes exemplum atrocis facinoris colorandi: quæ calumniandi & adulandi levitas, vel potius malitia, virum bonum, qualis orator esse debet, minime decet.

LIB. I. ORAT. XXIII.

Commendatio bonarum literarum.

I. Cum mihi) Exordium, exposita causa dicendi, quæ magistratus Scholastici auctoritas est, per ἀπορίαν sollicitudinem suam indicat, primum rem facilem opinati: quod ipsæ artes se commendent: quod difficilime vituperari queant: denique quod ipsi auditores præstantiam illarum intelligant: deinde contra de difficultate recordantes, propter materiæ ubertatem & auditorum diversa judicia. Tandem concludit cum ἀδιλπισίᾳ ob auditorum æquitatem, & rei ipsius dignitatem: ubi loci benevolentiæ & attentionis.

II.

II. Agite igitur) Propositio quadrimembris, cum petitione audientiæ à decoro temporis & loci.

III. Vnde igitur) Confirmatio respondet partibus propositis. Honestas arguitur 1. à nominibus, quæ artibus antiquitas dedit: 2. ab effectu, quod ad perfectionem hominis pertineant, ubi apophthegma Aristippi: 3. à comparatione cum aliis vitæ generibus, ut otiosorum, opificum, militum, quibus hoc vitæ genus præstet. Ad finem est invectio in otiosos.

Cum igitur otiosa) Dignitas arguitur à rebus agendis, & fructu publico: ubi pergit jam comparare agricolas, pictores, mercatores, statuarios.

Sed erunt fortasse) Jucunditas disputatur è subjectis & accidentibus, comparatione facta cum militibus.

Multa consulto) Vtilitas per partes explicatur, ut sunt 1. opes, ubi pontificis in literatos liberalitas: 2. honores: 3. boni mores: 4. vita tranquilla.

IV. Quod si tam multa) Epilogus 1. recapitulationem facit rationum dictarum: 2. Addit πάθος monitorium ad studiosos, ut bonas literas ament, & utantur occasione: 3. Concludit voto.

Insigne exemplum est disciplinæ ex omnibus locis commendandæ.

LIB. I. ORAT. XXIV.

In funere Caroli IX. Galli.

I. Hoc igitur) Exordium querulum propter tam inopinatum casum: ubi socium ipsum facit Pontificem.

II. Qualem enim) Propositio.

III. Quem cum) Confirmatio à vita & morte laudabili. Quod ad vitam, prædicat regis solertiam, reverentiam erga matrem, concordiam cum fratribus, zelum in religione, constantiam adversus pariter illecebras & pericula, observantiam erga fidem Romanam, defuncto & moderno pontifici contestatam, amorem apud subditos.

Sed nihil) Quod ad mortem, describit tempus, morbum, civium luctum, denique regis vota & verba ultima.

IV. Ac siquidem) Epilogus triplex πάθος habet: 1. consolationis è beato statu regis: 2. συμπαθείας propter matrem & patriam lugentem: 3. voti pro fratre successore.

Habes exemplum boni principis immaturum obitum plangendi.

LIB. I. ORAT. XXV.

Officiosa Regis Gall. nomine, Pontifici promittentis obedientiam.

I. Gratus quidem) Exordium ab amore pontificis erga omnes reges fideles, & maxime erga Gallos, denique ante omnes erga hunc Henricum.

II. Quo te libentius) Propositio: ut fidem præstitam à rege pontifex libens accipiat.

III. Cujus enim) Confirmatio, cujus summa est: Regem benevolentia Pontificis dignum esse, Rationes sunt quatuor. 1. quod inde ab adolescentia contra Ecclesiæ Romanæ hostes feliciter pugnarit. Itaque cum) 2. quod Poloni eum dignati sint regem suum facere. Vix dum) 3. quod post mortem fratris in patriam revocatus rursum rem armis tentaret. Sed ut animadvertit) 4. quod desperatis armis, ad pacis consilia se receperit, idque cum subditorum salute, Dei in hoc exemplum sequutus.

IV. Certe enim) Epilogus habet 1. ἐλπίδων de consilii hujus felici eventu, argumento ex causis: quæ sunt 1. experientia: 2. preces: 3. concionatorum diligentia in docendo: 4. exempla piæ vitæ ac morum: 5. concordia regum: 6. prudentia matris: 11. promissionem in fide & observantia erga Pontificem constantiæ.

Habes triplex exemplum: præstandi homagii: excusandi consilium mutatum: remedia proponendi ad offensiones & turbas sanandas pertinentia.

LIB. I. ORAT. XXVI.

In funere Pauli Foxii Archiepiscopi & oratoris.

I. Sint opum) Exordium prolepticum: quo quidem fatetur rem magnam ac difficilem sibi impositam, susceptam tamen partim observantia erga defunctum, partim auctoritate superiorum, partim denique notitia magis familiari excusat.

II. Sed quoniam) Propositio cum præcisione eorum quæ ad rem non pertinent.

III. Primum igitur) Laudatio ipsa, cujus partes sunt septem. 1. Nobilitas familiæ, in qua reginæ ac duces inclyti. Natus) 2. Forma. Ingenium) 3. Ingenium. Mores) 4. Mores. Literarum) 5. Doctrina & eruditio in linguis, Jure, Oratoria, Politicis, Historia, Geo-

Geographia, Chronologia. His omnibus) 6. Honores & dignitates: quod Senator fuerit Parisiensis: quod regius consiliarius: quod legatus ad Scotos, Anglos, Venetos, Pontificem, Navarræum, iterum ad Pontificem, denique quod Archiepiscopus Tolosanus. Inseruntur res gestæ, ad finem etiam additis consiliis de reformando statu Ecclesiastico. Sed ô spes) 7. Mors, ubi morbus, patientia, preces & vitæ clausula.

IV. Hem! Paule) Epilogus 1. per patheticam apostrophen ad defunctum repetit præcipua capita laudationis: 2. movet πάθος condolentiæ: 3. claudit correctione consolatoria, &, pro more loci, promittit & reposcit deprecationes mutuas.

Habes exemplum laudandi virum doctum pariter, & honoratum.

LIB. II. ORAT. I.

De circumcisione Domini pro felici auspicio novi anni.

I. Quod felix) Exordium à tempore, quod initium sit novi anni, quo bene precandum omnibus, & in primis pontifici: quod item dies dominicus, multis modis memorabilis.

II. Agedum) Propositio, ubi præmissa precatio, & subjecta tripartita divisio.

III. Omnes ritus) Expositio primæ partis de circumcisionis institutione quatuor docet: quibus & à quo instituta: quo instrumento peragenda: qua parte corporis: quod mysterium, seu quæ significatio; ubi de spirituali circumcisione animi, corporis, amicorum, fortunarum. Sequitur ut dicam) Altera pars, de Domini circumcisione, tres ejus rei causas affert: ut ad legem nostro loco implendum se astringeret: ut verum se hominem probaret: ut nobis exemplum daret obedientiæ. Explevit denique) Tertia pars hunc fructum commendat, quod ab hoc jugo legis nos jam liberi simus, dum modo spiritualiter circumcidamur: ubi prolepsis ab exemplo Petri & Pauli.

IV. Christe Jesu) Epilogus primo habet preces ad Christum, ut is circumcidat nos spiritu suo: 2. pontifici optat annum felicem.

Habes exemplum orationis ἐκτικῆς pro felici exordio novi anni. Simili methodo quoque differere de baptismo Christi licet: quæ origo baptismi: cur Christus baptizari voluerit: & quid baptismus Domini nobis commodet.

LIB.

LIB. II. ORAT. II.

Laudatio S. Iohannis Euangeliſtæ.

I. Tribus de) Exordium à cauſis, cur ſanctorum memoria celebranda.

II. Hodie igitur) Propoſitio, ubi ☞ modeſtiæ.

III. Quid igitur) Expoſitio Euangeliſtam tractat, ut pium Chriſti diſcipulum. Membra ſunt: 1. Obedientia vocationis, ubi cauſæ, quæ Johannem remorari potuiſſent, quo minus oblatum munus acceptaret: & antitheſis querula de noſtra duritie. Jam vero) 2. Docilitas. Itaque tanto) 3. Amor Domini erga diſcipulum, & diſcipuli viciſſim erga dominum, ubi cauſæ amoris, & etymon nominis. Et tamen) 4. Conſtantia, ubi diſſimile exemplum Apoſtoli Petri. Propter hanc) 5. Honos à Domino habitus, cum eum doctrinæ & miraculorum primarium teſtem habuerit: in cœna pectori admorit: in cruce matri commendarit. Jam minus) 6. Quod inter primos teſtes reſurrectionis fuerit. Longus ſim, ſi cætera) 7. Miniſterium in Aſia, ubi periculum, vaticinia, certamina, mors.

IV. O te ſanctiſſime) Epilogus patheticam habet apoſtrophen ad Johannem, qua pro more iſtius loci orat, ut Johannes cum pro tota Eccleſia, tum in primis pro pontifice oret.

Exemplum imitari potes, aliquem ab officio, recte tum ſuſcepto, tum adminiſtrato, laudaturus: quod ſimiliter de Baptiſta dici poteſt.

LIB. II. ORAT. III.

Senecæ librum de providentia interpretaturus, cauſas affert, propter quas pii viri ſæpe male habeant.

I. De Seneca) Exordium trimembre. 1. Cauſam affert, cur in præſentia vituperatores Senecæ refutare nolit. 2. Conſilium ſuum oſtendit, quod ex libello præſenti de providentia ſpecimen dare velit, unde auditores cognoſcant, quid de auctore ſtatuendum ſit. 3. Rogat ut judicium tantiſper ſuſpendere, & ſibi potius, quam ejuſmodi nugatoribus, fidem habere velint.

II. Jam enim) Narratio, ad libri argumentum intelligendum pertinens. Vbi tria notanda. 1. Præmiſſus locus attentionis. Veteres) 2. Recenſio dubitationum gentilium de providentia, cum earum cauſis. Prima eſt ignoratio ſcripturæ. Mundi enim faciem ita comparatam eſſe, ut ſuperius conſtantia, inferius fluxa omnia ſint. Conturbabantur) Al-

Altera causa est felicitas impiorum, & piorum calamitas. Nam ubi) Tertia, stultæ præsumptiones mortalium. Seneca igitur) 3. Tandem argumentum ipsum & scopum indicat, ac auditoribus commendat.

III. Operæ precium) Propositio, quod cum ex Seneca de providentia multa gravia ac pulchra audituri sint, ad eos præparandos quæstionem hanc ex Chrysostomo edisserere velit; cur pii viri sæpe adversa fortuna utantur.

IV. Joannes igitur) Expositio ex auctore nominato sumpta causas recitat. 1. Prima est, ne bonis suis superbiant. Altera) 2. ne à cæteris mortalibus pro diis habeantur. Tertia) 3. ut Dei potentia per tam infirma vasa magis eluceſcat. Quarta) 4. ne mercenarii cultores numinis videantur. Quinta) 5. est testimonium alterius vitæ. Sexta) 6. ut exempla relinquant patientiæ. Septima) 7. ut communis infirmitatis commonefiant. Octava) 8. ut sciant, non in terrenis, sed cælestibus bonis felicitatem suam esse. Nona) 9. ut eorum virtus plus innoteſcat. Decima) 10. ut purgentur à reliquiis peccatorum. Undecima) 11. Vltima, ut præmia majora accipiant.

V. At vereor) Confutatio trium objectionum. 1. quod hæc Theologica sint & ex aliena pharetra: 2. quod rectius ab ipsis Theologis petenda: 3. quod oratoria ei demandata.

VI. Sed longior) Epilogus præcidit longiorem orationem, & ad auditiones Senecæ invitat.

Simili methodo probare licet immortalitatem animorum. Colliges quoque ex oratione argumenta, quibus bonorum adversitates consolandæ, eaque ad Deum, ad eos qui affliguntur, ad alios, pertinentia.

LIB. II. ORAT. IV.

Isagogica ad libros Platonis de optimo statu reipub. explicandos.

1. Suscepi) Exordium à consilio suo in conjungendis Platonis libris de justitia, cum Ciceronis de finibus.

Primum igitur) Contentio primum quæstiones dictas expedit: deinde nominatim etiam de his Platonis libris agit. De Græcis se excusat, quod omnes artes ipsis traditæ, & quod in gratiam eorum, qui Græce nesciant, aliquid agere velit.

Qui autem) De Philosophicis respondet, quod Politica & Rhetorica affines sint, ut ex ipsius Aristotelis Rhetoricis constat, quod authoritate & testimoniis veterum confirmat, tum exagitat superſti-

tiosos Ciceronianos, ipsius Ciceronis de Platone testimonium urgens.

De scopo vero duas opiniones recenset: Vnam eorum, qui de justitia hic disputari putant.

Alii tamen) Alteram eorum, qui de repub. agi censent.

Habes quod imiteris de titulo libri cujusdam & scopo disserturus. Rationes etiam hinc deduces, cur Græca cum latinis, Philosophica cum oratoriis conjungendis.

LIB. II. ORAT. V.

Defensio Platonis, qui in libris de repub. contra justitiam videri possit sentire.

1. Multa sapienter) Exordium ab apophthegmate Euripidis de mirifica vi eloquentiæ.

11. At mihi tamen) Contentio hoc enthymate constat: Ipsa Eloquentia quamvis res optima, à multis temere viruperatur. E. mirum non est idem Platonis libris non recte intellectis accidere. Antecedens probatur 1. testimoniis & confessione ipsorum oratorum: 2. similibus à poculo Circæo, pharmacopola, incantatore, prævaricatore, adultero: 3. judiciis Lacedæmoniorum & Athenienssium: 4. à non necessario, cum veritas ipsa se tueatur: 5. abusu in rebus vanis & absurdis, imo perniciosis, tractandis.

At si jure) Consequens arguitur è dialogi Schemate, nimirum quo alius (ex vulgi opinione) vituperare: alius (ad ipsam veritatem collimans) defendere justitiam conatur: cujus artis ignarus Platoni tribuat, quod is ex aliorum sensu disputat.

111. O non loquendi) Epilogus in admiratione Platonis, cum promissione fidei suæ in eo explicando.

Habes methodum conciliandi, quæ quis ex suo, quæque ex aliorum opinione disputat. Cæterum notabis etiam, quibus orationibus eloquentia tum vituperari, tum laudari possit: quo item judicio dramata & colloquia legenda, ne μιμητικῶς dicta in ipsum auctorem, vel rem detorqueas.

LIB. II. ORAT. VI.

De lectione officiorum Ciceronis.

1. Decreveram) Exordium bimembre. Primum se excusat, quod pro Platone Ciceronem nunc sumat: Scilicet quia ita volunt patroni.

Pervolutabimus) Deinde consilium de prælegendis officiis indicat,

cat, metas sibi ipse constituens, intra quas absolvendi, & causas etiam afferens, cur diebus feriatis quoque docere, & quidem privatim domi suæ velit, nimirum propter se, interturbatores, & discendi cupidos.

II. De quo cum &) Propositio commendationis.

III. Primum) Confirmatio sextuplex: 1. ab auctore: 2. à tempore: 3. ab iis quibus scripti: 4. à judicio & testimoniis tum ipsius auctoris, tum aliorum: 5. à præstantia materiæ & rerum, quas tractant: 6. denique à moderatione, qua tot sectis Philosophorum exstantibus usus.

IV. Sed de causis) Confutatio reprehensionis, qua extra metas oratorias vagari ferebatur, ubi primum professionem bonorum morum laudat: deinde Philosophiam practicam & oratoriam disciplinas esset conjunctas, imo illam huic necessariam contendit: id quod per tria genera causarum ostendit.

V. Vos si me) Epilogus hortatur auditores ad utrumque studium.

Habes exemplum excusandi inconstantiam, quæ videri possit: & auctorem aliquem commendandi.

LIB. II. ORAT. VII.

De libris Rhetoricis Aristotelis.

1. Credo ego) Exordium prolepticum, quo excusat se de actionibus Verrinis præter morem suum desertis, & alio auctore nunc sumpto: scilicet quia magni nominis viris ita visum, qui in Ciceronianis plus facilitatis, in Aristotelicis plus difficultatis putent. Nominatim autem meminit Cardinalis Sirleti, cui plurimum tribuat.

II. Illius igitur auspiciis) Propositio septuplex.

III. Propositum est) Explicatio respondet partibus dictis. Primum membrum de scopo auctoris. Egregia res) 2. de utilitate. Transeamus) 3. De inscriptione. Nunc dicamus) 4. de auctore Germano. Reliqua desiderantur.

Habes exemplum capitum in principio lectionum considerandorum: itemque auctoritatem magnorum virorum consiliis nostris prætendendi.

LIB. II. ORAT. VIII.

Ἀναχεφαλαίωσις Rhetor. Ariſt. libri primi, jam fere abſoluti.

1. Non detinebo) Exordium ab excuſatione orationis ſimplicis, & minus comptæ: ſcilicet quia vir ſenex ſit, & qui hujuſmodi floſculis non amplius delectetur: ubi elegans collatio ætatum humanarum cum partibus anni.

11. Itaque hodie) Propoſitio cum ſua Ætiologia.

111. Principio igitur) *Ἀναχεφαλαίωσις* ipſa ſeptem capita habet. Primum eſt defenſio Philoſophi contra quatuor objecta: quod hæc profeſſio tanto philoſopho non ſatis digna: quod non ſit capax artis: quod ſat multi Rhetores: quod facultas pernicioſa ſit. His perpurgatis) 2. de definitione & proprio fine Rhetoricæ, ubi comparatio Medicinæ & artis jaculandi. Vis autem) 3. de mediis perſuadendi, quæ ſunt *πίςεις*, *ἤθη*, *πάθη*. Eorum igitur) 4. de generibus *τῶν πίςεων*: Sunt enim artificiales & inartificiales: illæque rurſum enthymemata & exempla: & quidem enthymemata è conſentaneis, quæ probabilia, vel perpetua; aut ſignis: denique formæ aut loci communes. Eas igitur) 5. de formis ſeu generibus cauſarum; ut ſunt Deliberativum, Oſtentativum, Iudiciale. Communes) 6. de locis communibus. ut ſunt poſſibile & impoſſibile: magnum & parvum. Atque hæc acta. At quoniam) 7. de 5 argumentis inartificialibus: legibus, teſtimoniis, conventionibus, quæſtionibus, jurejurando.

1v. Vtilia præcepta) Epilogus 1. commendat has prælectiones: 2. promittit brevitatem: 3. agit gratias auditoribus honoratioribus.

Diſces ex oratione, quomodo excuſanda ætas: laborum exactorum facienda ſumma: denique auditores digniores cum gratia dimittendi.

LIB. II. ORAT. IX.

In libr. Ariſt. de Republ. quod prudentia imperantium propria virtus.

1. In rebus humanis) Exordii loco agit de mentis & rationis humanæ præſtantia. quam probat, 1. teſtimoniis ſapientum, niſi quod non placet illud hyperbolicum, mentem humanam divinæ particulam eſſe auræ: 2. ab effectu ſeu dominio, quod homo in cætera animantia, quamvis ipſum aliis qualitatibus vincentia, habet: 3. itidem

dem ex effectu, quod per rationem ipsi homines alii aliis præstent ac imperent.

II. Vniuscujusque autem) Dissertatio primaria duplex est. Primo enim ad fundamentum instituto suo jaciendum de prudentia, tanquam præstantissima parte rationis, & eorum qui imperant virtute propria, agit, & quidem hoc ordine. Primo docet unicujusque rei perfectionem esse suam cujusque virtutem & propriam actionem. Hinc infert, mentis virtutem & opus proprium esse intelligere. Tum distribuit res intelligibiles in theoreticas, practicas, pœëticas. Postremo demonstrat, ad imperandum maxime aptam esse intelligentiam practicam, quam prudentiam vocant: & hanc esse ethicam, œconomicam, politicam. Ac libros) Altera pars ad institutum jam venit, quod Ethicis Aristotelis absolutis, progredi velit ad Politica. Inserit autem excursum, quo laudata superiorum temporum diligentia, queritur de nunc invalescente literarum contemptu. Postremo, scopo auctoris ostenso, defendit se etiam contra calumniatores suos, qui rectos labores malitiose traducant.

III. Ego ne quid) Conclusio promittit à se, & vicissim quoque stipulatur ab auditoribus, diligentiam.

Habes exemplùm modeste laudandi, defendendi, accusandi. In primis autem illustres sunt loci de dignitate hominis, & præstantia prudentiæ.

LIB. II. ORAT. X.

Præfatur interpretationi conjurationis Catilinæ à Salustio descriptæ, de historia in genere differens.

I. Advenit) Exordium bimembre. Primum gratulatur sibi de reditu ad labores usitatos, quia juventutem adesse videt frequentem, & audiendi cupidam. Itaque comparat se agricolæ, pastori, parenti.

Macti estote) Deinde hortatur, ut in isto studio perseverare velint, argumento sumpto ab exemplis 1. illorum ipsorum, 2. agricolarum, 3. militum, 4. denique suo, ubi elegans comparatio cum potentum, & regum Persicorum consuetudine.

II. Atque equidem) Propositio duplex: Vna, quid deinceps legere velit, idque ex consilio Sirleti Cardinalis: Altera, quid nunc dicere: nempe primum de historia in genere, & deinde de Salustio in specie.

III. Ac de Historia) De Historia quatuor proponit. De primo tria pertractat. Primo examinat duas vitiosas definitiones Cornificii & Flacci.

Quomodo igitur) Deinde nomen Historiæ interpretatur.

Atque hæc cum) Postremo aliam definitionem affert, & particulatim explicat: cur rerum gestarum dicatur: cur publice gestarum: cur diffusa narratio: cur continuata.

Cætera) Reliqua capita; de jucunditate, utilitate, & legibus Historiæ, itemque quod de Salustio proposuerat rejicit in crastinum. Vide orat. 13.

I v. Non dubito) Epilogus gratias agit auditori cui ex dignioribus, tametsi sufficientes non possit.

Habes triplex exemplum: reditus ad labores suspensos intimandi: definitionem formandi: auditorem illustrem cum gratia dimittendi.

LIB. II. ORAT. XI.

Cum explicaturus esset Aeneida Virgilii, de Poësi disserit.

I. Vt in reliquis) Exordium ab ætate sua; qua non tam jucunda, quam utilia tractare studeat: quanquam quæ prosunt, etiam delectent. ubi similitudo à segetibus & arboribus.

II. Nunc igitur) Propositio quadruplex.

III. Poëtica) Expositionis 1. Caput de poëtices primum natura, ubi nota quid natura, quid item ars poëtæ conferat: deinde de antiquitate, ubi testimonia Ciceronis & Platonis. Mulcet autem) 2. de voluptate, cujus causæ quatuor: res mirabiles, numeri suaves, affectus acres, imitatio ingeniosa. Sequitur ut) 3. de utilitate ad eloquentiam & mores; ubi prolepsis ex Platone & Cicerone.

Cætera desiderantur.

Habes exemplum ætatis excusandæ, & ornandi artem aliquam.

LIB. II. ORAT. XII.

Aggressurus Satyram 13 Iuvenalis, causam affert, cur minoris artis auctoribus aliquid etiam tribuendum.

I. Cum constituerim) Exordio se excusat de Seneca dilato.

II. Interea igitur) Propositio de instituto suo, ejusque ætiologia.

III. Neque quisquam) Defensio instituti adversus eos, qui meliorem poëtam sumi posse autumabant: Scilicet quod collatio ista præstantiores plus commendat: quod ad eruditionem pertineat, omnis generis auctores nosse: quod Cicero & alii docti sic censeant. Hinc excurrit in reprehensionem eorum, qui vel nimium tribuunt obscurio-

rioribus; vel nimis addicti sunt clarioribus: vel ipsos sese mirantur nimis.

IV. Ego vero) Epilogus spe facta de harum prælectionum fructu, rei facit initium.

Habes exemplum disputandi de auctoribus juventuti proponendis.

LIB. II. ORAT. XIII.

Annales Taciti explicaturus, auctorem commendat.

Oratio triplicem habens laudationem.

I. Neque pars) Prima, Historiæ est in genere à Jucunditate & Vtilitate: ubi collatio cum Poësi, Medicina, Philosophia.

II. Quanto autem) Altera Historiæ Romanæ: quod multum habeat varietatis: quod æquum, ut civis Romanus gentis suæ res gestas norit: quod docte & eleganter scripta.

III. Cujus annales) Postrema est Taciti: quod omnes virtutes boni historici habeat: quod brevis & sententiosus, paucis multa complectens: quod multis magnis viris fuerit & etiamnum sit carus.

IV. Nunc cum) Abrumpit longiorem orationem, ut qui minus, quam plus dicere malit: ubi simile à velitationibus, viatore, equis.

Exemplum sequere gentis alicujus, historiam, ipsumque adeo scriptorem commendaturus. Nota etiam, quomodo primæ lectionis brevitas excusanda.

LIB. II. ORAT. XIV.

Continuaturus Tacitum, eum defendit.

I. Qui me Taciti) Exordium à re ipsa: Quinque enim recenset, ob quæ Tacitus juventuti non prælegendus: 1. quod non ea nunc forma reipub. sit, quæ Taciti ætate: 2. quod Suetonius aut similis auctor commodior: 3. quod, Vopisco & Hieronymo testibus, fides in eo desideretur: 4. quod Christianæ religionis hostis: 5. quod obscurus, asper, nec satis latinus.

II. Ad quæ omnia) Propositio defensionis.

III. Primum igitur) Exsequutio sequitur capita reprehensionum. Ad primum de forma reipub. tria respondet: quod nunc quoque status monarchicus sit, ut tum: quod sub istis tyrannis multi viri boni fuerint, à quibus prudentiam discere liceat ejusmodi temporibus sese accommodandi: quod ipsa improba exempla aliquid salutare moneant. Istos autem) Ad alterum caput de præferendo Sueto-

nio duo refert: quod multis modis cedat Tacito, idque tota antiquitate, imo ipso Hieronymo teste: quod Suetonius multa spurca prodiderit, quæ silentio obrui præstaret. At mendax) Tertium de fide, respondet 1. elevando convitium: 2. testimonium Vopisci exauthorando: 3. in societatem vocando omnes historicos. At Tertullianus) Quartum de religione, primo concedit, negans tamen iccirco non legendum esse, quod sic omnes auctores profani abjiciendi, tum qui ante, tum qui post Christum natum fuere. Deinde negat talium auctorum lectionem religioni, quæ nunc satis confirmata, officere posse. Postremo vult eos talium vicem dolere, & Deo pro meliori luce gratias agere. Restant duo) Quintum de stylo dividit. 1. Obscuritatem in ipsum lectorem non satis doctum retorquet, ubi simile à cæcutiente & surdastro. 2. Asperitatis calumniam falsè ridet, nec sine aculeo in Alciatum. Addit etiam causam ex imitatione Thucydidis. 3. Denique latinitatem suspectam ipsis calumniatoribus impingit: nec necesse esse ait, ut idem omnium sit stylus: denique quod nobis barbarum videtur, id olim purum esse potuisse, exemplo præsenti evincit.

IV. Sed hunc) Epilogus provocat ad experientiam, & resectis reprehensionibus, auctorem studiosis commendatum esse vult.

Exemplum habes scriptorem contra iniquam censuram calumniantium propugnandi.

LIB. II. ORAT. XV.

Cum perveniſſet ad Annal. lib. 3, excitare nititur juventutem ad majorem diligentiam.

I. Quotannis) 1. Excusat tarditatem in dicendo partim ætate, partim desuetudine.

II. Qui sermo) II. Hortatur adolescentes ne de assiduitate remittere velint, Quod 1. intermissio studiis noceat, ubi dissimilitudo pecuniæ & agrorum. Sed relanguit) 2. Quod eam ob causam non tam excellentes viri sint, ut olim, ubi catalogus doctorum virorum ex Græcis & Latinis, è quibus singulariter defenduntur Plutarchus & Seneca. Ac mercatores) 3. Quod imitari debeant mercatores, venatores, amatores.

III. Quid quæso est) Tumultuante auditore ob castigationis impatientiam, 1. Παθος facit æmulationis inter ipsum & auditores, de se prolixe promittens, de auditoribus bene sperans. 2. majoris ponderis ergo prætendit auctoritatem pontificis, cui per Foxium Scholam commendari vult.

Ha-

Habes exemplum triplex: excusandi tardiloquentiam: excitandi industriam maxime ab exemplis: fremitum concionis sedandi.

LIB. II. ORAT. XVI.

Cum inciperet epistolas ad Atticum, lectionem Epistolicam magni usus facit.

I. Ludere quibusdam) Exordii loco se excusat, quod à gravioribus scriptis ad hæc faciliora se conferat, argumento ab ætate, & ab officio suo in latinæ linguæ puritate monstranda: quæ res non ita sit levis.

II. Nolite autem) Defensio plenior quatuor ambitus habet. 1. Docet, quam non ita facile parabilis sit linguæ latinæ puritas (hoc enim nomine Epistolas dictas post commendabit) experientia summorum virorum, qui multum in hac re laborarint, nec tamen totam perfecerint (nunc quod dicturus sum.) Magis me) Vbi παθος æmulationis inter barbaras nationes & Italicam. Ego quidem) 2. Propugnat institutum suum de prælegendis Epistolis, 1. quod ex iis puritas linguæ disci queat: 2. quod exempla & auctoritatem habeat excellentium virorum: 3. quod lectio epistolarum plus usus habeat, quam vulgus opinetur: nimirum in vita communi, Oeconomica, Politica, Scholastica: in doctorum hominum disputationibus: denique in consiliis & admonitionibus: quæ omnia forma proleptica tractantur, & exemplis confirmantur. At in his) Nominatim iterum has Ciceronis epistolas commendat, sive eæ jocosa, sive seria, privata vel publica tractent, allegato tandem testimonio Cornelii Nepotis, cui suum Calculum addit, sed admodum modeste, quæ commendatio altera à materia est, & argumentum. Hodie adolescentes) 4. Commendat usum epistolicum duobus aliis argumentis: quod ex vetusta praxi eloquentiæ nihil propemodum aliud supersit: quod facultate epistolam scribendi multi ad honores perveniant.

III. Vos adolescentes) Epilogus repetita summa defensionis, Paulo Foxio pro præstita audientia gratias agit.

Habes exemplum studium epistolicum, vel simile aliquid contra ejus contemptores defendendi. Nominatim vero observa quomodo scriptum commendari queat à genere sermonis, à rerum magnitudine, à subtilitate & dexteritate, ab aliorum judicio & testimonio.

LIB. II. ORAT. XVII.

Repetiturus libros Arist. de moribus, causas quærit, cur hodie pauciores docti & diserti homines inveniantur quam olim: unde de linguis peregrinis.

I. Primum) Exordium à voto pro se & auditoribus: addita petitione audientiæ.

II. Etenim qui) Propositio cum sua ætiologia ab experientia.

III. Atque illud) Expositio bimembris. Primo duas causas affert rei quæsitæ: Una est, quod non eadem sit diligentia in hominibus nostris, ubi antithesis priscæ industriæ, & hodiernæ ignaviæ, cum illustri exemplo Euclidis. Alteram causam) Altera causa est, quod veteres in Scholis lingua uterentur vernacula, nunc autem linguis peregrinis discendis multum temporis terendum, antequam ad rerum studia veniatur.

LIB. II. ORAT. XVIII.

In studiorum instauratione, de ratione tradendarum disciplinarum.

I. Plerique) Exordium ætiologicum, cur non laudare disciplinas, nec ad eas cohortari nunc adolescentes velit: quippe qui per se rem intelligant, & discendi cupidi sint.

II. Quæ eam igitur) Propositio, quod velit methodum studiorum ostendere.

III. Principio igitur) Expositio fit per gradus. 1. Vult Grammaticam & linguas disci, & quidem ex idoneis auctoribus. In ipso pubertatis) 2. Progrediendum ad Rhetoricæ & eloquentiæ studium. Et quoniam) 3. Adjungenda Mathemata. Cum ad plenam) 4. Dialectica discenda. Hoc modo) 5. Eligendum certum studium in quo ætatem agas, idque secundum naturæ ductum, & adjunctis disciplinis adjutricibus.

IV. Exposui) Epilogus hortatur adolescentes ad diligentiam auctoritate pontificis: 2. petit à Scholarcha Blanchetto, ut apud pontificem causam Scholæ agat.

Habes exemplum consilii dandi de recte instituendis studiis.

LIB. II. ORAT. XIX.

Symbuleutica ad Cardinales novum pontificem designaturos.

I. Magnum vobis) Exordium attentioni servit : Magnam negotium nunc agi: quando pontifex creandus.

II. Quanquam igitur) Propositio per prolepsin. Quanquam per vos ipsi sapitis, tamen passuri estis vos moneri: igitur veniam dicendi dabitis.

III. Atque ut hinc) Confutatio tres objectiones diluit. 1. In culpabilem quidem episcopum querendum, sed eum non dari, sufficere, si vitiis enormibus careat, & virtute aliis excellat. Apud Xenophontem) 2. Sorti rem committi posse, si omnes pares essent, quod hic secus habeat. Ignoscite quæso) 3. Non ex gratia, sed dignitate consilium capiendum : ubi simile à navigatione.

IV. Videntur autem) Expositio in pontifice digno quinque requirit, ut sunt : 1. sanctitas morum, quod mores aliorum regat: quare non sit avarus, ambitiosus, crudelis, voluptarius: 2. prudentia: 3. caritas : 4. eruditio : 5. auctoritas.

V. Agite igitur) Epilogus, ubi 1. prosopopœia Ecclesiæ ceu matris & de singulis bene meritæ : 2. Votum, ut dignum eligant, quod antecessores Pius, & Gregorius tales fuerint.

Habes quod imiteris de magistratu aut simili officio recte constituendo.

LIB. II. ORAT. XX.

In funere Hippolyti Cardinalis viri omni laude digni.

I. Quod acerbissimum) Exordium patheticum à communi luctu ex tanti viri obitu.

II. Sed quoniam) Propositio cum duplici prolepsi : quod consolatio hæc exigua : quodque ipse præ ægritudine animi rei medignitate dicere nequeat.

III. Primum igitur) Laudatio quadruplex. 1. à dignitate familiæ. Cum autem) 2. ab educatione. In illa igitur) 3. à virtutibus, ut sunt : 1. sapientia, unde opera ejus ad magna negotia à regibus Galliæ & ipso pontifice usurpata : II. magnificentia & liberalitas : III. mansuetudo : IV. pietas. Qui cum sibi) 4 à morte.

IV. O me infelicem) Epilogus patheticus à triplici monitione: ut tanti viri obitus humanitus feratur : ut pro anima ejus oretur. Vt memoria ejus sit sancta.

Ha-

Habes exemplum orationis funebris de vita & morte perſonæ illuſtris.

LIB. II. ORAT. XXI.

In funere Epiſcopii Militiæ Magiſtri.

I. Præclare à votis) Exordium laudat pietatem militum in honeſto funere magiſtro ſuo curando, in primis quod eum publice laudari velint.

II. Primum igitur) Laudatio ipſa quintuplex: 1. à nobilitate generis. Eodemque) 2. a vitæ genere, quod idem virtutis ejus documentum. Sed hæc quidem) 3. à rebus geſtis & meritis pro religione & ditione Chriſtianorum. Tantis igitur) 4. à dignitate attributa, & ſapienter ac laudabiliter geſta. Vbi catalogus virtutum, pietatis, magnificentiæ, humanitatis, liberalitatis, juſtitiæ, innocentiæ ipſi etiam pontifici probatæ. Ergo cum) 5. à morte pia.

III. Quod ſi quid) Epilogus habet 1. ἀδιλπιστιαν de ſtatu defuncti: 2. paræneſin ad milites, ut exempla ducis ſui concordiam inter ſe colant.

Habes exemplum homini militari parentandi, & milites ad virtutem & concordiam hortandi.

FINIS LIBRI TERTII.

2 JY 58

EXER-

EXERCITATIONVM RHETORICARVM

LIBER IV.

QVI EST

Commentariolus Analyticus in orationes T. Livii, quotquot earum ſuperſunt, hoc eſt, ducentas quinque: Quo non tantum ſingularum artificium Rhetoricum, ſed etiam fundamenta rerum ex Philoſophia practica demonſtrantur; denique uſus quoque oſtenditur, ſive ratio imitandi.

E DECADIS PRIMÆ LIBRO PRIMO.

ORATIO I.

Præfatio auctoris in Hiſtoriam ſuam.

PRæfatio Auctoris eſt οὐσταικὴ, cauſas operæ impenſæ exponens, eaſque per formam prolepticam.

Hθος eſt viri modeſti & diligentis: Παθος, amoris & benevolentiæ.

Partes ſunt tres: Propoſitio, confirmatio & concluſio.

Facturus ne) 1. Propoſitio totius operis quædam definitio eſt: quod rem Romanam inde à primordio urbis perſcripturus ſit. Objectio hic eſt, quod arrogantius agere videri poſſit; ſcilicet pro more novellorum ſcriptorum: cui reſpondet à fine, quod non ſuæ, ſed populi Romani, qui omni laude dignus, memoriæ conſultum velit.

Etſi in tanta) 11. Confirmatio ſumitur ab honeſto, jucundo, utili. Honeſtum eſt, quod etſi alii, iique nobiliores ſcriptores ſint, (ut M. Cato, Siſenna, Piſo, Fabius Pictor, Pomponius Atticus, Criſpus Salluſtius) tamen ipſe quoque tentare aliquid velit, & à melioribus vinci ſolatio ſibi ſit. Ethos hoc candoris & modeſtiæ facit ad benevolen-

lentiam comparandam, quæ primaria exordiorum virtus est.

Res est) Jucunditati tria obstabant: quæ fastidium creare poterant: immensitas, vetustas, varietas nimia. His primo experientiam contrariam opponit, quod antiquitatis contemplatione à suæ ætatis malis, quæ nec sine dolore recordari, nec sine metu scribere possit, avertatur. Deinde rejicit nimis illa remota, quæ vel ante urbem conditam, vel in ipsa condenda urbe accidisse ferantur, eaque plurimum fabulosa, addito tamen colore pro antiquitate, ne de ea minus reverenter sentire videatur. Postremo recensetur tria capita, quæ in historia Romana attendi operæ precium sit. Primum est de disciplina & moribus cujusque ætatis: alterum de rebus pro ratione legum ac morum gestis: postremum de subsequuto statu publico; qui suum initium, incrementum, vigorem, decrementum, & tandem ruinam habuerit, scilicet ad instar vitæ humanæ, ut Polybius ait. Atque hæc ad docilitatem secundam exordiorum virtutem pertinent.

Hoc illud est) Vtilitas promittitur ab exemplis; quæ occurrent tali Syllogismo: Quæ Historia multa illustria exempla habet rerum agendarum, fugiendarumve, ea utilis est. Romana historia talia exempla habet multa. E. est utilis. Propositio illustratur fine, propter quem legendæ historiæ: Assumtio, comparatione minorum, & acerba antithesi inter priscos & novos Romanorum mores: atque ita lectorem etiam attentum facit, quæ tertia exordiorum virtus est.

Sed querelæ) III. Conclusio duo habet: 1. ἀποδίωξιν querelæ longioris, utpote & per se ingratæ, & in dicendi initio minime opportunæ: 2. omen ac precationem prosperi in opere proposito successus: quæ ipsa quoque benevolentiæ serviunt.

VSVS.

Vsus hujus præfationis erit, cum scripti alicujus ratio reddenda est contra aliorum reprehensiones & judicia sinistra, maxime quod ad methodum & usum.

SENTENTIÆ.

1. Novi semper scriptores aut in rebus certius aliquid allaturos se, aut scribendi arte rudem vetustatem superaturos credunt, juxta illud: Δεύτεραι φρονίδες σοφώτεραι.

2. Nobilitas & magnitudo victoris eum qui vincitur, consolari potest. Vnde poëtæ: -- Vinci Nec tam turpe fuit, quam contendisse decorum: Magnaque dat nobis tantus solatia victor.

3. Minus præbent voluptatis antiqua festinantibus ad nova.

4. Præ-

4. Prævalentis populi vires tandem se ipsæ conficiunt. Lucan.
Atque sua imperium nostrum nunc mole laborat.
Id.--- Populumque potentem
In sua victrici convertunt viscera dextra.

5. Metus offensionis scribentis animum si non flectere à vero, sollicitum tamen reddere potest.
Virg.--- Verum
Nomina magna premunt.

6. Gentilitas ut primordia rerum suarum augustiora faceret, miscuit humana divinis, & ad Deos retulit auctores suos.

7. Ad hæc tempora, quibus nec vitia nostra, nec remedia pati possumus, perventum est.

8. Ex historiis tibi, tuæque reipub. quod imitere capias: inde fœdum incœptu, fœdum exitu; quod vites. Terent. Adelph. Act. 3. Sc. 4.

9. Divitiæ avaritiam, & abundantes voluptates desiderium, per luxum atque libidinem pereundi perdendique omnia, invehunt. Cic. pro Amer. In urbe luxuries creatur: Ex luxuria existat avaritia necesse est: Ex avaritia erumpit audacia: unde omnia scelera & maleficia gignuntur.

10. Querelæ ab initio ordiendæ rei absint.

11. Bonis ominibus ac precatione Dei incipiendum, ut orsis operis successus prosper detur. Xenoph. 1. pæd.

ORAT. II.

Oratio Metii Suffitii ad Tullum Hostilium de intermittendo prælio.

Tullus Hostilius tertius Romanorum rex, pacis, quæ Numa regnante totis jam 43 annis duraverat, pertæsus, belli causas ex agrestium mutua deprædatione avidissime suscepit. Mortuo autem in castris Albanorum rege Cluilio, dictator creatus Suffetius Metius, (quem Historia Romana virum neque bello idoneum, neque pacis firmum custodem appellat) ne acie dimicaret, hac oratione prælium Tullo dissuasit.

Et hoc est principis de salute publica solliciti.

Pathos, metus periculi communis.

Partes sunt tres: Exordium, Contentio & Conclusio.

1. Injurias) Exordium habet insinuationem prolepticam de jure seu causa belli tum simulata, tum vera: ubi ad obtinendam à feroci hoste

hoste audientiam præ se fert ; viri candidi, prudentis, & de communi re solliciti; modesti tamen, & majorum sententiæ facile cedentis.

II. Illud te) Contentio habet dissuasionis argumentum ab inutili, seu periculo prælii. Vt enim consilium suum apud bellicosum & pugnandi cupidum imperatorem locum habeat, præmonet de longe alio pugnæ commissæ eventu, quam Romanus putabat, quando nimirum pro imperio majori uterque populus servitutem sibi attracturus sit: quod periculum probabile facit ex causa: scilicet Hetruscum esse, qui hostis communis: qui vicinus: qui potens: qui in omnem nocendi occasionem intentus. Hinc oratione quoque utitur concisa, & incremento, & perpetuis de re bene considerandæ admonitionibus.

III. Itaque si nos) Conclusio ipsum consilium habet prælii intermittendi, addito novo argumento ab utili, siquidem Tullus obedire velit. Quare iterum quoque pathos movet detestatione belli, & commendatione pacis. Vtitur quoque pulcherrimis antithetis, itemque metaphoris nervosis ab alea & viatoribus, nec non anaphoris cladem metuendam inculcantibus.

EVENTVS.

Eventus consilii fuit salutaris, quod, misso in compendium bello, Horatiis & Curiatiis, tergeminis hinc atque inde fratribus, utriusque populi fata commissa sunt.

VSVS.

Vsus orationis est in dissuadendo periculoso prælio, maxime propter communem, eumque potentem hostem.

SENTENTIÆ.

1. Causa justa belli sunt injuriæ, & non redditæ res, quæ repetitæ sint.

2. Vera potius, quam dicta specioſa dicenda sunt.

3. Cupido imperii cognatos, vicinosque populos, facile ad arma stimulat.

4. Recte, an perperam bellum suscipiatur, prima esse debet deliberatio.

5. Magna pacis colendæ necessitas est, ubi periculum commune.

6. Fessos confectosque simul victorem victumque potentior hostis aggreditur.

7. Belli alea dubia est.

8. Con-

8. Contentum libertate certa esse, præstat quam in dubiam imperii, servitiique aleam ire.

9. Imperatori ineunda aliqua via est, qua sine magna clade, sine multo sanguine res decerni possit.

ORATIO III.

Oratio P. Horatii ad populum pro filio perduellionis reo.

Tergemini fratres Horatii & Curiatii pro libertate patriæ pugnarant: ille pro Romanis, hi pro Albanis. Ex his qui superfuit Horatius, cum victor flentem propter spolia sponso interfecto detracta vidisset sororem, hunc tam intempestivum hostis amorem ferro ultus est. Quam ob causam duumviri capitales à rege Tullo creati, tanquam perduellem capitis damnarunt. Hoc supplicium pater facta provocatione ad populum deprecatus.

Ethos est pii & anxii patris.

Pathos, misericordia.

Partes sunt tres.

1. Hunccine quem) Prima est deprecationis propositio: ut filio pœna adjudicata remittatur: quæ petitio ut plus misericordiæ inveniat, amplificatur antithesi recentis victoriæ & supplicii nunc luendi, itemque hypotyposi supplicii, & quidem per schema communicationis, ad paterni animi luctum magis exprimendum.

11. Quod vix) Altera, confirmatio est ab iniquo, quod tam meriti juvenis pœna nimis sit atrox. ubi itidem ad commovendam misericordiam 1. est comparatio à magis probabili: 2. prosopopœia, seu mimesis odiosæ formulæ ac vocis duumvirum: 3. descriptio & hypotyposis supplicii à quadruplici actu & quasi gradu: 4. antithesis meriti & pœnæ: 5. repræsentatio loci indigni: 6. permissiones ironicæ & acerbæ.

111. Quo enim) Tertia pars conclusio per communicationem, qua virtutis filii testes facit ipsa loca, & sic magnitudine σοργῆς paternæ plura fari impeditus desinit, spolia Curiatiorum (ut est in historia) ostentans, lacrymansque: quo gestu nihil ad permovendum efficacius.

EVENTVS.

Populus filii vitam lacrymis patris condonavit, admiratione magis virtutis, quam jure causæ. Pecunia tamen, & sacrificia imperata quibus tam manifesta cædes expiaretur.

USUS.

Vſus orationis eſt, cum atrox ſupplicium deprecandum ab homine bene merito, nec malitioſe improbo.

SENTENTIÆ.

1. Perduellionis pœna deforme ſpectaculum.

2. Aufert nonnunquam virtus pœnam, & facinus infra gloriam eſt.

ORATIO IV.

Oratio Tulli Romani ad milites de proditione Metii Suffetii Albani.

Metius Suffetius apud ſuos flagrabat invidia eo, quod fortunam publicam Trigeminorum fato experiundam commiſiſſet. Eam ſe fraude & perfidia exſtincturum ſperans, Fidenates & Vejentis Societatis promiſſione ad arma contra Romanos ſollicitat, ipſeque Romanis ex fœdere in auxilium miſſus, prælio jam cœpto, ſenſim ad montes ſuccedit, fortunam exſpectans: qua favente Romanis redit, iiſque victoriam gratulatur. De hac proditionis fraude poſtero die Tullus, advocata concione Romanorum, Albanorumque, Suffetium accuſat, & quid de populo, quid de ipſo conſtituerit, denunciat.

Ethos eſt viri gravis & vehementis.

Pathos, odium ac indignatio.

Partes ſunt quatuor.

1. Romani) Prima exordium eſt gratulatorium de parta victoria, ratione ſumpta à magnitudine periculi ſuperati: quæ ſic dicuntur, partim ad captandam benevolentiam exercitus, cujus proſperitati cupiat: partim ad concitandam Metio invidiam, cujus culpa tam periculoſe Romani dimicarunt.

11. Nam ut vos) Pars altera brevis eſt narratio tum perfidiæ Albanæ, tum contra adhibiti ſtrategematis, ubi ☞ providi & cordati imperatoris.

111. Nec ea) Tertia eſt contentio, qua exercitum excuſat, & omnem culpam transfert in Metium, eum perfide, & proditorie egiſſe, & proinde pœnam meruiſſe arguens, hoc modo: Qui contra fœdus & jusjurandum egit, noſque hoſti prodere voluit, is puniendus eſt. Metius hoc fecit. Igitur puniendus. Aſſumptio præcedit, ubi majoris indignationis ergo per Anaphoram ter Metius nominatur, ejuſ-

ejusque facinus in totidem quasi actus dividitur. Propositionis loco insignis sententia est ex loco contrariorum, quod videlicet indulgentia ad talia scelera peccandi audaciam majorem pariat. Conclusio reservatur Epilogo.

IV. Quod igitur) Postrema pars est peroratio, duplicem sententiam inferens. Una est de populo Albano, qui Romam traducendus. ubi ad occupandum metum crudelitatis 1. est votum felicis eventus: 2. promissio beneficentiæ ac summæ humanitatis: 3. Defensio consilii ex paribus. Altera sententia est in Metium, qui in partes distrahendus: quod supplicium ne justo acrius videatur, tres rationes affert: 2. quod ingenium Metii insanabile: 2. quod tam severa pœna publice profutura: 3. quod delicto sit proportionalis. Prima ratio est à necessario: altera ab utili: tertia à justo.

EVENTVS.

Ruptor fœderis Suffetius religatus inter duos currus, pernicibus equis distrahendus datur.

VSVS.

Vsus orationis est in accusando, vel condemnando proditore.

SENTENTIÆ.

1. Dimicatio major ac periculosior est cum proditione ac profidia sociorum, quam cum hostibus.

2. Multum potest in præliis consilium & imperii simulatio.

3. Audebit quidvis alius, nisi in sceleratos insigne mortalibus documentum detur.

4. Fides ac fœdera servanda.

5. Cui disciplina frustra adhibetur, supplicio docendus est.

6. Pœna sit par culpæ.

ORATIO V.

Oratio Tarquinii Prisci ad populum pro regno consequendo, Anco mortuo.

Is primus & potuisse ambitiose regnum, & orationem dicitur habuisse ad conciliandos animos compositam.

Ethos est benevolentia ac spes.

Pathos, amor civium.

Partes sunt in argumentis. quæ quatuor.

I. Cùm se) Ab exemplis per prolepsin: quod nihil novi petat, cùm ante se aliis peregrinis hic honos habitus, ut Tatio & Numæ.

II. Se ex quo) A jure civium, in quibus ipse quoque sit: ut qui tot annis Romæ habitarit.

III. Domi militiæque) A qualitate personæ, quod jura & ritus Romanos, domi militiæque satis calleat.

IV. Obsequio) A meritis erga regem & cives.

EVENTVS.

Tarquinium ingenti consensu populus regnare jussit.

VSVS.

Vsus orationis est in petendâ dignitate, seu officio honesto, ob personæ dignitatem ac merita.

SENTENTIÆ.

1. Non facile res nova petenda est.

2. Peregrino altera patria est, quo cum conjuge ac fortunis omnibus commigravit.

3. Multum commodat jura & ritus loci, ubi degimus, didicisse: obsequio & observantia in magistratum cum omnibus; benignitate erga alios cum summis quibusque certare.

ORATIO VI.

Divinatio Tanaquilis reginæ ad Virum de puero Servio.

Servio puero dormienti caput arsit, & cum somno flamma abiit, puero illæso. Id prodigium Tanaquil pro omine regni habet.

Ethos est matronæ sagacis & providæ.

Pathos, Εὐελπιστία.

Partes sunt duæ.

I. Vides ne) Prior divinatio est de fortuna pueri ex analogia visi prodigii, ubi & prolepsis conditionis præsentis.

II. Proinde) Posterior habet consilium de ejusdem pueri educatione.

EVENTVS.

Inde puerum liberorum loco cæptum haberi, erudirique artibus, quibus ingenia ad magnæ fortunæ cultum excitantur.

USUS.

Usus orationis est in prodigiis explicandis, & conjectura ex prima ætate sumenda de moribus & fortuna sequuturis: indeque formandis consiliis.

SENTENTIÆ.

1. Omina primæ ætatis non sunt de nihilo.

2. Puer, de quo spes magna est, omni indulgentia nutriendus, erudiendusque est artibus, quibus ingenia ad magnæ fortunæ cultum excitantur.

ORATIO VII.

Preces Tanaquilis ad generum Servium de mariti cæde ulciscenda.

Anci filii duo pro indignissimo habebant, se patrio regno, tutoris Tarquinii fraude pulsos: regnare Romæ advenam: imo servum in spem regni ali. Igitur ex pastoribus duos ferociſſimos deligunt, qui specie rixæ deferendæ ad regem intromissi: unus ex composito rem orditur: dum intentus in eum se rex totus avertit, alter elatam securim in caput dejicit, lictoque in vulnere telo, ambo se foras ejiciunt. Hic Tanaquil Servium invocat ad vindictam & capessendum regnum.

Ethos est mulieris magnanimæ.

Pathos, Nemesis.

Partes sunt duæ.

I. Orat ne) Prior petitio est, ut cædem regis ulciscatur. Argumenta sunt: 1. quod injuste & nefarie occisus: 2. quod ipsa alioquin inimicis ludibrio futura.

II. Tuum est) Posterior est hortatio ad regnum capessendum: 1. quia id ei jure affinitatis debeatur: 2. quia indignum, parricidis cedere: 3. quia puero divinitus portentum: 4. quia marito & sibi peregrinis regnare contigit: 5. quia ipsa ei consilio affutura. Prima duo argumenta ad rei honestatem: reliqua ad facilitatem pertinent.

EVENTUS.

Servius primum vice regis jura reddidit: tandem voluntate patrum regnavit.

VSVS.

Vſus orationis eſt in roganda vindicta contra parricidas, & defe-rendo regimine.

SENTENTIÆ.

1. Principum cædes non ſunt ſinendæ inultæ.
2. Erige te, Deumque ducem ſequere.
3. Regnum vult virum.
4. Qui ſis, non unde natus, reputa.
5. Si tua conſilia torquent, ſequere aliorum.

ORAT. VIII.

Indignatio Turni Herdonii in Tarquinium Superbum, quod concilio Latinorum ab ipſo indicto non intereſſet.

Ethos eſt hominis amantis libertatis.

Pathos, ira & indignatio.

Partes ſunt tres.

I. Haud mirum) Propoſitio: jure ipſum à ſuis ſuperbum dici.

II. An quicquam) Confirmatio ab effectis: 1. quod ludificarit Latinos, concilio indicto, cui ipſe non adſit: 2. quod in Latinos tyrannidem affectet: 3. quod apud ſuos propter tyrannidem inviſus.

III. Si ſe audiant) Concluſio hortans, ut non exſpectato amplius Romano, domum quiſque redeat.

EVENTVS.

Intervenit Tarquinius: Turnus ob libertatem uſurpatam per calumniam inſidiarum opprimitur.

VSVS.

Vſus orationis eſt in querelis de principum inſolentia: niſi quod ex periculoſæ ſint, & auctori ſæpe per jugulum redeant, ut exemplum præſens oſtendit.

SENTENTIÆ.

1. Nihil ſuperbius eſt, quam ludificari omne nomen populi.
2. Si jugum acceperis, obnoxius premeris.
3. Imperium non facile credendum eſt alienigenæ.
4. Si principis ſuos pœnitet, quid ſpei melioris portendetur aliis?

ORA-

ORATIO IX.

Lucretiæ lamentatio ad suos de vi à S. Tarquinio sibi facta.

Ethos est matronæ castæ & perturbatæ.

Pathos, nemesis & ira.

Partes sunt quatuor.

I. Quærenti) Querela de vi sibi facta.

II. Cæterum) Excusatio seu purgatio sui, quam vult morte testari.

III. Sed date) Obtestatio viri & amicorum, ut tam atrocem injuriam vindicent.

IV. Vos inquit) Desperatio cum consilio moriendi, videlicet ne exemplo Lucretiæ impudicitia excusabilis fiat.

EVENTUS.

Omnes ordine fidem dant ultionis: sed ipsa cultrum in corde defigit, prolapsaque in vulnus moribunda cecidit.

SENTENTIÆ.

1. Qui salva est mulier, amissa pudicitia?

2. Libido impura pestiferum gaudium.

3. Mens peccat, non corpus: & unde consilium abfuit, culpa abest.

EX DECADIS PRIMÆ
LIBRO SÆCVNDO.

ORATIO X.

Iunii Bruti Suasio ad Collegam Tarquinium Collatinum de consulatu deponendo.

Pulso Superbo, penes Collatinum imperium erat. Quod cum periculosum libertati videretur, Brutus suadet, ut se consulatu abdicet. Res agitur hoc Syllogismo. Nemo, à quo periculum libertati sit, Romæ regnabit. A te est periculum libertati. E. Romæ non regnabis.

Ethos est boni civis.

Pathos, metus.

Partes pro judicio Syllogistico sunt tres.

1. Ibi omnium) Exordium per insinuationem, ubi recitat acta cum populo, unde Syllogismi elicit propositionem, tanquam suasionis suæ fundamentum, eamque jurejurando civitatis confirmatam.

11. Invitum) Improbatio consulatus Collatini, quia populo suspectus: ubi anticipata suspicione malevolentiæ, repræsentat personam populi, argumento suspicionis ducto à genere, nomine, & potestate consulis: atque hæc Syllogismi assumptio est.

111. Hunc tu) Conclusio apertius jam non abdicationem tantum imperii, sed etiam exilium suadens. ubi notabis 1. prolepsin meriti Collatini, 2. ipsum consilium, 3. alteram prolepsin de jactura rei familiaris, 4. pathos terroris à consensu civitatis adversus gentem Tarquiniam.

EVENTVS.

Tarquinius motus auctoritate amicorum, abdicavit se consulatu, rebusque suis omnibus Lavinium translatis, civitate cessit.

VSVS.

Vsus orationis est in dissuadendo magistratu invidioso.

SENTENTIÆ.

1. Non ferendum in repub. unde periculum sit libertati.
2. Vincat caritas reipub.
3. Regium genus, regium nomen obstat libertati.
4. Voluntate occupandum est, quod idem postea cum ignominia & majore damno necessitas coget.

ORATIO XI.

Supplicatio Tarquinii regis ad Vejenses & alios vicinos, de se restituendo.

Ethos est hominis supplicis.

Pathos, misericordia.

Partium loco sint rationes, quas considerari vult, sex.

1. Orare maxime) quod cognatus sit.

11. Extorrem) quod è summo loco in ultimam necessitatem dejectus.

111. Se regem) quod præter meritum & culpam suam pulsus, & quidem à propinquis, & per seditionem.

1v. Eos inter se) quod regnum inter indignos divisum.

v. Bo-

V. Bona ſua) quod bona etiam ſibi erepta.

VI. Patriam) quod adverſarii homines ſint in regem ſuum ingrati, in vicinos injuſti.

EVENTVS.

Vejentes & Tarquinienſes ad bello perſequendos Romanos ſequuti Tarquinium. Pulchrum enim videbatur ſuos Romæ regnare.

VSVS.

Vſus orationis eſt in petendis auxiliis contra vim injuſtam & læſam majeſtatem.

SENTENTIÆ.

1. Ingratus civis eſt, qui magiſtratui ſuo ſe opponit.
2. Veteres injuriæ facile recrudeſcunt.

ORATIO XII.

Oratio P. Valerii ad populum, de affectati regni crimine ſeſe purgantis.

Conſul P. Valerius ædificabat in ſummitate Veliæ, id eſt, in editiſſima parte montis Palatini: unde cum deſpicere populum, velut omnium cervicibus immineret, videretur, & vim quoque, tanquam ab arce propellere poſſe, venit apud populum (omnia tunc ex recenti Tarquiniorum metu timentem) in ſuſpicionem regni affectati. Quo accedebat, quod non ſurrogaverat collegam in locum Bruti. Ea recognita, conſul faſces populo pro libera concione ſummiſit, ſeque de crimine objecto expurgavit.

Ethos eſt viri integri, & boni civis.

Pathos, pudor ob ſuſpicionem temerariam.

Partes ſunt tres.

I. Nunquamne) Exordium patheticum, quo plenus indignationis, ex ſuo caſu generalem querelam inſtituit de optimi cujuſque apud mobile vulgus fortuna. Vtitur autem particula illativa Ergo, è re præſenti arguens quod queritur, & præterea communicatione propter affectus vehementiam.

II. Ego ne) Ipſa purgatio ſeu contentio, qua primum negat ſe regnum cupiviſſe, argumento à contrario, quod acerrimus ſit regum hoſtis: deinde refutat ratiunculam populi ſuſpicacis deſumptam ex ædibus conſulis, argumento à majori, & ab ipſa experientia contrarii conſili in ædibus iſtis demoliendis: quæ omnia plena ſunt tum indigna-

tionis ex conſcientia rectorum conſiliorum profectæ: tum pudoris & confuſionis propter levitatem iſtam ſuſpicandi, & in meritiſſimum, probatiſſimumque virum ingratitudinem.

III. In Velia) Concluſio per epiphonema de ſua & aliorum ſorte.

EVENTVS.

Hoc modo Valerius ita in ſe omnium benevolentiam concitavit, ut ei ſe lubentius ſummittentes, dictoque ejus cum voluptate audientes eſſent, & nomen ei darent poplicolæ, quaſi Populum colentis, denique domum longe ſuperiori perfectiorem ædificarent. Vide etiam Plutarch. in vita, & Plin. l. 36, c. 115.

VSVS.

Vſus orationis eſt in refutanda ſuſpicione tyrannidis, vel ſeditionis, a vita & moribus hactenus probatis.

SENTENTIÆ.

1. Nunquam ulla adeo ſpectata virtus erit, ut ſuſpicione & calumnia violari nequeat.

2. Levi momento boni viri fama apud plebem pendet, & fundata leviter eſt fides.

3. Sæpe ubi ſis, quam qui ſis, magis refert.

4. Prudentis, & offenſionem fugientis viri eſt, temporibus cedere, populoque vel cum damno ſuo obſequi.

5. Vir bonus non à crimine tantum, ſed etiam à ſuſpicione criminis abeſſe ſtudet.

ORATIO XIII.

Oratio Tarquiniorum ad Lartem Porſenam Hetruſcorum regem, de ſe reſtituendis.

Ethos eſt ſupplicis.

Pathos, partim miſericordia, partim metus.

Partes ſunt in ipſis argumentis.

I. Orabant, ne) quia cognati ſunt Hetruſcorum.

II. Nunc monebant) Non ferendus mos reges expellendi.

III. Satis libertatem) Quia ſic omnibus regnis metuendum, civitatibus per ſe ad libertatem propendentibus.

IV. Adeſſe, quod regnum res pulcherrima.

EVEN-

EVENTVS.

Porsena Romam infesto exercitu venit.

VSVS.

Vsus est, qui orationis secundæ, nisi quod etiam de forma reiminis hic agitur.

SENTENTIÆ.

1. Libertas multum habet dulcedinis.
2. Quanta vi civitates libertatem, tanta regna reges defendunt.
3. Regnum res pulcherrima. Vide Herod.

ORATIO XIV.

Oratio Mutii ad regem Porsenam de consilio suo contra ipsum.

Porsena Hetruscorum rex Tarquinios ejectos armis, summaque vi conabatur reducere. Eum C. Mutius adolescens Romanus per insidias in castris aggreditur, sed frustrato ictu, scribam pro rege interficit. Comprehensus per Satellites, consilium libere fatetur, atque pulcherrimo facinore de eo consultat.

Ethos est viri fortis & intrepidi.

Pathos, admiratio & metus.

Partes sunt duæ.

1. Romanus) Prima est quadruplex confessio perpetua parrhesia figurata: 1. de persona sua, quam describit ex genere & differentia: 2. de consilio, quod defendit ex causa impulsiva: 3. de constantia in ferendo supplicio, cum argumento à propria hominis Romani virtute, per comparationem parium: 4. de conjuratis.

11. Proinde) Altera est comminatio gravioris periculi, quod terroris augendi causa exaggerat 1. testimonio præsentis experientiæ, 2. tempore, 3. objecto, 4. loco, 5. causa efficiente, 6. forma seu modo agendi. Vtitur etiam permissione ironica.

EVENTVS.

Cum hanc animi sui magnitudinem re simul probaret, ardentibus focis injecta manu, regem usque adeo perterrefecit, ut Romanos valere, liberosque esse jusserit.

VSVS.

Vsus est in egregii facinoris defensione, & animi constantia profitenda.

SENTENTIÆ.

1. Hostis hostem occidere jure potest.
2. Et facere, & pati, fortis viri est: vel, Non ad mortem minus animi esse debet, quam ad facinus.
3. In magno discrimine est, cui in singulas horas pro capite dimicandum suo.
4. Occultus, quam manifestus hostis, plus timendus.

ORATIO XV.

Responsum senatus Romani ad petitionem Porsenæ de reducendo in regnum Tarquinio.

Ethos est virorum magnanimorum & amantium libertatem.

Pathos, favor ac benevolentia.

Partes sunt tres.

1. Vt in perpetuum) Propositio, qua petunt, ne hujusce rei amplius mentio fiat.

11. Cum ille peteret) Confirmatio, quia sit contra libertatem suam, quam æque caram, atque ipsam vitam habeant.

111. Proinde) Conclusio orans, ut per ipsum liceat liberos esse.

EVENTVS.

Rex in excusatione Romanorum conquiescit, & relictis Tarquiniis, paci suæ consulit.

VSVS.

Vsus est in recusando postulato nobis plurimum noxio, & petenti non multum commodante.

SENTENTIÆ.

1. In mutuis beneficiis invicem animi non sunt sollicitandi.
2. Quod in perniciem tuam est, negare licet, cui alias nihil negatum velis.
3. Cui in libertate esse licet, ne sit in regno.

ORA-

ORATIO XVI.

Veterani cujuſdam ad populum querimonia de iniquitate fœneratorum.

Ethos eſt hominis miſerabilis & triſtis.

Pathos, miſericordia & indignatio.

Partes ſunt tres.

I. Magno nata) Deſcriptio habitus & geſtus miſerabilis, quo pro exordio uſus.

II. Sciſcitantibus) Querela ipſa de ſua paupertate, & fæneratorum avaritia juxta, & crudelitate.

III. Inde oſtentare) Concluſionis loco eſt πάθος, quando oſtentat tergum fædum recentibus veſtigiis verberum.

EVENTUS.

Odium in divites ac fæneratores ſua ſponte gliſcere, hæc actio accendit.

USUS.

Uſus talis habitus & querelæ eſt, cum quis potentiorum injuriis indigne vexatus, confugit ad præſidium publicum.

SENTENTIÆ.

1. Multum ad perſuadendum ipſe rei aſpectus valet. Vide Rhetor.
2. Indignum eſt, virum fortem non habere, unde vitam toleret.
3. Uſura velut tabes eſt.

ORATIO XVII.

Apologus Menenii Agrippæ, populo concitato concordiam ſuadentis.

Ethos eſt civis pacifici.

Pathos, pudor & metus.

Partes ſunt duæ.

I. Tempore, quo) 1. Apologus de indignatione cæterarum partium adverſus ventrem: ubi cauſa iræ, indignatio ipſa, & ſubſequuta totius corporis tabes.

II. Comparando hinc) 2. Accommodatio Apologi ad ſtatum præſentem: nimirum, ut intellecta ſeditionis cauſa ſtulta, indeque me-

metuendo periculo, mentem mutent, & in concordiam cum patribus redeant.

EVENTVS.

Flexit mentes hominum, agique de concordia cæptum.

VSVS.

Vſus Apologi eſt in ſimili ſtatu reipub. & ad auditores ſimiles, hoc eſt, rudes & concitatos.

SENTENTIÆ.

1. Nulla profecto ſpes reipub. eſt, niſi in concordia civium.
2. Inteſtina corporis ſeditio ſimilis eſt iræ plebis in patres & magiſtratum.

ORATIO XVIII.

Oratio M. Coriolani ad patres contra plebem de frumento advecto.

Plebs ob impotentiam fæneratorum in ſacrum montem armata ſeceſſit, ægreque, nec niſi Tribunis impetratis, Menenii Agrippæ auctoritate revocata eſt. Ex incultis per ſeceſſionem agris annonæ caritas extitit: cumque magni vis frumenti è Sicilia conſulum providentia advecta eſſet, agitatumque in ſenatu, quantum plebi daretur, Coriolanus, hoſtis Tribunitiæ poteſtatis, auctor fuit, ut Senatus hac occaſione plebem in ordinem redigeret, nec ei veterem annonam concederet, niſi jus priſtinum patribus reddidiſſent.

Ethos eſt viri acris & vehementis.

Pathos, indignatio: quam ob cauſam de plebe falſe & contumelioſe loquitur, crebriſque utitur interrogationibus & ſarcaſmis.

Partes ſunt tres.

I. Si annonam) Propoſitio ſuaſionis.

II. Cur ego) Confirmatio duplex: una ab injuriis plebis, quod Senatui Tribunos prætulerit, quod hyperbolice vocat Sub jugum mittere; quod ſeditionem concitarit: quod agros patrum vaſtarit: altera à cauſa caritatis, quæ in ipſa plebe reſideat: quæ omnia invidioſis comparationibus & figuris (ut communicatione, permiſſione, ſacraſmo) atrociora facit.

III. Audeo) Concluſio Pathos habens ἐλπίδας, ſiquidem conſilio pareatur.

EVEN-

EVENTVS.

Plebs prope ira armata, Coriolanum, cum die dicta non adesset, tanquam contumacem & plebis judicium contemnentem, exilio mulctavit.

VSVS.

Vsus orationis est, cum auctoritas magistratus adversus plebem lascivientem, & licentia tumultuantem defendenda: quanquam concitatos animos flecti, quam frangi cum tutius, tum facilius est, ut recte de his turbis pronuntiavit consul Servilius.

SENTENTIÆ.

1. Magistratus data occasione furorem plebis coerceat.
2. Plebeius magistratus insolens & violentus est.
3. Seditio & bellum vastant agros.
4. Ferocia ingenia malo facilius domantur.

ORATIO XIX.

Admonitio Actii Tullii ad consules Romanos de Volscis à ludis prohibendis: scilicet ut causa esset belli contra Romanos.

Martius Coriolanus exul apud Volscos hospitio utebatur Tullii principis Volsci nominis, populoque Romano infensi. Hi duo consilia conferunt de bello Romano: cujus ut occasio quædam daretur, suis auctor est Tullius, ut frequentes, ludos viserent Romæ: qui prius quam committerentur, Tullius remotis arbitris, consules adit, & cives suos falso tumultus insimulat, seque à suspicione ejusmodi facinoris purgatum vult.

Ethos est φιλησυχίαν & ingenuitatem simulantis.

Pathos, metus & formido.

Partes sunt tres.

1. Invitus) Exordium prolepticum, quo à se removet suspicionem calumniæ, argumento à necessitate & fine.

II. Nimio) Ipsa insimulatio probata ex causis, nempe voluntate & facultate. Voluntatem arguit ex ingenio Volscorum inquieto, addito testimonio experientiæ. Facultatem probabilem facit è data occasione, ubi & prosyllogismus ab exemplo, sed calumniose, ut omnia, allegato. Non enim Sabina, sed Romana juventus erat, quæ virgines rapiebat.

III.

III. Hæc noſtra) Concluſio, qua iterum excuſat indicium, & ſimul conſilium, quo ſe integrum ſervare velit, adjicit.

EVENTVS.

Romani metuentes ſibi à Volſcis, omnes ante noctem proficiſci jubent.

VSVS.

Vſus eſt in præcavendis turbis: dummodo abſit calumnia, quæ abhorret à viro bono.

SENTENTIÆ.

1 Calumnia & ſuſpicio facile radices in animis agunt, præſertim ſi auctor alicujus nominis ſit.

2. Nunquam diligentius, quam in ludis & feſtis diebus, præcavendum eſt, vel ex ſupervacuo.

3. Domum abire præſtat, quam cujus facte dictivi contagione præſentem violari.

ORATIO XX.

Oratio ejuſdem Tullii ad populares, qua eos in Romanos concitat.

Volſcis, quod dolo Tullii Romanis ſuſpecti facti erant, pulſis ex urbe indignatio ſuborta eſt: ſe ut conſceleratos contaminatoſque ab ludis abactos eſſe. Eos itinere exceptos Tullius porro inflammat, & ad bellum ſuſcipiendum hortatur.

Ethos eſt honeſtatem & ſalutem publicam amantis.

Pathos, iræ & indignationis.

Partes ſunt tres.

I. Veteres) Propoſitio, aucta comparatione minorum, qua ſtatim ab initiabilem movet.

II. An non) Confirmatio ab illata injuria, cui inſint irriſio, ignominia, & periculum capitis: quæ omnia majoris indignationis cauſa exaggerantur circumſtantiis teſtium, locorum, temporum, antecedentium, connexorum, conſequentium.

III. Bellum vobis) Concluſio habens epiphonema, quo ſpecialius conſilium ſuum exprimit de injuria bello ulciſcenda, tribus aliis argumentis aſperſis: à neceſſitate, honeſtate, utilitate.

EVEN-

EVENTVS.

Volſci & ſua ſponte irarum pleni, & à Tullio incitati domos, inde ingreſſi ſunt, inſtigandoque ſuos quiſque populos effecere, ut omne Volſcum nomen deficeret.

VSVS.

Vſus eſt in ſuadenda vindicta ob illatam injuriam, & quidem cum contumelia: ſed veritas ſubſit, ſine fuco malitioſæ calumniæ.

SENTENTIÆ.

1. Fax belli homo callidus & factioſus.
2. Nulla injuria gravius fertur, quàm ignominia.

ORATIO XXI.

Oratio Veturiæ, cum filio Coriolano expoſtulantis de patria obſeſſa.

Martius Coriolanus ob injuriam exilii, ſigna jam Volſcorum illatius mœnibus Romanis erat. Itaque miſſi de pace ad eum oratores & ſacerdotes, ſed fruſtra. Tandem mater Veturia cum uxore & duobus parvis liberis in caſtra venit: cui cum obvius fieret Coriolanus, cum eo expoſtulat, & patriæ oppugnationem deprecatur.

Ethos eſt matronæ gravis; & auctoritatis ſuæ memoris.

Pathos, pudor & pœnitentia.

Partes ſunt quatuor.

I. Sine prius) Exordium concitatum & vehemens ex re præſenti ſumptum.

II. In hoc) Propoſitio figurata pathetica communicatione, & forma querelæ.

III. Potuiſti) Confirmatio à conſilii turpitudine, quam exaggerat 1. beneficiis acceptis, 2. adjunctis incolis cariſſimis, 3. antitheſi: additis vehementibus figuris communicationum, exclamationum, proſopopœiæ.

IV. Sed ego) Concluſio deprecationi πάθος addens à perſonis amantiſſimis; matre, uxore, liberis, quibus conſilium Coriolani periculum creet.

EVENTVS.

Coriolanus, matris pietate & lacrymis victus, retrò ab urbe caſtra movit.

VSVS.

Vſus eſt in diſſuadendo bello contra patriam, non patriæ tantum, ſed ipſi etiam auctori nocituro.

SENTENTIÆ.

1. Vt parentum, ſic patriæ, injuriæ ferendæ ſunt.
2. Nihil triſtius, quam liberos educaſſe in peſtem patriæ.
3. Nemo bonus populatur terram, quæ eum genuit atque aluit.

EX DECADIS PRIMÆ *LIBRO TERTIO.*

ORATIO XXII.

Oratio Q. Fabii ad Tribunos pl. de lege C. Terentilli Arſa.

C. Terentillus Arſa Trib. pleb. conſulibus bello cum Aequis & Volſcis occupatis, in conſulare imperium tanquam nimium, & liberæ civitati intolerabile, invectus, legem promulgarat, ut quinqueviri crearentur legibus de poteſtate conſulari ſcribendis. Hanc legem Q. Fabius tum præfectus urbis diſſuadet, & à cæteris Tribunis, ut res integra in reditum differretur, contendit.

Ethos eſt viri de repub. ſolliciti.

Pathos, pudor & metus.

Partes ſunt tres, hoc Syllogiſmo comprehenſæ.

Quæ lex reipub. pernicioſa eſt, nobis miſera, ipſiſque vobis invidioſa, eam non feretis. Lex Terentilli talis eſt. E. eam non feretis.

I. Vos cæteri) Exordiolum à fine tribunatus, & quidem per antitheſin: quod diſſuaſionis hujus fundamentum eſt; & Syllogiſmi dicti propoſitio major.

II. Nobis miſerum) Ipſa diſſuaſio ex cauſis jam intellectis: quæ Syllogiſmi aſſumptio eſt.

III. Agite cum) Concluſionis loco æquiſſimum infert poſtulatum, ut ſi non intermitti, ſaltem differri rem velint: cui additur πάθος invidioſum à comparatione Tribunorum cum ipſis hoſtibus Romanorum.

EVENTVS.

Egerant cum Terentillo Tribuni, dilataque actione conſules ex templo accerſiti: jactata res per aliquot dies tum in ſenatu, tum ad popu-

populum est: cessit ad ultimum majestati consulis Tribunus, & desistit.

VSVS.

Vsus est, cum lex seditiosa & iniqua dissuadenda.

SENTENTIÆ.

1. Nulla lex ferenda, quæ reipub. perniciem, optimatibus miseriam, ipsique auctori invidiam affert.

2. Potestas Tribunitia ad singulorum auxilium, non ad perniciem universorum comparata est.

2. Calida consilia differenda sunt.

ORATIO XXIII.

Oratio A. Virginii ad plebem de Cæsonis Quintii ferocia.

Lex Terentilla de limitanda potestate consulari ab toto relata collegio Tribunorum erat. Eam impedire patres omnibus viribus conabantur, neque suum cui jus modum faciebat, sed virium spe, sed manu obtinendum erat, quod intenderes: nec seniores rei intererant, quippe quæ non consilio regenda, sed permissa temeritati audaciæque esset. Cæso erat Quintius, ferox juvenis: hoc duce sæpe pulsi foro Tribuni, fusa ac fugata plebs est. Tam atrox ingenium retundi suadet A. Virginius; capitis die dicta.

Ethos est libertatem & modestiam amantis.

Pathos, invidia & indignatio.

Partes pro ratione Enthymematis sunt duæ.

1. Ecquid sentitis) Criminatio Cæsonis, tanquam legum & libertatis civicæ osoris: quæ Enthymematis pars est antecedens, ubi ad augendum invidiam utitur incremento, & comparatione minorum, item communicatione & correctione.

11. Exspectate) Suasio de Cæsone coercendo, ubi ironia & παράδειγμα ex collatione imparium; atque hæc pars consequens est Enthymematis.

EVENTVS.

Cæso his, aliisque criminibus pressus, haud multum aberat, quin impetu populi interiret. Dimissus è foro, datis vadibus, nocte proxima in Thuscos in exilium abiit: pecunia à patre L. Quintio cincinnato exacta crudeliter, ut is divenditis omnibus bonis, aliquandiu trans Tiberim veluti relegatus, devio quodam in tugurio viveret.

SENTENTIÆ.

1. Libertas ſummum civitatis bonum.

2. Qui, privatus, viribus & audacia regnat, multo id faciet magis magiſtratum conſequutus.

3. Ferocia & ad crudelitatem prona ingenia mature compeſcenda ſunt.

ORATIO XXIV.

Oratio P. Valerii ad Tribunos ſeditioſos & plebem.

Herdonius Sabinus, diſtracta tribunitiis ſeditionibus civitate, cum exſulibus & ſervis Capitolium noctu occupavit. Tribuni fraude patrum id accidiſſe ſuſpicati ad amovendos ab legis popularis cura animos, avocabant populum ab armis. Id cum patribus nunciatum eſſet, P. Valerius ex curia in templum ad Tribunos venit, eoſque hortatur ad arma capienda pro ſalute patriæ.

Ethos eſt boni civis, cui curæ reſpub.

Pathos, pudoris & metus.

Partes ſunt tres.

I. Quid hoc) Exordium habens increpationem Tribunorum, qui tam alieno tempore pro legibus ſuis depugnent. Argumenta ſunt partim ab inhoneſto, partim à periculoſo: ubi communicatio doloris affectum auget.

II. Si vos) Hortatio ipſa ad arma capienda argumento nititur ab inutili: quod ni faciant, ab aris & focis extremum periculum impendeat. Majoris autem metus cauſa 1. congerie quadam partes reipub. periclitantes narrantur per ironicam conceſſionem minoris: 2. deſcribuntur hoſtes ab adjuncta multitudine & loco jam capto: 3. reprehenditur ſecuritas civium per antitheſin ejus quod fiebat, & quod decebat fieri.

III. Romule) Concluſio habet preces ad idolum tutelare Romulum, & Παράδειγμα ab exemplo quod ſequantur.

EVENTUS.

A motis ſeditionis auctoribus, patres circumire plebem, inferentesque ſe in circulos, ſermones tempori aptos ſerere: admonere, ut viderent, in quod diſcrimen rempub. adducerent. Plebs patrum conſilium ſequuta, nequicquam reclamantibus Tribunis, in clivum Capitolinum erigit aciem, & adjuncta Thuſculana legione arcem recuperat.

VSVS.

Vſus eſt in ſuadenda conjunctione armorum tempeſtate Reipub. periculoſa.

SENTENTIÆ.

1. Cum hoſtes ſupra caput ſunt, non deliberandi & litigandi, ſed pugnandi tempus eſt.
2. Boni civis eſt, pro aris & focis pugnare fortiter.
3. Diſcordia & ſecuritas reſpublicas evertunt.
4. Bonus dux bonum reddit comitem.

ORATIO XXV.

Oratio L. Quintii Cincinnati ad populum adverſus A. Virginium Tribunum.

Inſtabant Tribuni, ut de lege toties impedita patres agi ſinerent. Itaque L. Quintius Cincinnatus, Cæſonis, qui apud Thuſcos exſulabat, pater, hac oratione in ſtatum Tribunorum invehitur.

Ethos eſt viri gravis, & civis patriæ amantis.

Pathos ira & pudor.

Partes ſunt tres.

I. Aulus ille) Invectiva ſpecialis in Virginium, cui propter caſum filii plus cæteris ſuccenſebat. Majoris autem invidiæ cauſa comparat eum cum hoſte Herdonio, argumento ab effectis: ſeu injuria in patriam majori.

II. Pudet) Objurgat Tribunos univerſos, quod perfide in rempub. ipſoſque Deos agant, inſanis legibus omnia turbantes, ubi pudoris incutiendi cauſa 1. hoſtes deturpat, 2. facinus eorum exaggerat, 3. cives comparat cum ſociis, 4. & privatum periculum cum publico, 5. denique facta Tribunorum pluſquam hoſtilia, cum ſimulatione pietatis, & ambitioſo titulo.

III. Tum hercule) Concluſionis loco 1. eſt comminatio, quod non paſſurus ſit legem perferri, ideo quod non ſit è repub. 2. hortatur cives, ut miſſis his turbis, ſecum in hoſtem eant. 3. addit Πάθος timoris propter inſtans periculum, ſiquidem & foris, & in ipſa urbe hoſtem habeant.

EVENTVS.

Movebat plebem oratio conſulis, & patres erecti reſtitutam credebant rempub.

VSVS.

Vſus eſt in caſtigandis importunis & perniciosis conſiliis.

SENTENTIÆ.

1. Plus ſupplicii ſeditioſus civis meretur, quam apertus hoſtis.
2. Turpe eſt pietate erga patriam vinci à peregrino.
3. Non eſt ſanctus habendus, cui ipſe Deus neque ſacer, neque ſanctus eſt.
4. Non eſt plebs pars abrupta à cætero populo peculiaris reſpub. habenda.
5. Pro nulla re ardentius pugnandum, quam pro religione.
6. Sæpe bellantes magis, quam pacati, propitium habemus Deum.

ORATIO XXVI.

Oratio ejuſdem Cincinnati in ſenatu adverſus licentiam patrum.

Senatus conſultum factum erat, ne magiſtratus continuarentur, neve iidem Tribuni reficerentur. Contra hanc ſententiam Tribuni refecti, & patres, nequid cederent plebi, L. Quintium Cincinnatum conſulem iterum deſignarunt. Adverſus hanc licentiam agit Quintius, & magiſtratum delatum recuſat.

Ethos, eſt viri gravis, & bonarum legum tenacis.

Pathos, pudor.

Partes ſunt tres.

I. Mirer, ſi vana) Exordium à cauſa, unde ſenatus auctoritas vana ſit: nimirum quia ipſi eam exemplo pravo dato elevent.

II. Quippe quia) Recuſatio ipſa conſulatus duobus argumentis nititur, nempe à turpi & inutili. A turpi, quod contra edictum ſit ſenatus, ubi ſimul excuſationem patrum, exemplo plebis abutentium refutat quadruplici diſſimilitudine, nempe: primo inter poteſtatem & licentiam: tum inter propria & aliena decreta: tertio inter ſenatum prudentem & inconſultam plebem: denique inter officia ducum & qui duces ſequuntur, ubi majoris confuſionis cauſa permiſſio ironica eſt.

Dum ego) Ab inutili argumentum, quod res exemplum pravum habeat, quod ipſe quantum poſſit evitatum cupiat.

III. Te vero) Concluſio in apoſtrophe ad Caium Claudium, ut

is auctoritatem ſuam interponat, & tam temerarium conſilium impediat, argumento ducto ab utili, cum teſtimonio experientiæ.

EVENTVS.

Obtinuit Quintius, ut ſe miſſo, aliis conſul crearetur.

VSVS.

Vſus eſt in munere recuſando, quod contra leges defertur, & habere videtur turpitudinem & invidiam.

SENTENTIÆ.

1. Mirandum non eſt, ſi vana magiſtratus auctoritas apud plebem ſit, qui ipſe eam elevat.

2. Vt virtus optimatum æmulanda, ſic temeritati multitudinis cedendum eſt.

3. Non id eſt plus poſſe in civitate, plus levitatis & licentiæ habere: ſed auctoritate, conſilio, & virtute prævalere.

4. Levius vaniuſque eſt profecto, ſua decreta & conſulta tollere, quam aliorum.

5. Non imitanda eſt turba inconſulta, nec qui aliis exemplo eſſe debes, aliorum exemplo preces potius, quam alii tuo exemplo recte faciant.

6. Honor invidioſus ſpretus gloriam auget.

ORATIO XXVII.

Oratio Decemvirum ad populum de legibus recens Athenis allatis.

Decemviri ingenti hominum exſpectatione propoſitis decem tabulis, populum ad concionem advocant, ejuſque judicium & conſenſum requirunt.

Ethos eſt libertati populi faventium.

Pathos, in amore & ſtudio bonæ politiæ.

Partes ſunt quatuor.

I. Quod bonum) Exordiolum ab uſitato rei felicitandæ voto.

II. Ire & legere) Propoſitio, ut leges promulgatas expendant, & libere, quid illis velint, dicant.

III. Se quantum) Confirmatio duobus argumentis conſtans. Primum ab utili eſt per prolepſin, quod etſi decemviri eas, quantum in ipſis, examinarint, plus tamen videant plures. Hoc illuſtratum partibus & modo agendi, ut ſunt: ſecum verſare, cum aliis conferre,

tandemque ſententiam dicere. Altera ratio eſt ab honeſto: æquum eſſe leges omnium conſenſu ferri.

IV. Nec juſſiſſe) Concluſio ex fine, in tyrannidis aut temeritatis ſuſpicione vitanda.

EVENTVS.

Cum ad rumores hominum de unoquoque legum capite edito, ſatis correctæ viderentur, centuriatis comitiis decem tabularum leges perlatæ ſunt, quibus paulo poſt duæ adjectæ: quæ nunc quoque in hoc immenſo aliarum ſuper alias acervatarum legum cumulo, fons ſunt omnis publici privatique juris. Accidit a. V. C. 304.

VSVS.

Vſus eſt in legibus & ſtatutis promulgandis.

SENTENTIÆ.

1. Plus pollent multorum ingenia conſiliaque.

2. Antequam feratur lex, verſanda in animis eſt, agitanda ſermonibus, & in medium, quid in ea plus minusve videatur, conferendum.

3. Lex rata eſt, quam conſenſus omnium tuetur.

ORATIO XXVIII.

Oratio M. Horatii in ſenatu de tyrannide Decemvirum.

Decemviri omni præſidio populi ſublato, in quosvis pro libidine ſæviebant, perpetuoque decemviratu poſſeſſum ſemel retinere imperium moliebantur. Tandem poſt longum intervallum pavore belli perculſi ſenatum convocant. Ibi inter alios M. Horatius Barbatus eos propter vim libertati factam graviter objurgat, & ab inſtituto dehortatur.

Ethos habet viri magnanimi, & cui ſalus publica curæ.

Pathos, terror & pœnitentia.

Partes ſunt tres.

I. Decem Tarquinios) Exordium ſumptum ab exemplo Tarquiniorum, cum quibus eos invidioſe confert, exagitando mores ſimiles, minandoque eventum nihilo meliorem, tali Enthymemate: Romani non tulerunt reges injuſte regentes. Multo minus veſtram hominum privatorum ſævitiam ferent.

II. Viderent) Objurgatio cum acerbis minis conjuncta. Exprobrat

brat autem Decemviris tria. Primum est impatientia admonitionis senatoriæ: unde actionem eis denunciat apud populum, Collatione tum juris, tum eventus facta. Vobis privatis licuit senatum convocare. E. & mihi plebem. Vos ferociter pro dominatione injusta pugnatis retinenda. E. non minus mihi pro libertate vindicanda pugnandum. De bello) Altera exprobratio est imperii tyrannici, quod tripliciter exaggerat: 1. Collatione cum hostibus Sabinis, quibus infestiores sint: 2. enumeratione rerum ad libertatem civium pertinentium, quas sustulerint, ut sunt provocatio & intercessio, comitia, magistratus annui, vicissitudo imperandi: 3. usurpatione insignium invidiosorum. Fuisse regibus) Tertia exprobratio est superbiæ in plebem juxta & patres, argumento ab effectu, quod utrisque invitis & improbantibus omnia agant.

III. Ne nimium) Conclusio in ominatione eventus tristis, metu civium in odium, & patientia tandem in furorem versa.

EVENTVS.

Cum Decemviri nec iræ, nec ignoscendi modum reperirent, C. Claudius, qui patruus Appii erat, ut civilis potius Societatis, in qua natus esset, quam fœderis nefarie icti cum collegis meminisset, rogavit, idque magis sua causa, quam reipub., quippe remp., si à volentibus nequeat, ab invitis jus expetituram.

VSVS.

Vsus est in reprehendendo & castigando imperio duro & iniquo.

SENTENTIÆ.

1. Videat tyrannus, ne vetando in Curia libere homines loqui, extra curiam etiam vocem moveat.

2. Nunquam majus ullum libero populo bellum esse potest, quam cum iis, qui legum tuendarum causa creati, nihil juris in civitate relinquunt.

3. Ne nimium in metu alieno spei ponas.

ORAT. XXIX.

Oratio Icilii ad Appium Claudium Decemvirum pro sponsa sua Virginia.

Appium Claudium Decemvirum virginis plebeiæ stuprandæ libido cepit. Eam precio ac spe pellicere adortus, postquam omnia pudore

ſepta animadverterat, ad crudelem ſuperbamque vim animum convertit. Marco Claudio negotium dat, ut patre in militiam profecto, virginem in ſervitutem aſſerat. Vbi ad tribunal Appii perventum eſt, notam judici fabulam petitor peragit. Advocatis puellæ poſtulantibus, ut rem integram in patris adventum differat, decernit ut aſſertor puellam domum ducat, ſiſtendamque in adventum ejus, qui pater dicatur, promittat. Tam atroci injuria ſponſus puellæ Icilius accenſus, invehitur in ſuperbam dominationem Appii.

Ethos eſt pii ſponſi.

Pathos, pudor, & terror.

Partes ſunt tres.

I. Ferro hinc.) Exordium vehemens, quo negat ſe ſententiæ Decemviri pariturum, quod & ſententia iniqua ſit, & Virginia ſponſa ſua, cujus pudicitiam temerari nolit.

II Proinde.) Contentio ipſa, qua primum per invidioſam permiſſionem Appio exprobrat nimiam potentiam, & oppreſſam libertatem, & in corpora civium ſævitiam, quæ tamen omnia ferenda, modo pudicitia in tuto ſit: deinde vi uſuro vim minatur viciſſim.

III. Poſtulo.) Concluſio verſa in hortationem, ut Appius conſilium mutet, argumento ſumpto à cauſis impedientibus, id eſt, à patris, & ſuo in virgine vindicanda ſtudio, quod argumentum rationem difficultatis habet.

EVENTVS.

Concitata multitudo erat, certamenque inſtare videbatur. Itaque vindicatio in poſterum diem differtur.

VSVS.

Vſus eſt in propugnanda cari alicujus capitis contra manifeſtam vim ac injuriam innocentia.

SENTENTIÆ.

1. Tribunicium auxilium, & provocatio, duæ arces tuendæ libertatis.

2. Non manebit extra domum patris ſponſa alterius.

3. Regnum non datur in civium liberos, conjugeſque, alterius libidine.

4. Omnia ferenda, dum pudicitia in tuto ſit.

5. Etiam atque etiam conſideres, quo progrediare.

6. Virum fortem vita potius deſeret, quam fides.

ORA-

ORATIO XXX.

Oratio Virginii contra Appium pro filia.

Appio filiam contra jus & æquum M. Claudio in servitutem addicenti, pater justo dolore accensus his verbis in Decemvirilicentiam invehitur.

Ethos est patris pii & solliciti.

Pathos, in pudore & metu.

Partes sunt duæ.

I. Icilio) Criminatio licentiæ Appianæ propter vim & beluinam incontinentiam: ubi mordax est antithesis nuptiarum & stupri.

II. Passuri) Comminatio vindictæ per cives Romanos, quos distribuit in togatos & armatos.

EVENTVS.

Cum nihil usquam auxilii videret Virginius, Decemviri alienato ad libidinem animo, ab lanio cultro arrepto pectus puellæ transfigit, morte amitti melius ratus, quam contumelia, liberos.

VSVS.

Vsus est in pudicitiæ liberorum defensione contra potentiorum libidinem, nisi quod non committenda sunt mala, ut eveniat bonum.

SENTENTIÆ.

1. Virgines ad nuptias, non ad stuprum educantur.
2. Pecudum ferarumque ritus est, promiscue in concubitus ruere.
3. Morte amitti, melius est, quam contumelia, liberos.

ORATIO XXXI.

Oratio Virginii ad milites Tribunatum recusantis.

Virginius de atrocitate sceleris Appiani cum commilitonibus conquestus, perpulit eos, ut ad arma conclamaretur, vellerentque signa, & Romæ montem Aventinum occuparent: aliena calamitate documentum sibi datum putantes cavendæ similis injuriæ. Sed quia sine capite multitudo erat, decem Tribuni militares, qui summæ præessent, creantur. Inter hos is honor primum ad Virginium defertur, quem ille recusat.

Ethos est viri modesti & circumspecti:

Pa-

Pathos, commiseratio, & metus.

Partes sunt tres.

I. Melioribus) Propositio recusationis, habens Pathos ex circumstantia temporum.

II. Nec mihi) Confirmatio duobus argumentis constat, nempe ab utilitate tum privata, tum publica.

III. Si quis usus) Conclusio pollicitationem habens usus sui, nihilominus ex privato capiendi.

EVENTUS.

Milites in sententia Virginii acquievere, decem numero Tribunos creantes, quibus auctore Icilio qui in Sabinis erant, totidem pari potestate adjungunt.

USUS.

Usus est in recusando honore invidioso, & qui non sit è repub.

SENTENTIÆ.

1. Fœda liberorum orbitas patri nullum honorem jucundum esse patitur.

2. In perturbata re utile non est eos præesse, qui invidiæ proximi sunt.

ORATIO XXXII.

Oratio seniorum in senatu de abrogando Decemviratu.

Cum per M. Duillium Tribunum plebis certior exercitus factus esset, contentionibus assiduis patrum nihil transigi, in sacrum montem ex Aventino transit. Sequuta exercitum plebs cum conjugibus & liberis, cuinam se relinquerent in ea urbe, in qua nec pudicitia nec libertas sancta esset, rogitantibus. Cum vasta omnia insueta solitudo fecisset, Horatius & Valerius, eorumque similes amantes reipub. viri, patres hortantur, ut temporibus cedant, Decemviros magistratu abire jubeant, & communi tranquillitati consulant.

Ethos est virorum bonorum, & reipub. amantium.

Pathos, metus.

Partes sunt tres.

I. Quid exspectabitis) Propositio figurata communicatione, & honorifica appellatione Patrum. Sensus est: Non esse Decemviris diutius connivendum, nec concitatæ plebi resistendum.

II.

11. Si Decemviri) Confirmatio ſumitur à temporibus reip. quæ moram longiorem non ferant. id quod quinque rationibus comprobat: 1. à calamitate præſenti propter Decemvirorum pertinaciam: 2. à turpitudine imperii, ubi cives nulli, addita invidioſa comparatione civium cum lictoribus: 3. à majori periculo, quod porro metuendum ab hoſtibus pariter & civibus: 4. à neceſſario, quod ſi plebem eſſe velint, habendi ſint Tribuni: 5. à faciliori, quod citius ſenatus, quam Tribuni, defecturi.

111. Novam) Concluſio habet παθος ad terrendos patres, partim ab experientia ſuperiorum temporum, per comparationem majorum, partim à propria ſenatus culpa.

EVENTVS.

Decemviri victi conſenſu, futuros ſe, quando ita videatur, in poteſtate patrum affirmant.

VSVS.

Vſus eſt in ſuadenda moderatione ob metum periculoſæ ſeditionis.

SENTENTIÆ.

1. Finem pertinaciæ facere ſatius eſt, quam ruere & deflagrare omnia pati.

2. Imperium ſit conſervandæ, non evertendæ reipub.

3. Seditiones exſtinguere, non inflare, prudentis eſt magiſtratus.

4. Facilius à nova in expertaque poteſtate quis abſtinet, quam ejus dulcedine ſemel captus fert deſiderium.

5. Temperet imperiis, qui contra ſe minus egere auxilii alieni cives volet.

ORATIO XXXIII.

Oratio legatorum ſenatus ad poſtulata plebis ſeditioſæ in ſacro monte.

Cum de conditionibus pacis inter ſenatum & plebem ageretur, quærentibus legatis, quæ poſtulata plebis eſſent, poteſtatem tribunitiam, provocationemque repetebant, quæ ante Decemviros creatos auxilia plebis fuerant: dedi quoque Decemviros æquum cenſebant, vivoſque igni crematuros minabantur. Ad ea legati Valerius Horatiuſque pro ſua moderatione & æquitate reſpondent, & quod Decemvirorum ſupplicio atrocius poſtulatum erat, mitigare laborant.

Ethos eſt moderatorum ingeniorum.

Pa-

Pathos, lenitas, & pudor.

Partes sunt tres.

I. Adeo æqua) Exordiolum, quo benevolentiæ ergo comprobant prima postulata de potestate Tribunitia & provocatione: quod æqua sint, & ad salutarem finem directa.

II. Præ vestræ) Contentio adversus postulatum de decemviris, inde quod incensultum sit. Hoc demonstratur quinque rationibus. 1. à repugnantibus seu consilio ipsius plebis, quæ cum crudelitatem oderit, non debeat ipsa in crudelitatem ruere. 2. ab indecoro propter statum præsentem. Intempestivum enim esse, nondum satis liberos dominari etiam velle. 3. ab incommodis, quod sit contra pacem & concordiam communem, mutua inter cives supplicia fieri. 4. ab officio & scopo subditorum, quibus securitas, non vis quærenda. 5. ab exemplo modestiæ patrum, qui cum in ordinem redire non recusent, nec ulli injuriam inferre velint, æquum sit, ut nec injuriam patiantur.

III. Si quando) Conclusio motus sedandi causa habet simulatam permissionem talium consiliorum, sed tempore magis opportuno perficiendorum, dummodo nunc in libertate recuperata acquiescant.

EVENTUS.

Responsum est: facerent ut vellent, promittentibus cunctis.

USUS.

Usus est in insaniente populo tractando, cui nunc concedendum aliquid, nunc idem de quibusdam castigandus, nunc in spem erigendus, eaque omnia cum summa humanitate, gravitate, constantia.

SENTENTIÆ.

1. Æqua ultro deferenda sunt.

2. Libertati præsidia petere cives debent, non licentiæ ad alios oppugnandos.

3. Iræ concitatæ plebis magis ignoscendum, quam indulgendum est.

4. Cavendum, ne crudelitatis odio in crudelitatem ipse ruas.

5. Intempestivum est prius quam plane liber sis, dominari jam in superiores velle.

6. Miser reipub. status est, ubi nunquam quiescit civitas à mutuis magistratus & subditorum injuriis.

7. Parentibus scuto magis, quam gladio opus est.

8. Satis humilis in magistratu est, qui jure æquo in civitate gerit.

9. Qui

9. Qui non infert, nec pati injuriam debet.
10. Vltio in opportunitatem differenda.

ORATIO XXXIV.

Oratio Appii in senatu, magistratu abeuntis.

Quum seditio plebis libidine & ferocia Appii mota, sedari non posset, nisi Decemviratu abrogato, reliquis haud quicquam abnuentibus, tandem Appius quoque, quamvis truci ingenio & invidia præcipua senator, magistratum hac oratione deposuit.

Ethos est hominis difficilis & parum humani.

Pathos, pudor & indignatio.

Partes sunt duæ.

1. Haud ignoro) Querela de iniquitate temporum suorum, quæ consilii Appiani causa sit.

11. Nihil ne) Consilii professio de Decemviratu ponendo.

EVENTVS.

Factum senatusconsultum, ut Decemviri se primo quoque tempore magistratu abdicarent, nec cui fraude esset secessio militum plebisque.

VSVS.

Vsus est in deponendo magistratu invidiam creante.

SENTENTIÆ.

1. Prudentis est cedere temporibus.
2. Invidia raro placatur, nisi sanguine dato.
3. Præstat abire magistratu, quam pet invidiam retinere velle.

ORATIO XXXV.

Oratio legatorum ad plebem de postulatis plebis responsum Senatus ferentium.

Cum Decemviri magistratum deposuissent, legati militibus & plebi de postulatis suis responsum à Senatu exponunt.

Ethos est humanitatis & φιλανθρώπου publicæ.

Pathos, ἐλπίς & bona fiducia de patribus deinceps habenda.

Partes pro denuntiationis capitibus sunt duæ.

1. Quod felix) De reditu secuto in urbem, quem nuncium majoris

joris fiduciæ causa in hortationem vertit, quam à voto incipit, turgetque causis impulsivis, à rebus nemini non carissimis sumptis, denique hac conditione restringit, ut modeste & sine tumultu redeant, ubi majoris obsequii causa laudat spectatam plebis moderationem.

11. In Aventinum) De restituendis tribunis, addita mentione loci, & pontificis, cujus auspiciis res geri debeat.

EVENTVS.

Ingens assensus, alacritasque cuncta approbantium fuit.

VSVS.

Vsus est in pacis & concordiæ æquis optatisque conditionibus nuntiandis.

SENTENTIÆ.

1. Nusquam suavius degimus, quam ubi sacra, conjuges, liberosque nostros habemus.

2. Magnæ modestiæ multitudo ducenda est, nullum quæ agrum in multarum usu rerum necessario violat.

3. In repub. omnia ordine & decenter fieri debent.

ORATIO XXXVI.

Oratio A. Virginii ad plebem adversus Appium crudelis libidinis reum.

Restituta potestate Tribunitia, & plebis libertate legibus de provocatione, popularibus suffragiis, & Tribunorum immunitate ac perpetuitate satis firmata; in jus vocatur Appius Claudius, quem de superbo magistratu, inprimisque quod crudeli decreto, nefandisque vindiciis dexteram patris in filium armasset, Virginium graviter accusat.

Ethos est indignantis, & justum dolorem præ se ferentis.

Pathos, invidia & ira.

Partes sunt duæ.

1. Oratio) Exordium valde invidiosum, quo se negat criminibus Appii prolixe demonstrandis tempus triturum, neque Appio concessurum esse, ut se defendendo crimen augeat. Utitur autem tali Syllogismo: Disputatione egent res dubiæ. Appii crimen non est dubium. Non ergo eget disputatione.

11. Omnium) Accusatio, eaque bipertita. Primo enim per ironicam apophasin negat se dicturum de cæteris flagitiis Appii. Deinde

cau-

causam principalem constituit, pœnam carteris denuncians tali Syllogismo. Aut defendes, te jure egisse, liberum corpus in servitutem tradentem, aut ego te in vincula duci jubebo. Sed defendere non potes. Est enim contra leges & libertatem civium Romanorum. E. in vincula ibis.

EVENTVS.

Appius frustra provocatione usus, in carcerem conjicitur, dum pro se quisque, Deos tandem esse, & non negligere humana, fremunt: & superbiæ, crudelitatique, etsi seras, non leves tamen venire pœnas.

VSVS.

Usus est, cum quis manifesti & atrocis criminis damnandus.

SENTENTIÆ.

1. Oratio rebus dubiis inventa est.
2. Impudentia in defendendo auget scelus.
3. Tyranni impie nefarieque alia super alia audent.

ORATIO XXXVII.

Oratio C. Claudii ad plebem pro fratris filio in carcerem compacto.

C. Claudius, qui perosus Decemvirorum scelera, & ante omnes fratris filii superbiæ infestus, Regillum antiquam in patriam se contulerat. Is magno jam natu cum ad pericula ejus deprecanda venisset, cujus vitia fugerat, sordidatus cum gentilibus clientibusque in foro prehensabat singulos, orabatque, ut mitius cum Appio ageretur.

Ethos est pii patrui.

Pathos, misericordia.

Partes sunt duæ.

1. Orabat) Propositio, ut Appius è vinculis eximatur.

11. Virum honoratissimum) Confirmationis loci sunt: 1. dignitas familiæ: 2. Appii honores & merita: 3. carceris squalor & turpitudo: 4. intercessio cognatorum: 5. exemplum intercessoris: 6. utilitas clementiæ.

EVENTVS.

Justiores Virginii lacrymæ visæ. Itaque spe incisa, priusquam prædicta dies adesset, Appius sibi necem conscivit.

VSVS.

Vsus est in deprecanda pœna honorati viri.

SENTENTIÆ.

1. Indignum est, honoratum virum jacere vinctum inter fures nocturnos & latrones.

2. Honestius est unum multis deprecantibus condonare, quam propter unius odium multorum preces aspernari.

3. Avertendus ab ira parumper ad cognitionem cogitationemque animus.

4. Virtute libertas recuperatur, clementia concordiaque ordinum retinetur.

ORATIO XXXVIII.

Oratio M. Duillii Tribuni ad plebem de potestatis Tribunitiæ moderatione.

Appius in carcere finem vitæ fecerat, itemque Oppius, & bona utriusque publicata: M. Claudius exulatum abierat, pœnaque per tot domos pervagata, nullo relicto sonte, tandem quierat. Ingens metus patres incesserat, vultusque jam iidem Tribunorum erant, qui decemvirorum fuerant, cum M. Duillius Tr. inhibuit salubriter modum nimiæ potestatis.

Ethos est hominis moderati.

Pathos, spes bona de Tribunis.

Partes sunt duæ.

1. Et libertatis) Propositio duplex, cum consectario de judiciis differendis.

11. Nam neque) Confirmatio partibus propositionis respondet, sed ordine inverso, primum enim de pœnis agitur, deinde de libertate.

EVENTVS.

Ea moderatio Tribuni metum patribus dempsit, eademque auxit consulum invidiam, quod adeo toti plebis fuissent, ut patrum salutis libertatisque prior plebeio magistratui, quam patricio, cura fuisset.

VSVS.

Vsus est in rei invidiosæ modo suadendo.

SENTENTIA.

Veterum peccata jam obliterata non sunt repetenda.

ORA-

ORATIO XXXIX.

Oratio Valerii consulis ad equites, ut pedites æmulentur.

Valerius adversus conjunctos jam in Algido exercitus Æquorum Volscorumque consilio bellum sustinuit, quodsi extemplo rem fortunæ commisisset, vereretur, ne (qui tum animi ab infelicibus Decemvirorum auspiciis Romanis hostibusque erant) magno detrimento certamen staturum esset. Tandem opportunum pugnæ tempus nactus, animatis ante peditibus, hac oratione equites quoque ut fortiter pugnent, hortatur.

Ethos est imperatoris prudentis & fortis.

Pathos, æmulatio & spes Victoriæ.

Partes sunt duæ.

1. Agite, juvenes) Propositio, ubi ἀπὸ ab ætate.

11. Vt honore) Confirmatio ab exemplo peditum triplicem continet rationem. Prima à dignitate equitum, honestatem concernit: altera ab hoste jam moto, facilitatem: tertia ab eventu, commodum.

EVENTVS.

Concitant equos, permittuntque in hostem pedestri jam turbatum fuga, captisque cum ingenti cæde majore præda potiuntur.

VSVS.

Vsus est in milite ab exemplo Commilitonum excitando.

SENTENTIÆ.

1. Quos honore atque ordine præstas, eos virtute quoque præstare debes.

2. Acies turbata immissis equis, facile è campo exigitur.

ORATIO XL.

Oratio Horatii Cos. ad milites, ut prælio fortiter defungantur.

Horatius contra Sabinos castra habens, milites suos excursionibus sufficiendo, præliisque levibus experiendo assuefecerat sibi fidere. Postquam autem pugnæ à collega commissæ, fama animos militum

ſuorum ad æmulandum decus accenſos videt, concione advocata, ſponte ſua curſuris addit ſtimulos.

Ethos eſt ducis militi ſuo cupientis.

Pathos, æmulatio.

Partes ſunt duæ, quæ hoc enthymemate cohærent: Valerii miles ſtrenue pugnavit. Idem & vos facietis.

1. Quemadmodum) Exordium à narratione rei in Algido proſpere geſtæ, cum annexa exercitus iſtius laude: quæ enthymematis pars antecedens.

11. Quod ad me) Exhortatio ipſa, ſeu Enthymematis pars conſequens: ubi ad animos magis inflammandos totus videri vult pendere ab exercitu, cui & trahendi belli, & pugnandi arbitrium facit, rationibus in utranque partem allatis, ſuaque promiſſa opera, ita tamen, ut facile conſtat, pugnare malle.

EVENTVS.

Ingenti alacritate clamor eſt ſublatus, poſteroque die feliciter cum hoſte pugnatum.

VSVS.

Vſus eſt in pugna cienda exemplo commilitonum.

SENTENTIÆ.

1. Conſilio ducis, & virtute militum victoria paratur.

2. Si trahendum bellum eſt, imperator ut indies ſpes virtuſque militum creſcat, diſciplina ſua efficiet: ſin pugnandum, faciendum id eſt mature & ſalutariter.

ORATIO XLI.

Oratio Q. Capitolini ad populum diſcordem.

Romæ novis certaminibus inter patres & plebem exortis, Æqui & Volſci velut ſigno accepto, ad mœnia ipſa Romæ populabundi acceſſere, vaſtationem agrorum urbi per contumaciam oſtentantes. Igitur Quintius Capitolinus conſul metuens reipub. ad concionem populum vocavit, ibique de capeſſendis armis, & reconcilianda concordia orationem habuit.

Ethos eſt magiſtratus de repub. ſolliciti.

Pathos, metus & pudor.

Partes ſunt tres.

1. Etſi

I. Etsi mihi) Exordium sumptum à dolore suo de tam perturbato reipub. statu: quod turpe ducat, se consule ad mœnia urbis hostes impune armatos venisse, & si fortiter egissent, capi Romam potuisse: id quod ipsa morte ægrius sibi accidat. Inest huic orationi benevolentiæ & attentionis vis maxima. Nam & periculum imminens intelligitur, & consulis item pro repub. vigilantia & sollicitudo.

II. Quem tandem) Contentio pro concordia, proque armis capiendis argumenta habet octo. 1. Ab effectis sive incommodis discordiæ, quæ hostes adduxerit: id quod arguit experientia virtutis Romanæ, quamdiu concors fuit, ubi notabis effectuum pondera in contemptu hostium, laude civium, & utrorumque tum patrum, tum plebis castigatione. Pro Deum) 2. Ab inutili seu remotione finis, quivideri possit. Nullam enim nunc civibus à senatu dissentiendi superesse causam, quandoquidem omnia, quæ ad libertatem suam unquam petiverint, jam impetrarint: id quod inductione probat cum vehementi communicatione: additis etiam fortioris contentionis ergo repetitionuum figuris. Victi nos) 3. Ab exemplo dissimili, seu moderatione senatus, tot licet, tantisque injuriis & offensionibus irritati. Esquilias) 4. A turpi, quod pudendum sit, hostem negligere, & in magistratum suum vires & arma tentare. At enim 5.) Iterum ab effectis, id est, à clade tum publica tum privata, siquidem discordia ista duret: ubi affectus ergo deducit cives in rem præsentem per patheticam hypotyposin. Quid est tandem) 6. Iterum ab inutili, quod seditionibus nihil lucrari, nec quicquam damni resarcire possint; id quod superiorum temporum experientia probat. At hercules) 7. A commodis concordiæ antea expertis, ubi antitheta & inductio rem mire urgent. Hærete) 8. Ab ultima pugnandi necessitate, nisi perire omnes velint: ubi affectus causa, ironica est permissio, testimonium experientiæ, incrementum, antithesis, simile.

III. His ego gratiora) Peroratio 1. Per prolepsin excusat orationis severitatem, argumentis sumptis ab impellente necessitate, suoque in rempub. studio, nec sine reprehensione populi, perniciosis assentatoribus temere assentiri consueti. 2. Repetit propositionem argumento sumpto à felici rei eventu, quem ad παθος obtinendum suasione salutis suæ confirmat.

EVENTVS.

Consensu omnium delectus decernitur habeturque: & patres in Quintium versi omnes, ut unum memorem majestatis patrum concordiæque ordinum, & temporum.

VSVS.

Vſus eſt in ſuadenda concordia propter periculum hoſtium.

SENTENTIÆ.

1. Pio civium gubernatori nihil ægrius obvenire poteſt, quam ſe præſide rempub. in diſcrimen veniſſe.

2. Diſcordia ordinum, eſt venenum urbis, hoſtique tollit animos.

3. Plebis furor nunquam quieſcit.

4. Concordiæ cauſa ſæpe de jure principem in repub. virum cedere oportet.

5. E ſeditione nunquam quiſquam re fortunaque domum auctior redit, nec quicquam refert ad conjugem & liberos præter odia, offenſiones, ſimultateſque publicas privataſque.

6. In hoſtem, non in cives arma ſumenda.

7. Ex brevi otio ſæpe multiplex bellum redit.

8. Præſtat vera, quam grata loqui.

9. Bonus princeps vult quidem placere civibus ſuis, ſed multo mavult eos ſalvos eſſe, qualicunque erga ipſum animo futuri ſint.

10. Natura hoc ita comparatum eſt, ut qui apud multitudinem ſua cauſa loquitur, gratior eo ſit, cujus mens nihil præter commodum publicum vellet.

11. Aſſentatoribus aut honori, aut quæſtui vulgo ſumus.

12. Aſſentatores & homines nequam, quia in concordia civium nullos ſe uſquam eſſe vident, malæ rei, quam nullius, turbarumque & ſeditionum duces eſſe volunt.

ORATIO XLII.

Oratio P. Scaptii ad populum de agro Aricinorum atque Ardeatum ambiguo.

Arcini atque Ardeates de ambiguo agro cum ſæpe bello certaſſent, multis inſuper cladibus feſſi, judicem populum Romanum cepere. Scaptius hortatur, ut Romani hunc agrum ſibi vendicent, tali Enthymemate: Ager iſte Romanorum eſt. E. eum ſibi nunc vendicent.

Ethos eſt amoris erga patriam: quanquam conſilium ipſum verſutum magis, quam juſtum.

Pathos, fiducia cauſæ obtinendæ.

Partes pro ratione Enthymematis ſunt duæ.

1. Ibi inſit) Prior jus populi monſtrat, armis ſcilicet quæſitum: ubi

ubi testimonium Scaptii cum indicio temporis & occasionis: item pathos duplex: iræ in litigantes, & erga se benevolentiæ.

11. Magnopere) Altera hortatio est, ut populus jure suo utatur.

EVENTVS.

Scaptius cum assensu auditus est.

VSVS.

Vsus est, cum controversia est de peculio testimonio peragenda: ubi tamen abesse debet calumnia.

SENTENTIÆ.

1. Senex voce tamen juvare rem potest.
2. Inutilis pudor est, suam ipsius causam damnare.

ORATIO XLIII.

Contraria oratio consulum.

Ethos est virorum, qui æqui, boni.

Pathos, pudor.

Partes sunt duæ.

1. Deos hominesque) Propositio: ne populus agrum istum sibi adjudicet.

11. Judices in suam) Confirmatio tribus argumentis constans: 1. quod iniquum, judicem in suam rem litem vertere: 2. quod plus inde damni, quam emolumenti capturus, quippe benevolentiam & fidem apud Socios perditurus, cum indelebili infamia: 3. quod auctor sit præmortui pudoris.

EVENTVS.

Prævaluit cupiditas, judicatumque agrum publicum populi Romani esse. Vide similem calumniam 1. off. Cicer. in capite de justit.

VSVS.

Vsus est, cum pro æquitate & justitia contra Sophistas pugnandum, monenduque judex, ut non tam emolumenti sui, quam famæ ac fidei rationem habeat.

SENTENTIÆ.

1. Pessimum facinus admittit judex, litem in rem suam vertens.
2. Famæ ac fidei damna majora sunt, quam quæ æstimari possint.

EX DECADIS PRIMÆ LIBRO QVARTO.

ORATIO XLIV.

Oratio consulum contra Tribunum de consulatu & conjugio plebeio.

Lege Romuli tantum patritii cum sacra curabant, tum magistratus obibant, iidemque constitutione Decemvirum cum plebeiis conjugium contrahere vetabantur. Contra quam consuetudinem C. Canuleius Tr. pl. cum collegis rationes promulgarat, ut & alterum ex plebe consulem fieri liceret, & connubia inter patritios & plebeios concederentur. Eam rem indignissime tulere patres: quippe non vulgari modo cum infimis, sed prorsus auferri à primoribus ad plebem summum imperium, contaminarique sanguinem suum rebantur. Qua discordia iterum turbata civitate, Vejenses, aliique populi arma sumpserunt adversus Romanos. Consules antequam delectum indicerent, ad rogationes Tribunitias impediendas hac oratione Senatum incitarunt.

Ethos est auctoritatis amantium.

Pathos, indignatio & ira.

Partes sunt tres.

I. Negabant) Exordium habens generalem querelam de Senatus erga plebem lentitudine, propter duas rationes: quod sic crescat audacia plebis, & auctoritati patrum decedat: id quod turpe futurum apud posteros. Vis hæc est: Cui connivetur, insuperque præmium datur, id crescit. Seditionibus plebis connivetur, imo præmia dantur. E. crescere oportet.

II. Quas quantasque) Contentio specialis duplex: una de conjugio, altera de consulatu plebeio. Conjugium improbatur propter incommoda: quod hac ratione sacra, dignitates, & familiæ conturbentur & contaminentur. Additur & invidiosa comparatio plebeiorum cum bestiis, & consequentia monstrosæ alicujus mixtionis. Parum id) Consulatus destruitur tribus rationibus, quod seditiosissimum quenque creaturi sint: quod id patribus dedecori futurum: quod hoc consequuti tentaturi sint aliud multo iniquius, id quod probat experientia.

III. Finem non fieri) Conclusio suadet, ut patres contra veniant, argumento à Tribunorum intentione insolenti ac invidiosa, ubi inductio: 1. quod discordias ferant: 2. concitent bella: 3. civitatem de-

defendi prohibeant: 4. patribus imperare audeant: 5. hosti istoc pacto animum addant. His epiphonema additur: cives prius, quam hostes coercendos esse.

EVENTVS.

Patroni plebis irritati magis, quam absterriti sunt.

VSVS.

Vsus est in hortando & excitando magistratu, ut licentiæ vulgi resistat, fortiterque tueatur auctoritatem suam.

SENTENTIÆ.

1. Cujus rei præmium est in civitate, ea maximis auctibus crescit.
2. Seditionum auctores mature compescendi sunt.
3. Vis fit reipub. discrimine ordinum sublato.
4. Concedendo omnia non mitior fit plebs, sed asperior, alia ex aliis iniquiora postulando, cum prima impetrarit.
5. Magistratus quamlibet dimicationem subibit potius, quam leges sibi imponi patiatur.
6. Audaciæ, temeritatique potius sero, quam nunquam obviam eundum.
7. Prius adversus seelus civium, quam adversus hostium arma eundum.

ORATIO XLV.

Contraria oratio C. Canulei Tribuni.

C. Canuleius acerrime invehitur in superbiam patrum, suasque rogationes tuetur, ac plebem instigat, ne nomina det, nisi senatus legibus promulgatis assentiri velit.

Ethos est civis liberi.

Pathos, invidia cum indignatione.

Partes sunt quatuor.

1. Quantopere) Exordium causæ valde accommodatum. Habet enim atrocem querelam de contemptu plebis apud superbos patres: cujus rei argumentum facit ipsam experientiam, cum in aliis, tum in præsenti certamine.

11. Quibus quid aliud, quam admodum, cives) Narratio de rogationibus promulgatis, ubi ad causam constituendam, & majoris indignationis ergo rationes simul inseruntur, eæque plenæ æquitatis: primum quidem quantum ad universum genus; deinde quantum ad singulas partes: unde appareat, patres nullam conten-

dendi causam habere, nisi quod in contumeliam ignominiamque plebis certare juvet.

III. Quid tandem est) Contentio est triplex: primum pro consulatu: tum pro conjugio: postremo pro jure ac majestate populari. Hæc enim consularis oratio contriverat. Consulatus plebeii defensio continet tria. Primum est exagitatio superbiæ patrum, factis & verbis atrocibus proditæ. Si populo R.) Alterum duplex ἀπολογία, cur plebeiis honos iste concedendus: nempe primo quod in eo vertatur libertas populi: deinde quia justum, adipisci honorem, qui eum virtute meritus; ubi πάθος additur indignationis à contemptu civium, per quandam gradationem: quod pro servis habeantur: quod lux, quod vita, quod forma humana ipsis invideatur. Quin etiam) Tertium est refutatio duorum argumentorum patrum. Primum erat ab indigno, quasi nefas esset Plebeium aliquem consulem fieri: ad quod tria respondet. Primum pertinet ad rei æquitatem: Scilicet consules loco regum esse, ad quam dignitatem etiam peregrini asciti: ubi exempla partim regum, ut Numæ, Tarquinii, Tullii: partim aliorum illustrium virorum, ut Tatii & Claudiorum: unde infert, si peregrinis aditus ad rempub. patuit, quid ni & civibus. Vide supra lib. 1. & 2. Altera responsio rei arguit utilitatem, quod honores sine prosopolepsia collati sint calcar virtutis: quod superiorum temporum experientia comprobat. Postrema responsio dignitatem & jus urget: quia in plebeiis esse queant homines gnavi, & in patritiis nequam, teste scilicet fabula Decemvirali. At enim nemo) Alterum argumentum adversariorum erat, quod contra consuetudinem esset, planeque novum quiddam, ex plebe consulem petere. Hic fundamentum rationis examinat, docens omnino rem novam instituere licere, dummodo reipub: sit utilis. Id probat 1. exemplis decem rerum novatarum, ut sunt 1. pontificatus, 2. auguria, 3. census, 4. civium descriptio, 5. consulatus, 6. dictatura, 7. tribunatus, 8. ædilitas, 9. quæstura, 10. decemviratus: 2. causa impellente, nempe necessitate temporum, quibus variantibus, etiam consilia & instituta varianda sint. Vide similem contentionem infra in disputatione de lege Oppia, & apud Ciceronem de lege Manilia. Hoc ipsum) Conjugii defensio fit octo argumentis: 1. ab auctoribus legis contrariæ, hominibus nequissimis, ubi rursum exemplum novitatis, quanquam iniquæ. An esse) 2. à jure civium ejusdem reipub. Quid est aliud) 3. à repugnantibus, quod hoc ipsum nihil aliud sit, quam eundem & civem & exulem esse velle. Cavent ne) 4. Ab antecedentibus, quod plerique patrum non sint origine patritii, sed advenæ, & altero beneficio patres facti. Nemo plebeius)

beius) 5. A comparatione libidinis patritiorum, cum plebeiorum modeſtia, ubi aculeus tragœdiæ Appianæ. Verum enim vero) 6. A paribus, quod eadem ratione etiam divitum ac pauperum conjugia prohibenda, omninoque omnia commercia & familiaritates inter plebem & patres tollenda. Quid juris) 7. A jure conjugii, quod ſemper liberum fuit. Nempe) 8. ab eventu, quod nihil contaminationis metuendum, quandoquidem patrem ſequantur liberi. Denique utrum) Contentio pro majeſtate duobus argumentis nititur. 1. à cauſa, quod magiſtratus & leges in arbitrio ſint populi, ubi antitheſis ſenatus & populi: 2. ab experientia præteritorum certaminum, in quibus ſemper vicerit populos.

IV. Nec nunc erit) Concluſio 1. animat plebem adverſus patres: 2. promittit obedientiam ſenatus conſultis, ſi quidem libertati civium non obſtent, & connubiorum ac honorum communio detur: 3. minatur contrarium, ſi ſecus faxint, ubi amarulenta promiſſio & inſectatio imperii tyrannici.

EVENTVS.

Partes victi pertinacia Tribuni, ut de connubio ferretur conceſſere, tandemque eo deducta res eſt, ut Tribunos quoque militum conſulari poteſtate ex patribus ac plebe creari ſinerent, de conſulibus creandis nihil mutaretur. Populus hic magna modeſtia uſus; Tribunos omnes patritios creavit. Accidit hæc mutatio A. V. C. 310.

VSVS.

Vſus orationis eſt, cum de libertate civium contra ſuperbum magiſtratum, de æquitate legum, de honorum ac munerum publicorum collatione; de contrahendis affinitatibus, & ſimilibus, contentio eſt.

SENTENTIÆ.

1. In libera repub. libera ſuffragia danda.

2. Plebeio, ſi dignus honore ſit, non præcidenda ſpes adipiſcendi honoris.

3. Tanta eſt ſuperbia nonnullorum hominum, ut lucis hujus aliis partem adimerent, ſi poſſent: quod ſpirant, quod vocem mittunt, quod formas hominum habent, indignantes.

4. Dum nullum faſtiditur genus, in quo enitet virtus, creſcit imperium.

5. Quod nondum eſt factum, id, ſi utile quidem ſit, fieri licet.

6. An eſſe ulla major, aut inſignior contumelia poteſt, quam par-

tem

tem civitatis velut contaminatam, indignam connubio haberi.

7. Nemo invitum pactionem nuptialem quenquam facere cogit.
8. Virum sequitur uxor, patrem liberi.
9. Non est in rlterius contumeliam ignomaniamque certandum.
10. Oportet licere populo, si velit jubere legem.
11. Minæ magistratus adversus plebis consensum parum valent.
12. Quæ pars civitatis firmior, eadem modestior sit.
13. Nemo dimicat pro superbo domino.

ORATIO XLVI.

Oratio L. Quintii Dictatoris ad populum, qua S. Melii eadem excusat.

S. Melius, ex Equestri ordine, ad levandam annonam largitiones frumenti facere instituit, haud dubium consulatum favore ac spe despondens. Mox ad altiora tendens de regno agitat, tela in domum suam confert, conciones clam habet. Quæ postquam sunt audita, Dictator creatur L. Quintius, & C. Servilius Hala magister equitum. Melius ad causam dicendam citatus, cum se recepisset in catervam suorum, ab Hala obtruncatur. Tumultuante deinde multitudine incerta existimatione facti, Dictator hac oratione Halam defendit.

Ethos est viri gravis & personam reipub. defendentis.

Pathos, ira in defunctum propter affectatum regnum.

Partes sunt tres.

I. Melium jure) Propositio.

II. Qui vocatur) Confirmationis loco duplex culpa affertur. Prima est contumacia, ubi de æquitate judicis. Nec cum eo) Altera est regni affectatio, ubi ad exaggerandum crimen 1. allegat exempla hominum nobilissimorum, qui propter consilia tyrannica pœnas dederint: ut sunt primum ipse Rex Tarquinius: tum consulis Bruti & liberi & sororii: tum collega consulis Tarquinius Collatinus: tum Spurius Cassius, & recentissime Appius cum collegis: 2. deturpat personam Melii vilissimam: 3. exagitat medium sordidum, quo usus: 4 extollit magnitudinem rei concupitæ.

III. Nec fas est) Conclusio supplicio addit demolitionem ædium, & publicationem bonorum.

EVENTVS.

Eventus respondit sententiæ Dictatoris.

VSVS.

Vſus eſſe poteſt in reprimendo tumultu populi, & defendenda auctoritate judicii.

SENTENTIÆ.

1. Facile tumultuatur multido incerta exiſtimatione facti.
2. Qui vim parat ne judicio ſe committat, vi coercendus eſt.

ORATIO XLVII.

Oratio Vectii Meſſii ad milites fugientes.

Hortatur milites in acie jam cedere parantes, ut pugnare perſeverent.

Ethos eſt viri fortis.

Pathos, pudor.

Partes ſunt duæ.

1. Hic prædituri) Propoſitio, ut hoſti reſiſtant, nec ſuccumbant inulti. Figuratur autem communicatione.

11. Quid igitur) Confirmatio à ſtatu præſenti, eaque quadrimembris. Primum membrum continet pugnandi honeſtatem, quam urget ex fine armorum & belli ſuſcepti, & quidem cum exprobratione levitatis Volſcorum. Quid hic) Alterum habet neceſſitatem, quam arguit remotione cauſæ alius præter fortitudinem, ſuoque ipſius exemplo. Agite) Tertium utilitatem proponit in ſervandis ſeſe & ſuis. Non murus) Quartum eſt de facultate, ubi collario armorum, virtutis, & temporum: quæ omnia ita dicuntur, ut (quod in re trepida & extremo periculo fieri ſolet) geri magis, quam dici videantur.

EVENTVS.

Volſci hæc loquutum, exſequentemque dicta, redintegrato clamore ſequuti, moverunt victorem.

VSVS.

Vſus eſt, cum prælio propemodum deſperato miles confirmandus eſt.

SENTENTIÆ.

1. Homines leves in otio ſunt tumultuoſi, in bello ſegnes.

2. O-

2. Otiosis parum spei est.
3. Necessitas ultimum ac maximum telum est.

ORATIO XLVIII.

Oratio Mamerci Aemylii ad milites turbatos.

Fidenates colonia Romana ad Lartem Tolumnium Vejentium regem defecere. Majus additum defectioni scelus: legatos Romanos causam novi consilii quærentes jussu Tolumnii interfecerunt, tandemque novorum colonorum cæde imbuti, armis Vejentibus se conjungunt. Romani tam impium facinus ulturi, castra prope Fidenas locant. Ibi in media pugna repente patefactis Fidenarum portis, ignibus armata ingens multitudo, facibusque ardentibus tota collucens, velut fanatico instinctu, cursu in hostem ruit. Forma insolitæ pugnæ Romanos parumper exterruit. Tum Dictator hac oratione suos ad prælium redintegrandum accendit.

Ethos est viri constantis & imperterriti.

Pathos, metus demendus, & nemesis.

Partes sunt duæ.

I. Fumone) Propositio, ne insolita specie turbentur, augetur antitheti, & rei agendæ modo, per vehementem communicationem.

II. Agite) Confirmatio ab indigno è duabus causis impulsivis, quæ sunt, Romanorum virtus, & hostium injuriæ.

EVENTUS.

Ad imperium Dictatoris mota cuncta acies: faces partim emissæ excipiuntur, partim vi eripiuntur, urbs castraque capta diripiuntur.

USUS.

Usus est, cum insolita specie miles turbatus confirmandus est.

SENTENTIÆ.

1. Ignavos vel fumus aliquis, velut examen apum, vincit.
2. Pœna dignus est, qui beneficiis placari nequit.
3. Civium sanguinem, vastatosque fines bello ulcisci licet.

ORA-

ORATIO XLIX.

Oratio Tribunorum, populum in consulatus petitione segnem, objurgantium.

Ethos est libertatis amantium.

Pathos, æmulatio & invidia contra senatum.

Partes sunt duæ.

I. Objurgantium) Propositio tria exprobrans: servitium, neglectum consulatum, & non pro dignitate usurpatum tribunatum militarem.

II. Desinerent) Confirmatio quatuor rationibus constans: 1. Quod & Tribuni quoque plebis ignavescant: quippe non præmia, sed periculà tantum labore impenso lucrantes. Syllogismus est talis. Virtus est, ubi præmia. Tribunus nihil habet præmiorum, sed tantum invidiam & pericula conflat. E. nec virtus ibi. Neminem se) 2. Quod inter plebeios sint, qui æque honoribus digni, atque patritii: id quod probatum volunt testimonio experientiæ. Summa vi) 3. Quod Tribunatum militarem patribus extorserint, ideoque & consulatum possint, modo velint. Primis) 4. Quod ne Tribunatus quidem retinendus, siquidem uti nesciant: scilicet præstare non habere jus, quam non utentem risui esse.

EVENTUS.

Hujus generis orationes cum assensu auditæ, incitavere quosdam ad petendum Tribunatum militum: alium alia de commodis plebis laturum se in magistratu profitentem.

USUS.

Usus esse potest in monendo populo, ut libertatis à majoribus acceptæ memor sit, nec injusta vi premi se patiatur: sed abesse debent seditionis consilia & libido calumniandi.

SENTENTIÆ.

1. Eo impenditur labor ac periculum, unde emolumentum atque honos speretur.

2. Nihil enim non aggrediuntur homines, si magna conatis magna præmia proponantur.

3. Minor rubor est in juris iniquitate, quam si per dignitatem alterius præterearis.

ORA-

ORATIO L.

C. Iulii quæstiones è Tribunis de C. Sempronio.

C. Sempronius imperator contra Volscos missus, tanquam constantissimæ rei fortunæ fretus, omnia temere ac negligenter egit, dataque mox terga hostibus forent, ni S. Tempanius decurio equitum, labente jam re, præsenti animo subvenisset. Ea occasio Tribunis visa est per recens odium Sempronii consulis renovandæ in eum invidiæ. Itaque C. Iulius, unus è Tribunis, aliquot interrogationibus Tempanii confessionem, & testimonium de re male gesta requirit.

Ethos est hominis studiosi reipub.

Pathos, indignatio adversus imperatorem.

Partes pro quæstionum generibus sunt quatuor.

I. Sexte Tempani) De apparatu ad pugnam.

II. Et hunc) De pugna ipsa.

III. Postero denique) De consequentibus, ubi pathos additur in obtestando virtutem ac fidem Tempanii.

IV. Denique) De ultimo eventu & statu rerum.

EVENTUS.

Adversus hæc Tempanii oratio gravis fuisse dicitur, non suis vana laudibus, non crimine alieno læta. Itaque cum ingente laude non virtutis magis, quam moderationis dimissus. Quatuor autem confessio ejus complectitur. Primum recusat de imperatore suo judicare, ut qui auctoritate publica lectus, eaque res non sui, ut militis, sed majoris animi atque ingenii sit. Deinde narrat quæ sibi de re gesta constent, & quidem cum imperatoris laude. Tertio addit, quid suspicetur de reliquo, ubi Πάθος ἐλπίδος. Postremo dimitti se petit, utpote fessum labore ac vulneribus.

USUS.

Usus utriusque orationis est, in inquirendo & respondendo quod res est.

SENTENTIÆ.

1. Pugna in tempore ineunda est, & firmanda subsidiis acies.

2. Testis pro virtute sua, fideque dicat.

3. Gravis oratio est, quæ non suis vana laudibus, nec crimine alieno læta.

4. Quan-

4. Quanta prudentia rei bellicæ in duce ſit, non militis æſtimatio eſt, ſed eorum qui eum legunt.

ORATIO LI.

Conſilium Appii Claudii Iunioris de impediendis legibus agrariis.

Promulgarant Tribuni legem, ut ager ex hoſtibus captus viritim divideretur, eoque plebiſcito magnæ partis nobilium fortunæ publicabantur. Ad quod impediendum cum via nulla inveniretur, Appius Claudius per collegarum interceſſionem fieri id poſſe docet.

Ethos eſt hominis ſagacis & cordati.

Pathos, ſpes boni eventus.

Partes ſunt duæ.

1. Vetus ſe) Conſilii expoſitio, ubi auctor & res ipſa.

11. Facile) Commendatio conſilii à moribus hominum novorum, quibus fortuna fingit animos, & pro auctoritate eſt gratia principum. Pertinent hæc ad rei ſuaſæ poſſibilitatem.

EVENTVS.

Approbantibus cunctis negotium datur, ut quos quiſque poſſet, è collegio Tribunorum ad interceſſionem pellicerent: latores in interceſſores invecti, actionem depoſuere.

VSVS.

Vſus eſt, cum periculoſi motus arte impediendi, ipſique auctores inter ſe committendi ſunt.

SENTENTIÆ.

Facile homines novi auctoritate principum de ſententia deducuntur, ſi 1. temporum interdum potius, quam majeſtatis memor adhibeatur oratio: 2. pro fortuna illis animi ſint.

ORATIO LII.

Oratio Sextii ad populum contra minas M. Poſthumii.

Sextio tribuno pl. legem agrariam ferenti, ſimul, Volas quoque ut mitterentur coloni, laturum ſe dicenti: dignos enim eſſe, qui armis cepiſſent: eorum urbem agrumque Volanum eſſe, Malum quidem militibus meis, inquit Poſthumius, niſi quieverint. Tam ſævi atque inhumani

dicti occasione arrepta, Sextius eum, totumque ordinem, in majus odium vocat.

Ethos est viri pro libertate strenue pugnantis.

Pathos, odium & invidia in Posthumium.

Partes sunt quatuor.

I. Auditis) Repetit vocem Posthumii, invidiosa comparatione exaggeratam.

II. Tamen hæc) Increpatio stultæ plebis, quæ tam crudeles homines non ferat tantum, sed etiam ornet, neglectis qui de ea præclare meriti.

III. Incipite) Omen de penuria bonorum & reipub. amantium virorum propter populi ingratitudinem.

IV. Ingemuistis) Sarcasmus de talibus belluis amplius scilicet honorandis.

EVENTVS.

Posthumius cum modum iræ nullam faceret, ab exercitu suo lapidibus obrutus est.

VSVS.

Vsus est, quando cives contra tyrannos incitandi.

SENTENTIÆ.

1. Sævum atque inhumanum est, sicut servis, minari militibus.

2. Vesanus populus adversariis suis potius, quam propugnatoribus honores dat.

EX DECADIS PRIMÆ
LIBRO QVINTO.

ORATIO LIII.

Oratio Tribunorum ad populum de hybernaculis.

Romani Vejos obsidebant, consiliumque erat hyemando continuare bellum. Id Tribuni tanquam rem novam, & ad cives premendos spectantem vulgo traducunt.

Ethos est vigilantium pro libertate populi.

Pathos, invidia contra senatum.

Partes sunt tres.

I. Hoc

1. Hoc illud esse) Exordium sumunt à recenti senatus beneficio; quo populo stipendia ex ærario decreverat: id ad inescandam & eo facilius subjugandam plebem factum arguunt.

II. Quam putarent) Criminatio præsentis consilii de hybernis fit quatuor argumentis: 1. à fine, Quod id faciant ad suam tyrannidem stabiliendam & populum vexandum. 2. Quod ipsorum hostium tolerabilior sit conditio. 3. Quod contra morem belluarum agatur: 4. Quod tale quid nullus hactenus magistratus, quamvis durus, ausus.

III. Sed id accidere) Conclusio vertit in reprehensionem popularium, qui nihilominus tam superbis hominibus honores conferant, sui ordinis civibus neglectis. Inde hortatur, ne tam triste jugum suscipiant, argumento à re tum privata, tum publica.

EVENTVS.

Hæc vociferantes, adversarium haud imparem nacti sunt Appium Claudium.

VSVS.

Vsus est, cum consiliis intempestivis, minusque commodis occurrendum: quod tamen modeste, & sine tumultu publico faciendum.

SENTENTIÆ.

1. Donum inimicorum veneno illitum est.
2. Hyems omnium bellorum terra marique est quies:
3. Perennis militia servitus est.

ORATIO LIV.

Oratio contraria Appii Claudii.

Contendit enim pro obsidione Vejentium continuanda, & quidem cum gravi reprehensione seditionum tribuniciarum.

Ethos est viri gravis & constantis.

Pathos, invidia in Tribunos.

Partes sunt quatuor.

1. Si unquam) Exordium sumit à persona adversariorum, quibus vult invidiam concitare: nimirum quod sint homines factiosi; & qui non populi, sed suam duntaxat causam perpetuo agant. Id confirmat ex fine actionis arariæ, & illustrat comparatione tribunorum cum avaris artificibus & medicis, itemque cum iniquis dominis: tandemque concludit vehementi communicatione de honestioribus & utilioribus studiis.

II. Atqui ego) Propositio bipartita: una de conditione militantium æquissima: altera de consilii senatorii utilitate & necessitate.

III. Negabant) Contentio de conditione militum ostendit, minime cum militibus inique agi, quod in hybernaculis continentur, argumento à pari in hunc modum. Quibus nunc contra morem stipendia dantur, his nec grave erit tempore insolito militare. Militibus nostris contra consuetudinem dantur nunc stipendia. E. nec grave ducent tempore insolito militare. Propositio major præcedit aucta testimonio adversariorum, & argumento comparatorum, quale est in apologo Platonis de voluptate & dolore perpetuo nexu inter se copulatis. Assumptio sequitur declarata comparatione conditionis militum, quæ olim, & quæ nunc sit. Conclusio figuratur prosopopœia Reipub. quæ tamen invidiæ vitandæ causa mox præciditur argumento à dissimili. Aut non suscipi) Consilium ipsum defenditur argumentis quinque, quæ partim ab utili, partim ab honesto, partim denique à necessario sumuntur. 1. Primum est, ab eventu, quod urgendo obsessos bellum demum confici possit. Si Hercule) 2. A causa impulsiva, injuriis videlicet Vejensium tam atrocibus, ut eas indignum sit non continuo bello ulcisci. Hæc illustrantur collatione belli Trojani: & injuriarum recensione. Si nos tam) 3. Ab eventu contrario, seu triplici incommodo metuendo, si obsidio solvatur. Ea sunt vastatio finium Romanorum, jactura operum summo labore factorum, & Hetruscum bellum pro Vejente concitatum. Hoc argumentum quia primarium est, concluditur exaggeratum comparatione tribunorum cum avaris medicis, ad quorum similitudinem bellum facile difficile fingant. Si me dius fidius) 4. A duplici alio commodo belli continuandi, quod nimirum ad disciplinam militarem, & ad populi Romani gloriam sit profuturum: ubi nervosæ inseruntur collationes cum avibus æstivis, venatoribus, nautis. Vide Turnebum 24. Adverss. 38. Quæ in omni) 5. ab ipsa necessitate belli continuandi in urbibus, quæ capi alia ratione non queant, obsidendis.

IV. An est quispiam) Peroratio contentionem vertit in gravem querelam de seditionibus civium, quos majoris vehementiæ causa cum ipsis hostibus comparat. Vbi quatuor notanda: 1. quod nihil Vejentibus optatum æque contingere possit, quam ut obsidio solvatur: 2. quod melior apud ipsos disciplina: 3. quod petulantiæ Tribunorum nimis faciles dent aures: 4. quod metuenda tandem omnis disciplinæ ac obedientiæ dissolutio, siquidem licentia pro libertate habeatur.

EVENTVS.

Appium ſuperiorem in cauſa, unde minime quis crederet, accepta calamitas apud Vejos, eademque & concordiam ordinum majorem, ardoremque ad obſidendos pertinacius Vejos, fecit: quod patribus longe accidit gratiſſimum.

VSVS.

Vſus eſt, cum pro continuando bello, aut ſimili utili conſilio, contra adverſariorum ignaviam & nequitiam contendendum.

SENTENTIÆ.

Homines ſeditioſi ſemper ægri aliquid in repub. volunt, ut ſit, ad cujus curationem adhibeantur.

2. Non dico civilis, ſed humani hominis eſt, favere concordiæ & bono publico.

3. Nuſquam nec opera ſine emolumento, nec emolumentum ſine impenſa opera eſt: labor voluptaſque diſſimilima natura ſocietate quadam inter ſe naturali ſunt juncta.

4. Aut non ſuſcipi bellum, aut geri pro dignitate, & perfici quam primum oportet.

5. Ipſa indignitas perſeverantiam imponit.

6. Minus eſt tueri opera facta, & inſtare, & perſeverare, defungique cura, quam primum perficere.

7. Hominis importuni, & habendi libidine inflammati, conſilia non diſſimilia ſunt, acſi quis ægro, qui curari ſe fortiter paſſus, extemplo convaleſcere poſſit, cibi gratia præſentis, aut potionis, longinquum & forſitan incurabilem morbum efficiat.

8. Ad diſciplinam certe militiæ plurimum intereſt, inſueſcere militem non ſolum parta victoria frui, ſed ſi ſpes etiam lentior ſit, pati tædium, nec ſicut æſtivæ aves, ſtatim autumno tecta ac receſſum circumſpectare.

9. Perſeverantia in omni quidem genere militiæ, maxime tamen in obſidendis urbibus neceſſaria eſt: quarum pleraſque munitionibus ac naturali ſitu inexpugnabiles, fame ſitique tempus ipſum vincit atque expugnat.

10. Libertas non eſt, magiſtratus & leges non vereri.

ORAT. LV.

Oratio P. Licinii Calvi in concione, Tribunatum militarem recusantis.

Cum P. Licinius Calvus jam tum exactæ ætatis, Tribunus militum refectus esset, petit sibi propter ætatem ingravescentem parci, & oblatum honorem mandari filio.

Ethos est senis modesti.

Pathos, gratia & benevolentia popularis.

Partes sunt tres.

I. Omen) Exordio laudat plebem tum ob studium concordiæ, tum privatim, propter spem bonam, quam de ipso habeant.

II. Me jam) Petitio ipsa duplex est: una, ut sibi parcant, argumento sumpto ab ætate, quæ tanto muneri non sit par amplius: id quod inductione probat corporis atque animi: Altera, ut pro se filii rationem habeant, ut qui aptior ad rem sit: id quod arguit à flore ætatis, præstantia indolis, educatione & disciplina honesta, denique testimonio legationis suæ.

III. Vos quæso) Conclusio habet pathos ab auctoritate personæ suæ.

EVENTUS.

Datum id petenti patri, filiusque ejus L. Licinius Tribunus militum declaratus est.

USUS.

Usus est, cum quis munus delatum, cui ipse par non est, petit alteri.

SENTENTIÆ.

1. Usus meliorem facit.

2. Ad rempub. administrandam vires integræ requiruntur. Vide judicium Ptolemæi de Aridæo fratre Alexandri Magni apud Iustin. lib. 13.

ORATIO LVI.

Deliberatio Senatus de præda Vejenti.

M. Furius Camillus, cum in arcem Vejentem cuniculo acto, jam in manibus videret victoriam esse, tantumque prædæ fore, quantum non

non omnibus in unum collatis ante bellis fuisset, literis ad senatum missis scire voluit, quid de præda faciendum censerent. Duæ senatum distinebant sententiæ: una P. Licinii, altera A. Claudii. Licinius populo concedi, Appius in ærarium referri vult.

Argumenta Licinii sunt:

1. Quod præda in ærarium relata suspecta futura, causamque seditionum novarum præbitura.

2. Quod æquum, exhaustis tributo tot annorum succurri.

3. Quod hæc præmia pro tot annorum labore debeantur.

4. Quod semper gratius sit, quod ipse quis sibi parit, quam quod ex alterius arbitrio accepit.

5. Quod ipse Dictator invidiam plebis fugiat.

Appii rationes sunt:

1. Quia largitio res nova sit, & mali exempli.

2. Quia ærarium exhaustum.

3. Quod sic tributa plebi minus queant.

4. Quod ista ratio plus justitiæ habeat.

Ethos ab una parte est facilitatis & popularitatis: ab altera, gravitatis & auctoritatis: ab utraque, justitiæ.

Pathos, benevolentia apud ordinem suum.

EVENTVS.

Tutior visa sententia est, quæ popularem senatum faceret.

VSVS.

Vsus est, cum de præda tribuenda, & militiæ peractæ præmiis agitur.

SENTENTIÆ.

1. Præda fortium bellatorum præmium est.

2. Exhaustis multorum annorum tributo liberalitate aliqua succurrendum est.

3. Gratius est, quod sua quisque manu ab hoste refert, quam si alterius arbitrio accepit.

ORATIO LVII.

Oratio Camilli ad Ludimagistrum Faliscorum.

Camillo Valerio obsidente quidam ludimagister principum liberos, lusus ingeniique exercendi causa extra urbem productos, in ca-

ſtra Romanorum ſermonibus traxit, perfidiæ præmium ab imperatore ſperans, quod ipſos Falerios Romanis tradidiſſet, pueris, quorum parentes capita ibi rerum eſſent, traditis. Tam turpe facinus Camillus hac oratione deteſtatur.

Ethos eſt viri juſti, & qui virtute, non dolo malo vincere cupiat.

Pathos, pudor & confuſio hominis ſceleſti.

Partes ſunt tres.

I. Non ad) Propoſitio increpationis aucta diſſimilitudine morum, qui in ludimagiſtro & in imperatore.

II. Nobis) Confirmatio hoc Syllogiſmo conſtat. Quod contra jus naturæ & omnium gentium eſt, non decet Romanos. At in puerilem ætatem ſævire eſt contra jura iſta. E. Romanos non decet. Major urgetur prolepſi, qua diſtinguit inter civilia, & naturæ ac gentium jura. Minor amplificatur ex contrario & imparibus.

III. Eos tu) Concluſio antitheſin habet inter proditoris & ducis conſilia.

EVENTVS.

Camillus proditorem nudatum, manibus poſt tergum illigatis, reducendum Falerios, & virgis cædendum pueris tradidit: & Faliſci moti virtute Romanorum iis ſeſe dediderunt.

VSVS.

Vſus eſſe poteſt in recuſando facinore turpi, ejuſque objurgando auctore.

SENTENTIÆ.

1. Sunt & belli, ſicut pacis, jura, quæ omnino ſervanda.
2. Bella juſte non minus, quam fortiter gerenda ſunt.
3. Imbelli ætati captis urbibus parcendum.

ORATIO LVIII.

Oratio Faliſcorum in Senatu Romano de urbe ſua dedenda.

Faliſci, virtute Camilli perpenſa, legatos Romam mittunt, qui hac oratione urbem ſuam dedunt.

Ethos eſt bonorum virorum, qui etiam in hoſte virtutem amant.

Pathos, ſenatus benevolentia.

Partes ſunt duæ.

I. Patres) Ipſa deditio tribus de cauſis, quæ ſunt virtus Romana, Faliſcorum commoditas, & exemplum ſalutare. His benevolentiæ ma-

majoris ergo inſeruntur gratulatio, collaudatio, & atteſtatio bonæ ſpei de Romanis.

11. Mittite) Petitio de ſe ſuſcipiendis, argumentum habens ab eventu utrinque bona.

EVENTVS.

Faliſcis pace data, exercitus Romam reductus eſt: Camillo & ab hoſtibus & à civibus gratiæ actæ.

VSVS.

Vſus eſt, cum, admiratione hoſtis clementis, nos ejus fidei committere volumus.

SENTENTIÆ.

1. Nihil victori pulchrius eſt, quam victum de eo bene ſentire.
2. Fidem in bello, quam præſentem victoriam, malle debemus.
3. Cives magiſtratui fidem, magiſtratus civibus imperium æquum debet.

ORATIO LIX.

Oratio Camilli ad Ardeates contra Gallos.

Galli capta & cremata urbe Roma, exercitu diviſo, partim per finitimos populos prædantur, partim arcem; quo cum conjugibus ac liberis juventus Romana, ſenatuſque robur conceſſerat. Proficiſcentes ab urbe fortuna Ardeam duxit. Ibi tum Camillus exſulabat, qui mæſtior de fortuna publica, quam ſua, Ardeates de Gallis conſultantes hac oratione hortatus fertur ad arma capienda.

Ethos eſt viri grati, & in adverſis magni animi.

Pathos, fiducia ſucceſſus optati.

Partes ſunt tres.

1. Ardeates) Exordium plenum eſt benevolentiæ, quo poſt honorificam compellationem Ardeatium, purgat ſe à ſuſpicione curioſitatis & immodeſtiæ, argumento à circumſtantia temporum in hanc ſententiam: Periculum commune cogit quod quiſque poſſit in re trepida præſidii conferre. E. & ego debui meam operam vobis offerre. Ratio conſequentiæ additur: quia vos de me meriti eſtis, & ego ſola arte militari commodare vobis poſſum.

11. Vobis autem) Hortatio ipſa ad arma capienda tribus argumentis conſtat. Primum ſumitur ab honeſto, ut gratiam Romanis

referant, & sibi ipsis gloriam pariant. Quo effuso) 2. A facili, quod probat à natura & moribus Gallorum, & testimonio experientiæ. Si vobis) 3. A necessario propter periculum nulla alia ratione evitandum.

III. Prima vigilia) Conclusio rei agendæ modum docet, addito argumento pathetico ab obligatione sua.

EVENTUS.

Primo noctis silentio urbe egressi, Gallos somno obrutos trucidant.

USUS.

Usus est, cum rebus desperatis consilium à virtute petendum est.

SENTENTIÆ.

1. In communi periculo conferre auxilia debet, quæ quisque potest.
2. Viri boni est pro meritis, data occasione, velle gratiam referre.
3. Beneficia non sunt exprobranda apud memores.
4. Homines sunt ab secundis rebus magis solito incauti.
5. Gallis natura corpora animosque magna magis, quam firma dedit.

ORATIO LX.

Oratio Camilli ad populum de urbe instauranda.

Agitabant Tribuni assiduis concionibus plebem, ut relictis ruinis patriæ in urbem paratam Vejos transmigrarent. Hoc consilium improbans Camillus suadet ut urbem patriam instaurent, in eaque maneant.

Ethos est viri religiosi pariter & prudentis.

Pathos, tum spei ex mansione, tum metus ex migratione.

Partes sunt tres.

1. Adeo mihi) Exordium sumit à dicendi causa, quæ est amor patriæ & concordiæ publicæ: ubi antithesin facit inter insanam φιλονεικίαν Tribunorum, & suum pacis studium.

II. Quid enim) Suasio ipsa fit argumentis ab honesto & utili. Honestatis rationes sunt, quod Romam deserentes facturi sint contra, quam viros fortes, religiosos, & patriæ amantes deceat. 1. Primum fortitudinis est, in defendenda patria perseverare, præsertim ubi id mi-

minori cum difficultate fieri potest: quod arguitur antitheſi temporum, quibus Galli urbem, & cives ſolam arcem habebant: quæ nunc omnia recuperarint: antitheſi item fortunæ adverſæ & ſecundæ. Equidem ſi nobis) 2. Religio propugnatur tali Syllogiſmo: Quo cultum numinis violabitis, id non facietis. Deſerendo urbem eſtis cultum numinis violaturi. E. id non facietis. Propoſitio confirmatur teſtimonio majorum, & exemplis tum præmiorum, quæ pietatem; & pœnarum, quæ impietatem & numinis contemptum ſequutæ; iiſque ex recenti memoria deſumptis. Hæc culti) Aſſumptio confirmatur argumento à circumſtantiis cultus, qui Romanis certis locis, temporibus, & perſonis definitus: ubi in primis urgentur ſacra gentilitia, quale Dorſo inter ipſa arma hoſtium peregit: tum publica, ut Iovis, Veſtæ, Martis, Romuli, & quæ recens Iunoni & Loquutio vota: denique auſpiciorum & comitiorum ritus. Sed res ipſa) 3. De pietate erga patriam agitur per prolepſin neceſſitatis. Objectio hic eſt: rem ipſam ſuadere, ut vaſtata urbs cum integra commutetur. Reſponſio eſt duplex: primo per inficiationem, quod hæc non ſit vera cauſa migrationis: quippe idem urbe adhuc integra in conſiliis fuiſſe: deinde per inverſionem, quod nunc multo magis manendum, propter quinque cauſas. 1. à fine, ut retineant gloriam bellicam, ubi antitheſis eſt cauſarum, quæ tunc potuiſſent eſſe migrationis, & quæ nunc ſunt manendi: 2. ab eventu turpi, quod poſt abitum Romanorum hoſtes (ſive Galli, ſive vicini) urbem occupaturi ſint: 3. ab exemplo laudabili majorum: 4. à comparatione privati incendii: 5. à fictione ſimilis incendii in aliis locis, ubi pathos pietatis erga patriam. Non ſine cauſa) Vtilitatem manendi demonſtrat à ſitu opportuno urbis, & perpetua ejus fortuna.

III. Quod cum ita) Peroratio repetit propoſitionem cum argumento primario à religione.

EVENTVS.

Movit cives Camillus cum alia ratione, tum ea quæ ad religionem pertinebat.

VSVS.

Vſus eſt, cum ad patriam everſam inſtaurandam & defendendam populares hortandi, & diſſuadenda deſertio.

SENTENTIÆ.

1. Vir bonus in exilio mavult, quam inter contentiones ſuorum civium vivere.

2. Con-

2. Consilia mutantur temporibus.

3. Patriæ decesse quoad vita suppetat, turpe est.

4. Omnia prospere eveniunt sequentibus Deum, adversa spernentibus.

5. Sacrificiis solennibus non dies magis stati, quam loca, sunt, in quibus fiant.

6. Res à majoribus acceptas non tueri, turpe est.

7. Ignavis nihil tutum.

8. Patriæ amor omnes caritates complexus est.

9. Quod singuli facturi sunt, si ædes nostræ deflagrent, hoc in publico incendio universi faciamus.

10. Vento fieri potest, ut diffusa flamma magnam partem urbis absumat.

11. Vrbi condendæ locus eligendus est, ubi saluberrimi colles, flumen opportunum, & mare vicinum.

EX DECADIS PRIMÆ *LIBRO SEXTO.*

ORATIO LXI.

Oratio M. Furii Camilli ad milites timidos.

Ad Satricum Antiates non modo Volscorum juventutem, sed ingentem multitudinem Latinorum Hernicorumque conciverant, adeo ut voces audirentur, cum centenis hostibus singulos Romanorum pugnaturos. Ea res commovit animos militis Romani. Quare Camillus inter aciem obequitans hac oratione militem confirmavit.

Ethos, est viri imperterriti.

Pathos, fiducia victoriæ.

Partes sunt tres.

1. Quæ tristitia) 1. Propositio figurata communicatione, Ne timeant cum hoste congredi.

11. Hostem) Confirmatio ab eventu optato. quem arguit tribus circumstantiis: 1. hostis sæpius jam victi: 2. militum tot victoriis jam probatorum, ut de Vejentibus, Falisçis, Gallis, Volscis, Æquis, Hetruscis: 3. ducis fortissimi, quem neque secundæ, neque adversæ res vincere hactenus potuere.

*111. Iidem igitur) Concluſio summam habet cohortationis, militemque in hostes incitat.

EVEN-

EVENTVS.

Omnes clamore ſublato ſequuntur imperatorem, hoſteſque malis conſiliis pares adepti eventus.

VSVS.

Vſus eſt, cum miles multitudinem hoſtium metuens, confirmandus eſt.

SENTENTIÆ.

1. Ignavus hoſtis forti viro perpetua materia eſt virtutis, & gloriæ.

2. Is Vir eſt, cujus animum neque res adverſæ frangere, neque ſecundæ efferre poſſunt.

3. Iidem mores ut plurimum eundem eventum habent.

ORATIO LXII.

Oratio Auli Cornelii, milites de ratione pugnæ ineundæ præmonentis.

Aulus Cornelius dictator, caſtris contra Volſcos poſitis, cum hoſtia cæſa pacem Deum adoraſſet, lætus ad milites jam arma capientes hac oratione de modo pugnandi inſtruit.

Ethos eſt ducis cauti.

Pathos, fiducia.

Partes ſunt duæ.

I. Noſtra victoria) Spem facit victoriæ teſtimonio vatum.

II. Itaque ut) Inſtruit partim peditem, partim equitem, ternis ab utraque parte propoſitis officiis.

EVENTVS.

Sic eques, ſic pedes, ut dux præceperat, pugnant, nec dux legiones, nec fortuna fefellit ducem.

VSVS.

Vſus eſt, cum miles in acie poſitus de officio præmonendus eſt.

SENTENTIA.

Conſilio & virtute agentes Deus adjuvat.

ORA-

ORATIO LXIII.

Oratio A. Cornelii dictatoris ad M. Manlium de calumniis in senatum sparsis.

M. Manlius uni invidens eximio simul honoribus atque virtutibus M. Furio Camillo, interque patres non quantum æquum censebat excellere suas res animadvertens, cum plebeiis magistratibus consilia communicare cæpit, criminando patres, alliciendo ad se plebem, famæque magnæ malle, quam bonæ esse. Inter cætera vero thesauros Gallici auri, quod pro Capitolii redemptione in medium fuerat collatum, occultari à patribus fecit. Quam ob rem in judicium vocatus, crimen in patres jactum probare à Dictatore jubetur.

Ethos est viri cordati, sibique bene conscii.

Pathos, invidia ac indignatio in Manlium propter calumniam.

Partes sunt tres.

I. Vtinam) Exordiolum à voto concordiæ in cæteris rebus: id quod facit ad consilium Manlianum contemnendum.

II. Spem factam) Narratio criminis sparsi, cum mandato probandi.

III. Quod nisi) Conclusio in comminatione pœnæ, si probare nequeat.

EVENTVS.

Manlius respondit Dictatori, sed præter rem, ut mox patebit.

VSVS.

Vsus est, cum magistratus libidinem calumniantium reprimere, & ad tribunal veritatis trahere vult.

SENTENTIA.

Insimulare falso crimine magistratum, periculosa temeritas est.

ORATIO LXIV.

M. Manlii Apologia.

Respondet Manlius Dictatori, sed ferocius quam privatum deceat, neque ad rem, sed novis criminibus dictatorem & totum senatum insectando.

Ethos est civis simulantis bene se cupere popularibus suis.

Pathos, invidia in senatum.

Par-

Partes pro numero criminum ſunt quatuor.

I. Nec ſi fefelliſſe) Exprobratio ſimulationis & tyrannidis, quod non tam cum hoſtibus, quam cum ſuis civibus bellum gerant, eoſque ſubjugare velint.

II. Offendit) Criminatio invidiæ, quod cum ipſi nemini civium beneſaciant, ferre nolint id fieri ab alio: ubi ironice eos hortatur, ut ſimili beneficentia plebem ſibi concilient.

III. Sed quid) Accuſatio injuſtitiæ & avaritiæ, quod uſuris civitatem exhauriant, qua ab re eos abſtinere vult.

IV. Sed quid) Inſimulatio doli mali, quod alienum beneficium ſuſpectum reddere, & avaritiæ ſuæ fucum aliquem facere ſtudeant, ex aliis ſcire volentes, de quo ipſis ſatis conſtet. ubi non obſcure eos peculatus arguit, & invidioſis interrogationibus urget.

EVENTVS.

Manlius cum ad quæſtionem Dictatoris reſpondere nollet, in vincula ducitur, Deos innocentiæ ſuæ vindices implorans.

VSVS.

Vſus eſt, in excuſandis officiis invidioſe traductis: ſed videndum, ut cum veritate & modeſtia.

SENTENTIÆ.

1. Iniquum eſt, beneficii dati cauſam dicere debere.
2. Rem ſuapte natura facilem difficilem reddit interrogatio.

ORATIO LXV.

Oratio M. Manlii ad plebem ſeditioſa.

M. Manlius dimiſſus propter plebem tumultuantem ex carcere, nihilo modeſtior eſt, ſed multo inſolentius factiones ſeditioneſque agitat, plebem in ſenatum concitans.

Ethos eſt ſimulatum ſtudium erga populum.

Pathos, invidia in ſenatum.

Partes ſunt duæ: Vna, quid poſſit, altera quid debeat populus. Cohærent autem hoc enthymemate: Poteſtis nunc in libertatem vos aſſerere. E. id facietis.

I. Quouſque) Quod in libertatem populus vindicare ſe poſſit, docet ex cauſis, quæ ſunt plebs numeroſa & potens, dux impiger & ſtrenuus, denique fortuna ſemper ſecunda. Primam cauſam urget com-

comparatione, & teſtimonio experientiæ: alteram, prolepſi cauſarum impedientium: tertiam, diſſimili.

11. Experimini) Quid facere debeat, primo generatim proponit, deinde explicat per partes: abrogandos eſſe magiſtratus: prohibendas actiones uſurarias: ſe ducem conſtituendum.

EVENTVS.

Manlio omnia decora priora fœda cupiditas regni reddidit: damnatum Tribuni de Saxo Tarpejo dejecerunt, locuſque idem in uno homine & eximiæ gloriæ monumentum, & pœnæ fuit.

VSVS.

Vſus eſt, cum populus de occaſione utenda monendus: à quo tamen abeſſe ſeditionis & calumniæ conſilium debet.

SENTENTIÆ.

1. Audendum eſt aliquid univerſis, aut omnia ſingulis patienda.
2. Laboranti numen adeſt.

ORATIO LXVI.

Oratio Camilli ad ſenatum Tuſculanum de venia impetranda.

In bello Volſco capti Tuſculani aliquot, publico conſilio ſe militaſſe fatentur. Itaque bello perſequendos Tuſculanos patres cenſent, Camillo id bellum mandant. Intrantibus fines Romanis commeatus exercitui à Tuſculanis devehitur, & Camillus urbem ingreſſus omnia pacata videt. Victus igitur patientia hoſtium, conſilium iis dat mittendæ Romam legationis.

Ethos eſt viri moderati ac clementis.

Pathos, ſpes veniæ.

Partes ſunt duæ.

1. Soli adhuc) Collaudatio conſilii Tuſculanorum in Romanis placandis: ſcilicet non armis, ſed patientia & ſummiſſione ſe defendentium.

11. Ite Romam) Conſilium de legatis ad ſenatum mittendis, utpote penes quem arbitrium ſit pacis, quique Tuſculanos non ſit rejecturus.

EVEN-

EVENTVS.

Tusculani fecerunt, ut jussi erant.

VSVS.

Vsus est, cum laudanda in adversario modestia, idemque consilio salutari juvandus.

SENTENTIÆ.

1. Optimus modus est potentiorem vincendi patientia.
2. Non est æquum, præcipere gratiam publici beneficii.

ORATIO LXVII.

Oratio legatorum Tusculanorum in senatu Romano.

Legati, ut suaserat Camillus, bellum deprecantur.
Ethos est humile ac modestum.
Pathos, misericordia.
Partes sunt quatuor.

I. Quibus bellum) Attestatio animorum ab armis abhorrentium, argumento ab experientia.

II. Gratias agimus) Agnoscunt & prædicant beneficium Camilli, qui nihil hostile contra eos fecerit.

III. Pacem) Deprecatio ipsa, quam dixi, argumento ex remotione causæ, in hunc modum: Bellum inferetis iis, qui vobis resistere volunt. Nos nolumus resistere, sed potius quicquid vobis videbitur, patienter feremus. E. nobis non inferetis bellum. Propositio figuratur obtestatione: Assumptio contendere facit subjectionem & rebellionem: Conclusio vertitur in votum ad Deos.

IV. Quod ad) Responsio ad crimen insimulatum, quod partim negant, partim emendare promittunt, addito epiphonemate de gloria victoriæ per hostis subjectionem spontaneam & pœnitentiam.

EVENTVS.

Tusculani pacem in præsentia, nec ita multo post civitatem impetraverunt.

VSVS.

Vsus est, cum, quem offendimus, modesta deprecatione exorandus est.

SENTENTIÆ.

1. Oculis magis, quam auribus credendum.
2. Vbi nihil hostile est, nec alter faciat.
3. Revicta rebus, verbis confutare nihil attinet.
4. Confessio cum evidenti pœnitentia venia digna est.
5. Omnium est glorioſissimum, hostem ad pœnitentiam cogere.

ORATIO LXVIII.

Oratio Q. Cincinnati ad A. Sempronium Magistrum equitum.

Roma seditionibus iterum laborante Prænestini ad Alliam fluvium, ubi à Gallis fusi Romani erant, cum exercitu considebant, loci fortuna & temporibus Romanorum confidentes. Hanc inanem fiduciam Dictator cum Magistro equitum videt, & quid agendum sit monet.

Ethos est hominis minime superstitiosi.

Pathos, Ἐλπίς.

Partes sunt tres.

I. Vides ne) Repræsentat judicium hostium, ex loco successum æstimantium, optatque consilio similem eventum.

II. At tu) Dividit officia Magistro equitum & sibi: quia in re plus momenti.

III. Adeste) Concludit precatione provindicta.

EVENTVS.

Prænestini primo impetu dissipati sunt.

VSVS.

Vsus est in infirmanda superstitione & vana spe hostium.

SENTENTIÆ.

1. Stultum est fortunam loco metiri.
2. Deus testis fœderum.

ORATIO LXIX.

Oratio Camilli ad plebem contra leges Tribunitias.

C. Licinius & L. Sextius Trib. plebis tres leges adversus opes patritiorum tulerant: ut de capite deduceretur, quod usuris prænume-

ra-

tatum esset, & reliquum triennio tribus æquis pensionibus persolveretur: Vt nequis amplius quingenta jugera agri possideret: Vt denique consul ex plebe crearetur. Omnium igitur rerum, quarum immodica cupido inter mortales est; agri, pecuniæ, honorum discrimine proposito, conterriti patres dictatorem creant Camillum. Is stipatus agmine patritiorum in concionem prodit, hortaturque plebem, ut intercessioni (eam patres subornarant) dent locum.

Ethos est viri gravis.

Pathos, terror plebis.

Partes sunt tres.

I. Quandoquidem) Exordium, quo invehitur in Tribunos plebis, tanquam seditionum civilium auctores.

II. Et intercessionem) Ipsa hortatio duplici argumento constans: quod plebs intercessionem, ut peculiare subsidium suum secessione quondam impetraverit: & quod Dictatoriam imperio sit tutaturus.

III. Itaque si) Conclusio rei agendæ conditionem fert, siquidem Dictator auctoritatem suam interponere non debeat.

EVENTVS.

Camillus re neutro inclinata, dictatura se abdicavit.

VSVS.

Vsus est, cum pro auctoritate officii & bono ordine pugnandum;

SENTENTIÆ.

1. Potestas bene parta non est seditiosis consiliis turbanda.
2. Magistratuum jura sancta sunt.

ORATIO LXX.

Oratio Appii Claudii contra consulatum plebeium.

Licinius Sextiusque rogationes suas de fœnore, agro & consulatu postulabant à plebe juberi. Id Appius Claudius hac oratione improbat, maxime quod ad consulatum plebeium.

Ethos est hominis concitati, & pro ordine suo totis viribus pugnantis.

Pathos, invidia in Tribunos.

Partes sunt quatuor.

I. Neque novum) Exordium est prolepticum, quo à se & famæ suspicione malignitatem removet, quasi nimium addictus patri-

bus, de industria plebi adversetur. Respondet autem distincte: fatendo quidem de studio suo in patres, totamque rempub., argumento sumpto à meritis acceptis: malevolentiam vero in plebem negando, argumento à scopo sibi perpetuo proposito.

II. An hoc) Propositio aucta causa impulsiva per comparationem imparium: quod infimæ sortis civis, nedum illustri familia ortus, postulatum Tribunorum tacitus ferre non possit. Additur & invidiosa mimesis insolentiæ Tribunorum.

III. Sub conditione) Confirmationis loci sunt tres: quod postulatum indignum, impium, & noxium sit. Indignitas arguitur sex rationibus: 1. quod præter honorem etiam mercedem petant: 2. bona & mala sine discrimine accipi velint: 3. libertatem tollant suffragiorum: 4. dum honores cum plebe communes habere velint, patribus prorsus eripiant: 5. honores lege, non beneficio plebis; occasionibus, non virtute consequi nitantur: 6. denique quod ista ratione indignissimo & humilimo cuique aditus ad honores futurus sit. His inseruntur comparationes & prosopopœiæ invidiosæ. De indignitate) Impietatem inde arguit, quod communicatis honoribus, etiam auspiciorum, quorum cura propria patrum hactenus fuerit, communicari oporteat, & sic religionem & sacra contaminari. Hæc exaggerantur prolepsibus elusæ religionis, argumento sumpto ab auctoritate majorum & permissionibus ironicis. Sextus & Licinius) Detrimenta publica duo afferuntur: solitudo agrorum, & abrogatio fidei.

IV. Omnium rerum) Epilogus repetit summam dissuasionis, addito voto, ut Deus tam gravem deliberationem fortunare velit.

EVENTUS.

Oratio Appii ad id tantum valuit, ut tempus rogationum jubendarum differretur.

USUS.

Usus est, cum consiliis improbis & perniciosis resistendum.

SENTENTIÆ.

1. Non imminuas majestatem ejus ordinis qui te partem sui esse voluit.

2. Non quod pro universa repub. fit, id plebi tanquam aliam incolenti urbem adversum quis putet: neque statim fit contra utilitatem, quod est contra voluntatem.

3. Suffragia debent esse libera.

4. Res

4. Res potius, quam auctor ſpectandus eſt.
5. Honores dignis conferendi ſunt.
6. Virtute potius, quam occaſione petendi ſunt honores.
7. Quæ ad religionem pertinent, ſancte & integre tuenda ſunt.
8. Cum fide omnis humana ſocietas tollitur.

EX DECADIS PRIMÆ LIBRO SEPTIMO.

ORATIO LXXI.

Oratio Servii Tullii ad Dictatorem pro impetranda pugnandi copia.

Dictatori C. Sulpitio contra Gallos exercitum ducenti neutiquam placebat, quando nulla cogeret res, fortunæ ſe committere adverſus hoſtem, quem tempus deteriorem indies, & locus alienus faceret, ſine præparato commeatu, ſine firmo munimento morantem: ad hoc iis animis corporibuſque, quorum omnis in impetu vis eſſet, parva eadem langueſceret mora. His conſiliis Dictator bellum trahebat: ſed milites ægre id patientes, Servio Tullio dant negotium, ut à Dictatore pugnandi veniam impetret.

Ethos eſt viri fortis & amantis gloriæ.

Pathos, ſpes victoriæ.

Partes ſunt tres.

1. Scilicet) Exordium prolepticum eſt, quo ad contumaciæ & ſeditionis ſuſpicionem amovendam, cauſam refert, qua ad dicendum impellatur.

11. Equidem) Contentio pugnam urget tribus argumentis. 1. à ſtatu militum proſpero per comparationem imparium. Si male pugnatum eſſet, tamen copiam pugnandi dares. At non eſt male pugnatum, ſed omnia adhuc ſunt integra. E. multo magis dabis. Major confirmatur à fine & exemplo: minor, à cauſa efficiente. Quanquam de) 2. argumentum à moræ & otii turpitudine: id quod declarat teſtimoniis hoſtium & ipſius experientiæ. Sin autem) 3. A prolepſi, qua auctoritati patrum, ab imperatore prætenſæ, opponit judicium plebis, & expeditionum militarium finem.

111. Hæc dicta) Epilogus repetit propoſitionem pathetico argumento ex conſequentibus commodis exaggeratam.

EVENTVS.

Dictator quanquam rem bonam exemplo haud probabili actam censebat, tamen facturum quod milites vellent, recepit.

SENTENTIÆ.

1. Virtute culpa corrigitur, & aboletur flagitii memoria nova gloria.

2. Virtus contempta vilescit.

3. Pugnare oportet qui cupit vincere, non compressis (quod aiunt) manibus sedere.

ORATIO LXXII.

Oratio Popilii ad milites.

Cum miles Romanus diuturno prælio cum Gallis fessus staret, ipseque imperator Popilius lævo humero jaculo trajecto cessisset parumper ex acie, consul vulnere alligato revectus ad prima signa milites ad pugnam absolvendam hortatur.

Ethos est ducis magnanimi.

Pathos, spes victoriæ.

Partes sunt duæ.

1. Quid stas) Propositio per communicationem.

11. Non cum) Confirmatio quadruplex: 1. Quod cum hoste capitali res sit: 2. nisi ipsi mori velint, trucident hostem: 3. victoria jam in manibus: 4. non possint aliter agere, si vincere velint.

EVENTVS.

His compellationibus iterum coorti, pellunt hostem.

VSVS.

Vsus est, cum victoria propemodum jam parta urgenda est.

SENTENTIA.

In acie hauriendus, aut dandus est sanguis.

Ora-

ORATIO LXXIII.

Oratio Campanorum in ſenatu pro ferendis auxiliis.

Campani Samnitium armis vehementer acciſi, per legatos amicitiam & auxilium à Romanis petant, voce & geſtu ad miſericordiam ad miſericordiam movendam mirifice compoſitis.

Ethos eſt ſupplicum.

Pathos, miſericordia apud Romanos.

Partes ſunt quatuor.

I. Populus) Propoſitio petitionis ex fine legationis ſumptæ.

II. Quam ſi) Confutatio duplicis objectionis. Prima eſt temporis, quod non ante rebus ſecundis, ſed adverſis demum petant: ad quod reſpondent, eo firmiorem hanc amicitiam futuram, quo arctius Romanis propter beneficium devincti ſint. Neque hercle) Altera objectio eſt, quod hoſtes, contra quos auxilium petunt, amici ſint Romanorum. Ad hoc reſpondent ex formula & fine fœderis, petitioni ſuæ non repugnantibus.

III. Campani) Confirmatio quinque argumentis conſtans. 1. Ab utili propter acceſſionem agrorum, auxiliorum, imperii. Acerbum) 2. A contrario incommodo, ſi Romani Campanos deſerant. Omnibus) 3. Ab honeſto ſeu cauſa belli, quod propter ſimili officium vicenis præſtitum in hanc neceſſitatem venerint. Quanquam) 4. A neceſſitate, qua ad arma venerint: ſcilicet ſcopo ac intentione crudeli hoſtium impulſi. Non loquor) 5. A facili, quod arguunt comparatione effectorum & commodorum, quæ latis auxiliis ſperanda.

IV. Annuite) Peroratio repetit propoſitionem, additque pathos à ſpe popularium, & rei in utramvis partem eventu ultimo, per quandam repræſentationem rhetoricam.

EVENTVS.

Semotis legatis, cum conſultus ſenatus eſſet, utilitate fides antiquior fuit.

VSVS.

Vſus eſt in petendis conſiliis contra hoſtes crudeles.

SENTENTIÆ.

1. Beneficium tempore neceſſitatis acceptum colere oportet, ne ingrati, atque omni ope divina humanaque indigni videamur.

2. Iusta causa amicitiæ est, velle eum nobis amicum esse, qui nos appetit.

3. Fortuna afflicta magnifice loqui prohibet.

ORATIO LXXIV.

Senatus responsum recusatorium.

Senatus 1. negat auxilium contra Samnites, quia cum his vetustior amicitia & societas. 2. Promittit in gratiam supplicum legationem & daprecationem. Hæc enim jure fieri posse.

Ethos est justitiæ & fidei, quod oratione & facto imitandum.

Pathos, amor ob constantiam in fide.

SENTENTIÆ.

1. Ita cum aliis amicitiam institui par est, ne vetustior amicitia ac societas violetur.

2. Arma perfide suscepta, Deos prius, quam homines violant.

ORATIO LXXV.

Instantia Campanorum.

I. Dolent de repulsa accepta.

II. Dedunt urbem & omnia sua in fidem Romanorum, quibus ista ratione sui defendendi necessitatem injiciunt.

III. Dictis addunt gestus tristes.

Ethos est desperantium.

Pathos, Commiseratio.

EVENTVS.

Commoti patres vice fortunarum humanarum, jamque fides agi visa, deditos non prodi, nec facturum æqua Samnitium populum censebant, si agrum urbemque per deditionem factam populi Romani oppugnarent.

VSVS.

Vsus est, cum rebus nostris desperatis aliorum auxilia invocanda sunt.

SENTENTIÆ.

1. Vox & gestus miserabiles facile aliquem commovent.

2. Deditos prodere contra fidem est.

ORA-

ORATIO LXXVI.

Oratio Valerii ad milites.

Cum Samnites Romanos pro Campanis intercedentes magna cum ferocia contempsissent, bellum eis Romani faciunt, & imperator hac oratione ad pugnandum militem hortatur.

Ethos est ducis prudentis & fortis.

Pathos, spes victoriæ.

Partes sunt tres.

I. Ne novus) Propositio: Non esse quod novum bellum, aut hostis novus milites terreat.

II. Quicquid ab) Confirmatio quatuor argumentis. 1. Ab hostibus, qui imbelles. ubi prolepsis victoriæ recentis, quam mollitiæ partis victæ, quam virtuti victricis, potius asscribit. Quid autem) 2. A militibus suis, qui viri fortes & victorioſi. ubi inductio variarum victoriarum. Tum etiam) 3. A se ipso, à quo non audiant tantum, sed etiam videant fortia. ubi prolepsis consulatus ter propter virtutem accepti. Fuit cum) 4. A præmiis virtutis. ubi prolepsis priscorum & præsentium temporum, quorum illa natalibus, hæc virtuti favent.

III. Non si mihi) Conclusio duplex pathos habet. Vnum amoris propter summam non tantum erga militem, sed erga plebem universam benevolentiam & studium: Alterum bonæ fiduciæ de pugnæ eventu, inde, quod dii sint adjuturi.

EVENTVS.

Vniversus exercitus incredibili alacritate adhortationem prosequutus ducis castris egreditur: ubi notabis, quod de humanitate ducis & ardentibus militum oculis connotatum. — — — — — —

VSVS.

Vsus est, cum miles exemplo ducis ad officium faciendum cohortandus est.

SENTENTIÆ.

1. Multi magis nimio luxu fluentibus rebus, mollitieque sua, quam vi hostium vincuntur.

2. Dux non tantum dicta sua, sed & facta militem sequi, nec disciplinam modo, sed exempla etiam à se petere, velit.

3. Honores non tam generis, quam virtutis præmia esse debent.
4. Quibus artibus petitus magistratus, iisdem gerendus est.

ORATIO LXXVII.

Oratio P. Decii ad Imperatorem.

Consul A. Cornelius exercitum incaute in saltum circumsessum ab hoste induxerat: qua necessitate territum Decius hac oratione erigit, docetque qua erumpendum sit.

Ethos est tribuni suo duci fidelis.

Pathos, spes incolumitatis.

Partes sunt tres.

I. Vides ne) Propositio consilii de arce occupanda.

II. Nec tu mihi) Expositio agendi modum habens, eumque inter legatum & consulem divisum.

III. Neque enim) Conclusio causam dicit consilii, quantum ad hostem & quantum ad Romanos.

EVENTUS.

Collaudatus à consule, accepto præsidio, vadit occultus per saltum, nec prius ab hoste visus, quam loco, quem petebat, appropinquavit.

USUS.

Usus est, cum res impedita utili consilio juvari potest.

SENTENTIÆ.

1. Hostis moveri subjectus ad omnes ictus sine sua pernicie non potest.
2. Fortuna & virtus periclitantem expediunt.

ORATIO LXXVIII.

Oratio P. Decii ad centuriones & milites.

Samnites neglexerant pulcherrimam occasionem omnem exercitum Romanum delendi: quippe quem in saltu concluſum tenebant: aut saltem Decii manum vallo circumdandi. Igitur Decius primum centuriones ad se vocat, quibus hostium errorem exponit, eosque invitat, ut locum aliquem, quo evadere possint, secum explorent: deinde cognita rei agendæ opportunitate, milites ad erumpendum hortatur.

Ethos

Ethos est viri circumspecti & solertis.

Pathos, spes.

Partes sunt duæ, quæ jam constant.

1. Quænam) Primo cum centurionibus agit, narrans quid ab hoste neglectum sit, & quid facto jam opus, argumento à rei gerendæ occasione.

11. Hoc silentia) Deinde milites compellat, quibus primum causam ostendit, cur sine Classico eos convocarit: deinde hortatur ad erumpendam. Argumenta sunt tria. 1. Ab honesto, quod locum istum virtute ceperint, quodque glorioſum futurum, si eadem arte evadere possint. 2. A facili, scilicet quia videntem & vigilantem hostem eluserint, fallere etiam sopitum posse. 3. A necessario, quod non possint aliter, nisi obsidionem pati, & fame ac siti enecari velint. His addit tempus & modum agendi.

EVENTVS.

Vadentem per intermissa custodiis loca Decium sequuti sunt.

VSVS.

Vsus est, cum rei bene agendæ occasio urgenda.

SENTENTIÆ.

1. Inscitia belli, vel pigritia est, occasione data non uti.
2. Invia virtuti nulla est via.

ORATIO LXXIX.

Oratio Valerii ad milites seditioſos.

Milites Romani deliniti voluptatibus, consilium inibant adimendæ Campanis Capuæ. Quod cum consuli Martio Rutilio innotuisset, exercitum purgare missionibus turbulentorum hominum instituit: quam multitudinem consul alter Romæ retinebat. Reliqui cum viderent sua consilia emanasse, T. Quintium ex agro in castra pertractum imperatorem creant, & ad urbem infestis signis pergunt. Missus obviam Dictator M. Valerius Corvinus, hac oratione à prælio ad concordiam eos dehortatur.

Ethos est hominis concordiæ civilis amantis.

Pathos, pudor & pœ ndo.

Partes sunt quatuor.

1. Deos)

I. Deos) Exordium ducit à persona sua, cui nihil carius concordia: id quod votis & precibus testatum facit.

II. Quod Deos) Propositio cum argumento à facili.

III. Si meminisse) Confirmatio habet quatuor rationes. 1. à pietate patriæ debita, ubi antithetis inter hosticam terram & patriam. Ego sum) 2. A suis in militem beneficiis, pro quibus nihil aliud postulat, quam ut concordes, redeant & sine maleficio. Ego) 3. Ab exemplo suo, qui nolit prior pugnare. Inducite) Ab exemplis dissimilibus, quod priores dissensiones minus culpæ & offensionis haburint.

IV. T. Quinti) Conclusio duo habet: 1. apostrophen ad Quintium, ut sejungat se à militibus seditiosis, vel paci consulat: 2. promissionem reconciliationis æquæ.

EVENTVS.

T. Qintius approbat orationem Valerii, argumentis aliis additis, partim à persona sua, dictatoris, senatus: partim à rei ipsius eventu. Consilium omnes approbarunt, ubi vide utriusque ducis pietatem & fidem erga militem, quantumvis graviter lapsum.

VSVS.

Vsus est in seditione compescenda.

SENTENTIÆ.

1. Honestius est fugere, tergumque civi dare, quam pugnare contra patriam.

2. Multum situm est in salutari ac æquo interprete.

3. Iniquis conditionibus stare melius est, quam impias inter se conserere manus.

EX DECADIS PRIMÆ
LIBRO OCTAVO.

ORATIO LXXX.

Oratio Annii Setini de communione Consulatus Latinis à Romanis postulanda.

Latini cum Campanis à Romanis defecerant, bellumque Samnitibus dediticiis intulerunt. Eam ad rem cum jussissent decem principes Romam mittere, cum quibus pro Samnitibus agerent, Annius Setinus

tinus auctor popularibus fuit, ut hanc pacis fœderisque servandi conditionem Romanis ferrent, ut alterum ex Latinis consulem facerent.

Ethos est civis libertatis communis amantis.

Pathos, ira in fœderatos & socios superbos.

Partes sunt tres.

I. Quanquam) Exordium prolepticum, quo monet, ut antequam de responso Romanis danda constituant; quid agere velint, decernant. Ratio est, quod ubi res in promptu est, & quid agere velis, jam deliberatum, facile sit orationem appositam invenire.

II. Nam si nunc) Suasio ipsa nititur rationibus ab honesto & facili. Ad honestatem pertinet, quod justum, ut ubi pars virium, ibi & imperii pars sit, & in fœderatis populis non minus honoris, quam onera æquari oporteat. Hæc exaggerantur tripliciter: 1. Ex probatione servitutis, quam sub umbra fœderis hactenus patiantur, ubi comparatio cum Samnitibus, & ironica mimesis Romanorum imperantium, & Latinorum parentium: 2. contentione officiorum & fructus: 3. invidiosa prolepsi, qua non obscure populares ignaviæ accusat, qua factum, ut quod olim & per se vile fuerit, (nimirum honores participare cum multo recentiore & ignobiliore gente Romana) nunc amplum putandum. Atqui) Facilitatem arguit occasione data: ubi collatio potentiæ Latinorum & Romanorum imbecillitatis, conjectura sumpta è signis seu quibusdam ante actis, & à testimoniis.

III. Usurpato) Peroratio summam facit suasionis, addito argumento à causis adjuvantibus, cum prolepsi de motu popularium, cui constantiam suam opponit.

EVENTUS.

Hæc ferociter non suadenti solum, sed pollicenti, clamore & assensu omnes permiserunt, ut ageret diceretque, quæ è repub. nominis Latini, fideque sua viderentur.

USUS.

Usus esse potest in consultatione de fœdere servando, aut tollendo: sed semper videndum est, contra quos agamus, ne accidat quod in societate leonina misello asino, quodque his ipsis Latinis evenit. Iugum enim acceptum ferre præstat, quam cum ultima ruina sua excutere velle.

SEN-

SENTENTIÆ.

1. Facile est explicatis consiliis, accommodare rebus verba.
2. Vide, ne sub umbra fœderis æqui servitus patienda veniat.
3. Vbi pars virium, ibi & imperii pars esse debet: nimirum si socii sunt libertate, & conditione pares.
4. Modestia nonnunquam est ex conscientia virium, tum propriarum tum hostium.

ORATIO LXXXI.

Ejusdem Annii oratio in senatu Romano.

Cum legatis Latinorum senatus datus esset, & T. Manlius Cos. cum eis egisset ex auctoritate patrum, ne Sammnitibus fœderatis bellum inferrent: Annius licentius in senatum invectus, in conditionibus pacis ponit participationem honorum civilium.

Ethos est audacius, quam cautius agentis.

Pathos, pudor & metus.

Partes sunt quatuor.

1. Tempus) Exordium habet invectivam in senatum tanquam nimis imperiosum, & quidem tempore non opportuno: id quod arguit à potentia Latinorum, quam recensione virium recens partarum, & publico testimonio extollit.

11. Sed quoniam) Propositio postulationis, ut conditiones pacis utrisque sint æquæ: ubi iterum carpit ambitionem Romanorum, & suorum hominum prædicat modestiam, denique rationem postulati affert, quod consanguinei sint Latini, & viribus pares.

111. Consulem) Expositio postulati quadruplicem conditionem memorat: de consule, de senatu, de populo & repub., postremo de sede imperii constituenda.

1v. Quod utrisque) Conclusio habet optationem eventus boni, & permissionem nominis communiter usurpandi.

EVENTVS.

Eventus patet ex sequenti responso Manlii.

VSVS.

Vsus esse potest in consultatione de dignitate extendenda: sed ratio habenda personæ nostræ, & ubi loci dicendum, ne ferocius, quam utilius, contra potentiores contendamus, nec ante victoriam triumphum canamus, aut fumum demus ante flammam.

SEN-

SENTENTIÆ.

1. Regno impotenti finis imponendus est.
2. Dandum est aliquid consanguinitati.
3. Vbi vires æquæ, & pax æqua esse debet.

ORATIO LXXXII.

Responsum T. Manlii Cos.

T. Manlius impudentem petitionem Annii Latini magna cum vehementia recusat.

Ethos est viri admodum irati.

Pathos, pudor Annii, & senatus in eundem indignatio.

Partes sunt duæ.

1. Audi) Propositio recusationis est: Nullo modo concedendum esse, quod de æquando imperio postulatum. Figuratur autem vehementi apostrophe ad Iovem Deum tutelarem, & quasi socium injuriæ factæ.

11. Audite jus fasque) Confirmatio sumitur ab indigno: 1. quod homines peregrini petant: 2: idque contra fœdus: 3. & immodeste: 4. contra, quam Romani de iis meriti. Vide quæ supra in historia Tullii, Anci Martii, & L. Tarquinii leguntur.

EVENTVS.

Consulis vocem subsequuta patrum indignatio est, & bellum decretum: ubi memorabile, quod de lapsu Annii additum.

VSVS.

Vsus est in recusando detestandoque, quod impudenter & iniquæ postulatum.

SENTENTIÆ.

1. In petendo videndum, & quid nos deceat, & quid eum, à quo petimus.

2. Nec cladium nostrarum veterum, nec beneficiorum alterius obliviſci debemus.

ORA-

ORAT. LXXXIII.

Actio T. Manlii adversus filium.

Cum adversus Latinos bellandum esset, lingua, moribus, armorum genere, institutis ante omnia militaribus congruentes, ne quo errore milites caperentur, edicunt consules, ne quis extra ordinem in hostes pugnaret. Forte inter cæteros turmarum præfectos, quieploratum missi erant, Consulis Manlii filius erat. Is provocatus à Geminio Metio per contumeliam, præceps in certatem agitur, hosteque cæso spolia aufert. Pater vero ex templo eum aversatur, & damnat capite.

Ethos est ducis severi & vindicis disciplinæ castrensis.

Pathos, metus & observantia imperii.

Partes sunt quatuor.

I. Quandoquidem) Accusatio de imperio contempto, exaggerata consequentibus incommodis.

II. Nos potius) Condemnatio sive sententia dicta, ubi comparatio imparium.

III. Triste) Defensio sententiæ contra duas objectiones, quod res sit tristis, & patre talique filio indigna. Priori opponit commodum publicum: posteriori, necessitatem disciplinæ militaris, ubi tali disjunctione utitur: Aut moriendum filio, aut disciplina solvenda: sed non hoc. E. illud.

IV. I, lictor) Exsequutionis mandatum.

EVENTVS.

Exanimati omnes tam tristi exemplo, metu magis, quam modestia quievere, Manliana imperia horrentes, fecitque atrocitas pœnæ obedientiorem duci militem.

VSVS.

Vsus est, cum necessitate summa urgente, accusandi & damnandi ii veniunt, quos alioqui benevolentia & studiis complecti debemus.

SENTENTIÆ.

1. Disciplina res stat militaris.

2. Nos potius nostro delicto plectamur, quam respub. magno suo damno nostra peccata luat.

ORA-

ORATIO LXXXIV.

Consultatio Furii Camilli in Senatu de pœna Latinorum.

Latio omni subacto, & præsidiis obsesso, Camillus de pœna & venia incolarum consultationem senatui proponit; non obscure tamen in partem mitiorem inclinans.

Ethos est viri moderati, & solliciti de repub.

Pathos, misericordia.

Partes sunt quatuor.

I. Patres C.) Exordium sumit à narratione rei feliciter gestæ, ubi prælia, & urbes, captæ, deditæ, munitæ præsidiis.

II. Reliqua) Propositio duos agendi modos ostendit, severe aut clementer: utrumque in manu Romanorum esse. Additur & finis, ut in posterum pax firma sit.

III. Vultis) Expositio rationes affert in utranque partem. Pœnæ & severitatis consilium ponit in arbitrio Romanorum, insertis tamen, additisque rationibus, quæ diversum suadeant: ut quod dediticii sint: quod pars civium Romanorum: quod magnus eorum in bellis usus. Veniæ & clementiæ consilium probat exemplo majorum; & tripliti commodo, quod inde sperandum. ut sunt: incrementum reipub., gloria summa, & imperii constantia.

IV. Sed maturato) Peroratio est bimembris. Primo hortatur patres, ut decretum maturent, ratione sumptâ à præsenti rerum statu, qui moram non fert. ubi pathologia devictorum. Deinde studium suum erga senatum indicat, eique se modeste subjicit, dummodo reipub. consulatur.

EVENTUS.

Principes Senatus relationem consulis de summa rerum laudare: Sed cum aliorum alia causa esset, ita expediri posse consilium dicere, ut pro merito cujusque statueretur, si de singulis nominatim referrent populis.

USUS.

Usus est, cum de rebus gestis referendum, & consilia in partem mitiorem flectenda sunt.

SENTENTIÆ.

1. In summa potestate quanto plus licet, tanto minus cupiendum est.

2. Materia crescendi per summam gloriam, suppeditatur clementia.

3. Certe id firmissimum imperium est, quo obedientes gaudent.

4. Multos & dubiæ fidei populos diu inter spem metumque suspensos animi tenere, minime consultum est.

ORATIO LXXXV.

Actio Papyrii dictatoris adversus magistrum equitum.

Papyrius dictator à pullario monitus, cum ad auspicium repetendum Romam proficisceretur, magistro equitum Q. Fabio Rutiliano de nuntiavit, ne se absente cum hoste manum consereret. Fabius cum, post profectionem dictatoris comperisset, omnia soluta apud hostes, occasione bene gerendæ rei inductus, acie cum Samnitibus conflixit viginti millibus cæsis. Dictator reversus in castra, Fabium majestatis dictatoriæ & disciplinæ militaris violatæ T. Manlii exemplo condemnaturus, his interrogatiunculis adversus eum agit.

Ethos est irati judicis.

Pathos, terror.

Partes pro numero quæstionum sunt quatuor, hoc syllogismo cohærentes. Qui contra edictum Dictatoris, contraque religionem egit, is plectendus. Tu hoc feciſti. Igitur plectendus. Primæ tres quæstiones ad majorem pertinent: quarta ad minorem: complexionis loco lictor vocatur.

I. Quæro) Quæstio de jure suo: quod defendit comparatione majorum.

II. Itemque) Quæstio de profectione sua, quam necessariam fuisse ex fine arguit.

III. Simul illud) Quæstio de religione, quæ sibi rei gerendæ impedimento fuerit: debuisseque etiam magistro equitum, contendit ex imparibus.

IV. Quinta) Quæstio de interdicto suo, quod magister equitum una cum religione spreverit. Ad has quæstiones responderi vult, & simul lictorem advocat.

EVENTUS.

Fabius militum fidem implorat, quibus conniventibus clam ex castris Romam profugit.

USUS.

Usus est, cum quis de majestate & legibus violatis urgendus est, alioquin non male rem gessit.

SEN-

SENTENTIÆ.

1. Major laus est, majestati ac legibus parere, quam hostem vincere.
2. Respub. non est in discrimen committenda.
3. Ne quid Deo dubio agas.

ORATIO LXXXVI.

M. Fabii provocatio ad populum in causa filii.

Cum deprecantibus primoribus patrum atque universo senatu, perstaret in incepto immitis animus Dictatoris, pater Fabii ad populum provocat.

Ethos est pii parentis.

Pathos, misericordia.

Partes sunt duæ.

1. Quandoquidem) Querela de Dictatoris inhumanitate: quæ causa provocationis: ubi antithesis inter animum Papyrii, & res quæ eum mitigare deberent, ut sunt auctoritas senatus, parentis ætas, filii virtus, preces omnium.

11. Tribunos) Provocatio ipsa, cui auctoritatem facit ex fine, comparatis, & exemplo regis Tulli Hostilii.

EVENTVS.

Ex curia in concionem itur.

VSVS.

Vsus est, cum ab iniquo & crudeli judice ad superiorem, unde plus æquitatis & clementiæ speramus, provocandum est.

SENTENTIÆ.

1. Superbus est, apud quem nulla auctoritas valet.
2. Salutare contra tyrannidem remedium in rebuspub. est provocatio.

ORATIO LXXXVII.

Papyrii responsum ad preces populi pro Fabio.

Cum causa nihil proficeretur apud Dictatorem, populus ad preces ac obtestationem est versus. Tribuni quoque orare Dictatorem insistunt, veniam adolescentiæ Q. Fabii daret. Iam ipse adolescens, jam

Pater M. Fabius, contentionis obliti, procumbere ad genua, & iram deprecari dictatoris. His motus rationibus Dictator Fabium in gratiam recipit.

Ethos est viri gravis, & tenacis disciplinæ bonæ.

Pathos, reverentia majestatis.

Partes sunt duæ.

I. Bene habet) Prima ad populum spectat, cui primo de disciplina & imperio servato gratulatur, & sic rationem ostendit severitatis usurpatæ. Deinde conditiones proponit, quibus Fabio gratiam facere velit, videlicet non jus ejus, sed preces populi attendens: atque hæc ratio sit consilii mutati.

II. Vive) Altera ad ipsum Fabium dirigitur. quem 1. de culpa admissa graviter castigat: 2. populo condonat: 3. monet, ut isto periculo cautius in posterum agere discat, & pati legitima imperia posse.

EVENTVS.

Digressum templo lætus senatus, lætior populus, circumfusi ac gratulantes, hinc magistro equitum, hinc dictatori, prosequuti sunt, firmatumque imperium militare haud minus periculo Fabii, quam supplicio miserabili adolescentis Manlii videbatur.

VSVS.

Vsus est, cum propter consensum & intercessionem publicam venia alicui danda, cui alioquin sine publico scandalo ignosci non posset.

SENTENTIÆ.

1. Legibus semel impune violatis, præsertim à magnæ auctoritatis viris, victa est disciplina, victa imperii majestas.

2. Precarium, non justum auxilium sublevat sontem.

3. Reipub. nihil majus præstiteris, quam si discas bello ac pace legitima imperia ferre posse.

Ex

EX DECADIS PRIMÆ LIBRO NONO.

ORATIO LXXXVIII.

Claudius Pontius Samnis ad populares de bello Romano.

Samnites impetratas à Romanis annuas inducias auctore Brutulo Papio rumpunt. Iterum igitur victi, & ad desperationem acti, pacis impetrandæ causa, prædam omnem Romanam, captivosque Romanis restituunt, dedito etiam Papio mortuo cum bonis ejus omnibus. Cum vero legati pace infecta rediissent, Pontius populares suos bene sperare jubet, invectusque in superbiam & sævitiam Romanorum, bellum instaurari suadet.

Ethos est viri magnanimi.

Pathos, indignatio in Romanos, & spes eventus melioris.

Partes sunt tres, hoc syllogismo cohærentes: Quod bellum Deo propitio gerimus, & propter hostis insatiabilem sævitiam effugere non possumus, id forti animo suscipiemus. Hoc bellum tale est. Igitur id forti animo suscipiemus. Minoris pars prima de Deo propitio initium est orationis: pars altera de sævitia Romana & belli necessitate sequitur: major cum complexione conjungitur duabus postremis periodis.

I. Ne nihil) Prima orationis pars quasi consolatio est civium, ne, cum mitigare hostem nulla æqua ratione possint, de diis etiam desperent. Summa est: Deos expiatos esse, utcunque homines placari nequeant. Rationes afferuntur duæ, quod Samnites Romanis se dediderint, & quod Romani expiationem istam superbe spernant.

II. Quid enim) Altera est invectio in Romanos, ut homines superbos & implacabiles: quippe qui non supplicationibus aut deditionibus contenti esse velint, nisi etiam sanguinem & viscera miserorum exhauriant. Hæc augentur duplici antitheſi: una personarum, nempe ipsorum hominum & Deorum: altera consiliorum, quibus Samnites usi, & quæ intendunt Romani. Adduntur & figuræ patheticæ apostropharum, communicationum, exclamationum. Pertinent hæc ad secundam assumptionis partem de belli necessitate, quod alia ratione vitam contra insolentiam Romanorum tueri, & ab internecione servare nequeant.

III. Iustum est) Tertia est ipsa suasio belli, ut quod necessarium sit ex causa jam dicta, & in quo adjutores habituri sint Deos. Ampli-

ficatio sumitur ab antithesi superioris belli, tum quantum ad causam, tum quantum ad eventum. Hæc refero ad syllogismi propositionem & complexionem.

EVENTVS.

Hæc non læta magis, quam vera vaticinatus, exercitum eduxit.

VSVS.

Vsus est, cum apud superbos & crudeles hostes omnes supplicitèr agendi rationes nihil proficiunt, & è duobus alterutrum eligendum, ut hauriendum sanguinem laniandaque viscera nostra præbeamus, aut pio justoque bello resistamus.

SENTENTIÆ.

1. Iustum bellum, quibus est necessarium; & pia arma, quibus nulla, nisi in armis, relinquitur spes.

2. Rerum humanarum maximum momentum est, quam propitio, quam adverso agant Deo.

3. Sævitia inexplebilis est.

ORATIO LXXXIX.

L. Lentuli consilium de deditione.

Clauso inter furculas Caudinas exercitu Romano, legati ab imperatore Samnitium Pontio responsum ferunt: eum inermes cum singulis vestimentis sub jugum missurum: agro Samnitium decedendum: colonias abducendas: suis deinde legibus Romanum ac Samnitem æquo fœdere victurum. Quæ conditiones cum ipsa morte graviores viderentur, L. Lentulus hac oratione deditionem suasit, quod aliter, si respub. superesse debeat, agi non posset. Vis hoc Syllogismo constat. Quod patriæ utile erit, id non recusandum. Deditio nostri erit patriæ utilis. Non recusanda igitur.

Ethos est pietatis erga patriam.

Pathos, tolerantia ignominiæ.

Partes sunt tres.

1. Patrem) Exordium prolepticum est sumptum ab exemplo patris. Vbi quatuor notabis: 1. consilium, quod pater Capitolio à Gallis obsesso dederit, scilicet ut ferro, non auro, Romani se liberarent. 2. rationem consilii, quod id sine magna clade possent: 3. accommodationem, quod idem animi sibi quoque sit, siquidem pugnandi facultas: 4. rationem, quod vel mori pro patria pulchrum ducat.

t. Hæc ad Syllogiſmi propoſitionem pertinent, & ſuaſorem à ſuicione ignaviæ liberant, quando prudentis juxta ac fortis parentis udens fortiſque haberi vult filius.

II. Sed hic) Suaſio ipſa fit argumento à diſſimili ſeu contrario inommodo: nimirum niſi deditionem faciant, ſe non pro patria, ſed m patria perituros, propterea quod in iſto exercitu omne robur eipub. conſiſtat. Hoc ipſum urget tribus prolepſibus. Prima eſt de rbe & civibus reliquis: quos defendi non poſſe arguit comparatione elli Gallici. Altera eſt de alio exercitu & imperatore parando: quod egat fieri poſſe, argumento à deſtructione totius reipub. Tertia eſt e fœditate deditionis: cui opponit amorem patriæ & officia paria. Hæc refero ad aſſumptionem.

III. Subeatur) Concluſio ut Syllogiſmi, ita & orationis, deditio- ē apertius urget, argumentis à neceſſitate, & pari facinore majorum.

EVENTVS.

Pax per ſponſionem eſt facta: conſules & legiones ſeminudi ſub jugum miſſi, ipſo hoſte à deformatione tantæ majeſtatis, velut ab nefando ſpectaculo, avertente oculos.

VSVS.

Vſus eſt, cum in ſummo diſcrimine ex duobus malis eligendum eſt minus, turpitudiniſque metus amore patriæ adimendus.

SENTENTIÆ.

1. Pro patria mors præclara eſt.
2. Temerarium eſt pro te ipſo ad mortem ruere velle, cum non habes, quod morte tua ſerves.
3. Ea caritas patriæ eſt, ut eam tam ignominia, quam morte noſtra, ſi opus ſit, ſervemus.

ORATIO XC.

Relatio Poſthumii de pace Caudina.

Exercitus ad Caudium ſub jugum miſſus magno cum pudore in urbem ipſam quoque luctuoſam mæſtamque reverſus eſt. Interjectis aliquot diebus tandem de pace Caudina referre juſſus Sp. Poſthumius, alter conſulum eorum, qui cum Samnitibus pepigerant, conſilium ſuum hac oratione ita expoſuit, ut admiratio, miſeratioque viri omnes inceſſerit.

Ethos est viri candidi, & rempub. privatæ præferentis.

Pathos, commiseratio.

Partes sunt quatuor.

I. Haud sum) Exordium ingenuam habet confessionem culpæ admissæ.

II. Ego tamen) Propositio fit per antithesin ejus quod omittere, & quod peragere vult.

III. Qua tamen) Expositio sententiæ est trium partium. Prima est de sponsione facta, qua populum minime teneri arguit ex causa, quia injussu populi facta. Altera de deditione sui & collegæ, qui auctores sponsionis fuerant. ubi modus, causa, & finis, πάθος magnum habent. Tertia est de belle instaurando, & exercitu educendo.

IV. Vos dii) Conclusio abit in preces pro consilio dato felicitando, ubi præter cætera patheticum, quod de casu & supplicio suo meminit.

EVENTUS.

Incessit homines admiratio miseratioque: illa propter pietatem erga patriam: hæc propter supplicium apud hostes patiendum.

USUS.

Usus est, cum consilium rei infeliciter gestæ quæritur, quod nostro ipsorum periculo prosequendum.

SENTENTIÆ.

1. Excusatio rei male gestæ non difficilis est apud haud ignaros fortunarum humanarum, necessitatumque.

2. Sponsione injussu populi facta non tenetur populus.

ORATIO XCI.

Posthumii in consilio dato constantia.

L. Livius & Q. Metellus tribuni pl. qui ipsi quoque inter auctores pacis Caudinæ fuerant, intercedere tentabant sententiæ Posthumii, quod neque exsolvi religione populum paucis deditis capitibus: neque se, qui sacrosancti essent, dedi hostibus, violarive posse censerent. Hos Posthumius refutat, & sententiam suam plenius confirmat.

Ethos est viri religiosi ac justi.

Pa-

Pathos, amor & commiseratio.

Partes sunt tres.

I. Interea) Propositio, qua consilium de deditione repetit, & simul refutat argumentum Tribunorum, ab ipsorum persona sumptum: quam deponi posse indicat, & hanc ipsam moram pœna afficiendam esse monet.

II. Nam quod) Pars altera præcipue contendit contra id, quod de fide ac religione dictum, duplici modo. Primo enim suspectam facit personam Tribunorum, ut qui non ex rei veritate, sed amore salutis suæ sic disputent. Neque ego) Deinde ex causa sponsionis agit tali Syllogismo: Quod à nobis injussu populi sponsum est, id nos, non populum, tenere potest. Sponsio enim auctorem suum tantum obligat. Hæc de pace sponsio facta est à nobis injussu populi. E. nos duntaxat, non populum, obligat. Propositionem probat 1. fictione exemplorum, quæ contrariæ sententiæ absurditatem loquantur: 2. testimonio & judicio ipsius hostis: 3. prolepsi, qua non suum in spondendo consilium, sed Dei providentiam commendat, quæ ad istum modum alteram partem periclitari, alteram deludi voluit. Quid enim) Assumptionem probat recensione eorum, qui pacificarunt, nempe qui & quibus spoponderint. Nihil ergo) Complexio distincte concludit de patribus, se, tribunis.

III. Nos interim) Tertia pars peroratio habet apostrophen monitoriam ad collegam, ut hunc casum secum patienter ferat.

EVENTVS.

Movet patres conscriptos tum causa, tum auctor: magistratu inde se extemplo abdicarunt, traditique fecialibus cum cæteris Caudium ducendi.

VSVS.

Vsus est, cum de sponsionibus & fide quæritur.

SENTENTIÆ.

1. Sponsio neminem præter sponsorem obligat.
2. Frustra spondes, quod non est arbitrii tui.
3. Humana consilia divina necessitate superantur.

ORATIO XCII.

Caii Pontii expostulatio de fœdere rupto.

S. Posthumius cum collegis deditus Samnitibus, feciali Romano genu perculit, & clara voce ait, se Samnitem civem esse, & fecialem à se contra jus gentium violatum: eo justius bellum Romanos gesturos. Pontius vero se istam deditionem accipere negat: graviterque expostulat ob fœdus violatum.

Ethos est viri gravis, omnemque calumniam odio habentis.

Pathos, pudor ob Sophisticam & perfidiam.

Partes sunt tres.

I. Nec ego) Propositio per distributionem.

II. Quin tu) Contentio Posthumium excusat, ut qui fidem, quantum in ipso, præstet: Romanis vero impingit perfidiam tali Syllogismo: Si Romani non perfidi sint, aut legiones simul restituent, unde per pactionem dimissæ fuerunt, aut pacem ratam habebunt. Sed neutrum horum faciunt. E. perfidi sunt. Propositio augetur antithesi per Rhetoricam permissionem. Assumptio exaggeratur aliis fraudibus Romanorum cum hoc recenti dolo invidiose comparatis. Complexio figuratur communicatione & apostrophe ad fecialem.

III. Ego vero) Peroratio trimembris. 1. rejicit dedititios: 2. acerbe castigat Posthumii lusionem in tam sancto negotio: 3. deditos solvi jubet, eisque potestatem facit abeundi quo velint.

EVENTVS.

Posthumius cum sociis, sua liberata fide, in castra Romana inviolatus rediit.

VSVS.

Vsus est, cum fœdera & pacta urgenda, & callidorum hominum in fallenda fide commenta castiganda.

SENTENTIÆ.

1. Fraus perstringit, non dissolvit perfidiam, ut est 3. Offic. Cicer.

2. Callidi homines semper aliquam fraudi speciem juris imponunt.

ORA-

ORATIO XCIII.

Q. Fabii Claßicum.

Q. Fabius dictator, ne munimentis, quam virtuti, plus milites confiderent metuens, eos hortatur, ut defertis incenſiſque castris in hoſtem erumpant.

Ethos eſt hoſtis providi juxta & fortis.

Pathos, audacia laudabilis.

Partes pro ratione Enthymematis ſunt duæ.

I. Locis, inquit) Narratio, qua exponit quam & propter commeatus inopiam periculoſam, & propter virtutis opinionem turpe ſit, diutius in caſtris hærere. Enthymematis pars eſt antecedens.

II. Ferte) Hortatio ad erumpendum, cum prolepſi de damnis reſarciendis: quæ pars Enthymematis conſequens eſt.

EVENTVS.

Ea oratione milites incenſi vadunt in hoſtem, & reſpectus ipſe ardentium caſtrorum haud parvum fuit irritamentum.

VSVS.

Vſus eſt, cum efficacius ad victoriam conſequendam videtur, nullam alibi, quam in armis & virtute, cuiquam ſpem relinquere.

SENTENTIA.

Armis munimenta, non munimentis arma, tuta eſſe debent.

ORATIO XCIV.

C. Menenii Apologia.

Ambitus rei facti erant nobiles homines, qui quæſtionis declinandæ cauſa C. Menenium magiſtrumque equitum reos magis, quam quæſtores, ejus criminis eſſe, idque compertum iri affirmabant, ſimul ac magiſtratu abiiſſent. Dictator innocentia ſua fretus, abdicat ſe magiſtratu, ſeque ad cauſam dicendam offert.

Ethos eſt animi bene conſcii.

Pathos, confuſio calumniantium.

Partes ſunt tres.

I. Et omnes) Exordiolum, quo conteſtatur de innocentia ſua, argumentis ſumptis à teſtimonio publico, & tributa dignitate.

II.

II. Sed quoniam) Ipsa abdicatio, causa præmissa à consilio adversatiorum impudentissimo.

III. Vos quæso) Conclusio, qua se & magistrum equitum reos offert: argumento ex fine.

EVENTUS.

Apud consules rei facti, adversus nobilium testimonia egregiè absolvuntur.

USUS.

Usus est, cum innocentia ipsa summissione contestanda est.

SENTENTIA.

Præstat innocentia, quam majestate honoris tutum à criminibus esse.

ORATIO XCV.

P. Sempronii actio in App. Claudium censorem pertinacem.

App. Claudius, circumactis decem & octo mensibus, quod Æmylia lege finitum censuræ spatium temporis erat, nulla vi compelli, ut censuram abdicaret, potuit. Igitur P. Sempronius Tr. pl. eum violati juris in magistratu diutius obtinendo accusat, graviterque in ejus superbiam & insolentiam invehitur.

Ethos est hominis modesti, & boni ordinis amantis.

Pathos, invidia in censorem.

Partes sunt tres.

I. En Quirites) Exordium petit ab exprobratione majorum & totius familiæ, ut quæ superba, insolens, & publico otio semper infesta fuerit: id quod majoris conflandæ invidiæ causa declarat inductione, quæ simul Exclamatione & Symploce figuratur.

II. Ita ne tandem) Accusatio ipsa triplici fundamento nititur. 1. Quod institutum Appii sit contra leges, & præsertim Æmylianam, qua quinquennalis censura ad annuam & semestrem redacta erat. Vtitur autem tali Syllogismo: Quæ lex posterior lata jam centum annorum usu viguit, eam Appio non licuit violare. Æmylia lex tot annis viguit. Non igitur violare licuit. An hoc dicis) 2. Quod sit contra exempla & morem majorum. ubi antithesis inter arrogantiam Appii, & antecessorum modestiam. Nolo ego) 3. Quod sit contra rempub. cui ex hac licentia tyrannidis & confusione sacrorum vindicta ab ipsis diis metuendâ: id quod probat effectis Appii & collatione exemplorum.

III. Ego te Appi) Peroratio qua partim excusat vehementiam suam, argumento à causa impulsiva, partim non parenti vim minatur. Vide supra lib. 3, 4, 7.

EVEN-

EVENTVS.

Approbantibus ſex Tribunis actionem collegæ, tres appellanti Appio auxilio fuerunt, ſummaque invidia omnium ordinum ſolus cenſuram geſſit.

VSVS.

Vſus eſt, cum pro lege & conſuetudine bonoque ordine contra aliorum ſuperbiam & licentiam contendendum eſt.

SENTENTIÆ.

1. Boni civis eſt, æquo & pari cum aliis jure vivere, neque ſummiſſum & abjectum, neque ſe efferentem: tum in repub. ea velle quæ tranquilla & honeſta, bonique ordinis ſint. Cic. 1. off.

2. Vbi duæ leges contrariæ ſunt, antiquæ derogat nova.

3. Sunt quos nec lex, nec pudor coërcet: qui virtutem in ſuperbia, audaciam in contemptu Dei hominumque ponunt.

EX DECADIS PRIMÆ *LIBRO DECIMO.*

ORATIO XCVI.

P. *Decii Muris contentio pro Sacerdotio plebeio.*

Cum plebeiorum honoribus nihil præter ſacerdotia, quæ nondum promiſcua erant, deeſſet, rogationem promulgarant Tribuni pl. ut pontifices augureſque de plebe quoque allegerentur. Eam rem ægre paſſi patres, ſimulabant ad Deos id magis, quam ad ſe pertinere: ipſos viſuros, ne ſacra ſua polluerentur. Cauſam plebis Decius Mus egit: maxime contra Ap. Claudium.

Ethos eſt viri pro libertate communi pugnantis.

Pathos præcipuum, invidia in Ap. Claudium.

Partes ſunt tres.

1. Retuliſſe) Exordium ſumit à narratione rerum pie ac utiliter à patre & aliis plebeiis pro repub. geſtarum: ubi hypotypoſis parentis ſe devoventis, & invidioſa collatio Appii cum Decio, partitiorum magiſtratuum cum plebeiis.

11. Quod cum ita) Contentio aliquot cauſas recenſet ex loco parium, propter quas ſine contaminatione ſacrorum etiam plebeii ad ſacerdotales honores admitti poſſint. 1. A pari dignitate civili: quod con-

consulatus, censura, & triumphi plebeiis concedantur, & quidem cum utilitate publica: ubi contentio insignium civilium & sacrorum, itemque interrogationes ironicæ. Equidem) 2. A fructu pari, quod non minus ii ipsi honori possint esse sacerdotiis, quam honorem indecapere. Et denique) 3. A fine pari, ut tam publice, quam privatim Deos colant. Quid autem) 4. A pari judicato, quod aliis sacris honoribus plebeii jam sint defuncti, ut sunt interpretatio carminum Sibyllinorum, gubernatio ludorum Apollinarium, auguria. Non ut) 5. Rursum à fine pari, non ut patritii excludantur, sed ut adjuventur, idque non minus in sacris, quam humanis rebus procurandis. Sabinum) 6. Ab exemplo minori, quod Sabinum advenam & auctorem familiæ Appianæ antiqui patritii in numerum suum receperint: ideoque non fastidiant cives in sacerdotum numerum admittere. Multa nobiscum) 7. A pari experimento in reliquis dignitatibus, quas cum initio soli patritii haberent, postea æque laudabiliter & feliciter plebeii administrarint. En unquam) 8. A pari causa nominis patritii, quæ est, quando ciere, id est, cum honore majores suos, ut senatores, ut consules, memorare possint: quod idem deinceps plebeiorum quoque liberis liceat.

III. Nihil est) Peroratio, derisa jactantia patritiorum, rogationem de sacerdotio plebeiorum jubet.

EVENTVS.

Vocare tribus ex templo populus jubebat, apparebatque accipi legem: ille tamen dies est intercessione sublatus, postero die ingenti consensu accepta est.

VSVS.

Vsus est, cum de dignitatibus & honoribus communicandis contenditur.

SENTENTIÆ.

1. Deus non curat personam, sed gratus ei est, quicunque caste & religiose eum colit.

2. Non de cœlo demittuntur magni nominis viri, sed virtute fiunt.

ORA-

ORATIO XCVII.

Q. Fabii recusatio consulatus.

Fama erat, Hetruscos Samnitesque ingentes conscribere exercitus. Hic terror omnes in Q. Fabium Max. consulem reficiendum convertit: sed is honorem oblatum recusat.

Ethos est modestiæ.

Pathos, συμπάθεια.

Partes pro numero argumentorum, quibus se excusat, sunt quatuor.

I. Quid si jam) Quod propter senectutem ad munus istud sit ineptus.

II. Et fortunam) Quod fortuna hactenus prospera, circa extremum vitæ tandem mutari soleat.

III. Nec honores) Quod alii sint non minus digni, quibus hanc provinciam assignent.

IV. Acuebat) Quod se reficere per legem non liceat.

EVENTUS.

Victus consensu civitatis, à Diis pacem, à populo P. Decium expertum sibi concordia virum collegam petit. Vide supra eod. lib.

USUS.

Usus est, cum munus recusandum, cui ferendo non sumus.

SENTENTIÆ.

1. Senes ac perfuncti honoribus non sunt sollicitandi.
2. Fortuna non est constans.
3. Quid attinet leges ferre, quibus per eosdem qui tulerunt, fraus fiat? Sic regi leges, non regere.
4. Nihil ad rempub. tuendam concordi collegio firmius.

ORATIO XCVIII.

Papyrii judicium de apparatu belli apud Samnites.

Erat apud Samnites legio linteata, sic ab integumento consepti, quo sacrata nobilitas erat, appellata. His arma insignia data, & cristatæ galeæ, ut inter cæteros eminerent. Contra hunc apparatum Papyrius milites suos animat.

Ethos

Ethos est viri minime superstitiosi.

Pathos, contemptus hostis, & spes victoriæ.

Partes sunt duæ.

I. Multa de præsenti) Propositio ominationis.

II. Non enim) Confirmatio contendere facit causas victoriæ, quæ meliùs apud Romanos, quam apud hostes habeant. Prima est armorum, ubi & testimonium experientiæ: altera ducum: tertia fortunæ, ubi duæ causæ iræ divinæ; perjurium, & profanatio sacrorum.

EVENTVS.

Milites pleni spei divinæ humanæque pugnam poscunt.

VSVS.

Vsus est, cum contra apparatum vanum magis, quam efficacem ad eventum, differendum.

SENTENTIÆ.

1. Non cristæ vulnera faciunt, & per aurata scuta transit pilum hostis.

2. Perjurus Deos & homines hostes habet.

Decus secunda desideratur.

EX DECADIS TERTIÆ, Quæ tota de bello Punico secundo, *LIBRO PRIMO.*

ORATIO XCIX.

Oratio Hannonis de Annibale recens duce designato belli Hispaniensis.

Asdrubale Amilcaris genero à barbaro quodam interfecto, imperator militum omnium clamore atque assensu juvenis Annibal appellatur, Barcinis etiam nitentibus, ut assuesceret militiæ, atque in paternas succederet opes. Id Hanno senator dissuadet.

Ethos est viri prudentis & in longum prospicientis.

Pathos, metus calamitatis publicæ.

Partes sunt tres.

I. A-

1. Æquum) Propositio per prolepsin, quod etsi æquum postule-ur, tamen non faciendum.

11. Florem) Expositio utriusque causam dicit: primo cur æquum ideatur, quod à filio repeti opera possit, quæ patri olim præstita. einde cur tamen id non concedendum, scilicet quia res sit mali xempli, & præterea ad tyrannidem spectet.

111. Ego istum) Conclusio habet consilium de juventute Annibalis disciplina frenanda, addita ratione ab incommodo metuendo, si ecus agatur.

EVENTVS.

Pauci, ac fermè optimus quisque, Hannoni assentiebantur: sed (ut plerumque fit) major pars meliorem vicit.

VSVS.

Vsus est, cum de imperio ac disciplina addiscentium generosorum consultatur.

SENTENTIÆ.

1. Non decet juventutem pro militari rudimento assuefacere libidini imperatorum.

2. Iuvenis, præsertim magno loco natus, domi tenendus est sub legibus, sub magistratibus docendus vivere æquo jure cum cæteris, ne quandoque parvus ignis incendium ingens exsuscitet.

ORATIO C.

Oratio Hannonis de coërcendo Annibale Saguntum oppugnante.

Q. Luctatius consul primo bello Punico fœdus percusserat hac conditione, ut Carthaginenses Sicilia, Sardinia, & cæteris insulis inter Italiam Africamque decederent, tria millia talentorum auri puri Romanis penderent, Hispania citra Iberum fluvium abstinerent. Annibal vero à prima statim pueritia odio Romanorum à patre Amilcare imbutus, post triennale stipendium in Hispania (licet multum contra nitente Hannone) declaratus imperator, ut bellum contra Romanos captaret, Saguntinos socios Romanorum obsidebat, prætexens quod Turdetanis auxilium ferret. Romani ad Annibalem pro sociis legatos mittunt, qui non admissi, Carthaginem eunt, deque injuriis conquesti, fœderis rupti auctorem deposcunt. Ea de re cum in

senatu ageretur, pro fœdere contendit Hanno, & Annibalem dedi suadet.

Ethos est viri pleni fidei & prudentis.

Pathos, metus ingentis cladis publicæ.

Partes sunt tres.

I. Per Deos) Exordium, quo reprehendit temeritatem Carthaginensium, quod spreta monitione & prædictione sua, Annibalem ad exercitum misissent. Itaque duo membra sunt exordii pro ratione plenæ dissimilitudinis. Prius habet monitionem & divinationem Hannonis ex moribus familiæ & personæ Annibalis: posterius est ipsa accusatio Carthaginensium, qui contra tam fidelem præmonitionem fecerint: ubi eventum periculosum jam prædictum urget. Pertinent hæc ad suadentis auctoritatem præmuniendam, qui cum non iniqua præmonuerit, nec vana prædixerit, dignus & nunc sit, cujus consilium audiatur.

II. Saguntum) Suasio ipsa duobus argumentis nititur: à rei gestæ turpitudine: & eventu tristi: scilicet contra datam fidem & fœdus ictum Annibalem egisse, eamque rem toti reipub. Carthaginensium exitio futuram. Hoc confirmat 1. ab efficientibus, ut sunt Deus & virtus Romana: 2. ab adjuncta æquitate: 3. à testimonio experientiæ, ubi inter se comparat belli superioris & præsentis causas, imperatores, vires, res gestas, & eventa, majorisque terroris ergo quod futurum ominatur, jam geri fingit, quam repræsentationem argumentum καθ' ὑπόστασιν vocant.

III. Dedemus ergo) Epilogus bimembris est. Primum est anticipatio malevolentiæ propter paternas inimicitias, de quibus ingenue fatetur propter causam reipub. Alteram orationem ad scopum revocat triplex consilium dando: de legatis mittendis Romam: de Annibale avocando & dedendo: de rebus Saguntinis reddendis. Nota, totam orationem hoc Syllogismo constare: Qui fœdere violato nostræ reipub. magnum malum conflat, is est dedendus. Annibal id fecit. E. dedendus.

EVENTVS.

Omnia frustra dicta, partim quia Hanno magis odio Annibalis, quam studio reipub. loquutus videretur, partim quod factio Barcina majorem partem senatus Annibalis fecisset.

VSVS.

Vsus est, quando gravi viro adversus contentiosa & rempub. turbatura ingenia contendendum.

SEN-

SENTENTIÆ.

1. Causis belli plerumque respondent eventa, præsertim ubi fides & fœdera aguntur.

2. Homines ambitiosi & inquieti, furiæ facesque sunt bellorum, maxime si succincti armis legionibusque velut materiam igni præbere possint.

3. Legati jure gentium sunt sancti.

4. Publica fraus haud abest; auctore culpæ & reo criminis non punito.

5. Fortes viri quo lenius agunt, segnius inciplunt, eo cum cæperint, perseverantius sæviunt.

6. In deliberationibus publicis multum de auctoritate & fide detrahunt suspicio malevolentiæ & privatæ inimicitiæ.

ORATIO CI.

Oratio Alorci ad Saguntinos de urbe dedenda.

Cum Sagunti strata omnia ruinis essent, defensioque urbis desperata videretur, quippe centum & quinquaginta millibus eam obsidentibus, Alcon insciis Saguntinis, precibus aliquid moturum ratus, ad Annibalem noctu transit. Postquam autem nihil lacrymæ movebant, conditionesque tristes, ut ab irato victore, ferebantur, transfuga ex oratore factus, apud hostem mansit. Erat tum miles Athenienſis, cæterum publice Saguntinis amicus atque hospes, Alorcus Hispanus: is hac oratione Saguntinis persuadere nititur, ut quibusvis conditionibus sese dedant.

Ethos est pii memorisque hospitis.

Pathos, metus extremæ ruinæ.

Partes sunt quinque.

1. Si civis) Exordio captat benevolentiam à suo in Saguntinos animo, significans se Alconis transfugæ officium suppleturum, & aliquam salutis spem monstraturum. Iudicium tale est: Si Alcon ad vos rediisset, non opus duxissem meo officio. At ille non rediit. (hic causæ emansionis afferuntur per quandam addubitationem.) E. meo officio opus esse duxi.

11. Vestra autem causa) Confutatio duarum objectionum. Prima est de causa adventus, quam non esse aliam, quam ut Saguntinis consulat, arguit ex circumstantiis temporis. Altera est de conditionibus dedicionis nimis duris. (quippe res omnes Turditanis ablatas re-

ſtituere, ſuum aurum argentumque omne tradere, & habitare ubi vellet Annibal debebant.) quibus opponit neceſſitatem temporum & jus victoris.

III. Vrbem) Narratio recitat pacis conditiones, nonnihil tamen mitigatas; quarum prima eſt de urbe, altera de fortunis, tertia de corporibus incolarum: quibus epiphonema additur de ſtatu Saguntinorum.

IV. Hæc quanquam) Confirmatio reſumit argumentum à neceſſitate inevitabili.

V. Equidem) Concluſio promittit conditionum propoſitarum aliquam mitigationem, ſi conſilio paruerint. Inde hortatur ad patientiam, comparatione facta incommodorum, quæ ex deditione, & quæ ex pertinacia Saguntinorum ſint ſequutura.

EVENTVS.

Vrbs priuſquam reſponſum daretur capitur, ſcilicet poſt octo menſium obſidionem: multi cum conjugibus & liberis domos ſuper ſe ipſos concremant: cæteri armati nullum ante finem pugnæ, quam morientes, faciunt.

VSVS.

Vſus eſt, ubi conditio durior perſuadenda, quod ſic jubeat neceſſitas.

SENTENTIÆ.

1. Periculum eſt in perturbato reipub. ſtatu apud plebem vera referentibus.
2. Hoſpitii jura ſancte colenda ſunt.
3. Victoris fit quicquid fuit victi.
4. Durum telum neceſſitas.
5. Opes potius, quam libertas & vita, amittendæ ſunt.

ORATIO CII.

Oratio ſenatoris Carthaginenſis de ſtatu controverſiæ, quæ inter ipſos & Romanos.

Sagunti excidio nunciato Romæ, tantus ſimul mœror patres, miſericordiaque ſociorum indigne peremptorum, & pudor non lati auxilii, & ira in Carthaginenſes, metuſque de ſumma rerum cepit, ut trepidārent magis, quam conſulerent. Comparatis tamen rebus ad bellum, ut omnia juſta ante bellum fierent, legatos in Africam mit-

mittunt ad percunctandos Carthaginenſes, publicone conſilio Annibal Saguntum oppugnaſſet, &, ſi id faterentur, ut indicerent populo Carthaginenſi bellum. Tum ex Carthaginenſibus unus princeps ſtatum controverſiæ cavillatus, quod non de auctore, ſed de jure facti quærendum cenſeret, licuiſſe id Carthaginenſibus ſalvo fœdere contendit.

Ethos eſt hominis amarulenti & præfidentis.

Pathos, irritatio major tum legatorum, tum ipſorum Carthaginenſium.

Partes ſunt quatuor.

I. Vana) Exordium invidioſam habet reprehenſionem legatorum ex fine injuſto.

II. Ego autem) Propoſitio fit per diſtinctionem quæſtionis illegitimæ à legitima.

III. Noſtra) Confirmatio eſt duplex. Primo ratio affertur ſtatus mutati, argumento à competentia fori, ut vocant. Deinde licuiſſe per fœdus Saguntinis bellum inferre, duabus rationibus probat. Prior eſt à forma ſeu litera (ut aiunt) fœderis primum icti. ubi ſic cavillatur: In fœdere cavetur ſociis. Saguntini tum non erant ſocii. E. Saguntinis non eſt cautum. Altera eſt proleptica, qua occurrit objectioni, quod in eo tamen fœdere, quod poſtea cum Aſdrubale renovatum, expreſſe cautum, ut finis utriuſque imperii eſſet Iberus, Saguntiniſque mediis inter imperia duorum populorum libertas ſervaretur. Huic occurrit à conditione fœderis publici hoc modo: Quod fœdus nobis inſciis factum eſt, eo non tenemur. At hoc per Aſdrubalem fœdus ictum eſt nobis inſciis. E. non tenemur. Majoris loco eſt proſyllogiſmus à pari exemplo Romanorum.

IV. Proinde) Peroratio breviter ſummam rei complectitur: bellum Saguntinum non fuiſſe contra fœdus, ſed Romanos tantum cauſam belli captare, quod ne Carthaginenſes quidem defugiant.

EVENTVS.

Romanus, ſinu ex toga facto, bellum aut pacem ſumere juſſit: illis daret utrum vellet, ſuccLamantibus, bellum, dixit.

VSVS.

Vſus eſt, cum bellum ab aliis intentatum, bonæ cauſæ fiducia ſumendum eſt. Habes etiam exemplum formandi ſtatum controverſiæ, & ex aliis principiis, quam adverſarius putavit, diſputandi.

SENTENTIÆ.

1. Nemo reus fieri jure potest, nisi apud convenientem judicem.
2. Populum non tenent fœdera, nisi ex ejus auctoritate & jussu facta.
3. Quod jus in alium quis statuit, eodem ipsum uti oportet.

ORATIO CIII.

Oratio Volciani cujusdam de Societate Romana.

Cum legati Romanorum inter cæteros Hispaniæ populos Volcianos Romanis adjungere niterentur, ab aliquo è senioribus hac contumeliæ plena oratione rejecti sunt.

Ethos est diffidentis.

Pathos, pudor.

Partes sunt tres.

I. Quæ verecundia) Propositio recusationis cum exprobratione impudentiæ.

II. Cumque) Confirmatio ex recenti experimento, quod socios Saguntinos prodiderint. ubi Collatio Romanorum cum ipso hoste.

III. Ibi) Conclusio per sarcasmum repetit recusationem cum suo argumento, ubi talis Syllogismus formatur. Ibi quæratis socios, ubi Saguntina clades ignota est. Nobis Hispanis non est ignota clades Saguntina. Non igitur apud nos socios quæratis.

EVENTUS.

Inde extemplo abire finibus Volcianorum jussi, nec benigniora verba ab ullo deinde concilio Hispanorum habere.

USUS.

Usus est, quando Societas recusanda, quæ aliis fraudi fuit.

SENTENTIA.

Qui semel socios suos prodiderunt, aut desertos esse passi sunt, eorum fidei & societati nunquam confidendum est.

ORA-

ORAT. CIV.

Oratio Annibalis ad militem de consilio suo belli.

Annibal auditis, quæ Romæ, quæque Carthagine acta decretaque forent, cum milite Hispano belli consilium communicat, & domos visendi potestate data, primo vere redire jubet.

Ethos est ducis magnam spem habentis.

Pathos, ut eadem spe militem impleat.

Partes sunt tres.

I. Credo) Prima est communicatio consilii de bello in Italiam transferendo, argumentis sumptis ab agendi occasione, & à fructu sequuturo in præda & gloria.

II. Itaque cum) Altera dimittit militem ad suos, argumento à belli, quod parabatur, circumstantiis, nempe loco & tempore.

III. Primo vere) Tertia habet edictum de redeundo ad primum ver, argumento repetito ab utili.

EVENTUS.

Omnibus oblata potestas grata erat, & longius in futurum prospicientibus desiderium.

USUS.

Usus est, cum miles ad bellum futurum præparandus est.

SENTENTIA.

Præda & gloria militem excitant.

ORATIO CV.

Oratio Annibalis ad militem, quem per Alpes in Italiam ducturus erat.

Annibal ex Hispania per saltum Pyrenæum in Galliam venerat, trajectoque maximo cum labore amne Rhodano, Italiam petere cogitabat. Multitudo timebat quidem hostes memoria superioris belli: sed magis iter immensum, Alpesque metuebat. Igitur hac oratione exercitum ad militiæ constantiam hortatur.

Ethos est ducis solliciti pro suo exercitu.

Pathos, spes boni eventus.

Partes sunt tres.

1. Mirari) Propositio figuratur addubitatione, qua & laudat, & castigat militem.

11. Per tot) Confirmatio ducitur ab honesto, facili, utili. Honestatis loci sunt res in Hispania fortiter gestæ, & contra Romanos jam susceptæ expeditio: ubi stimuli virtutis inseruntur Victoriæ de totis gentibus acceptæ à Romanis injuriæ, denique belli ipsius fructus & gloria.

Tum nemini) Facilitatis argumenta sunt iter jam fere emensum, ipsarumque Alpium situs, accolæ, termini, factaque jam per eos itinera: ubi difficultatis, quæ videri possit, extenuandæ causa recensentur 1. multo difficiliora itinera ab occasu solis ad ortum per saltus Pyrenæos, per Rhodanum amnem, per universam Galliam: 2. ipsarum Alpium situs: 3. exempla aliorum, qui non singuli tantum, sed cum integris agminibus, cum liberis & conjugibus per Alpes transierunt: 4. denique ipsi etiam milites considerantur, qui ab omnibus impedimentis, præter arma, expediti & vacui sint.

Saguntum) Vtilitas inde arguitur, quod Roma caput sit orbis. ubi excitat concionem collatione tum urbium, ut Sagunti & Romæ, tum populorum, ut Gallorum & Pœnorum.

111. Proinde) Epilogus urget hortationem dilemmate, ubi ab una parte ignavia & damnum, ab altera laus & totius Italiæ imperium.

EVENTVS.

His adhortationibus incitatos, corpora curare, & aliter se parare jubet.

VSVS.

Vsus est, ubi timens multitudo partim castigando, partim laudando, partim denique hortando in officio retinenda est.

SENTENTIÆ.

1. Virtus quod bene cæpit, constanter perficit.
2. Militi armato ac forti nihil invium, nihil insuperabile.
3. Duo magna virtutis calcaria sunt, gloria & commodum.

ORATIO CVI.

Oratio P. Cornelii Scipionis ad milites, ut strenue pugnent.

P. Cornelius Scipio ad Ticinum amnem motis castris, priusquam induceret aciem, adhortandorum militum causa hanc orationem habuit.

Ethos est ducis tum circumspecti, tum fortis.

Pa-

Pathos, ira in hoſtem, & ſpes victoriæ obtinendæ.

Partes ſunt tres.

I. Si eum exercitum) Exordium ſumit à cauſa dicendi, quæ eſt miles novus, neque imperatoris ſui, neque hoſtis ſatis gnarus. Iudicium tale eſt: Si eum exercitum ducerem in aciem quem in Gallia habui, non opus eſſet oratione. At non eum, ſed novum exercitum habeo. E. opus eſt oratione. Major ætiologiæ loco prædicat virtutem veteranorum, quam novitius imitetur. Minor declaratur ex cauſis cum obliqua commendatione perſonæ ſuæ. Concluſionis loco eſt prosyllogiſmus à genere.

II. Ne genus belli) Hortatio ad ſtrenue pugnandum plena eſt contemptus & odii hoſtis: quorum alterum alit, alterum addit animum ad pugnandum. Sunt autem argumenta triplicia: à facili, juſto, neceſſario. Facilitas arguitur à perſona tum hoſtis, tum imperatoris, & quidem majori ex parte per formam prolepticam. In hoſte hæc notantur: 1. quod ante victus, & populo Romano vectigalis factus, Siciliaque & Sardinia mulctatus ſit: 2. quod in Gallia exercitus integer & incolumis adhuc, pugnam detrectaret, nec veriſimile ſit, nunc plus ſpei habere magna exercitus parte amiſſa: 3. quod in Alpibus robur & vires univerſas jam perdiderit: 4. quod ſit fædifragus, nec hominibus tantum, ſed & ipſi Deo inviſus. Ex his primæ tres rationes hoſtem facilem victu, proindeque contemnendum arguunt, quarta etiam inviſum odioque dignum facit.

Non vereor) Imperator deſcribitur talis, ſub cujus ſignis felici ter ſint dimicaturi, argumento ſumpto partim à rebus jam ſtrenue geſtis, ubi comparatio eſt Hiſpanienſis & præſentis militiæ: partim à teſtimonio experientiæ, ubi vehemens eſt irriſio nationis, gentis, & conſiliorum.

Quem niſi) Ius belli arguitur ab hoſtis ingratitudine ac perfidia.

Atque utinam) Neceſſitas demonſtratur ex intentione Annibalis, & pugnæ circumſtantiis.

III. Vnuſquiſque) Concluſio addit πάθος à repræſentatione capitum longe cariſſimorum, quæ hic periclitentur.

EVENTVS.

His adhortationibus ad certamen accenſi ſunt militum animi.

VSVS.

Vſus eſt, quando miles in cauſa pia & juſta adverſus ingratum & profligatum hoſtem animandus eſt.

SENTENTIÆ.

1. Novo imperatori apud novos milites nonnihil dicendum est, ne genus belli, neve hostem ignoret.

2. Victori animus alacer, audax & fortis est: victo timidus, mæstus, trepidus & abjectus.

3. Cum labore ac pugnando contusis ac debilitatis facile est bellare.

4. Fædifragi cum Deo & hominibus bella gerunt.

5. Cum vectigalibus stipendiariisque; cum indignatione quadam atque ira pugnatur.

6. Vltimum suppliciorum humanorum est fames.

7. Immensum virtutis calcar necessitas.

ORATIO CVII.

Similis oratio Annibalis ad suos.

Annibal pugnaturus cum Romanis, inspectante exercitu ex captivis vinctis aliquot paria produxit, quæ demptis vinculis ferro decertarent ea conditione, ut victores arma & equum acciperent. Finito spectaculo hanc orationem habuit, ut milites strenue pugnarent.

Ethos est ducis magnanimi.

Pathos, ira in Romanos, & spes victoriæ.

Partes sunt tres.

1. Si quem animum) Exordium sumit à præmisso spectaculo, quo & conditionem suam, & modum vindicandi spectare jubet: scilicet & illos necessitatis vinculis constrictos teneri, unde fortiter pugnando liberari queant.

11. Ac nescio) Hortatio ipsa quadruplici argumento constat. Primum est summæ necessitatis, quod nisi fortiter dimicent, salvi evadere nequeant: id quod arguit ex loco, ubi concluſi tenebantur, habentes à latere duo maria, Adriaticum & Thuscum, à tergo Alpes, à fronte Padum amnem. Vide Melam lib. 2. cap. 4. Et eadem fortuna) Alterum argumentum est utilitatis, quam magnifice amplificat 1. collatione minorum, 2. inductione, ut sunt Sicilia & Sardinia recuperandæ, ipsaque Roma maximarum opum domicilium: 3. alia collatione prædæ Hispanienſis & Gallicanæ: 4. prolepsi de cunctorum laborum fine & termino, atque ita superiori argumento perturbatos, vicissim tam ampla spe erigit, & artificiose corroborat. Nec quam magni) Tertium argumentum est facilitatis, quam probat experimento aliorum bellorum, ex quadruplici comparatione, qua

qua Romanos contemnit, & ſuos extollit: prima eſt militum, quantum ad ſcientiam bellicam, virtutem, & fortunam: altera eſt ducum, in experientia rei belliçæ, & militum notitia & amore mutuo: tertia cauſarum: quarta ſpei & audaciæ.

Accendit præterea) Poſtremum argumentum eſt honeſtatis, ut ulciſcantur injurias ſuas: ubi iræ movendæ cauſa exaggerantur Romanorum in Pœnos crudelitas, ſuperbia, & tyrannis, ſcilicet prolixa inductione injuriarum recentium, veterum, & porro etiam metuendarum, inſerta etiam mimeſi, faſtuoſos Romanorum animos, ac nimis imperioſam naturam quaſi ſignis & notis vivis exprimente.

III. Illis timidis) Concluſio repetit hortationis ſummam de fortiter pugnando, cum argumento neceſſitatis, quam exaggerat diſſimili conditione exercitus Romani, addita & prolepſi eventus minus proſperi.

EVENTVS.

Omnes prælium uno animo, & voce una poſcunt. Nam & præmia, in quorum ſpem pugnarent, pronuntiarat.

VSVS.

Vſus eſt, cum ancipiti prælio inſtante miles corroborandus, & dolor atque indignitas concitanda.

SENTENTIÆ.

1. Neceſſitas pro vinculo eſt.

2. Sæpe & contemptus hoſtis cruentum certamen edidit, & inclyti populi regeſque perlevi momento victi ſunt.

3. Plurimum ad rem in bellis faciunt militum ducisque peritia, virtus, & fortuna.

4. Is imperator creandus, qui ante oculos militum ſæpe militaria edidit facinora, qui virtutis militum ſpectator & teſtis fuit, qui alumnus fuit exercitus.

5. Major ſpes, majorque animus eſt inferentis vim, quam arcentis.

6. Accendit animos & ſtimulat dolor, injuria, indignitas.

7. Illis neceſſe eſt fortibus viris eſſe, qui non habent, quo fugientes ſe recipiant.

8. Viri fortis eſt, aut vincere, aut in prælio potiùs, quam in fuga mortem oppetere.

ORA-

ORATIO CVIII.

Oratio L. Sempronii ad milites de prælio ineundo.

Cum P. Cornelius Scipio equestri prælio minus secundo, & vulnere ad Ticinum accepto fractus, trahi rem mallet, castris ad Trebiam collocatis: alter consul L. Sempronius ob rem bene gestam in Sicilia, & recens etiam cum prædatoribus Annibalis certamen, ferocior factus, nullam dilationem patiebatur. Itaque de successu rerum insolentius gloriatus, prælium apud milites urget.

Ethos est hominis nimium præsidentis.

Pathos, libido pugnandi.

Partes sunt quatuor.

I. Gaudio) Exordium duo habet; jactationem victoriæ recens partæ, & collegæ propter cunctationem calumniam.

II. Sed non esse) Propositio invidiosa augetur antithesi.

III. Quid enim ultra) Confirmatio duobus argumentis constat: 1. à necessario, ubi nota circumstantias temporis, copiarum, loci: 2. à contrario incommodo.

IV. Quantum ingemiscant) Conclusio pathos addit in prosopopœia senatus, ubi antithesis inter Romanos & Pœnos.

EVENTVS.

Nequidquam dissentiente collega, parari ad propinquum certamen milites jubet.

VSVS.

Vsus est, cum adversus collegam ignavum & socordem urgenda rei gerendæ opportunitas est: ubi tamen abesse debent temeritas & calumnia.

SENTENTIÆ.

1. Temeritas cum per se ferox est, tum longe ferociissima rerum successu efficitur.

2. Cum ægro non est senescendum.

3. Periculosa est cunctatio, cum hostem jam ante oculos habemus.

EX

EX DECADIS TERTIÆ LIBRO SECVNDO.

ORATIO CIX.

Oratio C. Flaminii de prælio non differendo.

Flaminius consul nec Deos, nec homines consulens, ferociter omnia ac præpostere agebat, quoque pronior esset in vitia sua, agitare eum atque irritare Pœnus cædibus incendiisque per Hetruriæ agros factis parat. Flaminius suum id dedecus ratus, cæteris omnibus collegam exspectandum suadentibus, cum ocius signa convelli juberet, & ipse in æquum insiluisset, equus repente corruit, consulemque lapsum super caput effudit, insuper nuntiatur, signum omni vi moliente signifero convelli nequire. Consul morantem militem hac oratione increpat.

Ethos & hominis audacis, & sana consilia ridentis.

Pathos, liberatio à metu superstitionis.

Partes sunt duæ.

I. Quin imo) Prior improbat consilium prælii differendi, argumento ab ejus rei incommodo propter populationes hostiles.

II. Num literas) Altera eludit omina terrentia, ex oppositis effectis, & causa magis verisimili.

EVENTVS.

Sequuta est nobilis illa ad Thrasymenum pugna, in qua millia Romanorum quindecim cæsa, decem millia per totam Hetruriam sparsa, ipseque consul lancea transfixus est.

VSVS.

Cæterum usus orationis est, cum periculum excludit moram, & agenda, non deliberanda res: denique cum superstitiones vanæ removendæ.

SENTENTIÆ.

1. Casus levidenses fortem virum non movent.
2. Sæpe prodigium videtur, quod humana culpa fit.

ORA-

ORATIO CX.

Oratio Q. Minutii Ruffi ad exercitum de Q. Fabii cunctatione.

Post lacus Thrasymeni cladem prodictatorem populus creavit Q. Fabium Max. qui nullo loco, nisi quantum necessitas cogeret, fortunæ se commissurus, per loca alta Massici montis exercitum ducebat, modico ab hoste intervallo, ut neque omitteret eum, neque congrederetur, sed mora sua frangeret Annibalem, & copias ejus atque commeatus attenuaret. Sed non Annibalem magis tam sanis consiliis infestum habebat, quam magistrum equitum Q. Ruffum Minutium, qui ferox rapidusque in consiliis, ac lingua immodicus, consilium Fabii hac oratione calumniatus est.

Ethos est hominis calidi & festinantis.

Pathos, contemptus & invidia adversus Dictatorem.

Partes sunt tres.

I. Spectatum) Propositio, quæ majoris indignationis ergo figuratur communicatione.

II. Nec se) Confirmatio à turpi & inutili. Turpitudo cunctationis arguitur exaggeratione injuriæ accepta ex quatuor circumstantiis ad iram movendam peraccommodatis. Prima est objecti, seu eorum qui læsi, & partim sunt socii, partim ipsi cives Romani. Altera est causæ efficientis, seu eorum qui læserunt, suntque Pœni, Numidæ, Mauri, omnes barbari homines & ignobiles. Tertia est loci, qui est media Italia, & prope ipsa Roma. Quarta est modi in cædibus & incendiis. Hæc amplificantur collatione minorum & dissimilium, ac pathetica hypotyposi rei gestæ, qua hostis insatiabilem sævitiam, miserorum hominum clamores ac gemitus, & Fabii in tanto periculo lentitudinem ac ignaviam invidiose depingit.

Si hoc modo) Inutilem quoque hanc moram esse probat exemplis contrariis; ut Camilli in bello Gallico, Papyrii Cursoris in Samnitico, Luctatii in Punico priori: quorum tum consilia, tum res gestas cum Fabianis confert, illos extollendo, hunc premendo & criminando.

III. Stultitia est) Conclusio habet epiphonema de modo feliciter bellandi, quem illustrat oppositis & testimonio experientiæ.

EVENTUS.

Hæc velut concionanti Minutio circumfundebatur tribunorum equi-

equitumque Romanorum multitudo, & ad aures quoque militum dicta ferocia volvebantur, acsi militaris suffragii res esset, haud dubie ferebant Minutium Fabio prælaturos.

USUS.

Usus est, cum segnes ac timidi duces excitandi sunt, ne tarditate sua reipub. noceant, sed rem maturent, & periculis suorum pro virili succurrere properent.

SENTENTIÆ.

1. Crudelitas est, pati res sociorum & civium à barbaris hostibus agi, rapi, cum auxilium ferre possis.

2. Audendo agendoque res crescit, non his sensibus consiliisve, quæ timidi cauta vocant.

ORATIO CXI.

Oratio ejusdem Minutii de auxiliis Fabianis ad militem.

Minutius absente Fabio pari prope clade cum Annibale pugnarat: cujus tanquam egregiæ victoriæ fama cum vanioribus literis Minutii Romam perlata est: qua re abusi M. Metellus tribunus pl. & C. Terentius Varro homo sordido loco natus, effecere, ut quod nulla hominum memoria acciderat, imperium dictatoris & magistri equitum æquaretur. Fabius satis fidens, haudquaquam cum imperii jure artem imperandi æquatam invicto animo istam injuriam tulit, suisque consiliis, quoniam omnia non liceret, quæ posset servaturus, exercitum cum Minutio dividit, castris quoque ab eo separatis. Verum celeriter deprehendit fortuna temeritatem. Minutius enim circumventus ab Annibale neque animum ad pugnam, neque ad fugam spem amplius habebat. Iam magna ex parte cæsis aliis, aliis circumspectantibus fugam, Fabiana se acies ad auxilium ostendit, victoriamque hosti extorquet. Hoc Fabii tanquam alterius parentis beneficium Minutius erga militem prædicat, ipsique Fabio de eo gratias agit.

Ethos est viri candidi & memoris.

Pathos, gratia & reconciliatio cum Fabio.

Partes sunt duæ.

1. Sæpe ego) Prima pars agit cum milite, cui usque adeo beneficium Fabii deprædicat, ut simul militem hortetur, ut secum in castra Fabii redeant, quod is artis bellicæ peritior sit, & beneficio suus parens,

rens, cujus & milites militum ſuorum patroni. Hortatio à prudentia Fabiana ita conficitur. Prudentiori nobis parere debemus. Fabius nobis eſt prudentior. E. ei pareamus. Majoris loco eſt teſtimonium Heſiodi, quod in aſſumptione pro re nata applicat. Carmen ita habet:

Οὗτος μὲν πανάριστος, ὃς αὐτῷ πάντα νοήσῃ,
Φρασσάμενος τά κ' ἔπειτα, καὶ εἰς τέλος ἦσιν ἀμείνων·
Ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται.
Ὅστις δ' μήθ' αὐτῷ νοέῃ, μήτ' ἄλλου ἀκούων,
Ἐν θυμῷ βάλληται, ὁδὸς δ' αὖτ' ἀχρήϊος ἀνήρ.

Valla ita reddidit.

Optimus hic, ſeſe qui novit cuncta magiſtro,
Proſpiciens rerum fines meliora ſequutus.
Dignum laude virum parentem recta monenti
Credimus: ille tamen ſibi qui non conſulit, aut qui
Alterius præcepta fugit, vir inutilis extat.

A beneficiis Fabii ſic arguit: Fabius mihi parentis, & milites ejus vobis patronorum beneficium præſtiterunt. Igitur jure ego Fabium parentem, & vos milites ejus patronos veſtros appellabitis.

11. Parentibus) Altera pars ad Fabium conſtat tribus membris. 1. Cauſam reddit ſalutationis inopinatæ à meritis Fabii per comparationem minorum. 2. Renuntiat plebiſcito ſub imperium Fabii revertens argumento ab adjuncto, quod illud ſibi, ut ad perſonam impoſitam inepto, oneri ſit, ubi votum felicioris ſucceſſus. 3. Petit ſe & militem ſuum benigne recipi.

EVENTVS.

Tum dextræ interjunctæ, militeſque concione dimiſſa à notis ignotiſque benigne atque hoſpitaliter invitati, lætuſque dies ex admodum triſti paulo ante, ac prope exſecrabili factus: Romæ pro ſe quiſque Maximum laudibus ad cœlum ferre: par gloria apud Annibalem hoſteſque Pœnos erat.

VSVS.

Vſus eſt, cum quis magiſtratu temere affectato & adminiſtrato, rectius imperare ſcientibus ſe ſummittit.

SENTENTIÆ.

1. Qui nec ipſe conſulere, nec alteri parere ſcit, homo extremi ingenii eſt.

2. Non

2. Non exigua est grati animi gloria.
3. Vincit tandem virtus.

ORATIO CXII.

Oratio Q. Fabii M. ad L. Aemylium de temeritate Terentii Varronis.

Duo consules adversus Annibalem creati erant dissimilibus moribus: L. Æmylius Paulus vir modestus, temperans & prudens, & C. Terentius Varro, ingenii ferocis, superbi & temerarii homo, qui se, quo die hostem vidisset, profligaturum jactitabat. Æmylium igitur hac oratione Fabius præmonet, ne collegæ temeritati adscribat, sed tuta celeribus consiliis præponat.

Ethos est viri prudentis & solliciti.

Pathos, metus alicujus cladis.

Partes sunt tres.

1. Mirari se) Exordium sumit à causa dicendi, quæ est sollicitudo sua de Æmylio propter malum collegam. Ambitus sunt duo. Primo queritur de temeritate Varronis in præcipienda victoria, eique judicium, exemplum, & experientiam suam opponit. Deinde applicat Æmylio hoc fere modo: Si collegæ essetis similes, supervacanea esset oratio mea. At non estis similes. Igitur nec oratio mea supervacanea erit. Propositio præcedit per formam dilemmatis, addita ratione ab eventu. Assumptio cum complexione conjungitur, ubi majoris auctoritatis causa ominatio additur exitus minus prosperi.

11. Erras) Ipsa admonitio duplex consilium habet, nempe contra collegam, & contra hostem. Contra collegam ostendit opus fore patientia, quod plus cum eo certaminis habiturus sit, quam cum hoste: id quod arguit ex iis, quæ jam in toga acta, ubi collatio primum cum hoste, deinde cum Flaminio.

Atqui si) Contra hostem monet opus esse prudentia & circumspectione, ut qui hac ratione facilius, quam aperto marte vinci possit. Hoc probat quatuor argumentis. 1. ab experientia Flaminii: 2. à sua experientia: 3. à circumstantiis loci & cæterarum rerum, quæ Romanos juvent, Annibali adversæ sint: 4. ab exemplis proximorum consulum Servilii atque Attilii.

111. Hæc una) Conclusio repetit & defendit consilium contra triplicem objectionem. Prima est difficultatis propter cives & collegam temerarios: cui opponit consulis fortitudinem. Altera est rumoris minus honesti, cui opponit consolationem ex proverbio de veritate,

è fructu modestiæ, ex auctoritate & judicio sapientum, denique è commodis sapientiæ & constantiæ Paulinæ. Tertia est ignaviæ & lentitudinis, quam tollit distinctione inter temeritatem & agendi prudentiam, quæ qualis sit, simul addit, & orationem ominatione eventus suis causis responsuri concludit.

EVENTVS.

Responsio consulis haud læta fuit, magis fatentis ea quæ diceret vera, quam facilia factu esse. Non enim Varro tam salutari consilio locum dedit, unde clades illa Cannensis, quæ rempub. Romanam fregit.

VSVS.

Vsus est, cum vigilantia & constantia excitanda confirmandaque est contra aliorum pernicioſam securitatem & præcipitantiam.

SENTENTIÆ.

1. Bonus princeps sua sponte omnia è repub. fide sua facit.

2. Stolidus homo nec verba aliorum auribus suis, nec consilia animo recipit.

3. Apud vulgus malis consiliis idem, ac bonis, juris ac potestatis est.

4. Æmulorum & collegarum odia sunt infestiora, quam hostium.

5. Qui procellas, prælia atque acies jactando inter togatos ciet, quid inter armatam juventutem censes facturum, & ubi exemplares sequitur.

6. Priusquam castra videris aut hostem, prælii eventum præcipere est insaniæ.

7. Eventus stultorum magister.

8. Hostis in alieno agro facile mora & cunctatione vincitur.

9. Veritatem laborare inimiciciis sæpe aiunt, exstingui nunquam.

10. Gloriam qui spreverit, veram habebit.

11. Malo te sapiens hostis metuat, quam stulti cives laudent.

12. Nec ego te ut nihil agatur moneo, sed ut agentem te ratio ducat: non fortunæ, non occasioni tuæ desis, neque suam occasionem hosti des.

13. Festinatio est improvida & cæca.

ORA-

ORATIO CXIII.

Oratio P. Sempronii ad commilitones de reliquiis ex clade Cannenſi.

Poſt Cladem Cannenſem 7 millia hominum in minora caſtra, 10 in majora perfugerant. Itaque nuncium qui in majoribus caſtris erant mittunt: ut ad ſe, dum prælio, deinde ex lætis epulis fatigatos quies nocturna hoſtes premeret, transirent: mox agmine Canuſium abituros eſſe. Eam ad rem cum animus militi deeſſet, P. Sempronius hortatus eſt, ut cuneo facto per hoſtes circumſedentes perrumperent.

Ethos eſt viri fortis.

Pathos, metus extremi mali, ni obediant.

Partes pro ratione enthymematis ſunt duæ.

1. Capi) Prior continet hortationis argumenta, ut ſunt 1. manſionis incommoda turpiſſima: 2. exemplum conſulis & commilitonum fortiter defunctorum: 3. agendi opportunitas.

11. Itaque) Altera ipſam habet hortationem cum pathetica ratione ex fine.

EVENTVS.

Cuneo facto per medios evadunt hoſtes in majora caſtra, atque inde protenus alio agmine adjuncto Canuſium incolumes perveniunt.

VSVS.

Vſus eſt, cum ad ultimam deſperationem res devenit, & miles hortandus, ut eruptione per obſidentem hoſtem ſe ſervet.

SENTENTIA.

Bene mori, quam turpiter vivere, mavult vir fortis.

ORATIO CXIV.

Supplicatio M. Iunii in ſenatu de captivis redimendis.

Cum Annibal militibus Romanis, qui poſt pugnam Cannenſem in manus ſuas venerant, præſertim caſtris deditis, redimendi ſe copiam feciſſet, Romam miſerunt ex numero ſuo decem, qui ea de re cum ſenatu agerent. Horum princeps M. Iunius captivorum cauſam hac oratione egit, utque redimerentur, ſummiſſe poſtulavit.

Ethos est hominis supplicis.

Pathos, senatus misericordia.

Partes sunt quatuor.

I. Nemo) Exordium sumit ab obliqua reprehensione nimis strictæ disciplinæ Romanæ in negligendis captivis, qua de re vide Val. lib. 2. cap. 7.

II. Cæterum) Propositio augetur comparatione minorum, sed cum occupatione arrogantiæ.

III. Confirmatio septem argumentis constat. 1. A causa deditionis necessariæ, ubi ad removendam suspicionem ignaviæ extollit captivorum virtutem, & quid dedendis sese spectarint, miserabiliter exponit. Majores) 2. Ab exemplis majorum in bello Gallico & Tarentino, ubi iterum pathos commiserationis movet comparando superiora prælia cum recens gesto Cannensi, ubi circiter 50. hominum millia in exercitu Romano cæsa, nec alii capti, nisi quibus trucidandis ferrum & vires hostem defecerint. Sunt etiam) 3. A captivorum partim innocentia, partim virtute. ubi contendere facit causas captivorum, & qui fuga sibi consuluerunt. Sed illis) 4. Ab utili, quod hoc beneficio devincti, fortius in posterum pugnaturi. Octo millia) 5. A facili, ubi comparatio cum emptis mancipiis. Illud etiam) 6. A miserabili statu captivorum, quem arguit à persona hostis, hypotyposi vinctorum, & collatione cum iis, qui in ipso prælio occubuerunt. Intueri potestis) 7. A votis & precibus amicorum, ubi comparatio imparium.

IV. Si me dius fidius) Peroratio supplicationi addit pathos aliud, quando famæ & honestatis usque adeo amantes esse ait captivos, ut repulsi à senatu tanquam homines infames, ne vivere quidem, aut in urbem redire cupiant. Hoc amplificat dissimilitudine eorum, qui à Pyrrho remissi sunt.

EVENTVS.

Is patebit ex sequenti responsione Manlii.

VSVS.

Vsus est, cum pro libertate & capite miserorum hominum, qui à crudeli hoste captivi tenentur, supplicandum est.

SENTENTIÆ.

1. Necessitati datur venia.

2. Dig-

2. Dignus est misericordia, quem sua afflixit virtus.
3. Fama, quam vita, pluris facienda.

ORATIO CXV.

Oratio T. Manlii Torquati redemptionem dissuadentis.

Ethos est viri severi, & disciplinæ militaris admodum cupidi.
Pathos, ira & immisericordia.
Partes sunt tres.

1. Si tantummodo) Exordium sumit à causa cur captivis se opponat, quæ est eorum jactatio intempestiva. Argumentatur autem ita: si tantum redimi se postulassent, non me eis opponerem. Sed jam gloriati sunt de captivitate sua. E. me oppono.

11. Atque utinam) Dissuasio redemptionis potissimum petitur à causa, quod sua culpa captivi facti, cum si opportunitate uti voluissent, elabi potuissent. Hinc eos ut homines ignavos, patriæ inutiles, injustos, & perfidos insectatur, atque ita causam nullam esse contendit, cur redimantur. Ignaviam probat 1. testimonio & actis Sempronii, 2. comparatione difficilioris eruptionis P. Decii & Calpurnii Flammæ, quos imitari debuissent.

Viam) Reipub. nulli usui esse arguit 1. à fine magis probabili, quod qui ob suam salutem nihil ausi, nec pro patria aliquid sint ausuri: 2. ab experientia, quod cum tot fortitudinis exemplis eo ipso die datis excitari non potuerint, nec quicquam sit, quod eos movere possit.

Liberi) Injustos & perfidos esse ex effectis demonstrat. 1. quod jus civium petant, cum non sint amplius cives: 2. hostem potius, quam civem suum audierint: 3. obstiterint etiam bene monenti: 4. ipsorum culpa duas prope legiones Respub. amiserit: 5. invideant etiam aliorum incolumitati & gloriæ: 6. castra dediderint nulla necessitate cogente.

111. Vos redimam) Epilogus summam facit orationis per vehementem dialogismum & ironicam comparationem imparium.

EVENTVS.

Triste responsum datum: Non redimi captivos.

VSVS.

Usus est, cum denegandum auxilium hominibus ignavis, perfidis, & sua culpa calamitosis.

SENTENTIÆ.

1. Arrogans oratio miseris nocet.

2. Cui ad se ipsum servandum animus non est, is nec pro patria quicquam ausit.

3. Quem spectata exempla virtutis non movent, nihil unquam movebit.

EX DECADIS TERTIÆ *LIBRO TERTIO.*

ORATIO CXVI.

Oratio Pacuvii Calavii ad populum Campanum de senatu mutando.

Pacuvius Calavius nobilis idem ac popularis apud Campanos homo, cum fore videret, ut si in ea loca Annibal cum victore exercitu veniisset, plebs trucidato senatu traderet Capuam Pœnis, rationem iniit, qua & senatum servaret, & obnoxium sibi ac plebi faceret. Senatu in curia ex pacto clauso, hanc concionem habuit, qua monet, ut priusquam veterem & invisum senatum tollat, novum meliorem cooptet.

Ethos est viri popularis.

Pathos, ut prudenter res agatur, nec vindicta præcipitet.

Partes sunt tres.

I. Quod sæpe) Exordio ostendit occasionem senatus puniendi, quem sua opera consequuti sint.

II. Sed ante) Admonitio ipsa est, ne tamen temere agant, sed ita vindictam exerceant, ut interim salutis suæ sint memores, quandoquidem sine senatu esse non possint. Argumentum ita habet: Aut rex, aut senatus habendus. Sed non rex. E. senatus.

III. Itaque duæ) Conclusio propius ad rem accedit, ostendens, esse quidem de noxiis supplicium sumendum, sed ante tamen in illorum locum meliores senatores eligendos.

EVENTVS.

Inopia melioris senatus fecit, ut vetus è custodia dimitteretur, quod notissimum quodque malum maxime tolerabile videretur.

VSVS.

Vsus est, cum seditiosæ plebis furor calliditate quadam compescendus, eique magistratus salus quasi extorquenda est.

SENTENTIÆ.

1. Nihil raptum aut temere egeris.
2. Iræ sic indulgere oportet, ut potiorem ira salutem atque incolumitatem tuam habeas.
3. Vnum liberæ civitatis consilium est senatus.
4. Antequam vetus magistratus aboletur, alius melior est creandus.

ORATIO CXVII.

Oratio Varronis ad legatos Campanorum de eorum συμπαθείᾳ.

Cum post cladem Cannensem legati Campanorum Consulem Varronem Venusiæ cum paucis & semiermibus inveniissent, pollicitique essent auxilia, consul collaudata fide ac humanitate Campanorum, hortatur eos, ut pro virili rempub. jam prope desperatam juvent.

Ethos est hominis animi & spei parvæ.

Pathos, officium grati animi, & commiseratio bene meritorum.

Partes sunt tres.

I. Morem) Exordium cum laudatione Campanorum conjungit tristem querelam de misero & quasi desperato rerum Romanarum statu. quod humaniter quidem agant Campani, sed res jam ita attritæ sint, ut supplementis parum juvari possint. Exaggerat hoc inductione rerum perditarum, ut sunt pedites, equites, arma, pecuniæ, atque adeo omnes nervi belli.

II. Itaque non) Adhortatio ad juvandam totis viribus rempub. tribus causis impulsivis utitur; partim ab honesto, partim ab utili. Prima sunt Romanorum in Campanos merita: Altera, societas & conjunctio cum Romanis: Tertia, hostis communis crudelitas.

III. Pulchrum erit) Epilogus addit hortationi pathos à rei gerendæ pulchritudine, facilitate, fructu.

EVENTVS.

Hæc oratio Romanos misericordia dignos bonis & fidelibus sociis feciisset: at superbis atque infidelibus Campanis spernendos reddit,

& prima causa fuit defectionis. Itaque tutum non est dubiis hominibus necessitates suas nudare, imitandusque Virgilianus Æneas, qui spem vultu simulat, premit alta mente dolorem.

USUS.

Usus est, cum rebus nostris collisis, misericordia & auxilia sociorum, de quibus antea meriti sumus, contra communem, eundemque crudelem ac barbarum hostem imploranda sunt.

SENTENTIÆ.

1. Pulchrum est, bene meritis sociis opitulari.

2. Contra communem hostem etiam communibus armis pugnandum.

ORATIO CXVIII.

Oratio Calavii ad filium Perollam, cui consilium erat occidendi Annibalem.

Annibal Capuam ingressus ad convivium Pacuvium Calavium cum filio Perolla & Iubellio Taurea vocari jussit. Ante solis ferme occasum patrem Calavium ex convivio ergressum sequutus filius, consilium suum ei aperit, scilicet ut Campanos Romanis reconciliaret: à quo consilio pater eum abducere conatur.

Ethos est hominis metu turbati.

Pathos, in absterrendo filio.

Partes sunt tres.

I. Per ego) Propositio vehementi obtestatione figurata.

II. Ne ante) Confirmatio tribus argumentis constans: 1. à suppliciis metuendis: 2. à rei turpitudine & immanitate: 3. à difficultate, ubi valde patheticum, quod de sui corporis oppositu dicit, ut filius se ante parricidam, quam homicidam fore intelligat.

III. Deterreri) Conclusio repetit summam dissuationis, addito argumento ab exemplo hostis.

EVENTUS.

Lacrymantem juvenem cernens, medium complectitur, atque osculo hærens non ante precibus abstitit, quam vicit, ut gladium poneret, fidemque daret, nihil facturum tale.

USUS.

Usus est, cum quis à periculoso & infando scelere deterrendus.

SEN-

SENTENTIA.

Hoſpitalis menſa ſancta habenda.

ORATIO CXIX.

Oratio Perollæ, patri reſpondentis.

Filius victus pietatis officio, cedit patri, ſed non ſine exprobratione perfidiæ in patriam.

Ethos eſt zeli pii pro patriæ.

Pathos, pudor & indignatio in patre.

Partes ſunt tres.

I. Ego) Promiſſio obedientiæ.

II. Tuam doleo) Exprobratio perfidiæ paternæ.

III. O Patria) Vehemens apoſtrophe ad patriam, qua proteſtatur de ſua innocentia.

EVENTVS.

Hæc cum dixiſſet, gladium in publicum trans maceriam horti abjecit, & quo minus res ſuſpecta eſſet, ſe ipſe convivio reddidit.

VSVS.

Vſus eſt, cum ſuperiorum victi auctoritate pulcherrimi facinoris occaſionem mittere cogimur.

SENTENTIA.

Pietas patriæ debita nonnunquam exſolvenda eſt patri.

ORATIO CXX.

Oratio Himilconis in ſenatu Carthaginenſi in Hannonem.

Cum Mago Amilcaris filius ſenatui Carthaginenſi res feliciter à fratre in Italia geſtas expoſuiſſet, ad fidem tam læti nuncii effuſo in veſtibulo curiæ maximo acervo annulorum, (quod inſigne nemo, niſi equitum primores gererent) indeque contendiſſet, ut quo propius ſpes belli conficiendi eſſet, eo magis omni ope juvarent Annibalem: Himilco vir factionis Barcinæ Hannonem increpat, eique quaſi inſultat, quod temere Annibali adverſatus tam proſperum bellum diſſuadere ſtuduiſſet.

Ethos eſt hominis aculeati.

Pathos, pudor & invidia.

Partes ſunt duæ, pro numero exprobrationum.

I. Quid eſt, Hanno) Exprobrat Hannoni ſententias ante dictas per amarulentum ſarcaſmum, argumento ab eventu contrario.

II. Vita) Eidem exprobrat præſentem pertinaciam & invidiam per acerbam ironiam; argumento ab indignitate perſonæ.

EVENTVS.

Eventus patet ex ſequenti Hannonis apologia.

VSVS.

Vſus eſt, cum temeraria & invida omina carpenda.

SENTENTIÆ.

1. In proſperis rebus gratiæ Deo immortali agendæ.
2. Civis non debet agere cauſam hoſtis.

ORATIO CXXI.

Hannonis Apologia.

Hanno contra inſolentem increpationem & temerariam inſultationem Himilconis ita ſe defendit, ut ne nunc quidem bellum probet, nec commeatum Annibali mittendum cenſeat.

Ethos eſt viri prudentis & gravis.

Pathos, modeſtia in ſecundis rebus, & metus alicujus mutationis.

Partes ſunt quatuor.

I. Tacuiſſem) Exordium prolepticum, quo ſe excuſat, quod Himilconi reſpondeat, quanquam in communi omnium gaudio minus grata dicturus. Rationes ſunt duæ: quod ab eo interrogatus, & quod facere aut ſuperbiam, aut malam conſcientiam arguat. Vis hæc eſt: Si Himilconi (ſenatori) non reſpondeam, aut ſuperbus, aut obnoxius videri queam. Sed talis videri nolim. Reſpondebo igitur.

II. Reſpondeam) Propoſitio tripartita: quod adhuc belli pœniteat: quod de Annibale non tantopere gloriandum: quod tolerabili aliqua conditione pax facienda.

III. Itaque iſta) Confirmatio ſingulas partes ſingulis argumentis ſtabilit, ſed ordine invetſo. Pars de pace confirmatur ab occaſione pacis conſequendæ, quæ honeſta pariter & utilis.

Quæ tamen) Pars de Annibale confirmatur è ſignis repugnantibus, quæ ex Annibalis & hoſtium conſideratione ſumit: illius, quia licet hoſtibus cæſis, & præda capta, tamen militem & commeatum

petat,

ctat, quod certe metus & inopiæ indicium: horum, qui tametsi debellati ferantur, tamen nec sociorum aliquis ad Annibalem defecerit, nec ex civibus quisquam transfugerit, nec legati de pace petenda mittantur, nec Romæ ulla mentio pacis facta: quæ potentiæ & fiduciæ argumenta.

Quam varia) Pars de bello confirmatur experientia belli superioris.

IV. Ego si quis) Peroratio repetit caput defensionis, & Annibali commeatum denegat: quia si vera de eo narrentur, non indigeat: si falsa, ob hanc ipsam causam nihil mittendum.

EVENTUS.

Haud multos movit Hannonis oratio. 1. Nam & simultas cum familia Barcina leviorem auctorem faciebat, 2. & occupati animi præsenti lætitia nihil, quo vanius fieret gaudium suum, auribus admittebant, 3. bellatumque mox fore, si anniti paululum voluissent, rebantur.

USUS.

Usus est, cum adversus vanos & impudentes armorum crepitus, pacis consilia urgenda, & luxurians è rebus secundis lætitia præcidenda.

SENTENTIÆ.

1. In consultationibus utrunque cavendum: ne aut superbus, aut obnoxius videare.
2. Fortuna belli varia est.
3. Animis aliis opinionibus occupatis vix fidem feceris.

ORATIO CXXII.

Oratio Marcelli ad juvenem L. Bantium.

Plebs Nolana, & antè omnes L. Bantius juvenis acer, & sociorum ea tempestate nobilissimus eques, ad prodendam Annibali patriam propendebat. Cæterum cum aut pœna cohibendus esset, aut beneficio conciliandus, prætor Marcellus sibi assumpsisse, quam hosti ademisse fortem ac strenuum maluit socium, accitumque ad se benigne compellat.

Ethos est principis humani & benefici.

Pathos, amor sui.

Partes sunt duæ.

1. Mul-

I. Multos eum) Prædicatio virtutis Bantii, ubi de invidia popularium, & testimonia de eo Romanorum, maxime quod ad res gestas in prælio Cannensi.

II. Macte) Hortatio, ut talis esse pergat; ratione à spe præmiorum & honorum, qui sequuturi: cui promissioni fidem facit equo & pecunia, tanquam arra aliqua, datis.

EVENTVS.

Hac comitate Marcelli ferocis juvenis animus adeo est mollitus, ut nemo inde sociorum rem Romanam fortius ac fidelius juverit.

VSVS.

Vsus est, cum ferocia, & reipub. tamen utilia ingenia, humanitate & beneficiis conciliandа sunt.

SENTENTIÆ.

1. Comitate acres animos mollire, quam pœna cohibere præstat.
2. Virtus non potest obscura manere.

ORATIO CXXIII.

Oratio legatorum Samnitium ad Annibalem de ope ipsis contra Romanos ferenda.

Marcellus ab Nola, quam præsidio tenebat, crebras excursiones in agrum Hirpinorum & Samnitium fecit, omnia ferro atque igni vastans. Itaque legati ad Annibalem missi, qui statum suum ipsi indicarent, & præsidium peterent.

Ethos est supplicum.

Pathos, misericordia.

Partes sunt quatuor.

I. Hostes) Exordium habet insinuationem benevolentiæ, inde quod hostes sint Romanorum, & de Annibale præclare sentiant: quorum utrunque confirmatur à rebus gestis.

II. At hercule) Narratio admodum querula de vastatione agrorum suorum. Res exaggeratur quatuor circumstantiis: 1. à defensore patrono Annibale, quo præsente & inspectante sic vexentur: 2. à potentia gentis suæ, cui tamen hæc fiant: 3. Ab impotentia Romanorum sic grassantium: 4. à modo pleno contemptus & contumeliæ.

III. Causa autem) Petitio præsidii tribus rationibus stabilitur:

1. quod

1. quod sint sub tutela & auspiciis Annibalis: 2. quod Annibali id facile sit, cum toties integros exercitus fuderit: 3. quod idem officium sociis profuturum, & hostibus nociturum.

IV. Si modo) Conclusio pathos habet ex paribus.

EVENTVS.

Respondet Annibal, se exercitum in proxima loca sociorum ductu-rum, iisque populandis, procul à Samnitibus summoturum hostem.

VSVS.

Vsus est, cum indefensi clades perpessas conqueri, & præsidium à sociis petere volumus.

SENTENTIA.

Quos ut socios haberes dignos duxisti, haud indignos judices, quos in fidem receptos tueâris.

ORATIO CXXIV.

Oratio Annibalis ad militem segnius pugnantem.

Pœno ad Nolam acie confligente, victoria Romanorum fore videbatur. Quare Annibal gravi increpatione eos ad virtutem cohortatur.

Ethos est ducis fortis.

Pathos, pudor.

Partes sunt tres.

I. Arma) Propositio increpationis, quod luxuria Campana emarcuerint: qua de re supra Livius, quos nulla (inquit) mali vicerat vis, perdidere nimia bona ac voluptates immodicæ, & eo impensius, quo avidius in eas se immerserant.

II. Legatum) Confirmatio ab effectis, quod non pugnent pro solito. Id exaggeratur triplici collatione: 1. quod legatum cum exigua manu tironum non sustineant, qui duas acies consulares vicerunt: 2. quod à prætore lacessantur, qui consules occiderint: 3. Nolam aggredi non ausint, qui antea Romam se expugnaturos jactitarint.

III. Hinc vos) Conclusio spem facit prædæ opimæ.

EVENTVS.

Pœni terga dederunt, atque in castra compulsi sunt.

VSVS.

Vsus est, cum attinet probris objectandis excitare virtutem, & excutere ignaviam.

SENTENTIÆ.

1. Luxuria marcet virtus.
2. Lingua fortes multa jactitant.

EX DECADIS TERTIÆ LIBRO QVARTO.

ORATIO CXXV.

Oratio Q. Fabii Maximi in comitiis consularibus de consulibus creatis, qui minime apti.

Consules à junioribus civium creati sunt T. Otacilius & M. Æmylius Regillus: quos cum Q. Fabius Max. ea tempestate, qua cum acerrimo ac versutissimo hoste Annibale bellum erat, haud idoneos ad reipub. onus sustinendum censeret, creationem istam corrigi vult.

Ethos est viri prudentis ac solliciti de republica.

Pathos, metus damni publici.

Partes sunt tres.

I. Si aut) Exordium habet insinuationem, qua occurrit suspicioni libertatis civicæ minuendæ, argumento à temporibus ducto in hunc modum: Si aut pacem, aut cum levi aliquo hoste bellum haberemus, contra libertatem civium facerem creationem factam improbans. At neque pacem habemus, neque res nobis est cum levi aliquo hoste. E. non facio contra libertatem civium, si cur minus creationem factam probem, exponam. Propositio præcedit suffulta ex causa honorum, quæ est libera electio populi. Assumptio confirmatur testimonio experientiæ. Complexio augetur ex paribus, figurata quoque prosopopœia suffragia dantium.

II. Hoc anno) Contentio seu improbatio ipsa potissimum versatur in consideratione facultatis, ita ut primum consideret, quales consules creandi: deinde an recens electi sint tales. Cohærent autem vi hujus Syllogismi: Consules nunc creandi pares esse debent Annibali. Regillus & Otacilius non sunt Annibali pares. Non igitur creandi. Hujus Syllogismi propositio est pars contentionis prima, quæ dicta.

Con-

Confirmatur autem collatione monomachiæ, tanquam rei levioris momenti, hoc modo: In monomachiis opponimus pares. E. multo magis id faciemus in acie. Antecedens innuitur tribus exemplis. ut 1. Aſelli Claudii cum Iubellio Taurea: 2. Manlii Torquati cum quodam Gallo, de quo ſup. dec. 1. l. 7. 3. M. Valerii Corvini itidem cum Gallo, de quo eodem lib. 7. Conſequens augetur collatione militum & ducis itemque Veterani imperatoris Punici cum novello Romano.

Quoniam) Tranſitio ad aſſumptionem, quæ altera contentionis pars, videlicet deſignatos conſules non eſſe pares Annibali. De Regillo diſputat ex conditione perſonæ, quod flamen Quirinalis ſit, cui per religionem a ſacris abeſſe non liceat. Vide Feneſt. cap. 5. Gell. l. 10. cap. 15. De Otacilio dicturus, primum ſibi prolepſi viam ad libere & majori cum auctoritate dicendum facit argumento ex majori, quod licet affinitate ſibi junctus ſit, tamen rempub. longe cariorem habeat, quam privatam neceſſitudinem. Deinde exponit ſuum de eo judicium hoc Syllogiſmo: Conſul idoneus hoc tempore eſt, qui Annibali reſiſtere poteſt. Otacilius id non poteſt. Non igitur eſt conſul idoneus. Propoſitio etſi ex ſuperioribus liquet, tamen hic iteratur illuſtrata pulcherrima ſimilitudine artis nauticæ. Aſſumptio diſputatur ex minoribus, quod prætor non potuerit claſſi recte præeſſe, nedum imperator bello. Vide libr. ſuper. Complexio urgetur fictione eventus & allegoria bajulorum.

111. Ego magnopere) Epilogus repetit ſummam contentionis, ut meliores conſules creent, idque urget collatione parium, rei ipſius magnitudine, & experientia cladium propter imperatores minus idoneos acceptarum.

EVENTVS.

Conſules creati ſunt Q. Fabius Max. & M. Marcellus, laudataque magnitudo animi in Fabio, quod, cum ſummo imperatore eſſe opus ſciret, ſeque eum haud dubie eſſe, minoris invidiam ſuam, ſi qua ex re oriretur, quam utilitatem feciſſet.

VSVS.

Vſus eſt, cum honores & munera minus dignis conferuntur, & quidem cum detrimento reipub., idque ne fiat diſſuadere volumus.

SENTENTIÆ.

1. Suffragia libera debent eſſe, ſed tamen etiam circumſpecta & accommodata temporibus.

2. Quis

2. Quis ad gubernacula ſedeat, ſumma cura providendum ac præcavendum eſt.

3. Vbi ſæva orta tempeſtas eſt, ac turbato mari rapitur vento navis, tum viro & gubernatore opus eſt.

4. Noſtra ipſorum intereſt, non imponi cervicibus noſtris onus, ſub quo concidamus.

5. Superiorum temporum clades, ad præcavendum ſimiles, utiliter documento ſunt.

ORATIO CXXVI.

Oratio L. Pinnarii ad milites ſuos de perfidis Aennenſibus.

Cum præſidia Romana per Siciliam paſſim opprimerentur, Ænnæ L. Pinnarius vir acer ne idem ſibi eveniret, nocte dieque juxta parata inſtructaque omnia cuſtodiis ac vigiliis habebat. Quod ubi Ænnenſium principes animadverterunt, nulli occaſioni fraudis Romanum patere, aperte ac propalam placuit agendum. Itaque claves portarum ſibi reddi poſtulant, & cunctanti ac differenti ferociter minitantur. Tum Pinnarius concionem ſibi dari petiit, ad quam antequam veniret, hortatur milites ſuos, ut ſigno dato populum Ænnenſem invadant trucidentque.

Ethos eſt ducis vigilantis.

Pathos, ira ac vindicta.

Partes ſunt tres.

1. Credo) Exordium attentionem excitat. Exponit enim quid aliæ civitates Siculæ fecerint: quod Ænnæ quoque per fraudem jam dudum factum eſſet, niſi diligentia ſua obſtitiſſet: poſtremo quid nunc tandem per vim moliantur.

11. Noctem) Hortatio fit argumento neceſſitatis in hanc ſententiam: Aut vos trucidabitis oppidanos, aut oppidani vos. Sed non hoc. E. illud. Propoſitio eſt loco primo: aſſumptio ſequitur cum prolepſi diverſi conſilii & eventus. Complexio oſtendit ſimul rei agendæ tempus, modum & objectum ſive perſonas.

111. Vos Ceres) Concluſio duo continet: nempe patheticam invocationem numinum tutelarium, argumento à cauſa impulſiva: tum prolepſin timiditatis propter multitudinem civium & vicina caſtra Carthaginenſium.

EVENTVS.

Poſtridie cum Oppidani ferociter minitarentur, nec viderentur vim

vim ultimam delaturi, milites accepto signo decurrunt, & Ænnenses cædunt.

VSVS.

Vsus est, cum necessarium facinus defensionis persuadendum.

SENTENTIÆ.

1. Nihil magis, quam vigilantia, belli tempore necessarium est.
2. Optandum ut cunctum tempus vitæ nec patiendo infanda, nec faciendo traduci possit.
3. Vitandæ, non ferendæ fraudis causa, vim inferre licet.

EX DECADIS TERTIÆ LIBRO QVINTO.

ORATIO CXXVII.

Supplicatio militum exulum ad M. Marcellum.

Milites, qui post cladem Cannensem socios deseruerant, relegati erant in Siciliam, ne ante Punici belli finem reportarentur. Hi ad Marcellum consulem legatos mittunt, quorum princeps hac supplici oratione se & commilitones restitui petit.

Ethos est humiliter orantis.

Pathos, commiseratio.

Partes sunt tres.

1. Consulem te) Exordium prolepticum, quo benevolentiæ ergo excusat commilitones, quod non citius Marcellum adierint, & quod ipsi nunc, non toti senatui supplicent. Illius rationem reddit à spe militum: hujus ab opinione præclara de Marcello.

11. Sine quæso) Supplicatio ipsa quinque argumentis constat, jus & æquum loquentibus. 1. A causa cladis, quam partim in fatalem necessitatem transfert, partim in temeritatem ipsorum imperatorum: ubi invidiæ fugiendæ causa oratio figuratur communicatione. Equidem) 2. A dispari conditione ducum & militum: ubi occulte iniquitatis arguit patres, quod duces, qui in culpa fuerant, honoribus afficiant, miserosque milites imperio ducum parere coactos tam severe puniant. Ad Alliam) 3. Ab exemplis, ubi non obscure prisci seculi clementiam laudat, & de præsentis queritur crudelitate. Neque ignominiæ) 4. A petitionis æquitate, quod duntaxat laborem & peri-

2. Quis ad gubernacula ſedeat, ſumma cura providendum ac præcavendum eſt.

3. Vbi ſæva orta tempeſtas eſt, ac turbato mari rapitur vento navis, tum viro & gubernatore opus eſt.

4. Noſtra ipſorum intereſt, non imponi cervicibus noſtris onus, ſub quo concidamus.

5. Superiorum temporum clades, ad præcavendum ſimiles, utiliter documento ſunt.

ORATIO CXXVI.

Oratio L. Pinnarii ad milites ſuos de perfidis Aennenſibus.

Cum præſidia Romana per Siciliam paſſim opprimerentur, Ænnæ L. Pinnarius vir acer ne idem ſibi eveniret, nocte dieque juxta parata inſtructaque omnia cuſtodiis ac vigiliis habebat. Quod ubi Ænnenſium principes animadverterunt, nulli occaſioni fraudis Romanum patere, aperte ac propalam placuit agendum. Itaque claves portarum ſibi reddi poſtulant, & cunctanti ac differenti ferociter minitantur. Tum Pinnarius concionem ſibi dari petiit, ad quam antequam veniret, hortatur milites ſuos, ut ſigno dato populum Ænnenſem invadant trucidentque.

Ethos eſt ducis vigilantis.

Pathos, ira ac vindicta.

Partes ſunt tres.

1. Credo) Exordium attentionem excitat. Exponit enim quid aliæ civitates Siculæ fecerint: quod Ænnæ quoque per fraudem jam dudum factum eſſet, niſi diligentia ſua obſtitiſſet: poſtremo quid nunc tandem per vim moliantur.

11. Noctem) Hortatio fit argumento neceſſitatis in hanc ſententiam: Aut vos trucidabitis oppidanos, aut oppidani vos. Sed non hoc. E. illud. Propoſitio eſt loco primo: aſſumptio ſequitur cum prolepſi diverſi conſilii & eventus. Complexio oſtendit ſimul rei agendæ tempus, modum & objectum ſive perſonas.

111. Vos Ceres) Concluſio duo continet: nempe patheticam invocationem numinum tutelarium, argumento à cauſa impulſiva: tum prolepſin timiditatis propter multitudinem civium & vicina caſtra Carthaginenſium.

EVENTVS.

Poſtridie cum Oppidani ferociter minitarentur, nec viderentur vim

rim ultimam delaturi, milites accepto signo decurrunt, & Ænnenses cedunt.

USUS.

Usus est, cum necessarium facinus defensionis persuadendum.

SENTENTIÆ.

1. Nihil magis, quam vigilantia, belli tempore necessarium est.
2. Optandum ut cunctum tempus vitæ nec patiendo infanda, nec faciendo traduci possit.
3. Vitandæ, non ferendæ fraudis causa, vim inferre licet.

EX DECADIS TERTIÆ

LIBRO QVINTO.

ORATIO CXXVII.

Supplicatio militum exulum ad M. Marcellum.

Milites, qui post cladem Cannensem socios deseruerant, relegati erant in Siciliam, ne ante Punici belli finem reportarentur. Hi ad Marcellum consulem legatos mittunt, quorum princeps hac supplici oratione se & commilitones restitui petit.

Ethos est humiliter orantis.

Pathos, commiseratio.

Partes sunt tres.

1. Consulem te) Exordium prolepticum, quo benevolentiæ ergo excusat commilitones, quod non citius Marcellum adierint, & quod ipsi nunc, non toti senatui supplicent. Illius rationem reddit à spe militum: hujus ab opinione præclara de Marcello.

11. Sine quæso) Supplicatio ipsa quinque argumentis constat, jus & æquum loquentibus. 1. A causa cladis, quam partim in fatalem necessitatem transfert, partim in temeritatem ipsorum imperatorum: ubi invidiæ fugiendæ causa oratio figuratur communicatione. Equidem) 2. A dispari conditione ducum & militum: ubi occulte iniquitatis arguit patres, quod duces, qui in culpa fuerant, honoribus afficiant, miserosque milites imperio ducum parere coactos tam severe puniant. Ad Alliam) 3. Ab exemplis, ubi non obscure prisci seculi clementiam laudat, & de præsentis queritur crudelitate. Neque ignominiæ) 4. A petitionis æquitate, quod duntaxat laborem & peri-

culum poſtulent: ubi eleganter refert ἦθος virorum fortium, qui nullam rem ægrius ferant, quam deſidiam & ignaviam. Servorum) 5. A comparatione ſervorum, quibus ſaltem pares haberi cupiant.

III. Vis tu mari) Peroratio πάθος addit ab experientia futuri commodi, omnia milites pro patria facturos aſſerens, nec pericula ulla declinaturos; modo in locum priſtinum reſtituantur.

EVENTVS.

Sub hæc dicta ad genua Marcelli procubuerunt. Marcellus id nec juris, nec poteſtatis ſuæ eſſe dixit: ſenatui ſcripturum ſe, omniaque de ſententia patrum facturum eſſe. Senatus vero reſpondet, Marcellus faceret, quod è repub. fideque ſua duceret.

VSVS.

Vſus eſt, cum mitigatio pœnæ impetranda iis, qui non de induſtria deliquerunt, & maculam acceptam virtute eluere cupiunt.

SENTENTIÆ.

1. Fatali lege immobilis rerum ordo ſeritur.
2. In pœnis ſervanda æquabilitas.
3. Acerrimus virtutis aculeus.

ORATIO CXXVIII.

Oratio legatorum Syracuſanorum ad Marcellum de recipiendis deditiis.

Syracuſis magna ex parte captis à Marcello, reliqui gravi obſidione premebantur. Mittunt igitur legatos ad Marcellum ſupplices, qui urbem dederent, & civibus veniam peterent.

Ethos eſt ſupplicantium.

Pathos, miſericordia.

Partes ſunt tres.

I. Neque primo) Exordii loco eſt narratio rei geſtæ, qua culpa prima defectionis rejicitur in Hieronymum tyrannum, & quæ ſequuta, in ejus ſatellites & urbis præfectos: quæ res ad benevolentiam faciebat.

II. Nunc certe) Supplicatio nititur duobus argumentis: 1. quod in fidem Marcelli ſe dedant, & quidem ſimpliciter, ſine ulla conditione. 2. Quod non minus clementia & tutela urbis, quam captum, Marcello gloriæ futura.

III. Ne plures) Concluſio addit ſupplicationi pathos à memoria ieronis Romanis longe gratiſſima.

EVENTVS.

Omnia impetrabilia & tuta erant apud Romanos: inter ipſos plus elli ac periculi erat.

VSVS.

Vſus eſt, cum miſeris & aliena vi ac fraude circumventis venia pe- nda.

SENTENTIÆ.

1. Regum culpa luenda civibus.
2. Parcendum innoxiæ multitudini.
3. Clementiæ, quam victoriæ gloria ſplendidior.

ORATIO CXXIX.

Oratio L. Martii ad milites de ulciſcendis pœnis.

P. & Cn. Scipiones in Hiſpania tot tantarumque rerum feliciter ſtarum triſtem exitum tulerunt prope cum totis exercitibus. Cæſi no octavo, quam in Hiſpaniam iverant, amiſſaque ejus provinciæ ſeſſio foret, niſi L. Martii equitis Romani virtute & induſtria con- ctis exercituum reliquiis, caſtriſque circa Iberum communitis vi- or hoſtis in caſtra ſua recedere coactus eſſet. Idem Martius hac ora- ne ſuadet, ut cum duo alii duces hoſtiles acceſſuri eſſent ad Aſdru- lem, ipſeque Aſdrubal victoria recenti ſecurior factus, caſtra ne- genter cuſtodiret, Romanus miles proxima nocte impreſſionem eret. Concionanti flamma fuſa è capite ſine ipſius ſenſu fertur.

Ethos eſt militis erga duces ſuos pii, & in re trepida magnanimi.

Pathos, ſpes victoriæ.

Partes ſunt tres.

1. Vel mea) Exordium pathēticum habet querelam de imperii ſibi mmendati gravitate, propter tres cauſas, quarum primæ duæ be- volentiæ inſerviunt, tertia etiam ad attentionem facit. Prima cau- eſt pietas in Scipiones ſummos duces, quorum caſum ægerrime fert. cera eſt ſollicitudo pro exercitu reliquo ſervando. Tertia eſt neme- ac ſtudium ulciſcendi hoſtem, ubi per proſopopœiam ipſos Scipio- adducit hoc ipſum unice poſtulantes.

II. Nec alia) Hortatio ipſa ſumitur partim à rei gerendæ facul-

tate; partim à difficultate, secus agant. Facultas arguitur 1. ab e fectis & experientiâ recenti: 2. à consilio & spe sua: 3. ab occasio propter hostis securitatem & negligentiam: 4. à genere & natura r rum asperarum: 5. à paucitate hostis. Difficultas contraria demo strâtur è futura conjunctione trium exercituum hostilium, & testimo nio superioris experientiæ.

111. Proinde) Peroratio tria habet: 1. consilii dati necessitatem 2. votum pro felice successu. 3. monitionem de curandis corporibu argumento ex fine, cum quadam laudatione militum.

EVENTVS.

Læti & audiere à novo duce novum consilium, & quo audacius er magis placebat: capta nocte ac die bina castra, cæsa 37 millia 1830 capti.

VSVS.

Vsus orationis est, cum in rebus asperis & afflictis occasionis mo mentum aliquod spem affert emergendi: unde ad audendum & age dum auditor impellendus, ne opportunitas oblata prætervolet.

SENTENTIÆ.

1. Imperium ut amplum judicio hominum, ita re ipsa grave a sollicitum est.

2. Metus mærorem obstupefecit.

3. Difficile est consolari alterum, cum ipse salutem invenire æg animo vix possis.

4. Magni viri vivunt vigentque memoria rerum gestarum.

5. Non lamentis lacrymisque, sed factis hostem ulciscimur.

6. Virtus ex omni sævitiâ fortunæ emergit.

7. Ita se res habet: ad id, quod ne timeatur, fortuna facit, minime tuti sunt homines: quia quod neglexeris, incautum atque apertum habeas.

8. In rebus asperis & tenuibus fortissima quæque consilia tutissima sunt.

9. Si in occasionis momento, cujus prætervolat opportunitas, cun ctatus paululum fueris, nequicquam mox amissam queraris.

10. Separata ac divisa vis facilius opprimitur.

EX

EX DECADIS TERTIÆ LIBRO SEXTO.

ORATIO CXXX.

Oratio Vibii Virii desperabundi in Senatu de non dedenda Capua.

Cum alterum jam annum Campani à Romanis circumvallati in ...lusique, fame macerarentur, nec in Annibale quamvis omnia moli... quicquam spei esset, coacto senatu de legatis mittendis ad impera... rem Romanum, deque dedenda Capua deliberatum fuit. Hoc con...lium Vibius dissuadet, & quia res erant desperatæ, in mortis sponta... societatem collegas secum invitat.

Ethos est desperantis.

Pathos, cupiditas honeste moriendi.

Partes sunt tres.

I. Quid vos) Prima est dissuasio deditionis argumento ab effectis, quod Romanos nimium offenderint, nec præter cruciatus & contu...melias ab eis exspectare quicquam possint. Hoc arguit accuratius con...siderans tum Campanos, tum Romanos. Campanos multis modis obnoxios facit: 1. perfidia & defectione à sociis præclare meritis: 2. crudelitate & sævitia in præsidium Romanum: 3. eruptionibus hostilibus in castra Romana: 4. conspiratione cum Annibale de castris opprimendis, ipsaque urbe Roma oppugnanda. Vide supra dec. 1. lib. 7. & dec. 3. lib. 3. Romanos implacabiles & cruoris Campani cupidos arguit ex circumstantiis, ut 1. quod bello gravi Annibalis occupati, 2. alterum jam annum, 3. cum magno dispendio militum & pecuniarum, 4. Annibale passim vastante socios, 5. imo ipsi urbe minitante, in obsidione Capuæ hæreant: quibus pathetica dissimilitudo additur ἀπὸ μειζόνων bestiarum. Ita omnem spem veniæ præcidit.

II. Itaque quando) Pars altera mortem voluntariam suadet à necessario, utili, honesto: 1. quod mortem, quicquid etiam agant, effugere non possint: 2. quod voluntaria mors honestior & lenior sit, siquidem cruciatu & contumelia careat: 3. quod morte præventi, nec miserabilem ruinam patriæ, nec suorum injurias videre necesse habeant. Additur πάθος à sævitia olim in Albanos exercita, de qua dec. 1. lib. 1.

III. Itaque quibus) Tertia pars peroratio genus mortis accersendæ

significat, addito epiphonemate à causis impulsivis, quæ sunt necessitas, & inde sequutura laus virtutis. Notabis igitur, totam Orationem hoc enthymemate constare: Deditione urbis nihil lucrabimur: nimiæ enim sunt injuriæ nostræ, nimia eas ulciscendi in Romanos cupiditas. E. morte voluntaria præveniemus. Antecedens est prima pars orationis: consequens pars altera, cui pro explicatione subjungitur tertia.

EVENTUS.

Vibium viginti septem senatores domum sequuti sunt, qui venenum omnes sumpserunt.

USUS.

Usus orationis est, cum ne in crudeles & inexorabiles hostium manus veniamus, fortiter pugnando mors oppetenda est. Αὐθαιρετεῖαν, ut divinis humanisque legibus prohibitam, nunquam pius orator suaserit, sed valebit illud vel pagani hominis consilium: Et tibi Publi, & piis omnibus retinendus est & animus in custodia corporis, nec injussu ejus, à quo est ille vobis datus, ex hominum vita migrandum est, ne munus humanum assignatum à Deo defugisse videamini. Cic. in Somnio.

SENTENTIA.

1. Ab altero metuas, quod alteri feceris.
2. Vetus atque usitata res est, in oppugnanda hostium urbe labores ac pericula pati.
3. Vindicta jucunda res.
4. Feras bestias cæco impetu ac rabie concitatas, si ad cubilia & catulos earum ire pergas, ad opem suis ferendam avertas.
5. Honesta mors turpi vitæ præferenda.

ORATIO CXXXI.

Marcelli apologetica in senatu contra criminationes Campanorum.

Marcellus captis Syracusis, cuncta ornamenta urbis, signa, tabulas, omne aurum & argentum Romam devexit, bona quoque multis ademit. Quare legati Syracusanorum Romam venerunt, Marcellum in senatu accusantes, quod crudelius, quam pro meritis, cum ipsis egisset. Capita & rationes accusationis fuerunt: 1. Quod præ-

ter

ter culpam hæc passi, cum non ipsi cives, sed tyranni eorum causa defectionis fuerint, & quidem cunctatione Marcelli abusi: 2. Quod Marcello se dedere voluerint, sed is plus fidei transfugis & obscuris hominibus habuerit, quam civitatis principibus: 3. quod urbem omnibus bonis spoliarit. Contra hanc accusationem Marcellus se defendit, & jure belli egisse quicquid egerit, ostendit.

Ethos est viri bene conscii & imperterriti.

Pathos, indignatio in actores.

Partes sunt tres.

I. Non adeo) Exordium habet prolepsin, qua perstringit licentiam Siculorum, quod litem movere Consuli sint ausi, & simul tuetur decorum personæ, quod in dignitate constitutus, tamen causam dicat.

II. Qui si non) Defensio sequitur capita accusationis. Primum caput redarguit ex meritis Syracusanorum, hoc modo: Qui hostilia egerunt, hostilia jure sunt passi. Syracusani fecerunt hostilia: jure igitur passi sunt hostilia. Assumptio probatur inductione injuriarum. Conclusio urgetur ex paribus. Tradentes urbem) Alterum caput de spretis principibus, qui urbem dedere voluerint, refutat: 1. ipsorum legatorum testimoniis: 2. recriminatione operæ navatæ in ipsos actores: 3. contrario studio suo in pace & transactione tentanda. Quæ captis) Tertiam accusationem de urbe spoliata concedit, sed defensam jure belli & fine.

III. En vos) Peroratio 1. monet senatum, ut à se acta rata habeat, argumento à fine: 2. fretus rei gestæ jure, consultationem integram senatui relinquit.

EVENTVS.

Decreverunt patres, quæ Marcellus gerens bellum, victorque egisset, rata habenda esse: in reliquum curæ senatui fore rem Syracusanam, mandaturosque Consuli Levino, quoad sine jactura reipub. fieri posset, fortunis ejus civitatis consuleret.

VSVS.

Vsus est, cum ex officio & jure fecimus, quæ adversarius nobis crimini vertit.

SENTENTIÆ.

1. Qui fecit hostilia, non indignabitur, si patiatur.
2. Ad rempub. pertinet, magistratuum acta rata haberi, ne

alii in posterum segniores duces fiant. Vide 1. Philip. Ciceronis. 3. Conscientia recta nihil reformidat..

ORATIO CXXXII.

Oratio Attilii Reguli, de statu Campanorum deliberationem ad plebem remittentis.

Capta Capua, Fulvius ad 80 principes senatus virgis cæsos securi percussit, 300 ferme nobiles in carcerem condidit, alii per sociorum Latini nominis urbes in custodias datis variis casibus interierunt, multitudo alia civium venundata, ager omnis & tecta publica populi Romani facta: urbi frequentanda multitudo incolarum, libertinorumque, & institorum opificumque retenta, sine consilio publico, sine imperio: quibus præfectus ad jura reddenda ab Romanis mitteretur. Ob hanc causam legatos Campani miserunt ad senatum Romanum, qui libertatem & partem aliquam bonorum repeterent. Qua de re sententiam rogatus M. Attilius Regulus, deliberationem ad plebem rejecit.

Ethos est viri gravis & severi.

Pathos, ira in Campanos.

Partes sunt duæ.

I. In consilio) Prior pars est gravior accusatio Campanorum, quod in tanta hominum multitudine vix duæ mulieres compertæ sint de repub. Rom. bene meritæ, cæterique omnes hostili animo fuerint. Hinc arguit, etiam Fulvium jure supplicium de dignioribus sumpsisse.

II. Per senatum) Altera est rejectio causæ ad plebem, argumentis à jure civium Romanorum, & ab exemplis.

EVENTVS.

Plebs sic jussit: Quod senatus maxima pars censent, qui assident, id volumus, jubemusque. Legati duro responso accepto mœsti discedunt, iniquitatem Deum atque exsecrabilem fortunam suam incusantes.

VSVS.

Vsus est, cum invidiosæ causæ deliberatio declinanda, & à senatu ad plebem transferenda est.

SEN-

SENTENTIÆ.

1. Servata multitudine duces plectuntur, non quod culpa, sed quod dignitas eorum emineat.

2. De cive Romano injussu populi agi non poterat.

ORATIO CXXXIII.

Oratio Levini Cos. de supplemento remigum.

In senatu de supplemento remigum agebatur: in quam rem cum neque hominum satis, neque pecuniæ quicquam in publico esset, edixerunt consules, ut privati remiges darent, cum stipendiis cibariisque. At id edictum cum tantus fremitus hominum esset, per tot annos tributis exhaustorum, ut magis dux, quam materia seditionis deesset, Levinus consul moderatioris consilii auctor, ut voluntaria collatio esset, senatusque ad eam rem exemplo suo civibus præiret, suasit.

Ethos est viri moderati.

Pathos, sympathia & clementia erga cives.

Partes sunt tres, quæ hoc syllogismo cohærent: Quod onus magistratus civibus imponere vult, ejus ipsum oportet partem aliquam capere. Nos, ut remiges & pecunias habeamus, civibus nostris imponere volumus. E. nos oportet ejus oneris partem capere.

1. Magistratus) Prima pars exordiolum, Syllogismi habet propositionem, ubi in genere disputat de officio magistratus, quod is in duris & asperis rebus subeundis dux debeat esse, idque confirmat ab effectu, quod tum cives quoque facilius onera publica habituri sint.

11. Itaque ut classem) Altera est ipsum consilium, ubi cum assumptione complexionem conjungit, quando nominatim exponit, quid exempli dandi causa senatus in hac difficultate rerum agat.

111. Hanc unam) Tertia est conclusio, qua consilii dati necessitate indicata, hortatur patres ad sequendum, addita gravissima sententia de rebus privatis à publicis pendentibus.

EVENTVS.

In hæc consensum est à senatu: senatum equester ordo est secutus: equestrem ordinem plebs: ita sine edicto, sine cohortatione magistratus; nec remige in supplementum, nec stipendio, respub. eguit.

USUS.

Usus est, cum tributis opus est, quæ sine seditione vix impetrari queant, nisi magistratus ipse sibi primum imperet.

SENTENTIÆ.

1. Sicut magistratus populo honore præstat, ita ad omnia, quæ dura atque aspera sunt, subeunda dux esse debet.

2. Si quid injungere inferiori velis, id prius in te ac tuos si ipse juris statueris, facilius omnes obedientes habebis.

3. Respub. incolumis & privatas res facile salvus præstat.

ORATIO CXXXIV.

Oratio P. Scipionis, novelli imperatoris, ad milites in Hispania.

Cum duo summi imperatores P. & Cn. Scipiones in Hispania intra 30 dies cecidissent, nec quisquam qui se tanto imperio dignum crederet, profiteretur: P. Cornelius, illius qui in Hispania occubuerat filius, quatuor & viginti ferme annos natus, professus est se petere. Imperator omnium consensu factus, cum in Hispaniam ad exercitum venisset, alloquendos maxime veteres milites, qui tantis superfuerant cladibus, ratus, eos ut de se imperatore, totoque bello bene sperarent, virique fortes esse perseverarent, hac oratione hortatus est.

Ethos est juvenis magnanimi.

Pathos, spes melioris eventus.

Partes sunt quinque.

I. Nemo) Exordium valde est ethicum, à sua & militum personis sumptum, quo benevolentiæ ergo militibus gratias agit pro meritis erga patrem & patruum suum, ipsamque adeo rempub.

II. Sed cum jam) Propositio hortationis fit per narrationem suæ de hoc bello præsumptionis, quam eandem vult habere milites.

III. Vereor) Confutatio diluit causas, propter quas milites rebus diffidere possint. Sunt autem memoria cladium nuper acceptarum, & imperatoris ætas admodum adolescens. Quod ad clades, primo pietatis testandæ ergo utitur concessione per comparationem imparium, quod res ista nemini plus tristitiæ creet, quam sibi, qui paucis diebus patrem & patruum amiserit. Deinde per correctionem subjicitur, cur tamen de repub. quantumvis debilitata, bene speret.

Ea

Ea est fortuna ac virtus Romana. Distingui autem hic possunt tria membra: propositio, ratio, & conclusio. Propositio est, fatale hoc esse Romanis, ut summis in periculis fortiter stent, victique vincant. Ratio sumitur ab experientia & exemplis bellorum, partim veterum cum Porsenna, Gallis, Samnitibus: partim recentioris cum Pœnis: partim denique & maxime præsentis cum iisdem Pœnis, ubi primo recenset ruinas patriæ propter acceptas clades, defectionem sociorum, ipsamque propemodum urbem oppugnatam: deinde exponit, quomodo paulatim sese rursum erexerint, narratis rebus feliciter gestis in Hispania, Sicilia, Italia. Conclusio rem urget comparatione majorum, ut qui tristi ac luctuoso tempore non defecerint, iidem prosperioribus temporum ac rerum initiis se fortiter gerant.

Nunc dii) Ætatis offendiculo opponit divinum auxilium, quod ex vocatione sua, civium incredibili consensu facta, ex auguriis & signis, denique è mentis suæ ἐλπίδι ac divinatione pollicetur.

IV. Quod mens) Confirmatio sumitur ab antithesi causæ, nempe fortunæ, quæ apud Carthaginenses pejor, apud Romanos melior indies fiat.

V. Vos modo) Peroratione militi in spem bonam erecto se commendat. Argumenta sunt: 1. quod patrem habuerit virum fortem: 2. quod ejus vestigiis insistere velit: 3. quod denique de successu bonam spem habeat, id quod similitudine corporis atque animi declaratum, magna cum fiducia concludit. Similem orat. Alex. Magni vide apud Iustin. lib. 11.

EVENTVS.

Hac oratione accensis militum animis, Iberum trajecit.

VSVS.

Vsus est, cum sub muneris demandati initium spem de nobis bonam facere cupimus, præsertim ubi superiora tempora nonnihil adversa fuerint, nostraque ipsorum ætas & conditio rei magnitudini impar videatur.

SENTENTIÆ.

1. Orbitas ac solitudo frangit animum.
2. Rerumpub. periodi sunt fatales.
3. Virtus victa virescit.
4. Vocationes ad publica munera non fiunt sine auctore Deo.

5. A-

5. Animus cuique ſuus maximus vates, præſertim ſi quod meſs ſua ſponte divinat, idem ſubjicit ratio haud fallax.

6. Virtus unita tutior, diſtracta imbecillior.

7. Quemadmodum parentum ſimilitudo oris vultuſque, & lineamenta corporis in liberis, noſcitantur; ita ingenii, fidei, virtutiſque exempla ac effigiem reddere debent.

ORATIO CXXXV.

P. *Scipio ad milites de Carthagine oppugnanda.*

Cum Scipio trajeciſſet Iberum, primam imperii ſui fortunam experiri voluit ad nobiliſſimam, hoſtique maxime opportunam urbem Carthaginem, cujus potiundæ deſiderium hac oratione militibus fecit.

Ethos eſt ducis prudentis.

Pathos, ſpes prædæ.

Partes ſunt tres.

I. Ad urbem) Propoſitio, quod in hac urbe capienda tantum ſitum ſit, quantum in tota Hiſpania.

II. Hic ſunt) Confirmatio ab enumeratione rerum commodarum, quibus Romani potituri ſint, & quæ hoſti eripiendæ, ut ſunt 1. totius Hiſpaniæ obſides, 2. pecuniæ & opes, 3. arma, 4. portus ad omnem uſum belli opportunus.

III. Sed quoniam) Concluſio hortatoria.

EVENTVS.

Omnes una voce hoc faciendum ſucclamarunt, Carthagoque uno die oppugnatur & capitur.

VSVS.

Vſus eſt, cum miles in ſpem urbis aut propugnaculi cujuſdam opulenti & opportuni erigendus eſt.

SENTENTIÆ.

1. Capta urbe ſitu opportuna, univerſa capitur regio.
2. Nervi belli ſunt pecuniæ, commeatus, arma.

ORA-

ORATIO CXXXVI.

P. Scipio ad Mandoniam & Allucium.

Capta nova Carthagine Mandonii uxor, mulier magno natu petiit à Scipione, ut pudicitiam muliebrem commendatam sibi haberet. Præterea eximia forma virgo Allucio Celtiberorum principi desponsata, ad illum ducta erat. Scipio his orationibus partim Mandoniæ, partim Allucio, ejusque soceris, perhumaniter respondet.

Ethos est juvenis humanissimi & continentissimi.

Pathos, amor & benevolentia apud exteros.

Partes sunt tres.

I. Meæ) Oratio ad uxorem Mandonii toti sexui fœmineo consulit, rationibus sumptis à persona partim sua, partim matronæ supplicis.

II. Iuvenis) Oratio ad Allucium quatuor complectitur: 1. jus imperatoris in captam: 2. moderationem & continentiam ejusdem: 3. puellæ restitutionem: 4. stipulationem benevolentiæ erga Romanos, cum argumento ab illorum integritate.

III. Et super) Tertia ad eundem Allucium, pecuniam à soceris donatam ei reddit.

EVENTVS.

Allucius lætus donis honoribusque, implevit populares laudibus & meritis Scipionis.

VSVS.

Vsus est, cum famam pudicitiæ & continentiæ ex fœminei sexus pudicitia servata captamus. Vide simile de Alexand. Magn. apud Iustin. libr. II.

SENTENTIÆ.

1. Pudicitia res sancta est.

2. Nullos mortalium aut minus hostes tibi esse velis, aut amicos malis, quam viros fortes ac continentes.

EX

EX DECADIS TERTIÆ LIBRO SEPTIMO.

ORATIO CXXXVII.

Oratio Marcelli fugam militum castigantis.

Marcellus & consulis Fabii literis excitatus, & quia ita in animum induxerat, neminem ducem Romanum tam parem Annibali, quam se esse: urgebat atque instabat Annibali, non iter quietum facere, non castra ponere, non respicere aut circumspicere patiebatur. Tædio hujus ferociæ motus Annibal, pugnandi copiam facit, Romanique terga vertunt: quos in castra reversus, ita castigat, ut eadem opera simul alacriores efficiat.

Ethos est viri gravis & laudis avidi.

Pathos pudor.

Partes sunt tres.

I. Diis immortalibus) Exordium invidiosam habet gratiarum actionem ad Deum de non oppugnatis ab hoste castris, argumento ab eventu verisimili, quod nimio terrore perculsi, castra quoque deserturi fuissent.

II. Qui pavor) Castigationis summa huc redit: milites sine causa terreri se ac fugari passos. Argumenta sunt tria: 1. quod jam sæpius hostem vicerint: 2. quod æquis manibus pugnatum: 3. quod hosti materiam gloriandi dederint.

III. Sed video) Conclusio habet correctionem ex clamore militum ortam, qua in spem veniæ eos erigit, utque aspersam ignaviæ maculam virtute abstergant, hortatur.

EVENTUS.

Milites fatebantur jure ac merito se increpitos: ducique aut morte satisfaciendum, aut egregiam victoriam referendam.

USUS.

Usus est, cum post rerum gestarum gloriam lapsi hortandi sunt, ut gloriam partam tueantur, & si quid ignavia contractum, id virtute demant.

SENTENTIÆ.

Tentari virtus, vinci non potest.

EX

EX DECADIS TERTIÆ
LIBRO OCTAVO.

ORATIO CXXXVIII.
Oratio Scipionis ad seditiosos milites.

Ad Sutronem relicti milites Romani, licentia ex diuturno otio collecta, stipendium procacius, quam ex more & modestia militari erat, flagitarunt, tandemque audito rumore falso de Scipionis morte, tribunos furori ipsorum resistentes fugarunt, imperio ad principes seditionis gregarios milites C. Albium Calenum, & C. Atrium Umbrum delato. Scipio primum per legatos animos placare studet: tum expeditione contra Mandonium & Indibilem simulata, edictum proponit, ut ad stipendium petendum convenirent Carthaginem. Ibi vero seditionis auctores per idoneos homines in hospitiis comprehensi ac vincti sunt: reliqua multitudo ubi in concionem venit, reducti abitinere simulato, armati inermibus à tergo se circumfundunt. Tum Scipio perfidiam militum castigavit, veniaque data multitudini, auctores capite damnavit.

Ethos est ducis clementis simul & severi.

Pathos, pudor ac metus.

Partes sunt tres.

I. Nunquam mihi) Exordium habet insinuationem ab inopinato propter delicti atrocitatem: quod licet à puero assuetus militaribus ingeniis, tamen quid nunc loquatur, non inveniat. Ratio sumitur à minori, quod ne nomen quidem conveniens dari eis possit: id quod æquitatis suæ probandæ causa figurat addubitatione & repugnantia nominum & significatarum rerum.

II. Quid enim) Castigatio ipsa multa in delicto admisso criminatur: ut 1. quod hostiliter, 2. ingrate, 3. injuste, 4. stulte, 5. impie se gesserint. 1. Hostiliter egisse arguit ex effectis, ubi collatio cum hostibus Hispanis, & prolepsis culpæ excusandæ. 2. Equidem pulsis) Ingratitudinem exprobrat comparatione suæ innocentiæ; & causæ, quæ eos ad seditionem compulerit: ubi iterum ad invidiam leniendam multitudinem excusat, argumento ab ingenuitate sua, culpamque transfert in auctores pulcherrima similitudine à mari. 3. Quin mihi) Injusticiam arguit ex objectis violatis, in quibus sunt Scipio imperator, & patria: sed suam injuriam modestiæ causa præterit,

rit, imo ironice excusat & defendit ex causis impulsivis, quæ vis: patriæ vero magis exaggerat partim inductione rerum violatarum, ut sunt salus, libertas, & majestas publica: partim comparatione cum portentis naturæ. 4. Atque ego) Stulte feciſſe probat remotione finis utilis, quod nec sibi, nec suis isto modo consuluerint: quod exaggeratur dissimili exemplo præsidii Rheginensis, itemque enumeratione causarum impedientium, ut sunt imperator cum validissimo exercitu, ipseque adeo populus Romanus nunquam sic viribus ac ducibus destitutus, ut vindicare se non potuerit. 5. Quibus si omnibus) Impietatem accusat prolepsi causarum impellentium, & dissimili exemplo Coriolani.

111. Insanistis) Peroratio 1. repetit summam castigationis per comparationem parium: 2. præcidit longiorem accusationem, ut qui parcere quomodocunque militi cupiat: 3. excusat, si quid atrocius dictum, argumento à majore atrocitate culpæ eorum: 4. promittit resipiscentibus veniam: 5. auctores seditiones capite damnat, addita prolepsi crudelitatis.

EVENTVS.

Exercitus qui corona concionem circumdederat, gladiis ad scutum concrepuit. Damnati nudi in medium protrahebantur, virgisque cæsi securi percutiebantur, adeo torpentibus metu, qui aderant, ut non modo ferocior vox adversus atrocitatem pœnæ, sed ne gemitus quidem exaudiretur.

VSVS.

Vsus est, cum seditiosi graviter reprehendendi, & auctoribus pœna merita denuncianda.

SENTENTIÆ.

1. Res potius, quam verba exercenda.
2. Experientia morum nutrix eloquentiæ.
3. Perfidiæ crimen expiari non potest.
4. Vt vulnera, ita vitia, non nisi tacta tractaq;, sanari possunt.
5. Mori satius est, quam omnibus invisum vivere.
6. Multitudo omnis sicut natura maris, per se immobilis est: ut venti & auræ cient, ita aut tranquillum, aut procellæ in ea sunt.
7. Portento simile est, legitimo & digno magistratui homines nequam per seditionem præponere.
8. Scelera non habent consilium.

9. Ref-

9. Respub. immortalis est.
10. Vt parentum sævitia, sic patriæ, patiendo ac ferendo lenien-
à est.
11. Vnde orta culpa est, ibi pœna consistat: ad multitudinem cá-
igatio est.

ORATIO CXXXIX.

Oratio Saguntinorum in Senatu Romano de beneficiis erga se.

Recepta Hispania, Saguntini non restituti tantum, sed Turdeta-
órum etiam, qui contraxerant eis cum Carthaginensibus bellum,
gris aucti, decem legatos Romam miserunt, qui senatui pro præ-
itis beneficiis gratias agerent, & coronam auream in Capitolio victo-
gratulandæ causa deponerent.

Ethos est hominum beneficii memorum.

Pathos amor & benevolentia.

Partes sunt tres.

1. Etsi) Propositio gratiarum actionis augetur ad captandam be-
evolentiam prolepsi malorum, quæ in fide Romanorum perstantes
assi.

11. Bellum) Confirmatio sumitur à prædicatione quadruplicis be-
eficii Romanorum: 1. quod Saguntinorum causa jam quartum de-
imum annum bellum cum Carthaginensibus vario marte gerant: 2.
uod eos imperatores in Hispaniam miserint, quorum singularem
vorem Saguntini experti: 3. quod exules in paternas sedes restituti:
. quod non tantum à Carthaginensibus, sed etiam à Turdetanis
ssimis vicinis vindicati, & eorum agris locupletati.

111. Ob hæc) Peroratio continet quatuor: repetitionem gratia-
um actionis: gratulationem de rebus gestis: oblationem sacri ana-
hematis: & petitionem, ut imperatorum acta rata sint.

EVENTVS.

Senatus ad omnia benigne respondit, legatisque locus & lautia præ-
eri jussa.

VSVS.

Vsus est, cum fidelibus amicis & patronis pro beneficiis in ultimo
iscrimine præstitis gratiæ agendæ, & res prospere gestæ gratulandæ
unt.

SENTENTIÆ.

1. Nullum officium referenda gratia magis neceſſarium. Cicer. 1. offic.

2. Fidelibus amicis fides viciſſim ad ultimum probanda.

3. Vindicta homini nihil jucundius.

ORATIO CXL.

Oratio Q. Fabii M. habita in ſenatu de expeditione Scipionis in Africam.

Ingenti favore P. Scipio conſul dictus, bellum aliter finiri non poſſe dictitabat, quam ſi ipſe in Africam exercitum transportaſſet, & acturum ſe id per populum aperte ferebat, ſi ſenatus adverſaretur. Hoc conſilium Q. Fabius Max. ut temerarium valdeque periculoſum diſſuadere nititur.

Ethos eſt viri prudentis & vices rerum humanarum probe noſcitantis.

Pathos, metus infelicis exitus.

Partes ſunt quatuor.

1. Scio multis) Exordium invidioſam habet prolepſin de re non amplius integra, qua in odium rapit Scipionem, quod vel invitis patribus, & injuſſu provinciam ſibi arroget, vel ſenatum ludibrio habeat, cum de re jam transacta ſe referre ad patres ſimulet.

II. Atque ego certum) Confutatio occurrit duplici ſuſpicioni, nempe ignaviæ & invidiæ. Priorem refutat extenuando auctores criminantes, & provocando ad contrariam experientiam. Poſteriori opponit ætatem & vitam ſuam: quod ſemper ab hoc vitio alienus fuerit: quod nunc ſenex & honoribus omnibus defunctus: quod vel magiſtro equitum ceſſerit Dictator potius, quam æmulationem & certamen ſuſtineret: poſtremo quod & vitæ & gloriæ jam ſatur.

III. Illud te) Diſſuaſionis ſumma eſt. Cum Annibale in Italia, non in Africa dimicandum eſſe. Argumenta ſumit à comparatione honeſtatis, utilitatis, facultatis. Honeſtatis comparatio fit à circumſtantiis ducum, locorum, & effectorum: 1. quod glorioſius ſit cum Annibale, quam cum Amilcare pugnare: 2. illum ex Italia expellere quam hunc ex Sicilia: 3. Italiam, quam Hiſpaniam, hoſte liberare. Quia igitur) Collatio utilitatum ſumitur è ratione antecedentium & conſequentium: 1. quod commodius ſit recto itinere ad hoſtem contendere, quam per circuitus fruſtra exſpectare: 2. pacem prius domi conſtituere

cere, quam alibi ſerere: 3. timorem civibus demere, quam aliis inferre. 4. denique quod ab Italiæ ſtatu bellum quoque Africanum pendeat.

Nam nunc quidem) Comparatio facultatis habet plures rationes & cauſis vel juvantibus, vel impedientibus: 1. quod reſpub. gemino bello, domeſtico & externo, non ſufficiat: 2. quod metuendum ne ſta occaſione Annibal abuſus, Romam iterum tentet: 3. quod in oſtili agro bella periculoſa ſint: id quod probat exemplis ipſorum Scipionum, Niciæ Athenienſis, & M. Attilii Reguli, addita prolepſi erum in Hiſpania geſtarum, & fœderum cum regulis barbaris, ubi multo majora facit quæ in Africa gerenda, collatis inter ſe circumſtantiis, & fœdus cum regulis ſuſpectum & infidum arguit exemplis & experientia: 4. quod Athenienſes fortius pro patria ſervanda, quam ro dilatando imperio pugnaturi ſint: 5. per occaſionem novum exercitum ſint in Italiam miſſuri, ubi invidioſa eſt exprobratio de Aſdrubale è manibus dimiſſo: 6. quod Annibal, ſi maxime Scipionem in Africam ſequatur, ibi propter Carthaginenſium & totius barbariæ auxilia potentior ſit futurus, quam in Italia, ubi auxiliis iſtis deſtitutus: & contra Scipio in Africa infirmior foret propter dimidio minores copias, quam in Italia, ubi à collega adjuvari poſſit: id quod arguit contrariis exemplis Claudii & Livii.

IV. Quam compar) Peroratio bimembris eſt. Primum ad Scipionem dirigitur, quem à tam periculoſo conſilio dehortatur exemplo patris & patrui, & cauſa impulſiva: alterum ad ſenatum, quem hortatur, ut novellum conſulem auctoritate ſua compeſcat, & in Italia retineat.

EVENTVS.

Fabius auctoritate, & inveterata prudentiæ fama, magnam partem ſenatus, & ſeniores, maxime movit, pluresque conſilium ſenis, quam animum adoleſcentia ferocem, laudarunt.

VSVS.

Vſus eſt, cum periculoſis, & ex mera ambitione ac privata libidine profectis conſiliis occurrendum.

SENTENTIÆ.

1. Ludibrium eſt, de re transacta ſimulare ſe referre.
2. Non ſpecie, ſed uſu, ſalutaria conſilia probanda ſunt.
3. Gloriæ vitæque ſatur non ardet invidia.
4. Nunquam pluris fama hominum, quam reſpub., facienda.

5. Quæ acciderunt, accidere poſſunt.

6. Hoc natura prius eſt, tua cum defenderis, aliena ire oppugnatum.

7. Bellum in hoſtili agro difficile & periculoſum eſt.

8. Non ſemper temeritas eſt felix.

9. Fraus fidem in parvis ſibi præſtruit, ut cum operæ precium ſit cum mercede magna fallat.

10. Æmulatio cauſa certaminum.

11. Ad commune reſtinguendum incendium concurrendum.

12. Magna vis eſt pietatis in patriam.

ORATIO CXLI.

Oratio P. Scipionis Fabianæ oppoſita.

P. Scipio Fabio reſpondet, & trajectionem in Africam urget.

Ethos eſt viri magnanimi.

Pathos, ſpes optati eventus.

Partes ſunt quatuor.

1. Et ipſe) Exordio tria agit. Primo perſtringit Fabii purgationem de ſuſpicione invidiæ, ut quæ ipſi rei contraria ſit, ideo quod nimis inſolenter ſe jactitarit, & Scipionem præ ſe contempſerit. Deinde quadam parrheſia fatetur de æmulatione ſua, argumento ducto à genere ſeu omnium excellentium virorum ingenio. Poſtremo monet Fabium majoris æquitatis, ut ne virtuti & ſtudiis honeſtis aliorum invidere velit, argumento ab invidentiæ effectu ſeu incommodo.

11. Commemoravit) Confutatio illud potiſſimum argumentum examinat, quod de rei gerendæ difficultate ac periculo Fabius ſumpſerat. Diſtingui autem hic poſſunt tres ambitus. Primo ſuſpectam facit Fabii ſollicitudinem, quod in Hiſpaniam pari cum periculo trajecturum non præmonuerit. Deinde rem ipſam elevat comparatione temporum, ducum, & rerum geſtarum. Tertio exemplis Fabiani, Attilii & Niciæ opponit contraria exempla ejuſdem Attilii, Xantippi, Agathoclis.

111. Sed quid ultro) Confirmationis argumenta ſumit à facili, honeſto, utili. Facilitatem arguit 1. exemplo ipſius Annibalis: 2. collatione locorum, ſociorum, & virium utriuſque partis: 3. cauſis adjuvantibus, ut ſunt fortuna Romanorum, bonitas cauſæ, & ſocii Syphax & Maſaniſſa: 4. refutatione objectionum Fabii de perfidia barbarorum, rei gerendæ modo, Annibale ſe oppoſituro, denique de republica interea temporis denudata.

Si

Si Hercule) Ad honestatem pertinet, quod ista expeditio Romanis ...riosa futura sit: quod comprobat exemplo Annibalis & collatione ...lli Punici prioris.

Requiescat) Vtilitatem arguit commemoratione cladium bellica... quæ ex Italia in Africam vertendæ.

17. Quod ad rempub.) Peroratio valde ethica est, qua præcidit ...rationem longiorem de repub. & de se prorsus nihil vult dictum: ...m quod ad rem faciat, tum quod laudabilius ducat similes spiritus ...enili modestia vincere.

EVENTVS.

Minus æquis animis auditus est Scipio, quia vulgatum erat, si ...ad senatum non obtinuisset, ut provincia Africa sibi decerneretur, ...d populum extemplo laturum.

VSVS.

Vsus est, cum occasio oblata urgenda, & consilii nostri auctoritas contra vanum metum & malevolorum calumniam defendenda.

SENTENTIÆ.

1. Non cum vitæ tempore dimittenda commemoratio nominis ...ostris, sed cum omni posteritate adæquanda. Cic. pro Arch.
2. Invidorum est, detrahere laudi alienæ, suamque extollere.
3. Invidia non ei tantum, cui invidet, sed Reipub., & pæne omni generi humano detrimento est.
4. Facilius est elevare, quam æmulari virtutem.
5. In unius hominis virtute magnum sæpe momentum positum ...t.
6. Plus animi est inferenti periculum, quam propulsanti.
7. Ignotarum rerum terror major est.
8. Plus civili robori, quam mercede conducto militi fidendum.
9. Fœdifragi & perjuri tandem pœnas luunt.
10. Multa quæ ex intervallo protinus non apparent, res aperit.
11. Id est viri ac ducis, non deesse fortunæ præbenti se, & oblatum casum flectere ad consilium.
12. Audendum & agendum est aliquid, si vincere vis.

EX DECADIS TERTIÆ LIBRO NONO.

ORATIO CXLII.

Oratio Locrensium de injuriis Pleminii.

Cùm P. Scipio, pulso Punico præsidio, fugatoque Annibale, Locros recepisset, jussit ut Romam mitterent legatos, quam senatus censuisset, eam fortunam habituros: & ad tuendam urbem Q. Pleminium cum præsidio reliquit: à quibus cum ultra humanum morem superbe crudeliterque cives habiti essent, legatus eorum de injuriis Pleminii & militum ipsius hac oratione vehementissime conquestus est.

Ethos est miserabiliter afflicti.

Pathos, commiseratio.

Partes sunt tres.

1. Scio) Exordium prolepticum est. Cum enim Locrenses ob defectionem ad Annibalem senatui Romano invisi essent, legatus insinuatione utitur, qua cives suos partim à culpa defectionis vult excusatos, partim quod ad Romanos rediissent commendatos, pleniore utriusque rei deductione in aliud tempus rejecta.

11. Non possumus) Querela ipsa est duplex: una communis de toto præsidio Romano, cujus summa est: Locrenses à milite Romano indignissimis injuriis affectos, & adhuc affici. Exaggerantur autem injuriæ istæ 1. comparatione minorum injuriarum à Carthaginensibus: 2. incommodis, quæ ipsis Romanis ex tanta militum suorum licentia metuenda: 3. contraria Locrensium in Romanos affectione & in iis fiducia. Q. Pleminius) Altera querela, eaque vehementior proprie & de Pleminio militum præfecto; quæ injuriæ exaggerantur 1. adversis, quod non hominis, ne dum civis Romani, sed immanis beluæ sint: 2. collatione cum Scylla monstro marino, de quo Virgil. 3. Æn. 3. paribus, quod & præfectus & milites sine discrimine cives vexarint: 4. enumeratione injuriarum: ubi nota, 1. genera quædam turpissimorum scelerum, 2. tempus, 3. objecta, 4. comparationem minus crudelium injuriarium ab hostibus & tyrannis, 5. singularem injuriam sacrilegii, ubi vindictæ sumendæ causa senatum formidine implet, allatis exemplis Pyrrhi, ipsius Pleminii, & Crotoniensium, docendo quantæ pœnæ sacrilegos sequantur,

tur, & quam potens sit numen in sese defendendo.

III. Nostras injurias) Peroratio duo habet: 1. supplicationem, ut senatus populum Locrensem à Pleminii & militum ipsius crudelitate liberet, aut potius Carthaginensibus ad supplicium dedat: 2. prolepsin calumniæ à testimonio experientiæ, & obligationis ad extrema patienda, siquidem falsi deprehensi fuerint.

EVENTVS.

Missi legati, qui omnem sacram pecuniam restituerent, milites ex urbe educerent, & civibus libertatem redderent: ipse viro Pleminius cum triginta duobus hominibus in catenis Romam ductus est.

SENTENTIÆ.

1. Diligi, quam metui, præstat. Cic. 2. offic.
2. Sacrilegium non impune manet.

EX DECADIS TERTIÆ

LIBRO DECIMO.

ORATIO CXLIII.

Oratio Sophonisbæ ad Masanissam deditia.

Syphax rex erat Numidarum, cum quo primum Romani per legatos, mox Carthaginenses, tum iterum Scipio fœdus fecit. Sed haud gravius id ei, sanctiusque, quam vulgo barbaris, quibus ex fortuna pendet fides, fuit. Sophonisbæ filiæ Asdrubalis ut nuptias maturaret, amicitiæ, quam cum Scipione ipse juxerat, renunciavit. Victus inde in Africa pluribus præliis, non tamen quievit. Stimulabant ægrum amore uxor socerque, & ita viris equisque abundabat, ut subjectæ oculis regni per multos florentes annos vires, etiam minus barbaro atque impotenti animo spiritus possent facere. Igitur omnibus, qui bello apti erant, in unum coactis, instaurat prælium: sed dum obequitat hostium turmis, equo graviter icto effusus, à Latio & Masanissa capitur. Masanissa quoque Cirtham caput regni Syphacis petit, ubi ad regiam occupandam vadenti in ipso limine Sophonisba uxor occurrit, & ne Romanis dedatur, suppliciter orat.

Ethos est humiliter blandientis,
Pathos, commiseratio.
Partes sunt quatuor.

1. Omnia quidem) Exordium est prolepticum, quo misericordi movendæ causa virtuti & felicitati Masaniſſæ ſuam opponit neceſſi tem, qua ſupplicare cogatur.

11. Precor) Propoſitio figurata partim graviſſima obteſtatione c cauſis impulſivis, quæ ſunt majeſtas regia, pietas in communem p triam & gentem, & dii tutelares; partim permiſſione, ut ipſe Ma niſſa de ipſa ſtatuat pro libitu: quibus dicendi modis ad miſericordia impetrandam nihil efficacius.

111. Si nihil) Confirmatio ſumitur à ſpe, quam habet, nimirum quod mitius eam Maſaniſſa habiturus, quam Romani: id quod fi perſuadet ex cauſis impulſivis, ut ſunt ab una parte patria, ab alter quod uxor Syphacis, quod Carthaginenſis, quod filia Aſdrubalis fi

1v. Si nulla alia) Concluſio patheticam habet prolepſin facultati quam ab ipſa morte ſua petitam vult.

EVENTVS.

Maſaniſſa captivæ amore ductus, data dextera in id quod petebatur obligandæ fidei, in regiam concedit.

VSVS.

Vſus eſt, cum, ne in eorum manus veniamus, qui acerrimo odio in nos ſunt, deprecandum.

SENTENTIÆ.

1. Rerum omnium viciſſitudo. Terent.
2. Parcendum ſubjectis. Virg.
3. Mors turpitudini anteponenda. Cic. 1. off.

ORATIO CXLIV.

Oratio Scipionis ad Maſaniſſam de Sophoniſba in uxorem ducta.

Dederat fidem Sophonisbæ Maſaniſſa, non traditum eam iri Romanis. Id quomodo præſtaret cum expedire non poſſet, matrimonio junctam accepit, ne quid relinqueret integri Scipioni conſulendi velut in captivam, quæ Maſaniſſæ jam nupta foret. Eam ob rem ægrum amore ferocem juvenem, abductum in ſecretum, Scipio leniter caſtigat, hortaturque ut Sophonisbam arbitrio ſenatus relinquat.

Ethos eſt juvenis modeſti & continentis.

Pathos, pudor.

Partes ſunt quatuor.

I. Aliqua te) Exordium habens insinuationem, qua modeste suum exemplum Masanissæ proponit, cum in aliis virtutibus, tum præcipue in cotinentia, idque ex ipsius Masanissæ judicio & testimonio: quæ res plurimum facit ad benevolentiam demerendam.

II. Hanc te) Propositio, eaque tam objurgationis, quam admonitionis forma, & quidem cum aliqua Masanissæ laude.

III. Nam non est) Confirmatio duplex peccatum Masanissæ pertingit: unum incontinentiæ, cujus tum incommoda, tum victoriam amplificat collatione minorum: alterum injustitiæ, id quod arguit à causis belli, & Sophonisbæ familia, ac effectis hostilibus.

IV. Vince) Conclusio habet de vincendo animo, ducto argumento ab utili.

EVENTVS.

Masanissæ hac audienti non rubor solum suffusus, sed lacrymæ obortæ, cumque se in potestate futurum imperatoris dixisset, venenum ad Sophonisbam misit, ne viva in potestatem Romanorum veniret: quod illa nullo trepidationis signo dato impavide hausit.

VSVS.

Vsus est, cum ex officio reprehendendus, qui animi impotentia lapsus, rebus tamen nostris, si ad frugem redeat, valde commodare potest.

SENTENTIÆ.

1. Non est tantum ab hostibus armatis juventuti periculi, quam ab circumfusis undique voluptatibus: qui eas sua temperantia frenat ac domat, multo majus decus majoremque victoriam sibi parit, quam quis hoste victo habet.

2. Vince animum: cave deformes multa bona uno vitio.

3. De captivis nihil statui jure potest sine consensu ejus, cujus auspiciis bellum geritur.

4. Conjugium nullum est, quod contra leges contrahitur.

ORATIO CXLV.

Oratio Annibalis pacem à Scipione petentis.

Carthaginenses induciis factis cum Scipione de conditionibus pacis agere cæperunt, ob eam rem legatis quoque Romam missis. Interim vero accersunt Annibalem, nec tantum induciarum fidem, sed

etiam jus gentium in legatis Scipionis violant. Pace Romæ denegata Annibal jam in Africam reversus, & partim statu patriæ, partim hostis fiducia perculsus, in colloquium cum Scipione venit, eumque ad pacis consilium inflectere conatur.

Ethos est viri fortunæ inconstantiam probe expendentis.

Pathos, metus alicujus adversitatis.

Partes sunt tres.

I. Si hoc ita) Exordium sumptum à consilii sui commendatione ex causa fatali, fructu Scipioni glorioso, & eventorum mira vicissitudine.

II. Optimum) Contentio ipsa pro pace argumentis fit quatuor, quorum duo honestatem, totidemque utilitatem attingunt. Primum sumit à belli causa, quæ mera fuerit ambitio & cupiditas regnandi, quam quidem rem detestari vult videri propter orta inde mala, ad suos tamen sublevandos ejusdem criminis insimulat Romanos. Quod igitur nos) Alterum argumentum ducit ab occasione pacis tum honestæ, tum tutæ; quod Romani victores sint, & hostes pacem petant. Animo tantum) Tertium argumentum petit ab incerto exitu bellorum: quod quia Scipioni perpetua felicitate hactenus uso difficulter persuaderi posse videbatur, 1. allegat suam ipsius experientiam: 2. tempora comparat utriusque: nimirum & se fuisse quod nunc sit Scipio, & Scipioni accidere aliquando posse, quod nunc sibi accideret: 3. ex genere, hoc est, omnium rerum humanarum incertitudine ostendit, quid in præsenti casu metuendum: 4. contendere facit quæ partam & quæ amissam victoriam sequutura: 5. subjicit valde conveniens exemplum M. Attilii: quæ omnia huc spectant, ut præfidentem animum hostis terreat, quietisque una secum cupidum reddat. Est quidem) Ultimum argumentum habet conditiones pacis amplissimas, quas ipsi dent Carthaginenses.

III. Haud negaverim) Peroratio habet prolepsin de Punica fide, cui occurrit argumentis 1. à pari facto Romanorum in transactione cum Samnitibus, 2. causis efficientibus, 3. stipulationis suæ testimonio.

EVENTUS.

Eventus qui fuerit, ex responsione Scipionis patet.

USUS.

Usus orationis est, cum victoris elati duces ad quieta consilia traducendi, & pax etiam conditionibus, jam sæpius afflictis victisque petenda est.

SEN-

SENTENTIÆ.

1. Optima mens est, quæ statu suo contenta.
2. Præterita magis reprehendi possunt, quam corrigi.
3. Rationem malis, quam fortunam sequi.
4. Non temere incerta casuum reputat, quem fortuna nunquam decepit.
5. Maximæ fortunæ minime credendum est.
6. Melior tutiorque est certa pax, quam sperata victoria.
7. Nusquam minus, quam in bello, eventus respondet.

ORATIO CXLVI.

Publ. Corn. Scipio Annibali respondet.

Nimirum recusans pacis conditiones ab Annibale propositas.

Ethos est viri magnanimi.

Pathos, Annibalis fedifragi pudor & confusio.

Partes sunt tres.

I. Nonne) Exordium sumit à libera accusatione Carthaginensium, quod recentibus injuriis ipsi spem pacis turbarint, id quod ex ipsius Annibalis testimonio arguit.

II. Cæterum) Recusatio pacis tribus membris constat, quorum prima duo rempub., tertium ipsum Scipionem concernit. Primum disputat de utilitate pacis, conditiones Annibalis duobus argumentis rejiciens. Vnum sumit ab exemplo pari ipsius Annibalis, quod ut ille suos cives levare onere studet, sic Scipioni connitendum, ut suæ quoque reipub. caveat, & Carthaginenses promissis stare cogat: alterum à minori. Carthaginenses propter recentem perfidiam indignos esse, quibus prior conditio pateat, multo minus parte aliqua levandos esse. Neque patres) Alterum membrum jus & causam belli attingit, ubi quia Annibal Romanos ambitionis, quæ causa belli fuerit, accusaret, veram causam tum prioris, tum hujus belli (nempe perfidiam Carthaginensium) indicat, ipsius hostis & Dei testimonio comprobatam. Quod ad me) Tertio membro admonitioni de incerto belli eventu, & fugienda in rebus prosperis superbia, respondet: partim concedendo, quod de rebus humanis memoratum: partim distinguendo inter superbiam, quæ tempestivas preces Annibalis recusat, & inter magnanimitatem, ejus calliditatem & simulationem veteratoriam non sustinentem.

III. Proinde) Peroratio è duobus electionem Annibali dat: nimi-

mirum aut pacis cum dictis & aliis conditionibus accipiendæ, aut belli quomodocunque instaurandi.

EVENTVS.

Infecta pace uterque dux ex colloquio ad suos se recipit: in prælio vincit Scipio.

VSVS.

Vsus est, cum honestum bellum turpi & insidiosæ paci præferendum, & hostium callidis commentis fortiter & cordate contraveniendum.

SENTENTIÆ.

1. Boni principis est, cives suos onere quantum potest, levare.
2. Deus belli exitum secundum jus fasque dat.
3. Humanæ infirmitatis memini, & vim fortunæ reputo, & omnia quæcunque agimus, subjecta esse mille casibus scio.
4. Superbe & violenter facit, qui venientem ad pacem petendam aspernatur.
5. Perfide & astute agentes venia indigni sunt.
6. Bellum sentiat, qui pacem habere non potest.

ORATIO CXLVII.

Annibal de risu suo.

Cum de pace in Carthaginenses & Romanos certis conditionibus esset conventum, & Carthaginensibus prima collatio pecuniæ diuturno bello exhaustis difficilis videretur, mœstitiaque & fletus in curia essent, ridentem ferunt Annibalem conspectum. Quod cum Asdrubal ut publico luctui nequaquam conveniens reprehendisset, Annibal hac oratione se purgavit, multo majoris absurditatis ipsos Carthaginenses accusans.

Ethos est viri turbati, rem tamen publicam amantis.

Pathos, pudor in ipsis Carthaginensibus.

Partes sunt purgatio & recriminatio.

1. Si quemadmodum) Purgatio risus sui fit ex causa, quæ nequaquam sit lætitia, sed vehementissima animi perturbatio; quod hypothesi experientiæ coarguit.

11. Qui tamen) Recriminatio fletus Carthaginensium, multo quam suus risus, magis intempestivi, itidem ex causa sumitur, quæ est

est non publicum, sed privatum duntaxat damnum. Illud arguit recensione damnorum publicorum, quibus non doleant, ubi comparatio civitatis magnæ cum prævalido corpore: hoc illustrat antithesi luctus privati, addito omine tristioris mali, lacrymisque dignioris.

EVENTVS.

Eventus non additur: constat tamen ex sequentibus, auctoritatem Annibali permagnam mansisse.

VSVS.

Vsus est, cum populi levitas castiganda est, privata quam publica damna gravius ferentis.

SENTENTIÆ.

1. Non quemadmodum oris habitus cernitur oculis, sic & animus intus cerni potest.

2. Nulla magna civitas diu quiescere potest; si foris hostem non habet, domi invenit: ut prævalida corpora ab externis causis tuta videntur, sed suis ipsa viribus onerantur.

3. Tantum ex publicis malis sentimus, quantum ad privatas res pertinet: nec in eis quicquam acrius, quam pecuniæ damnum stimulat.

EX DECADIS QVARTÆ LIBRO PRIMO.

ORATIO CXLVIII.

Oratio P. Sulpitii ad populum de bello Macedonico.

Vacuos pace Punica Romanos, & Philippo cum ob infidam adversus Ætolos pacem, tum ob auxilia cum pecunia nuper in Africam Annibali Pœnisque missa infensos, preces Athenienſium, quos rex agro pervastato in urbem compulerat, excitaverunt ad renovandum bellum. Consulibus id negotii datum, ut pro belli felicitate rem divinam facerent: cumque ab Aruspicibus audivissent, precationi annuisse Deos, omniaque læta portendi, comitia rogationi de bello ferendæ edicunt. Quam rogationem cum plebs superioris belli diuturnitate & gravitate fessa, antiquasset, & incusaret patres, quod bella ex bellis sererent: P. Sulpitius Cos. ad populum hanc orationem ha-

habuit, qua bellum Macedonicum persuasit. Constat autem hoc Syllogismo: Cum Philippo aut in sua, aut in nostra regione belligerandum est. Sed non in nostra. E. in sua.

Ethos est viri prudentis & fortis.

Pathos, spes felicis successus.

Partes sunt tres.

I. Ignorare) Exordium prudenter accommodatum est ad tergiversantem plebem statim ab initio capiendam. Belli enim inevitabilis necessitate proposita, id quod vulgo quærebatur, ne videlicet bellum haberent, præcidit, aliamque inopinatam deliberationem proponit in suo ne, an in hostili agro belligerari malint? Habet igitur exordium Syllogismi dicti propositionem cum ratione disjunctionis necessitatem probante.

II. Hoc quantum) Contentio disputat assumptum, nimirum non esse bellum in Italiam attrahendum. Habet autem duos ambitus. Prior demonstrat, Philippum, nisi antevertatur, certissime venturum in Italiam, rationibus ductis partim ab exemplo & experientia belli Punici, quod adhuc in memoria erat, partim à Philippi effectis & consiliis, quæ Prætor Romanus impediverit. Et quod) Alter ambitus probat, Philippum non esse accipiendum in Italiam, tribus argumentis. Vnum sumit ab efficiente & facili, quod possint in Macedonia occurrere, ubi comparatio minoris: Alterum à fine, quod bellum geratur pro sociis, qui nisi defendantur, periclitaturi: Tertium à contrariis incommodis, quod Philippus Italiam vastaturus, & socios Romanorum ad se pertracturus. Atque hic majoris metus causa duplici comparatione utitur: prior est hostis Philippi, quem propter commoditatem loci & temporis ipsi præfert Annibali, viribus autem & potentia Pyrrho: altera est status Romanorum in utraque tempestate.

III. Si piguisset) Epilogi membra duo sunt: unum habet Syllogismi complexionem & orationis principalem scopum de bello transferendo in Macedoniam, additis rationibus ab experientia & eventu belli Punici, & à comparatione effectorum: alterum addit Deos, quo felicem eventum auguratur senatus & Deorum testimonio.

EVENTVS.

Ab hac oratione in suffragium missi, uti rogarat, bellum jusserunt.

USUS.

Usus est, cum causæ dicendæ, cur hostis in suo agro occupandus: ac exspectandum, dum ad nos exercitum ducat.

SENTENTIÆ.

1. Necessitas excludit deliberationem.
2. Hostis ager belli sit sedes: illuc terror fugaque, populatio agrorum, defectio sociorum, & cæteræ belli clades, quæ alioquin in nos congruerent, vertantur. Vide orat. 140.
3. Quos vi deviceris, cum primum possunt, rursus deficiunt.

ORATIO CXLIX.

Oratio legati Philippi in Panætolio pro societate regia.

Ardente jam bello Macedonico concilium solenne Ætolorum erat, qui superiori tempore bellum contra Philippum gesserant à Romanis adjuti, posteaque Romanis inconsultis cum eodem pacem fecerant, pacificatore adhibito Anamandro rege Athamanum. Vide supra lib. 7. Eo à Rege legatus missus; ne gens inquieta adventu Romanorum fidem mutaret. Sed Romanus quoque consul & Athenienses miserunt, qui suæ parti consulerent. Regis legatus primus auditus est, qui, ne cum Romanis, sed cum suo rege faciant, contendit.

Ethos est benevolentiæ.

Pathos, metus à Romanis, ut hominibus dolosis & avaris.

Partes sunt tres.

I. An imitari) Exordium invidiosam habet exagitationem licentiæ & levitatis Romanæ, quam Ætoli nequaquam imitari decerant. Probat autem utramque criminationem ab effectis seu rebus gestis Romanorum, de quibus dec. 3. lib. 6.

II. Messanæ) Suasio ipsa perficitur criminando Romanos, & defendendo Philippum. Romanos criminatur 1. ab effectis dolosis, quod sub specie societatis & amicitiæ prolongationem imperii quærant, & regum suum quam plurimis imponere laborent: id quod demonstrat exemplis Messanæ, Syracusarum, & Italicarum urbium, inserta invidiosa descriptione Prætoris Romani superbe jus dicentis: 2. Ex genere, quod nullis barbaris & alienigenis fidendum.

Philippi regnum) Philippus defenditur contra suspicionem simultatis tum animi, tum societatis, cum ipso eventu, argumento 1. ex effecti

fectis animum pacis cupidum arguentibus: 2. à genere, quod Graecus sit, id est, Ætolorum popularis, cui plus fidendum. Inserunt hic quoque ornamenta pathetica, ut hypotyposes, communicationes, ironiæ, permissiones, antitheta.

111. Sed unde) Epilogus præcisa longiore egressione revocat orationem ad scopum, constantiam urgens in fedére semel inito, idque exaggeratis circumstantiis locorum, temporum, personarum, causarum.

EVENTVS.

Secundum Macedones Athenienses introducti sunt.

VSVS.

Vsus orationis est, cum in federibus & societatibus ineundis ejusdem nationis & conditionis homines alienigenis & barbaris præferri volumus.

SENTENTIÆ.

1. Sæpe sub specie defensionis latet jugum & servitus.
2. Ex aliis exemplum cape, quid te fiat.
3. Vrbs sine senatu, sine plebe, sine magistratibus prodigium est.
4. Furor est alienigenis hominibus imperium tenentibus sperare quicquam eodem statu mansurum.
5. Cum barbaris æternum bellum est.

ORATIO CL.

Oratio Athenienſium in eodem concilio pro ferendo ipſis auxilio.

Legatorum Athenienſium oratio oblique tantum refertur. Invehuntur autem in crudelitatem regis, invocantque opem Ætolorum.

Ethos est supplicum & fortunam suam quiritantium.

Pathos, commiseratio & metus.

Partes sunt duæ, querela & petitio, quæ hoc Enthymemate cohærent: Fæda passi summus, & fædiora porro timemus. E. opem nobis feretis.

1. Deploraverunt) Querela est de injuriis Philippicis, per distributionem rerum violatarum, ut sunt: agri sepulchra, delubra, ubi majoris formidinis causa adjiciunt, quid ipsis Ætolis Græcisque adeo omnibus

mnibus machinetur, & nominatim quid ſuæ urbi facturus fuiſſet, ſi Romani obſtitiſſent.

11. Itaque ſe orare) Petitio auxilii ſtabilitur argumento à facili propter adjutores Deos & Romanos.

EVENTVS.

Poſt Athenienſes Romanus auditus eſt.

VSVS.

Vſus eſt, cum miſeris & afflictis vicinis contra tyrannos crudeles auxilium petendum eſt.

SENTENTIÆ.

1. Qui agros populantur, ſepulchra diruunt, delubra incendunt, divina humanaque jura polluere putandi ſunt.
2. Quæ facere, ea & pati fas eſt.
3. Afflictos relevare malis, non ultima laus eſt.

ORATIO CLI.

Oratio legati Romani apologetica in eodem conſeſſu contra Philippum.

Apologia huc ſpectat, ut Ætoli, miſſo rege, à Romanis faciant.
Ethos eſt viri gravis & magnanimi.
Pathos, amor erga Romanos, & ira in Philippum.
Partes ſunt tres.

1. Totam orationis) Exordium ſumit ab inopinato, ut vocant, quod rem non poſſit accuſare, uti quidem inſtituerat. Ratio à cauſa impediente eſt, 1. quod Romani priores accuſati ſint, quos proinde defendere cogatur: 2. & quod Athenienſes injurias ejus ſatis jam deflerint: 3. imo communis de Philippo per omnes urbes ſocias querela ſint. Atque ita exordium perpetuam eamque acerbam habet ironiam; qua videri vult, qui ipſi quidem Philippo nihil objiciat, cum interim ut communem totius Græciæ hoſtem eum exagitet.

11. Nam quod) Apologia ipſa trimembris eſt. Conſtat enim purgatione, recriminatione, & ſuaſione. Purgationis ſumma eſt: Quæ legatus regius Romanis tanquam crimina objecit, ea non reprehenſione, ſed gloria digna eſſe, atque ita criminationis negatur conſequentia. Examinantur autem quatuor capita, unde reliquæ accuſationis vanitas judicanda. Primum eſt de Rhegio occupato. Vbi tria

vide: Romanorum erga Rheginenſes ſtudium, militum præſidiari rum ſcelus, & eorundem Romanorum in militibus ulciſcendis ſeve tatem. Syracuſanis) Secundum caput eſt de Syracuſanis, ubi ver hoſtes Syracuſanorum, & Romanorum in iis liberandis labores moleſtias, denique eventum ſalutarem exponit. Neque inficias Tertium caput de Sicilia occupata, quod factum defendit jure belli talionis. An Campanorum) Quartum caput de Campanis. Vbi Ro mani excuſantur quinque argumentis: 1. ipſorum Campanorum teſti monio: 2. Antitheſi beneficiorum in Campanos, & horum in Ro manos injuriarum: 3. jure ſeverioris pœnæ: 4. comparatione gra vioris vindictæ, quam ipſi de ſe Campani exegerint: 5. clementia a huc in eos licet indignos uſurpat. His addit aliud experimentem cle mentiæ Romanæ erga Carthaginenſes, cum epiphonemate de event

Hæc pro nobis) Tranſitio ad recriminationem Philippi, quæ par tim eſt crudelitatis, partim libidinis, exaggeratione addita à ſubje ctis, comparatis, teſtimonio.

Quod ad vos) Suaſio eſt, ut Ætoli relicto Philippo, pergant con Romanis amicitiam colere. Argumenta ſumuntur à beneficiis Roma norum, & pacis regiæ nullitate: atque hic præcipuus orationis e ſcopus. Additur autem obliqua reprehenſio diſſimilis facti Ætolorum cum prolepſi excuſationis, qua uti potuiſſent.

III. Nunc & vos) Epilogus triplex pathos perſuaſorium addit: à conſilio Romanorum: à rei gerendæ occaſione Ætolis delata: deni que ab eventu utrinque exſpectando.

EVENTVS.

Inclinatis omnium animis ad Romanos, Damocritus pecunia ab rege accepta, neutri parti aſſenſus, dimitti ſuſpenſa re legatos volnit. Nam utrius partis melior fortuna belli eſſet, ad ejus ſocietatem incli naturos.

VSVS.

Vſus eſt, cum ad injuſtas criminationes eorum reſpondendum eſt, qui ipſi multis modis culpari poſſunt, urgendaque ſociorum in amici tia & fœderibus conſtantia.

SENTENTIÆ.

1. Defenſio accuſatione potior habenda. Cic. 2. offic.
2. Nemo eſt, qui neſciat in bellis propter magnitudinem rerum multa

ulta à multis, partim connivente, partim imprudente imperatore, ommitti. Cic. pro Amerino.

3. Sunt quædam jura belli, quæ ut facere, ita & pati sit fas.

4. Sæpe fit, ut nimis facile ignoscendo victis plures ob id ipsum d experiendam fortunam belli incitentur.

5. Qui in domesticos crudelis est, quomodo sociis parcet?

6. Odium hostis prudenter in vindictæ occasionem differtur. Iu- in. lib. 1.

EX DECADIS QVARTÆ LIBRO SECVNDO.

ORATIO CLII.

Oratio Aristheni in Concilio Achæorum de responso legatis Quintii dando.

Consuli Quintio spes affulsit, Achæorum gentem à societate regia d Romanam amicitiam avertendi. Missi igitur legati, quibus Sicyo- e datum est concilium. Erat autem non admodum simplex habitus nimorum inter Achæos. Terrebat eos Lacedæmonius gravis & assi- uus hostis: horrebant arma Romana: Macedonum beneficiis obli- ati erant: regem ipsum suspectum habebant. Auditis legatis, cum er præconem suadendi, si quis vellet, potestas à magistratibus facta sset, diu aliorum alios intuentium silentium fuit. Tandem Aristhe- us prætor Achæorum, qui Romanis gentem jungi volebat, hac ratione suffragia ursit.

Ethos est viri cordati & magnanimi.

Pathos, partim pudor, partim fiducia.

Partes sunt duæ.

1. Vbi illa) Propositio fit per formam increpationis, ideoque au- etur dissimilitudine dicacitatis privatæ, & publici silentii, quod runque intempestivum sit.

11. Si non cura) Confirmatio sumitur à tribus causis impulsivis, uæ sunt 1. utilitas publica, 2. honestas in fide factioni suæ præstan- æ, 3. opportunitas dicendi & suadendi, dum res adhuc sit integra, ec certi aliquid decretum.

vide: Romanorum erga Rheginenſes ſtudium, militum præſidiari rum ſcelus, & eorundem Romanorum in militibus ulciſcendis ſeveri tatem. Syracuſanis) Secundum caput eſt de Syracuſanis, ubi ver hoſtes Syracuſanorum, & Romanorum in iis liberandis labores moleſtias, denique eventum ſalutarem exponit. Neque inficias Tertium caput de Sicilia occupata, quod factum defendit jure belli talionis. An Campanorum) Quartum caput de Campanis. Vbi Ro mani excuſantur quinque argumentis: 1. ipſorum Campanorum teſti monio: 2. Antitheſi beneficiorum in Campanos, & horum in Ro manos injuriarum: 3. jure ſeverioris pœnæ: 4. comparatione gra vioris vindictæ, quam ipſi de ſe Campani exegerint: 5. clementia a huc in eos licet indignos uſurpat. His addit aliud experimentem cle mentiæ Romanæ erga Carthaginenſes, cum epiphonemate de event

Hæc pro nobis) Tranſitio ad recriminationem Philippi, quæ par tim eſt crudelitatis, partim libidinis, exaggeratione addita à ſubje ctis, comparatis, teſtimonio.

Quod ad vos) Suaſio eſt, ut Ætoli relicto Philippo, pergant cum Romanis amicitiam colere. Argumenta ſumuntur à beneficiis Roma norum, & pacis regiæ nullitate: atque hic præcipuus orationis e ſcopus. Additur autem obliqua reprehenſio diſſimilis facti Ætolorum cum prolepſi excuſationis, qua uti potuiſſent.

III. Nunc & vos) Epilogus triplex pathos perſuaſorium addit: à conſilio Romanorum: à rei gerendæ occaſione Ætolis delata: deni que ab eventu utrinque exſpectando.

EVENTVS.

Inclinatis omnium animis ad Romanos, Damocritus pecunia ab rege accepta, neutri parti aſſenſus, dimitti ſuſpenſa re legatos volvit. Nam utrius partis melior fortuna belli eſſet, ad ejus ſocietatem incli naturos.

VSVS.

Vſus eſt, cum ad injuſtas criminationes eorum reſpondendum eſt, qui ipſi multis modis culpari poſſunt, urgendaque ſociorum in amici tia & fœderibus conſtantia.

SENTENTIÆ.

1. Defenſio accuſatione potior habenda. Cic. 2. offic.
2. Nemo eſt, qui neſciat in bellis propter magnitudinem rerum multa

ulta à multis, partim connivente, partim imprudente imperatore, ommitti. Cic. pro Amerino.

3. Sunt quædam jura belli, quæ ut facere, ita & pati sit fas.

4. Sæpe fit, ut nimis facile ignoscendo victis plures ob id ipsum d experiendam fortunam belli incitentur.

5. Qui in domesticos crudelis est, quomodo sociis parcet?

6. Odium hostis prudenter in vindictæ occasionem differtur. Iu- in. lib. 1.

EX DECADIS QVARTÆ LIBRO SECVNDO.

ORATIO CLII.

Oratio Aristheni in Concilio Achæorum de responso legatis Quintii dando.

Consuli Quintio spes affulsit, Achæorum gentem à societate regia d Romanam amicitiam avertendi. Missi igitur legati, quibus Sicyo- e datum est concilium. Erat autem non admodum simplex habitus nimorum inter Achæos. Terrebat eos Lacedæmonius gravis & assi- uus hostis: horrebant arma Romana: Macedonum beneficiis obli- ati erant: regem ipsum suspectum habebant. Auditis legatis, cum er præconem suadendi, si quis vellet, potestas à magistratibus facta sset, diu aliorum alios intuentium silentium fuit. Tandem Aristhe- us prætor Achæorum, qui Romanis gentem jungi volebat, hac ratione suffragia ursit.

Ethos est viri cordati & magnanimi.

Pathos, partim pudor, partim fiducia.

Partes sunt duæ.

1. Vbi illa) Propositio fit per formam increpationis, ideoque au- etur dissimilitudine dicacitatis privatæ, & publici silentii, quod runque intempestivum sit.

11. Si non cura) Confirmatio sumitur à tribus causis impulsivis, uæ sunt 1. utilitas publica, 2. honestas in fide factioni suæ præstan- æ, 3. opportunitas dicendi & suadendi, dum res adhuc sit integra, ec certi aliquid decretum.

EVENTVS.

Hæc adhortatio neminem elicuit ad ſuadendum, metu ancipitis eventus omnibus conſternatis.

VSVS.

Vſus eſt, cum homines incerti & animis fluctuantes ad partem certam trahendi.

SENTENTIÆ.

1. Vanum eſt, martem in lingua gerere.

2. Dicendi ac ſuadendi quod quiſque vult, aut optimum ducit, tum occaſio eſt, cum nondum quicquam decretum eſt.

3. Quod ſemel publice decretum eſt, etiam quibus ante diſplicuerit, pro bono atque utili defendendum.

ORATIO CLIII.

Ariſthenus ad proceres Achæorum pro ſocietate Romana.

Cum adhortatio prætoris Ariſtheni neminem permoviſſet ad ſententiam dicendam, ipſe repetitis poſtulatis legatorum, ſocietatem cum Romanis ſuadet.

Ethos iterum eſt viri prudentis & cordati.

Pathos, diffidentia & pudor.

Partes ſunt ſex.

1. Non magis) Exordium prolepticum, quo partim reprehendit principes Achæorum, quod metu privato rempub. deſerant, partim ſe, qui ſententiam ſit dicturus, excuſat argumento ab officio prætoris & à legatis reſpondendi neceſſitate.

11. Et quando) Propoſitio ſit oblique, quod oratorum, quos jam audiverint, ſententias examinare, & deliberandi cauſa ad rempub. referre velit. Intendit autem ſuaſionem ſocietatis Romanæ.

111. Romani) Narratio recenſet poſtulata legatorum ab utraque parte.

1v. Nullius venit) Confutatio examinat tria argumenta regia, quorum duo honeſtatem, tertium commoditatem habet. Honeſtatis argumentum primum ſumptum erat à perſona regis, qui modeſtus videri volens, id ſaltem petebat, ut Achæi quieſcerent, & neutrius partis armis intereſſent. Refutatio ſumitur à talis poſtulati cauſa, quæ non ſit benevolentia erga Achæos, ſed regis à Romanis propter vires

res impares metus. Qui si ex eodem) Alterum argumentum fuit à ersona Achæorum qui fœdere & jurejurando obligati regi erant. Ad oc respondet à pari, quod ipse Philippus in præsentia fœderi stare neeat, nec superioribus temporibus Achæos ex fœdere defenderit. ide supra lib. 1. Ac mihi quidem) Vtilitatis argumentum fuit à perna Romanorum, quibus non sint eæ vires, ut vincere queant, cuus rei documentum sit experientia belli Philippici prioris. Prætor espondet à contrario, quod rex nec se ipsum, nec socios tueri possit, uppe qui passim à Romanis vincatur. Hinc consectarium infert à apori, cum ipse Rex Romanos metuat, Achæis certe hoc vitio dano non posse. Additur & dissimilitudo causarum, temporum, & evenum.

v. Ne sint vera) Refutatis argumentis regiis (aut enim cum Phippo, aut cum Romanis tum faciendum erat) Confirmatio subjicit rgumenta contra regem, partim à societatis turpitudine, quam à crudelitate, avaritia, & libidine regis, testimonio experientiæ comrobatis, arguit: partim à periculo, propter Romanorum potenum.

vi. Nolite) Peroratio urget consilium pro Romanis: 1. ab occaone, 2. voto Achæorum, 3. comparatione eventuum.

EVENTVS.

Secundum orationem Prætoris murmur ortum; aliorum cum assu, aliorum inclementer assentientes increpantium: in præsentia gatos ad Quintium mitti placuit.

VSVS.

Vsus orationis est, cum societati eorum renuntiandum, qui prios fidem deseruerunt, nec defendere nos contra potentiores possunt.

SENTENTIÆ.

1. Suo quisque periculo in commmune consultum non vult.
2. Non statim modestiæ ducendum, quod cogit metus; nec imudentiæ, quod virium fiducia postulatur.
3. Male religionis alios monet, ipse qui religionem violavit.
4. Vt res se dant, ita magni atque humiles sumus. Terent.
5. Crudelitas, avaritia & libido justissimæ causæ sunt societatis olvendæ.
6. Periculum ex aliis facito, tibi quod ex usu siet. Terent.

7. Non fastidiendi sunt, si amicitiam petunt, qui quod rogant cogere possunt.

8. Nec sæpe, nec diu eadem occasio est.

ORATIO CLIV.

Proloquium inter T. Quintium & Philippum, cum acturi essent de pace.

Contendunt de loco & ordine colloquii. Locum consul vult esse in littore, rex in navi. Quod ad ordinem, priorem decore Romano vult Philippum, Romanum Philippus.

Ethos est ab una parte viri magnanimi: ab altera, circumspecti ac timidi.

Pathos respondet utriusque intentioni & consilio.

Partes sunt duæ pro contentione duplice.

1. Commodius) Contentio de loco tres ambitus habet. Primo Quintius suam sententiam proponit, cum argumento à rei commoditate: sed Rex facturum se illud negat. Quem tandem) Secundo instat consul, causam regiæ tergiversationis timori asscribens: sed rex distinguit inter metum & cautionem, & simul aculeate perstringit Ætolorum perfidiam. Istud quidem) Tertio instat iterum Quintius ex paribus: rex opponit dissimilem rationem personarum periclitantium.

11. Cum Romanus) Contentio de ordine, ab una parte prærogativam ejus qui colloquium petierat; ab altera ejus, qui pacis haberet arbitrium, allegat: cui consultandum assentitur.

EVENTUS.

Consul proponit conditiones pacis; addito argumento, quod ni illa omnia fiant, nulla sit pacis conditio.

USUS.

Usus est, cum insidiæ festive declinandæ, & adversarii consilium ante cognoscendum videtur, quam ad illud commode respondeatur.

SENTENTIÆ.

1. Commodius ex propinquo dicimus, audimusque.

2. Non omnium credendum fidei.

3. Omnibus periculum est, qui cum hoste ad colloquium congrediuntur.

4. Hosti haud habenda fides.

ORA-

ORATIO CLV.

Responsio Philippi ad postulata consulis.

Inter pacis Macedonicæ conditiones etiam hæc erat, ut Philippus Ætolis, Rhodiis, & Attalo Romanorum sociis restitueret, aut compensaret, quæ occupasset aut evastasset. Ad ea rex nunc respondet.

Ethos est indignantis.

Pathos, animus æquior & mitior.

Partes sunt duæ.

I. An quod) Prima est de Ætolis, qui socios suos violatos, & expugnatas urbes questi fuerant. Responsio regis habet partim recrimi-nationem ex paribus, partim purgationem ex causis, partim denique translationem.

II. Attalo) Pars altera Attalo & Rhodiis opponitur. Partim autem regem defendit, ut qui jure suo usus: partim postulatis annuit: partim denique ridet sordes Attali.

EVENTVS.

Infecta pace discessum est.

VSVS.

Usus est, cum urgente necessitate, durisque oblatis conditionibus, quædam excusanda, quædam admittenda, quædam denique declinanda censemus.

SENTENTIÆ.

1. Quod ipse facis, ne culpa in aliis.
2. Nihil jure debetur ei, à quo principium belli exortum est.
3. Frugi hominem dici, non multum habet laudis in rege: fortem, justum, severum, gravem, magnanimum, largum, beneficum, liberalem, hæ sunt regiæ laudes: illa privata est. Cicer. pro Dejotaro: Aristot. 4. Eth. de magnificentia & magnanimitate.

In Libro III. Orationes non sunt.

EX DECADIS QVARTÆ LIBRO QVARTO.

ORATIO CLVI.

Oratio M. Portii Catonis pro lege Oppia contra mulierum luxuriam.

Tulerat legem C. Oppius Trib. pl. in medio ardore belli, ne qu mulier plus semuncia auri haberet: non vestimento versicolori utere tur: ne juncto vehiculo in urbe oppidove, nisi sacrorum publicorum causa veheretur. Eam abrogari matronæ volebant: effusæ per om nes vicos adituſque in forum, & viros orantes, ut florente jam repub matronis quoque pristinum ornatum reddi paterentur. M. Portius Cato his postulatis se opponit, graviter invectus in impotentiam mu lierum, & abrogationem legis dissuadet.

Ethos est viri constantis, & studiosi boni ordinis ac disciplinæ.

Pathos, odium adversus luxum & bonorum morum corruptelas.

Partes sunt quatuor.

I. Si in sua quisque) Exordium habet gravem reprehensionem neglectæ disciplinæ domesticæ, unde ipsa quoque Respub. nunc laboret. Iudicium tale est: Si privatim quisque uxorem suam regere instituisset, non ab universis publicis nunc negotium nobis fieret. At non illud. E. hoc. Additur exaggerationis loco approbatio narrationis fabulosæ de Massagetis, cum epiphonemate de causa plurimorum periculorum in repub. metuendorum, nimirum si cœtus & conventicula privatis concedantur. De Amazonum audacia vide Iustin. lib. 9.

II. Atque ego vix) Propositio dissuasionis est, quod illa seditio mulierum legis abrogandæ causa facta, nullo modo ferenda, propterea quod nec res, nec exemplum bonum sit.

III. Nam utrum) Contentio de exemplo invehitur in licentiam mulierum, quod seditionem concitare, & consiliis publicis se immiscere ausint, id quod improbat tribus rationibus à totidem incommodis. 1. Quod sic auctoritas magistratus, juris, ac legum extenuetur: ubi exagitandæ impudentiæ muliebris causa indignationem suam figurat prosopopœia. Quanquam) 2. Quod mulieres voti sui potitæ, etiam rempub. sint invasuræ: quod quam sit indignum, probat comparatione disciplinæ vetustæ cum præsenti licentia. Date frenos) 3. Quod propediem ipsos viros sibi obnoxios facturæ, & nihil non ausu-

rz sint. Hoc probat à natura mulierum, & legibus contra latis.

At hercle) Contentio de re seu lege refutat objectionem mulierum: Scilicet legem esse novam & iniquam. Argumenta sunt quatuor. 1. quod aliquot jam annis lex illa in vigore fuerit, utiliterque usurpata. 2. quod nulla lex dari possit, quæ omnibus æque sit commodo, sed sufficiat, si majori parti, atque adeo publice prosit. 3. quod temere de injuria conquerantur, cum potius superbiæ & luxus licentiam quærant. Hoc illustratur antitheſi causæ honestæ (qualis est pietas & religio) cum hac turpi ac invidiosa. Additur & querela de moribus civitatis jam senescentis, & in duo maxime adversa, eaque reipub. pernicioſa vitia, avaritiam & luxuriam, ruentis. Vbi hunc Syllogismum notabis: Cum res abit ad luxuriam & avaritiam, ea lege sunt coërcenda. Hæc ita jam sunt. Coercenda igitur. Assumptio præcedit illustrata dissimilitudine temporum priscorum. Propositio disputatur exemplis similibus. 4. Quartum argumentum, quod lex æqua sit, nec pauperibus minus, quam divitibus consulat: ubi est prolepsis insolentiæ locupletum ab effectis seu incommodis, quæ ad cujusque œconomiam ex hoc malo redundatura sint. De secessione plebis in montem sacrum vide dec. 1. lib. 2. De Cybele ex Pessinunte Phrygiæ oppido accersita dec. 3. lib. 9. De Cynea dec. 2. lib. 3. & Iustin. lib. 18.

IV. Nolite) Epilogus 1. dictis addit pathos ex legis semel solutæ malis orituris per comparationem similium; 2. colligit sententiam disputatam, & bene precatur reipub.

EVENTVS.

Valerius suasioni Catonis se opposuit.

VSVS.

Vsus est, cum legum auctoritas defendenda, invehendum in luxum, suadendaque frugalitas est.

SENTENTIÆ.

1. A domestica disciplina magistratus pendet auctoritas & dignitas.

2. Deforme est magistratui, auctoritatem suam tueri non posse.

3. Turpe est mulieri concionibus & publicis negotiis sese immiscere.

4. Mulier natura impotens & indomitum animal est.

5. Mulieri nullam, ne privatam quidem rem agere licet sine auctoritate: in manu sunt parentum, fratrum, virorum.

6. Licentia omnes deteriores simus.

7. Nulla lex satis commoda omnibus: id modo quærendum, si majori parte, & in summam prosit.

8. Avaritia & luxuria omnia regna magna evertunt.

9. Sicut ante morbos necesse est cognitos esse, quam remedia eorum: sic cupiditates prius natæ sunt, quam leges, quæ iis modum facerent. Ita ex malis moribus bonæ leges nascuntur.

10. Leges frena sunt licentiæ.

11. Leges nullas ferre præstat, quam latas non tueri.

ORATIO CLVII.

Oratio adversaria P. Valerii contra legem Oppiam pro mulieribus.

Ethos est viri æqui & moderati.

Pathos, clementia & commiseratio.

Partes sunt quatuor.

I. Si privati.) Exordium à dicendi causa impulsiva, quæ est persona Catonis. Argumentatio talis est: Si privati tantummodo rogationi nostræ se opponerent, utique tacerem. At nunc id facit M. Cato vir maximæ auctoritatis. E. tacere non possum.

II. Rem defendam) Propositio seu constitutio causæ.

III. Cœtum & seditiones) Contentio bimembris est. Primo respondet invectioni in matronas, taxans verborum atrocitatem, quibus Cato in causa non usque adeo gravi usus fuerat, & processionem earum in publicum defendens, à causa, exemplis, minoribus. Venio nunc) Deinde de abroganda lege agit. ubi 1. in genere demonstrat, aliquando legem abrogari posse, utens distinctione inter leges statas & temporaneas, itemque exemplis: 2. nominatim probat, etiam hanc sumptuariam antiquari posse: 1. ideo quod causa jam defecerit, inopia nempe & miseria civitatis: 2. quod multa alia jam mutata: 3. quod viri omnium ordinum pace reipub. fruantur: 4. quod Latinis mulieribus ornamenta sua concedantur: 5. quod præter munditiem & ornatum nulla aliâ insignia habeant: 6. quod sua sponte modum servaturæ sint magis, quam legibus coactæ.

IV. Invidiosis nominibus) Epilogus 1. corrigit atrocitatem orationis consularis: 2. addit pathos ab infirmitate hujus sexus & virorum debita moderatione.

EVEN-

EVENTVS.

Omnes tribus legem abrogarunt annis viginti postquam lata.

VSVS.

Vsus est, cum pro æquitate & moderatione contra jus strictum & legum calumniam contendendum.

SENTENTIÆ.

1. Mulierum consilia nonnunquam utilia.
2. Vt leges perpetuæ utilitatis causa latæ abrogari non debent: sic quas tempora aliqua desiderarunt, mortales & temporibus ipsis mutabiles sunt. Vide Cicer. pro leg. Manil. 3.
3. Leges tamdiu manent, quamdiu scribendæ legis causa manet.
4. Munditiæ, ornatus & cultus, hæc sola fœminarum insignia sunt.
5. Non plus luxus viris, quam fœminis indulgendum.
6. In manu & tutela, non in servitio mulier habenda est.
7. Quo plus potes, eo moderatius imperio uti debes.

ORATIO CLVIII.

Cato ad milites.

M. Portius Cato consul tumultuariis præliis jam satis admodum & suos, & hostium animos expertus, hortatur milites, ut acie instructa cum Hispanis rebellantibus pugnent.

Ethos est ducis prudentis & fortis.

Pathos, spes eventus optati.

Partes sunt quatuor.

I. Tempus) Exordium breviter narrat, quid milites sæpe optarint, & quam nunc rei gerendæ occasionem habeant: id quod non contemnendum hortationis argumentum est, modo non audacior, quam fortior quis esse velit.

II. Adhuc prædonum) Propositio fit per dissimiliudinem rei hactenus gestæ & nunc gerendæ.

III. Non agros) Confirmatio ducitur ab utili tum privato, ut sunt opes; tum publico, ut est imperium recuperandum. Inseruntur autem affectus causa comparationes minorum, ubi etiam rei facilitas arguitur.

IV. Hoc armis) Conclusio repetit propositionem, additis stimulis à persona hostium.

EVEN-

EVENTVS.

In hunc modum adhortatus, pronunciat se nocte ad castra hostium ducturum: ita ad corpora curanda dimissi.

VSVS.

Vsus est, cum exercitus ad pugnandum contra hostes seditiosos ac rebelles cohortandus est.

SENTENTIÆ.

1. Audacis est optare periculum; fortis, sustinere.
2. Est proprium magistratus, intelligere se gerere personam civitatis, debereque ejus dignitatem & decus tueri Cic. 1. offic.
3. Non temere, sed constanter agendum.

ORATIO CLIX.

Oratio T. Quintii in concilio Græcorum de bello contra Nabin.

T. Quintius, cujus virtute universa Græca simul pacis libertatisque perfruebatur bonis, lecto Senatus consulto, quo bellum adversus Nabin Lacedæmoniorum tyrannum decretum erat, conventum Corinthum omnium sociarum civitatum edixit, in quo animos Græcorum referendo de bello tentat, non obscure tamen præ se ferens, quo inclinet.

Ethos est viri prudentis & modesti.

Pathos, sollicitudo in statuendo, quod honestius & tutius.

Partes sunt quatuor.

I. Bellum) Exordium à causis dissimilibus belli Macedonici & Spartani.

II. Refero enim) Propositio rei deliberandæ, aucta argumentis, quæ prælium suadeant.

III. Hæc consultatio) Confirmatio à causa consultandi, atque adeo belli decernendi.

IV. Cæterum) Conclusio rem integram Græcis permittit, insertis tamen quibusdam velut aculeis, qui ad bellum excitent.

EVENTVS.

Post orationem imperatoris Romani percensen aliorum sententiæ exceptæ sunt: legatus etiam Athenienſium merita Romanorum in Græciam

iam extulit: imploratos auxilium adversus Philippum tulisse: non rogatos ultro adversus tyrannum opem afferre.

VSVS.

Vsus est, cum belli, quod nobis justum & æquum videtur, consultatio proponenda.

SENTENTIÆ.

1. Nam tua res agitur, paries cum proximus ardet.
2. Serpit latius contagio mali.

ORATIO CLX.

Aristhenus bellum Romanis defert.

Cum princeps Ætolorum Alexander bellum contra Nabin, de quo retulerat Quintius, improbasset, pollicitusque esset, Ætolos sine Romanorum opera Nabin Argis deducturum, Aristhenus Achæus hominem, totamque gentem Ætolorum detestatus, ad bellum inclinat, ejusque arbitrium Romanis offert.

Ethos est viri constantis & integri.

Pathos, odium levitatis & ingratitudinis.

Partes sunt duæ.

I. Ne istud) Prima est detestatio consilii Alexandri, argumentis ab incommodo inde metuendo, & gentis Ætolorum efferatis moribus.

II. Itaque vos rogamus) Altera rei gerendæ arbitrium Romanis permittit.

EVENTVS.

Romanus quid de bello Nabidis placeat ostendit, utque auxilia pro viribus singulæ civitates mittant, hortatur.

VSVS.

Vsus est, cum adversus aliorum jactantiam & malevolentiam bona consilia defendenda.

SENTENTIÆ.

1. Sunt qui speciem hominum habeant, & moribus ritibusque efferatioribus, quam rapacissimæ beluæ, utuntur.
2. Tyrannis & barbaris gentibus non fidendum.

ORA-

ORATIO CLXI.

Nabis cum Quintio expostulat.

Nabis ubi terra marique se peti videt, cedendum fortunæ ratus, de bello sibi, præter meritum illato, cum Quintio expostulat.

Ethos est hominis innocentia sua freti.

Pathos, pœnitentia consilii temerarii.

Partes sunt tres.

I. Si ipse per me) Exordium à causa dicendi, quod cum ipse nullam bellandi causam norit, eam à Romano audire cupiat.

II. Et hercule) Contentio sibi injuste bellum illatum queritur duobus argumentis. Primum est, quod socius & amicus sit Romanorum: id quod arguit dissimilitudine perfidiæ Carthaginensium, & constantiæ Romanorum hactenus prætensæ, ubi pathos est pudoris ob factum tam nobili gente indignum. Vide supra lib. 4. At enim ego) Alterum argumentum quod nulla injuria Romanos affecerit. ubi triplex prolepsis disputatur: prima de Argis occupatis, quod defendit à rei gestæ causa, tempore, & ipsorum Romanorum testimonio: altera de titulo tyranni, quem Romanis asscribit, non obscure eorum levitatem castigans: tertia de imperio violento, cui opponit præjudicium Romanorum, morem majorum, & formam regiminis, per dissimilitudinem reipub. Romanæ. Vide supra lib. 2. & Iustin. l. 3.

III. Pluribus me) Peroratio præcidit orationem longiorem argumento à consuetudine patriæ, remque ad hanc summam revocat, se nullam justam Romanis ad bellum causam dedisse. De Laconismo vide proverb.

EVENTVS.

Is ex responsione Quintii patet.

VSVS.

Vsus est, cum innocentia nostra adversus aliorum calumnias & injustam vim asserenda.

SENTENTIÆ.

1. Belli causas justas & graves esse oportet.
2. Societas non verbis, sed re tuenda est.
3. Aliæ respub. alias leges & consuetudines habent.

ORATIO CLXII.

Quintii responsum.

Apologia Nabidi querelæ opposita, docet belli causam satis justam esse.

Ethos est viri magnanimi & iram ac amicitiam in fronte gerentis; ut Philosophus ait 4 Eth. 3.

Pathos, pudor ob accusationem temerariam.

Partes sunt duæ.

1. Amicitia) Responsio ad argumenta tyranni. Ad primum de amicitia cum Romanis tria reponit. 1. negat societatem cum tyranno factam, ratione sumpta à temporibus, & rei ipsius indignitate, & quidem cum vehementi exprobratione sævitiæ. Nobis vero) 2. ex adverso commendat officium Romanorum, qui cum totius Græciæ liberatores se profiteantur, ideo etiam Agros & Lacedæmonem restituere cogantur. At enim cum) 3. respondet objectioni tyranni de offensione Argivorum, quod Romani eum non agnoscant nec velint ultorem injuriarum suarum: quod culpa ea paucorum sit, non civitatis, ubi iterum aculeus in tyrannidem Nabidis: denique quod graviores offensiones aliis Græcis in honorem gentis condonarint. Servorum) Ad alterum argumentum de non data causa belli itidem tria respondet. 1. culpat facta ab ipso jam confessa: 2. graviora crimina, quæ tyrannus astute dissimularat, ipsi objicit, & inprimis quod recens commissum, octoginta principum civitatis contra datam fidem interfectis. 3. solvit duplicem instantiam Nabidis: unam de injustitia Romanorum, qui alienis negotiis se immiscent: alteram de sua innocentia, qui nullis injuriis Romanos violarit. Vbi talis Syllogismus formatur: Qui nostros socios pro hostibus habet, & cum hostibus nostris se conjungit, is nos injuria afficit. Nabis hæc fecit. E. injuria nos affecit. Major figuratur vehementi communicatione: minor probatur recensione offensionum.

11. Proinde) Conclusio plena stomachi, tyrannum facere de societate jubet & missa simulatione id quod res est loqui.

EVENTVS.

Maximæ partis sententia erat, perseverandum in bello esse, & tyrannorum amicitiæ renuntiandum, eorumque artes vulpinas retegendas.

SEN-

SENTENTIÆ.

1. Nihil minus convenit, quam cum tyrannis contra liberas resp. pub. amicitiam instituere.

2. Pia arma sunt, quæ pro sociis injusta vi oppressis sumuntur.

3. His maxime duobus rebus amicitia violatur: si socios meos pro hostibus habeas: & si cum hostibus meis te conjungas.

ORATIO CLXIII.

T. *Quintius hortatur suos ad obsidionem Lacedæmonis.*

T. Quintius ab obsidione Lacedæmonis abhorrens, cum adversus tendendo nihil moveret animos sociorum, simulat se transire in eorum sententiam, ita tamen ut de difficultate cum re conjuncta præmonitos hortatur, ut cum civitatibus suis rem communicent, ne quid temere susceptum, turpiter postea deserere cogantur.

Ethos est viri prudentis & in futurum solliciti.

Pathos, metus propter eventum minus opinatum.

Partes sunt tres.

1. Bene vertat) Prima est simulata approb ato consilii de Lacedæmone obsidenda.

11. Cæterum) Alterum de difficultate urbium oppugnandarum, indeque necessariis officiis in mora & periculo ferendo, in conferendis impensis, in commeatu expediendo.

111. Itaque) Tertia est hortatio, ut scribant ante civitatibus, id quod arguit ex fine & circumstantiis loci & temporis.

EVENTVS.

Hæc oratio primum animos omnium ad respicienda cuique domestica mala convertit: tum versis subito voluntatibus, facere quod è repub populi Romani, sociorumque esse crederet, imperatori permiserunt.

VSVS.

Vsus est, cum à periculosis bellorum gerendorum consiliis inconsulti homines avocandi sunt.

SENTENTIÆ.

1. Cum in omnibus rebus semper, tum maxime in bellis suscipiendis prævidendum est, ne quid temere fiat, ut dicendum sit, Non putaram. Cic. 1. offic.

2. Ad obsidendas magnas urbes opus est milite ad pericula sustinenda animo & corpore parato: impensa quoque magna res eget, in opera, in machinationes, & tormenta, in commeatus etiam per hyemem dandos.

3. Malignitas conferendi ex privato impedit consilia publica.

ORATIO CLXIV.

T. Quintii valedictoria ad Græcos.

Ethos est viri boni ac in rem consulentis.

Pathos, amor sociorum.

Partes sunt quatuor.

I. Nec ignarus) Excusatio de Nabide relicto. 1. quod sine ruina ipsius civitatis opprimi non potuerit: 1. quod ita debilitatus sit, ut ad nocendum cuiquam vires non habeat.

II Præteritorum) Promissio de abducendo exercitu, ubi querela de ingratitudine & calumniis Ætolorum, quibus oppositam ipsam vult experientiam.

III. Reliquas civitates) Quadruplex admonitio: 1. ne temere fidem habeant calumniis contra Romanos, ut quos ipso facto alios cognoverint: 2. ut libertate modicè utantur, quod nimia aliis sit gravis, & ipsis qui habeant, effrenata & præceps: 3. ut inter se concordiam colant, quod ea in re salus omnium consistat, & discordia exitium ipsis attractura: 4. ut libertatem datam tueantur, quod Romanorum virtute eam acceperint, æquumque sit, ut tanto beneficio se dignos gerant.

IV. Silentio deinde) Petitio, ut cives Romanos, si qui apud eos in servitute sint, dimittant: æquum enim esse, ut hanc gratiam liberatoribus suis referant.

EVENTUS.

Has velut parentis voces cum audirent, manarunt omnibus gaudio lacrymæ, adeo ut ipsum quoque confunderent dicentem, monerentque alii alios, ut eas voces velut oraculo missas in pectora animosque demitterent.

USUS.

Usus est, cum adversus calumniatores cives vel socii in bonam spem traducendi, & salutaribus admonitionibus instruendi sunt.

SENTENTIÆ.

1. Civitates vehementioribus, quam quæ pati possunt, remediis ruuntur.

2. Multis mentiri mos est, nec quid dicant, nec quid faciant, quicquam unquam pensi.

3. Libertate modice utendum est: quippe quæ temperata salubris, nimia gravis & præceps est.

4. Discordia & seditio omnia opportuna insidiantibus faciunt.

EX DECADIS QVARTÆ LIBRO QVINTO.

ORATIO CLXV.

Oratio Minionis ad legatum Romanum de jure regis sui Antiochi.

Summa orationis hoc enthymemate constat: Romani retinent, quæ bello vicerunt. E. idem liceat regi.

Ethos est viri candidi.

Pathos, pudor.

Partes sunt tres.

I. Speciosо) 1. Exordii loco Romanis exprobrat simulationem insidiosam, quod sub specie amicitiæ ac beneficii alienæ ditionis civitates sibi vectigales faciant: id quod probat testimonio experientiæ.

II. Eandem) Ipsa contentio est, quod contra jus bellicum urbes in Græcia à rege repetant, quas majores bello devicerunt, cum eodem titulo ipsi Romani Siciliam teneant.

III. Itaque ad) Conclusio postulans, ut regi pari jure per Romanos uti liceat.

EVENTVS.

Eventus patet ex sequenti apologia Sulpitii.

VSVS.

Vsus est, cum jactantia adversariorum retundenda, & jus nostrum eorum ipsorum exemplo defendendum est.

SEN-

SENTENTIÆ.

1. Bellis ut plurimum ſpecioſus titulus prætenditur.
2. Quod alteri juris ſtatuis, eo ipſe utere.
3. Quod quis piis juſtiſque armis occupat, id jure habet.

ORATIO CLXVI.

Reſponſio legati Romani Sulpitii.

Negat Antiocho idem juris in civitates Græcas eſſe, quod Romanis in Italicas.

Ethos eſt viri magnanimi & gravis.

Pathos, confuſio & pudor.

Partes ſunt tres.

I. Fecit) Exordium, quo taxat impudentiam Minionis, nimis frigide cauſam regis agentis.

II. Quid enim) Diſceptatio de jure utriuſque partis, cujus diſſimilitudinem arguit ex cauſis efficientibus, & circumſtantia temporis.

III. Sed quid) Epilogus præcidens orationem longiorem, regemque ad ipſas civitates audiendas remittens.

EVENTVS.

Rex, dimiſſis legatis, conſilium de bello Romano habuit.

VSVS.

Vſus eſt, cum diſſimilitudo juris noſtri & partis adverſæ demonſtranda.

SENTENTIÆ.

1. Facit verecunde, qui cauſam malam alium, quam ſe, agere mavult.

2. Non parum ad jus tuendum facit præſcriptio temporum, ſi illud uno & perpetuo tenore ſemper uſurpatum, ac nunquam intermiſſum fuit.

ORATIO CLXVII.

Oratio Annibalis ad regem Antiochum, fidem ejus ſuſpectam habentem.

Cum Antiochum adulatores ſui, vires ejus ex rebus in Syria aut Aſia geſtis æſtimantes, in bellum adverſus Romanos incitaſſent, An-

nibal, qui multo rectius Romanos norat, non adhibitus fuerat in consilium, quod propter colloquia familiaria cum Villio legato Romano suspectus Regi factus. Qua de re certior factus Annibal, regi se purgat.

Ethos est viri innocentis & bonæ fidei.

Pathos, fiducia de constantia in rebus agendis.

Partes sunt tres.

I. Pater Amilcar) Exordium, quo odium suum in Romanos profitetur & testatum facit ex causis & effectis. Vide dec. 3. lib. 1.

II. Itaque si quibus) Ipsa purgatio ex priori commemoratione concluſa. Ego Romanos odi, & eis vicissim sum odio. E. Calumnia est, quod feror ipsis velle. Antecedens porro confirmat testimonio juris jurandi.

III. Proinde) Epilogus, quo regi operam suam ad bellum Romanum offert.

EVENTVS.

Non movit tantum oratio regem, sed etiam reconciliavit Annibali.

VSVS.

Vsus est, cum innocentia nostra contra invidorum calumnias defendenda est, nominatimque cum causæ inimicitiarum exponendæ, & spes reconciliationis præcidenda.

SENTENTIÆ.

1. Hostis juratus non facile reconciliatur.

2. Cum pœnæ fatales instant, aures bene monentibus occlusæ sunt, & locum invenit spiritus vertiginis & dissidii.

EX DECADIS QVARTÆ

LIBRO SEXTO.

ORATIO CLXVIII.

Annibalis judicium in concilio Antiochi de bello cum Romanis.

Cum Antiochus de Thessalis ad societatem belli contra Romanos accersendis consultaret, Annibal nominatim interrogatus sententiam, de universo bello accurate disseruit, quos videlicet socios adducendos, & qua ratione bellum gerendum censeret.

Ethos

Ethos est viri prudentis & in futurum prospicientis.

Pathos partim metus, partim spes.

Partes sunt tres.

I. Si ex quo) Exordium facit ad auctoritatem consilii ut quod ab initio expeditionis Antiochi diu multumque cum animo volutatum, idem adhuc optimum sibi videatur.

II. Ante omnia) Expositio duplex consilium complectitur: Vnum de sociis belli, alterum de ratione gerendi. Socios ante omnes vult Philippum & Macedones. Itaque duo hic disputat: Primum, cur Philippum potius, quam Thessalos & alios, in bellum deducendum esse putet: deinde an conjungi Philippus possit. Prius arguit comparatione imparium: Thessalis nec vires, nec fidem esse: contra vero Philippum longe esse potentissimum, & si semel in societatem descenderit, necessario persistendum ei esse. Additur amplificatio ab eventu, quem divinat ex causis & collatione imparium.

Quæ igitur) Adduci quoque Philippum posse, ut cum Antiocho faciat, verisimiliter probat ex causa impulsiva, & testimonio Ætolorum. Additur & prolepsis, qua consilium dat, si cum Antiocho stare nolit, quid faciendum: videlicet ut populandis agris ipsius ab auxiliis Romanis avertatur.

De Philippo) Consilium de ratione gerendi belli est quadruplex: 1. ut bellum omnibus viribus geratur: 2. commeatus sufficiat: 3. ut res terra marique geratur: 4. ut loca occupentur commoda.

III. Hæc suadeo) Epilogus primo consiliis datis auctoritatem facit ab auctoris experientia: deinde benevolentiæ captandæ ergo operam suam defert ad consilia data exsequenda: ad extremum addit πάθος ἔκβασιν pro rei eventu prospero.

EVENTVS.

Hanc Annibalis orationem laudarunt magis in præsentia, quam rebus ipsis exsequuti sunt.

VSVS.

Vsus est, cum de belli sociis, ejusque gerendi ratione sententia dicenda est.

SENTENTIÆ.

1. In sociis adjungendis duo consideranda sunt: quid possint, & qua sint fide.

2. Communis utilitas, societatis maximum vinculum est.

3. Liberi homines legibus servitutis ipsis impositis sunt tanquam bestiæ vinctæ aut clausæ, & refringere claustra cupiunt.

4. Quos adjungere tibi non potes, ii saltem ne hostibus accedant cavendum.

5. In armis multum valet militum virtus, locorum opportunitas, classes, commeatus.

ORATIO CLXIX.

Attilius ad milites.

Antiochus, metu Romanorum intra fauces castris positis, petiit ab Ætolis, ipsi ut cacumina montium insisterent, ne qua transire Romanus posset. Itaque consul Attilius ante quam acie cum Rege dimicaret, hac oratione militum animos confirmavit.

Ethos est viri fortis.

Pathos, fiducia victoriæ.

Partes pro methodo suasionis sunt duæ.

1. Pleraſque omnium) Primo disputat de rei facilitate tribus argumentis. 1. à rebus contra Philippum ante feliciter gestis, ubi contendere facit loca, hostes, imperatores, socios. Nominatim vero notabis, quod de Antiochi ignavia, libidine, luxuria, imprudentia, timiditate, vitiis quæ tempore belli minime conveniant, perstringit; tum quod Ætolos gentem vocat vanissimam & ingratissimam. 2. ab antecedentibus seu factis hostis, qui jam fugere cæperit. 3. à sua pro milite providentia.

11. Illud proponere) Deinde ostentat utilitatem, eamque multiplicem, ut sunt gloria ampla, copiosa præda, & imperii ad fines usque orbis propagatio.

EVENTVS.

Milites dimissi, priusquam corpora curarent, arma telaque parant.

VSVS.

Vsus est, cum in hostem concitandus miles extenuando periculo, & exaggeranda utilitate.

SENTENTIÆ.

1. Ignavus & luxu diffluens hostis facile superatur.
2. Ingratis & vanis sociis non est fidendum.
3. Iterato fallit, qui fefellit semel.

ORA-

ORATIO CLXX.

Quintilius ad Achæos de insula Zacyntho.

Cum de Zacyntho inter Achæos & Romanos contentio T. Quintii arbitrio permissa esset, ille hac oratiuncula insulam Romanis adjudicavit. Constat autem hoc Syllogismo: Si Zacyntho Achæis utilis esset, eam iis adjudicarem. At non est Achæis utilis. E. nec adjudico.

Ethos est viri prudentis & æqui.

Pathos, amor erga ipsum.

Partes sunt duæ.

I. Si utilem) Propositio sententiæ cum dicta conclusione.

II. Cæterum) Revocatio propter conditionis defectum, ubi elegans comparatio est Achæorum cum testudine. Summa est: Achæos non posse insulam illam commode defendere.

EVENTVS.

Assentiente omni consilio, Zacynthus Romanis traditur.

VSVS.

Usus est, cum postulati incommoda alicui demonstranda.

SENTENTIÆ.

1. Testudo ubi collecta in suum tegimen est, tuta ad omnes ictus est: ubi exserit partes aliquas, quodcunque nudavit, obnoxium atque infirmum habet. Eadem ratio est cum multis civitatibus.

2. Non tantum quam honestum quid sit, sed etiam quam habeas efficiendi facultatem, considerandum est.

ORATIO CLXXI.

Supplicatio Quintii apud consulem pro Aetolis, qui Naupacti.

Naupactum omni vi à Romanis oppugnabatur. Id ne evertatur, sed precibus Ætolorum, quamvis indignorum, ut locus detur, intercedit apud consulem Attilium T. Quintius.

Ethos est viri boni & clementis.

Pathos, misericordia & æmulatio.

Partes sunt duæ, hac forma cohærentes: Quod è repub. nostra est, id facies. Vt admittas Ætolos supplices, nec nimis diu in una urbe op-

pugnanda moreris, est è repub. nostra. E. illud facies, hoc mittens.

I. Vtrum fallit) Propositio, eaque ad consulem iratum figurata communicatione.

II. Ecquid vides) Assumptio, ubi æmulationis ergo consulis & Philippi res gestas contendit.

EVENTVS.

Consul totam rem Quintio permisit.

VSVS.

Vsus est, cum pertinaciæ incommoda demonstranda, & exemplo melior sententia persuadenda.

SENTENTIÆ.

1. Non vindictæ cupiditas, sed respub. imperatorem regat.

2. Non tam interest reipub., hostis imbecillioris vires ac opes minui, quam suspectum, eumque potentem socium, non supra modum crescere.

3. Summæ belli multum incommodat in paucis urbibus oppugnandis tempus terere.

ORATIO CLXXII.

Responsum T. Quintii ad preces Aetolorum.

Cum in urbe Naupacto obsidione pressi impensius orassent Quintium, ut gentis suæ misereretur, hac oratione eis respondet.

Ethos est viri tum gravis, tum misericordis.

Pathos, amor sui.

Partes sunt tres.

I. Fortuna) Castigatio Ætolorum propter perfidiam & ingratitudinem, moderata tamen, & cum spe veniæ conjuncta.

II. Ego tamen) Consilium datum cum causa impulsiva.

III. Ego apud) Pollicitatio opis suæ.

EVENTVS.

Ita ut censuerat Quintius, fecerunt, nec aspernatus legationem est consul.

VSVS.

Vsus est, cum lapsis venia & consilio dandis humanitas nostra probanda.

SEN-

SENTENTIÆ.

1. Fortuna delinquentium facere potest, ut generosus animus & iræ & orationi suæ temperet.
2. Est boni viri, etiam immeritis bene facere.

EX DECADIS QVARTÆ LIBRO SEPTIMO.

ORATIO CLXXIII.

Eumenes in concilio de pace cum Antiocho.

Cum Q. Æmylius prætor ad pacem cum Antiocho faciendam inclinaret, suadentibus idem Ætolis, Eumenes dissuasit.

Ethos est viri honestatis & boni nominis amantis.

Pathos, metus exitus minime optati.

Partes pro ratione enthymematis sunt duæ.

1. Eumenes) Prior pars duas rationes habet, quod pax minus honesta futura, quippe necessitate quadam concessa: &, quod de auctoritate senatus & populi Romani nondum constabat, incerta quoque. Additur prolepsis de bello vel trahendo, vel instaurando, quod utrunque magnas difficultates habeat. Atque hoc Enthymematis est antecedens.

11. Quod possumus) Posterior (ut pars consequens) ipsa suasio est belli continuandi, addito novo argumento à facili, quod brevi perfici possit.

EVENTVS.

Hæc sententia vicit: responsumque Antiocho est, ante consulis adventum de pace agi non posse.

VSVS.

Vsus est, cum pax turpis & incommoda dissuadenda.

SENTENTIÆ.

1. Bellum paci, quæ honesta & tuta non sit, præferendum.
2. Belli pacisque decreta, nisi fiant per quæ debent, irrita sunt.
3. Artis bellicæ est, hostem suis ipsius sociis exhauriendum objicere.

ORATIO CLXXIV.

Responsum P. Scipionis ad legatum Antiochi de pace.

Legatus Antiochi Byzantius Heraclides, tentata frustra pace apud imperatorem Romanum, privatim P. Scipionem adiit, eique magnum auri pondus, & societatem regni, & gratuitam dimissionem filii pollicitus est, si per eum pacem impetrasset. Ad ea Scipio respondet.

Ethos est viri continentis & humani.

Pathos, patientia & spes.

Partes sunt tres.

I. Quod Romanos) Castigat legatum ob postulata intempestiva, & ostendit in quibus à rege temere sit actum, quo minus æquioribus conditionibus pacem impetret.

II. Ego ex munificentia) Ostendit quid & qua conditione ex muneribus regiis accipere velit.

III. Quod in præsentia) Consilium dat, quo rex, quia tempora sua aliter non ferant, sibi consulat.

EVENTVS.

Nihil ea movere regem, tutiorem fore belli aleam ratum, quando perinde ac victo sibi leges dicerentur.

VSVS.

Vsus est, cum propter rempub. recusanda sunt privata beneficia, & nihilominus animi nostri benevolentia contestanda.

SENTENTIÆ.

1. Privata beneficia à rebuspub. segreganda sunt, aliaque sunt patris officia, alia patriæ jura, quæ non liberis tantum, verum etiam vitæ ipsi præferenda sunt.

2. Æquior pax à sollicitis de eventu, quam de victoria certis jam, petitur.

3. Iam frenis & jugo accepto, nulla disceptatio reliqua est, sed imperium patiendum est. Cervus equum pugna melior, communibus herbis Pellebat, donec minor in certamine longo Imperavit opes hominis, frenumque recepit: Sed postquam victor violans discessit ab hoste, Non equitem dorso, nec frenum depulit ore. Horat. Epist. 1.

4. Fidele consilium in magno beneficio habendum.

ORA-

ORATIO CLXXV.

Zeusis pro Antiocho supplicans.

Antiochus terra marique à Romanis victus, iterum, qui de pace ageret, misit. Is fuit Zeusis. Ejusque oratio plane supplex tota pendet à Romanorum magnanimitate & clementia.

Ethos est hominis modesti & fortunæ suæ servientis.

Pathos, misericordia.

Partes sunt tres.

I. Non tam) Propositio supplicationis, quæ ut plus moveat, fatetur regem victum, & Romanis statuendi quod libet arbitrium facit.

II. Maximo semper) Confirmatio à causa impulsiva, Romanorum videlicet magnanimitate & clementia, per comparationem minorum.

III. Positis jam) Epilogus pathos habens de officio Romanorum jam propemodum ad Deos accedentium.

EVENTVS.

Eventus constat ex responsione Scipionis.

VSVS.

Usus est, cum rebus desperatis, omnis salutis spes ad victoris clementiam referenda est.

SENTENTIÆ.

1. Nulla est tanta vis, tantaque copia, quæ non ferro ac viribus debilitari frangique possit. Verum animum vincere, iracundiam cohibere, victoriam temperare &c., hæc qui faciat, non ego eum summis viris comparo, sed similimum Deo judico. Cic. pro Marc.

2. Memor rerum humanarum, & tuæ fortunæ moderare, & alienam ne urge.

ORATIO CLXXVI.

Responsio Scipionis.

Scipio ad Zeusis orationem respondens, pacis conditiones recenset.

Ethos est viri magnanimi pariter & humani.

Pathos, metus gravioris mali.

Partes sunt quatuor.

I. Ro-

I. Romani) Exordium prolepticum, de Romanorum in omni fortuna animo.

II. Posteaquam) Propositio declarata comparatione parium.

III. Europa) Expositio quatuor conditiones habet: de regionibus credendis, de pecuniis & frumentis dandis: de mittendis obsidibus, de concitatoribus belli dedendis.

IV. In deteriore) Epilogus duo continet: prolepsin consolatoriam de harum conditionum gravitate, & noëma manticum de casu regis graviore, ni dictas conditiones acceptet.

EVENTUS.

Legati conditiones pacis acceperunt.

USUS.

Usus est, cum victis conditiones pacis ferendæ.

SENTENTIÆ.

1. Virorum fortium est, eosdem in omni fortuna gerere animos, ut eos neque secundæ res extollant, neque adversæ minuant. Cicer. 1. offic.

2. Concitatores belli præ cæteris plectendi sunt.

3. In meliori fortuna & eventu belli adhuc incerto pax impetranda æquior.

4. Præstat à summo fastigio ad medium detrahi, quam à mediis ad ima præcipitari.

ORATIO CLXXVII.

Eumenis à senatu Romano petitio.

Victo Antiocho, Eumenis & Rhodiorum legati Romam, ut senatui gratularentur, venerunt. Eumeni priori senatus datus. Qui cum verecundius ageret, nec quid peteret palam præ se ferret, jussus à prætore, quæ vellet, quæque sentiret, expromere, petiit ne civitates Antiocho ereptæ liberæ fierent, (quæ Rhodiorum petitio futura videbatur) sed sibi, suoque regno accederent.

Ethos est hominis modesti & verecundi.

Pathos gratia senatus.

Partes sunt quatuor.

1. Perseverassem) Exordium sumptum à causa dicendi, nempe legatio-

gatione Rhodiorum, qui, quid postulaturi sint, & quantum sua interfit, prolixe commemorat.

II. Hæc vos ne) Propositio petitionis aucta ex fine, & quidem cum aliquo invidiæ in Rhodios & Græcos stimulo.

III. Quod ad me) Confirmatio ab honesto, hoc est, à parentis & sui in Romanos meritis, gratia aliqua referendis, ubi tres ambitus observabis. Primus generalis est, auctus comparatione dissimilium: alter agit de meritis parentis: tertius de suis. ubi quintuplex exaggeratio: à circumstantia temporis: ab effectis commodis, si Antiochum sequi voluisset: à commemoratione rerum pro Romanis gestarum: à recensione difficultatum inde sibi objectarum: postremo collatione cum Masanissa.

IV. Quid ergo?) Epilogus sumpta dicendi libertate, præmissaque prolepsi, si Romani ipsi terras devictas tenere velint, quod tum velit acquiescere, petitionem clarius exprimit, & quod de magnificentia in liberandis civitatibus objici poterat, refutat ex effectis seu injuriis, quibus civitates hoc beneficio indignas fecerint.

EVENTVS.

Grata oratio regis patribus fuit, & facile apparebat, munifice omnia, & propenso animo facturos.

VSVS.

Vsus est, cum societatis in bello fideliter præstitæ præmium est petendum.

SENTENTIÆ.

1. Nullum officium referenda gratia magis necessarium est.
2. Sociis bene meritis, quam hostibus, consuli æquius est.

ORATIO CLXXVIII.

Rhodiorum adversatio.

Rhodii contra Eumenem causam agunt civitatum.

Ethos est hominum libertatis civilis amantium.

Pathos, invidia nimiæ potentiæ Eumenis, & erga communis conditionis homines amor.

Partes sunt quinque.

I. Nihil nobis) Exordium habet insinuationem, qua se excusant, quod contra regem, eumque amicum & hospitem dicturi sint. Causam

ſam adverſationis afferunt, à contraria utriuſque partis intentione: quod ipſi cum aliis civitatibus libertatem, rex imperium quærat.

II. Vtcunque tamen) Propoſitio invidiæ declinandæ cauſa involvitur prolepſi, quod etſi per reverentiam erga regem, quid ſentiant non auſint palam dicere, Romani tamen per ſe ipſi intelligant, debere eos cum civitatibus facere.

III. Nam ſi aliter) Confirmatio ſumitur ex loco honeſtatis, quæ à regis, Romanorum, & ipſius Græciæ conſideratione varie deducitur. A Regis, erga quem grati videri volebant, parte ſic concludunt: Si aliter Eumeni ſatisfacere Romani non poſſunt, quam liberas civitates ei in ſervitium tradendo, eſſet deliberatio eis difficilis. Sed poſſunt aliter, nimirum aliquas è regionibus devictis ei donando. E. deliberatio difficilis non eſt. Conſequentia propoſitionis probatur quinque incommodis utrinque ſequuturis: aſſumptio declaratur recenſione regionum devictarum, quæ propter civitatem Eumeni admodum opportunæ.

Et meminiſſe) Quod ad Romanos, objiciunt eis conſilium belli hactenus prætenſum. Romani ex bellis contra Philippum & Antiochum nihil præter liberatæ Græciæ gloriam videri volunt quæſiviſſe. E. non poſſunt ſine imminutione quadam nominis ſui civitates Græciæ Eumeni in ſervitutem tradere. Antecedens in Romanorum laudem amplificatur diſſimilitudine cauſarum, propter quas alii arma ſumant.

Gentis vetuſtiſſimæ) A Græcia hoc conſiderant, quod eam totam in fidem & clientelam ſuam receperint: unde non ſine levitatis crimine partem ejus aliquam deſerere poſſint. Hoc argumentum amplificatur laudatione Græciæ, prolepſi de ejus terminis cenſendis, exemplo Maſſilienſium, & antitheſi inter barbaros & Romanos, Romanorumque ſimiles Græcos. Primum argumentum prudentiam Romanorum, alterum ſinceritatem & candorem, tertium fidem & conſtantiam complectitur.

IV. At enim) Confutatio reſpondet criminationi quarundam civitatum propter injurias Romanis factas, quibus opponit populi Romani generoſitatem, & clementiam ſuperioribus bellis ſpectatam.

V. Rhodii) Peroratio pathos captat benevolentiæ, tum ſe conſilii auctores, tum conſilium ipſum commendans: illos, à virtute & meritis erga Romanos, ubi modeſtiæ cauſa apophaſis eſt: hoc ex fructu, nempe gloria & nomine inde redundaturo, ubi teſtimonium univerſale.

EVENTVS.

Apta magnitudini Romanæ oratio visa est: quæ cis Taurum montem intra Antiochi fines fuissent, Eumeni attributa: Lycia Cariaque Rhodiorum essent: cæteræ civitates Asiæ, quæ Attali stipendiariæ fuissent, eædem Eumeni vectigal penderent: quæ vectigales Antiochi fuissent, eæ liberæ atque immunes essent.

VSVS.

Vsus est, cum pro libertate & salute popularium contendendum.

SENTENTIÆ.

1. Grave est cum hospite & amico contendere.
2. Reges & civitates natura ipsa disjungit. Reges serva omnia & subjecta imperio suo esse volunt: civitates liberæ etiam aliorum libertati favent.
3. Nihil est gratum, quod non idem sit justum.
4. Alia aliis & honesta & probabilis est causa armorum.
5. Quæ parare & quærere arduum fuit, nescio an tueri difficilius sit.
6. Patrocinium receptæ in fidem & clientelam alicujus gentis perpetuum præstare decet.
7. Sonum linguæ, vestitumque, habitum, & ante omnia mores, & leges, & ingenium sincerum integrumque à contagione accolarum servare difficile est.
8. Victoria bene uti, quam vincere, difficilius est.

EX DECADIS QVARTÆ LIBRO OCTAVO.

ORATIO CLXXIX.

Cn. Manlius cum Gallis pugnaturus ad milites.

Victo Antiocho consul Cn. Manlius adversus Gallogræcos Antiochi socios bellum suscepit, & quia gens ista fama virtutis celebris erat, ne ea res militibus suis terrori esset, hac oratione animos eorum confirmavit.

Ethos est ducis magnamini.

Pathos, contemptus nominis Gallici.

Partes sunt quatuor.

1. Non

1. Non me) Exordium habet prolepſin virtutis Gallicæ. qu extenuatur partim antitheſi populorum devictorum, qui mites; Gallorum, qui feroces: partim à victoriæ principali cauſa, in Gallorum ad terrorem compoſitis moribus.

11. Sed hæc) Propoſitio aucta diſſimilitudine: Gallos aliis terrori eſſe: Romanis non item. Adduntur etiam utriuſque ſententiæ rationes.

111. Semel primo) Confirmatio quatuor argumentis conſtat. 1. Ab experientia, quod Romani Gallos jam ſæpius vicerint. Promittitur autem prolepſis victoriæ Gallicanæ, de qua decad. 1. lib. Iam uſu hoc cognitum) 2. A natura Gallorum, qui audaces magis quam fortes; ubi, cum impetu cæperunt, mox flacceſcant. Non legionibus) 3. A comparatione ſingulorum certaminum, in quibus Romani victores exſtitere. De M. Valerio vide decad. 1. lib. 5. de M. Manlio, lib. 7. Et illis) 4. A cauſis virtutis Gallicæ jam enervatæ quæ ſunt mollities & luxuries Aſiatica. Hoc amplificatur 1. comparatione cum frugibus & pecudibus: 2. contrariis exemplis Macedonum & Maſſilienſium: 3. teſtimonio experientiæ: 4. collatione cum feris 5. antitheſi veterum Gallorum & præſentium, quorum illi in paupertate fortes, hi in abundantia molles facti.

1v. Vobis me hercule) Epilogus duo habet: præmonitionem d cavenda amœnitate Aſiæ, & pathos à belli peracti gloria.

EVENTVS.

Galli aliquot præliis victi ſunt.

VSVS.

Vſus eſt, cum adverſus hoſtem virtutis famam habentem mile confirmandus eſt.

SENTENTIÆ.

1. Habitus & clamor inſolitus terrorem movet.

2. Barbarorum & audacium hominum primus impetus gravis eſt; poſt ubi ira conſedit, mollia corpora, molles animos ſol, pulvis, ſitis, ut ferrum non admoveas, proſternunt.

3. In frugibus, pecudibus, ipſiſque hominibus non tantum ſemina ad ſervandam indolem valent, quantum terræ proprietas, cæliqu ſub quo aluntur, mutat: generoſius in ſua quicquid ſede gignitur; inſitum alienæ terræ, in id quo alitur, natura vertente ſe, degenerat.

4. Feritas mulcendo miteſcit.

5. Pe-

5. Peregrinæ voluptates, & contagio disciplinæ morisque accorum, animorum vigorem exstinguunt.

ORATIO CLXXX.

Oratio L. Furii & L. Aemylii contra Cn. Manlium triumphum petentem.

Cn. Manlius de Gallogræcis debellatis triumphum petebat. Ei contradicunt L. Furius & L. Æmylius, idque non sine criminationis aculeis.

Ethos est virorum justorum & à bellis abhorrentium.

Pathos, invidia ob rem temere gestam.

Partes sunt tres.

I. Quid eorum) Propositio figurata communicatione: Cn. Manlium triumphum non esse meritum, quod bellum gestum merum latrocinium fuerit.

II. At eo ipso) Confirmatio duobus argumentis constat. 1. A causa, quod fœda duntaxat avaritia eò fuerit impulsus, cum nec Galli commiserint quod bello vindicandum, nec consultus senatus populusque jusserit. Bellum autem) 2. A modo agendi, quod bellum temere ac imprudenter gesserit. id quod duplici ratione constat: 1. quod loco iniquo pugnarit, ubi simul est prolepsis victoriæ adeptæ, cujus causas facit deorum clementiam, Gallorum exoletam virtutem, & Romanorum fortunam & nomen: 2. quod in reditu non satis exploraret loca, unde in Thracum insidias lapsus, & virorum magnorum, & spoliorum jacturam fecerit. Adduntur invidiæ causa dissimilia exempla aliorum imperatorum, qui majori tum justitia, tum prudentia usi fuerint.

III. Vultis ergo) Epilogus repetit propositionem cum argumento priori, quod vehementer ex jure divino & civili exaggeratum, exemplo recenti concluditur.

EVENTUS.

Vide post orationem Manlii.

USUS.

Usus est, cum injuste & temere suscepti gestique belli præmia deneganda sunt.

SENTENTIÆ.

1. Bellum non debet esse latrocinium, neque innoxiis inferri populis.

2. Bellum auctoritate publica ante denunciandum est.

3. In bellis multum valet opportunitas locorum & magnum nomen. Vide pro Pompeio Cicer.

4. Imperatori explorata & præcognita esse debent itinera.

5. Publica auctoritas sacrosancta habenda.

6. Præmia ex merito tribuenda sunt.

ORATIO CLXXXI.

C. Manlii.

Apologia contra criminationem decemvirum triumphum urgentis.

Ethos est viri magnanimi & innocentis.

Pathos, invidia ob malignitatem & calumniam.

Partes sunt quatuor.

1. Tribuni) Exordium sumit à persona adversarium, quos non debere honoribus suis obstare duplici ratione arguit: 1. ab ipsorum officio, comparatione facta cum Tribunis, qui multo æquiores: 2. à meritis suis, collatione facta cum Q. Fabio Labeone, qui minus meritus, plus tamen benevolentiæ & honoris expertus.

11. Duplex eorum) Propositio dividens actionem adversariorum in duo capita: de causa belli, & de ejus administratione.

111. Non errat) Defensio contra primam actionem duo demonstrat: primum, quod Galli Romanorum hostes fuerint: alterum, quod auctoritatem belli gerendi habuerit. Hostes fuisse probat 1. quod semper Romanis mala sint machinati: 2. socios eorum infestarint: 3. templum Delphicum omnium gentium oraculum spoliarint: 4. iis salvis Græci tutam pacem habere non possint: 5. acie cum Antiocho contra Romanos pugnarint. Hæc arguuntur testimoniis & comparatione imparium.

At quicum) Auctoritatem & consensum senatus ac populi probat ex senatus consulti formula, in hunc modum: Quicunque inter præsidia Antiochi fuerunt, adversus eos bellum decrevistis. Galli fuerunt inter præsidia Antiochi. E. contra Gallos bellum decrevistis. Assumptio augetur ex majoribus, quod non tantum cum Antiocho steterint, sed eo devicto, ipsi se indomitos atque implacabiles præstiterint.

Nunc

Nunc quoniam) Contra alteram actionem defensio itidem bimembris est: de loco pugnæ, & de itinere per Thraciam. Defensio loci 4 argum. nititur. 1. Ab eventu bono, in hanc sententiam: Quod Deo volente feliciter cessit, id non est criminandum tanquam male gestum. Bellum Gallicum Deo juvante cessit feliciter. Non igitur tanquam male gestum criminandum erat. Propositio augetur comparatione Carthaginensium: assumptio antithesi hostium & victoriæ. Iniquo loco) 2. A cogente necessitate, quod alio loco pugnare non potuerit, cum hostes jam montes occupassent. Quid! ad Thermopylas) 3. Ab exemplis antecessorum, qui ipsi quoque iniquo loco hostem adorti sint. Equidem adhuc) 4. A natura & moribus hostium per dilemma, quod hostis aut ignavus fuerit, & proinde propter locum non metuendus; aut fortis, ideoque victus jure triumphandus. Additur epiphonema de natura invidiæ, ex quo vitio universa actio profluat.

Mihi quæso) Itineris per Thraciam defensio fit argumento duplici: 1. ab efficiente necessitate, quod ipse non potuerit naturam loci mutare, nec omnes Thracum latebras præscire, aut providere ne ex tanto exercitu Mars non aliquem pigneraret: 2. ab effectis, quod fraus Thracum satis vindicata sit, id quod testimoniis probat.

IV. Si gladium) Epilogus 1. urget postulatum triumphum argumento ex meritis: 2. orationem præcidit, excusatque prolixitatem.

EVENTVS.

Pudor malignitatem vicit, triumphumque patres frequentes decreverunt.

VSVS.

Vsus est, cum adversus invidos obtrectatores innocentia nostra demonstranda, & merita præmia petenda sunt.

SENTENTIÆ.

1. Non minus tranquillitate, quam libertate consulendum est.
2. Indomiti atque implacabiles vi atque armis coercendi sunt.
3. Nullius calumniæ subjiciendum est quod Deus comprobavit.
4. Decreta non per calumniam, sed ex æquitate interpretanda sunt.
5. Necessitati non est lex posita.
6. Invidia cæca est.

ORATIO CLXXXII.

Apologia P. Scipionis contra Tribunos.

Duo Petilii Trib. pl. Clariſſimo viro P. Scipioni Africano de hybernis Syracuſanis, Pleminiano tumultu Locris concitato, intercepta pecunia, clandeſtinis actionibus cum Antiocho, denique de nimia potentia, diem dixerunt. Sed major animus & natura erat, ac majori fortunæ aſſuetus, quam ut reus eſſe ſciret, & ſummittere ſe in humilitatem cauſam dicentium. Igitur hac oratione caſtigat populi ingratitudinem, memoria revocata rerum à ſe geſtarum.

Ethos eſt viri magnanimi ac religioſi.

Pathos, pudor ob ingratitudinem in Deos & homines.

Partes ſunt tres.

I. Hoc die) Commemoratio prælii die iſto pro rep. feliciter geſti.

II. Itaque cum) Expoſitio conſilii ſui de Deo agendis gratiis.

III. Veſtrum) Admonitio, ut cives idem faciant, Deumque rogent, ut Scipionis ſimiles principes habeant.

EVENTVS.

Ab Roſtris in Capitolium aſcendit: ſimul univerſa concio avertit, & ſequuta Scipionem eſt.

VSVS.

Vſus eſt, quando adverſus leves homines vir clarus ac magnanimus purgare ſe debet.

SENTENTIÆ.

1. Infamia intactum invidia urgere poteſt.
2. Feſtis diebus litibus & jurgiis ſuperſederi æquum eſt.
3. Gratiæ agendæ ſunt Diis, cum principibus egregie reipub. gerendæ mentem facultatemque dant.
4. Orandus Deus eſt, ut ſemper bonos principes habeamus.

EX DECADIS QVARTÆ LIBRO NONO.

ORATIO CLXXXIII.

Consul Posthumius ad populum de Bacchanalibus.

Cum Bacchanalia sacrum Græcum, & quidem nocturnum, scelerumque omnium seminarium, Cos. Posthumius investigasset, Hispala & Ebutio indicibus, in concione comprecatus pro more Deos, hanc de iis tollendis orationem habuit.

Ethos est viri honesti & disciplinæ amantis.

Pathos, indignatio & metus propter Bacchantium scelera & multitudinem.

Partes sunt quatuor.

I. Nulli unquam) Exordium sumit à re præsenti, videlicet causa factarum precum, idque in eum finem, ut suspicioni impietatis occurrat, & rei dicendæ intellecta magnitudine concionem habeat attentiorem. Qua de causa addubitatione, tanquam in re ardua & intricata utitur, ut certo consilio & amore ductus reipub. Rostra conscendisse videatur.

II. Bacchanalia) Narratio est de Bacchanalium loco, genere sacri, & cultoribus. Vide etiam Herodotum lib. 4. Natal. Comitem Mythol. lib. 5. cap. 12. Ovid. 3. Metamorph.

III. Majores vestri) Contentio de Bacchanalibus tollendis constat triplici genere argumentorum. Primum sumit ab inutili, seu quintuplici horum sacrorum incommodo. 1. Quod noceant reipub. quandoquidem contra exemplo majorum & consuetudinem clandestina conventicula invehunt, atque ita semina spargunt seditionum ac tumultuum civilium. 2. Quod privatim quoque incommodent, pudicitiam ac fidem conjugalem polluendo. 3. Quod disciplinæ obsint militari, fortitudinem & modestiam enervando. 4. Quod cum bonis pugnent moribus, & societatem civilem infestent, fraudes & scelera omnis generis procreando. 5. Quod totam rempub. tandem eversura sint, ni mature occurratur. Iam huic) Secundum argumentum à facili est, quod bacchantes nondum consilium & caput habentes opprimi incauti nec opinati, possint, ubi quod ad eventum antithesis est festinationis ac moræ. Optare est) Tertium argumentum propterpicum est: Scilicet pietatem, quæ domesticis, quæque diis debe-

tur, hoc consilio læsum iri. Quod ad domesticos, primum distinguit inter religionem & superstitionem: deinde liberat hoc metu populum testimoniis pontificum, senatus, aruspicum, ipsiusque experientiæ.

IV. Hæc vobis) Peroratio tria habet: 1. indicat orationis finem: 2. consilii oratorii felicem successum spondet ex causis efficientibus, quæ sunt dii & magistratus tam sceleros is sacris infesti: 3. hortatur cives, ut magistratibus in tam sancto ac utili negotio adjumento sint.

EVENTVS.

Concione dimissa terror magnus tota urbe fuit, nec mœnibus se tantum urbis, aut finibus Romanis continuit, sed passim per totam Italiam literis hospitum de senatus consulto & edicto consulum acceptis, trepidari cæptum est: multi fugientes à triumviris comprehensi & reducti sunt: multorum nomina delata: quidam ex iis viri fæminæque mortem sibi consciverunt: plures necati, quam in vincula conjecti sunt.

VSVS.

Vsus est, cum contra clandestina & periculosa conventicula, quibus religio, aut alia species honesta prætexitur, agendum est.

SENTENTIÆ.

1. Nunquam tam necessaria solennis comprecatio numinis est, quam cum de religione & sacris publicis agitur.

2. Religio non est, quæ captus mentis velut furialibus stimulis ad omne scelus, & ad omnem libidinem agit. Proinde omni contentione (ut est apud Platonem 2. polit.) pugnandum est, ne quis in civitate, quam bene regi volumus, vel dicat, vel audiat, seu senex, seu juvenis, seu in poëmate, seu in alia narratione, Deum causam alicui esse malorum: quod neque sancte ita dici potest, nec utile est civitati, nec secum consentit in explicatione.

3. Seditionis cavendæ ratio quædam est, si non concedatur plebi, ut temere coëat, sed ubicunque multitudo est, ibi & legitimus rector multitudinis sit.

4. Intemperantia inimica est virtutis, omniumque scelerum mater.

5. Seditionis malum nisi recens præcidatur, crescit & serpit quotidie, tandemque ad summam reipub. spectat.

6. Op-

6. Optare unuſquiſque debet, ut bona mens ſuis omnibus ſit: ſi quem libido, ſi furor in vitiorum gurgitem abripuit, illorum eum, cum quibus in omne flagitium & facinus conjuravit, non ſuum, judicet.

7. Amicus frater, amica ſoror, amici liberi, amica magis reſpubl.

8. Cum ſceleratis & facinoroſis nulla piis civibus jura, nulla ſocietas eſt.

9. Nihil in ſpeciem fallacius eſt, quam prava religio.

10. Boni civis eſt in repub. ea velle, quæ tranquilla & honeſta ſint, & in puniendis malis magiſtratui adjumento eſſe.

ORATIO CLXXXIV.

Oratio Philippi ad legatos Romanos de injuriis ſuis.

Philippus rex Macedoniæ juſſus à legatis Romanis ex urbibus Theſſalorum & Perrhæborum, quas recens occupaverat, præſidia deducere, cum legatis de injuriis ſuis expoſtulat.

Ethos eſt viri magnanimi & injuriarum impatientis.

Pathos, confuſio & pudor ob injuſtitiam & ingratitudinem.

Partes ſunt tres.

1. Nam cum) Propoſitio: Romanos inique cum Philippo agere. Augetur autem invidiæ cauſa comparatione cum ipſis actoribus & adverſariis; ut ſunt Maronitæ, qui ab regio præſidio, quod libertatis cauſam defendiſſent, pulſi apud ſenatum Romanum queſti erant; & Eumenes, qui de Thraciæ oppidis per vim occupatis, traductaque in Macedoniam multitudine, querelas detulerat, ut ſupra auctor meminit.

11. Civitates) Confirmatio ab effectis, quod Romani pro beneficiis injurias reddant. Obſervabis autem hic quatuor ambitus. Primus enumeratio eſt quadruplicis injuriæ Romanorum: 1. quod jus in ſubditos rebelles & perfidos regi ademerint. Vide ſupra lib. 3. 2. quod ab urbe Lamia, quam ipſi Romani à rege obſideri volebant, cum jam victoria in manibus eſſet, diſcedere & dediticiis parcere juſſiſſent. Vide lib 6. 3. quod oppida permiſſu ipſorum occupata deſerere rurſum coegiſſent. Vide hoc ipſo libro. 4. Quod Eumenem Philippo præferant. Eumenes enim) Alter ambitus eſt exaggeratio quartæ injuriæ, ubi ſe cum Eumene quantum ad merita confert. Protaſis extenuat Eumenis operam à cauſa impulſiva, quæ propria fuit utilitas. Apodoſis amplificat & commendat

ſuam cauſam ex effectis: 1. quod nihil ſibi ab Antiocho metuendum 2. quod æquiſſimas conditiones ſocietatis cum Antiocho amicitiæ Romanorum poſtpoſuerit: 3. quod labores, pericula, & ſumptus maximos Romanorum cauſa ſuſtinuerit. Pro hoc ſtudio) Tertius ambitus ad majorem vehementiam aſſurgit, quando jam liberius Romanis ingratitudinem exprobrat, qui pro tantis beneficiis rependant maleficia. Eumenes) Quartus ambitus tertio injuſtitiæ crimen addit, quod per calumniam contra pacta premere ipſum connitantur.

III. Quo in numero) Epilogus plenus caloris alterutrum à Romanis poſcit, ut aut aperte hoſtes eſſe velint, aut facere quod amicos & ſocios deceat.

EVENTVS.

Movit aliquantum oratio regis legatos. Itaque medio reſponſo rem ſuſpenderunt.

VSVS.

Vſus eſt, cum de falſis amicis, eorumque pro beneficiis relatis injuriis conquerendum.

SENTENTIÆ.

1. Nullum officium referenda gratia magis neceſſarium eſt. Cic. 1. offic.

2. Acceptorum beneficiorum ſunt delectus habendi, nec dubium, quin maximo cuique plurimum debeatur. Id.

3. Ratio hoc poſtulat, ne quid inſidioſe, ne quid ſimulate, ne quid fallaciter. 3. offic.

ORATIO CLXXXV.

Oratio Lycortæ prætoris ad legatos Romanos pro Achæis.

Quum Appius legatus Romanus, dato in Arcadia conſilio, ea quæ de Achæis queſti eſſent Lacedæmonii, diſplicere ſenatui oſtendiſſet, cædem primum ad conflictum factam eorum, qui à Philopœmene ad cauſam dicendam evocati fuiſſent: deinde muros urbis nobiles dirutos: leges vetuſtiſſimas abrogatas: inclytamque per gentes Lycurgi diſciplinam ſublatam: Lycortas gentem ſuam defendit. Vide ſupra lib. 5. & 8.

Ethos eſt viri gravis, & pro majeſtate perſonæ ſuſceptæ loquentes.

Pathos, pudor ob proſopolepſiam & injuſtitiam.

Partes ſunt tres.

I. Difficilior) Exordium à perſona Appii, quem queritur, à Lacedæmoniis corruptum, actorem ſimul & judicem eſſe, rogatque ut judicis animo, integriſque auribus rem cognoſcat, nec uni parti plus, quam alteri faveat.

II. Cædem) Purgatio ipſa partim ſpecialis, partim generalis eſt. Illa triplici crimini opponitur. Prima eſt de cæde evocatorum, quam defendit tribus rationibus: 1. à cauſa ipſius belli, & cædis occaſione, qui ſunt ipſi Romani, quos proinde non oportebat hanc rem in judicium vocare: 2. ab interfectorum injuriis, quibus hanc pœnam meruere: à cædis adminiſtris, qui Lacedæmonii ſint, hoc eſt, ii ipſi, qui nunc accuſant. At enim) Altera defenſio de muris dirutis fit. 1. auctoritate ipſius Lycurgi: 2. à fine pernicioſo murorum: 3. ab officio ipſorum Lacedæmoniorum: 4. à turpitudine murorum conditorum. Quod ad legem) Tertium crimen de ſublatis legibus refellitur: 1. à cauſa, quæ non Achæi, ſed tyranni fuerint: 2. à beneficiis Achæorum, qui Lacedæmonios in concilium & corpus ſuum receperint: 3. à pari conditione ipſorum Achæorum.

Scio ego) Generalis purgatio tria habet. 1. Perſtringit Appium ſibi inimicos & ſocios imperium arrogantem. 2. Recriminatur Romanos ob graviorem vindictam de Campanis. Vide ſupra dec. 316. 3. Vtitur invidioſa deprecatione, ne ſocios priori loco habeant, quam hoſtes.

III. Quæ jurejurando) Epilogus patheticam præ ſe fert gravitatem. Negat enim rem cum Lacedæmoniis propter religionem mutari poſſe, Achæoſque, hac in parte Deos pluris, quam Romanos facturos.

EVENTVS.

Appius ſuadere ſe magnopere Achæis dixit, ut, dum liceret voluntate ſua facere, gratiam inirent, ne mox inviti & coacti facerent.

VSVS.

Vſus eſt, cum apud judicem iniquum cauſa dicenda, & civium principiſve res armorum tempeſtate geſtæ à crudelitatis calumnia defendendæ.

SENTENTIÆ.

1. Difficilis conditio eſt cauſam dicendi apud eundem actorem & judicem. Vide Cicer. pro Deiotaro.

2. Audiendum ante, quam judicandum.

3. Quæ belli jure acta sunt, in disputationem haud veniunt.
4. Virtus civium pro muro est.
5. In amicitia & societate par libertas esse debet.
6. Si victus habet quod victor, jure queri non potest.
7. Verendi quidem, & timendi sunt homines: sed plus verendus & timendus est Deus immortalis.

EX DECADIS QVARTÆ LIBRO DECIMO.

ORATIO CLXXXVI.

Oratio querula Philippi ad filios.

Cum multæ civitates Græciæ questum de injuriis Philippi regis Macedonum Romam venissent, Demetrius filius ad satisfaciendum senatui missus, turba querelam confusus repente obticuit. Senatus verecundia adolescentis motus, qua privatim etiam antea, cum obses Romæ esset, carus omnibus fuerat, causam patri donavit, ut ait Iustinus lib. 32. Ea res Demetrio odium comparavit. Nam apud fratrem illi invidia nocuit: apud patrem vero absolutionis causa à senatu allegata offensa fuit. Igitur Perseus prospecta patris ægritudine, quotidie absentem Demetrium apud eum calumniari, & primo invisum reddere, postea etiam suspectum, nunc amicitiam Romanorum, nunc proditionem patris ei objectare. Ad extremum cum Demetrius cum sodalibus, inter quos ipso nescio quidam armati erant, comessatum ad fratrem iret, hic velut in re trepida januam occludit, indeque insidias sibi à Demetrio paratas confinxit. Pater accersito Demetrio & amicis aliquot, eis veniam facit dicendi quæ vellent.

Ethos est patris discordia filiorum admodum turbati.

Pathos, commiseratio ob infelicitatem suam in tam gravi ætate.

Partes sunt duæ: querela de filiis, & indictio litis contestandæ.

1. Sedeo) Querelæ propositio: miserrimum se patrem esse propter hanc inter liberos parricidii actionem.

Iam pridem) Confirmationis argumenta sunt tria. Primum prolepticum est, rei turpitudinem indicans: scilicet jam pridem quidem se tale quid metuisse, semper tamen speravisse melius. Illud colligit è signis, vultu & vocibus iratis: hoc è tribus causis impedientibus arguit, ut sunt germanitas, educatio, & paterna monita, quæ omnia nunc non attenduntur. Inserta etiam est pathetica comparatio cum hostibus.

bus. Quoties ego) Alterum argumentum ab inutili, quod ea res & familiæ & regno ſuo exitium portendat: id quod pathetica antitheſi declarat, diſcordiæ quæ evertat, & concordiæ quæ ſervet & augeat regnum; allatis etiam exemplis Lacedæmoniorum, Eumenis & Attali, denique Romanorum. Vivo & ſpirante) Tertium itidem ab inhoneſto eſt, quod hæc contentio plane intempeſtiva, imo impia, & ex mala cauſa, nempe ambitione, profecta: ubi patheticum & nimis verum omen eventus triſtis, & antitheſis pietatis ac ambitionis.

11. Agite) Indictio litis figuratur permiſſione plena ægritudinis & triſtitiæ.

EVENTVS.

Hæc furens ita cum dixiſſet, lacrymæ omnibus obortæ, & diu mæſtum ſilentium tenuit.

VSVS.

Vſus eſt, cum inter cariſſima capita, & in negotio arduo ac invidioſo judicem agere debes.

SENTENTIÆ.

1. Parentibus nihil miſerius contingere poteſt, quam liberorum inter ipſos odia ac inimicitiæ.
2. Vultus & vox arguunt animum.
3. Diſcordia domos & regna funditus evertit: concordia ſervat.
4. Improbum eſt, vivo & ſpirante parente hæreditatem cernere.
5. Regni amor inſatiabilis eſt: nihil ei cari, nihil ſancti eſt.

ORATIO CLXXXVII.

Actio Perſei adverſus fratrem.

Perſeus nactus à patre dicendi veniam, fratrem inſidiarum reum agit, utque peragat, & exemplo ſuo parentem terreat, miſcet cum fabula nocturnæ comeſſationis criminationem, proditionis tum patris, tum regni.

Ethos eſt hominis in magno periculo conſtituti.

Pathos, partim commiſeratio, partim ira, partim denique metus.

Partes ſunt quatuor.

1. Aperienda) Exordium ſimulatam habet indignationem in patrem, quod iniquius acceperit querelam filii, nec hujus verbis fidem habeat: ubi de periculo ſuo, de patris incredulitate & injuſtitia, de ſarcaſmis malevolorum, de ſua patientia; quæ cum Demetrio invidioſa ſint,

sa sint, tum Perseo ad patrem commiseratione aliqua afficiendum per opportuna.

II. Sin autem) Propositio actionis: Insidias sibi à fratre factas. Figuratur autem 1. prolepsi, qua hanc actionem excusat argumento à necessitate: 2. vehementi obtestatione, ut pater attendere velit: 3. rei gestæ præsentatione ac hypotyposi.

III. Frater) Contentio est bimembris: probatio criminis, indeque deducta petitio justi auxilii. Crimen probatur tribus argumentis. 1. A voluntate propter cupiditatem regni, ubi vehemens est ad fratrem apostrophe, quem urget ex causis libidini ejus obstantibus. 2. A facultate & occasione ter jam captata: in lustratione, cœna, commessatione: 3. a testimoniis ipsorum insidiatorum.

Exsecrare) Petitio auxilii paterne duobus fit argumentis ad commovendum accommodatis. 1. Primum a necessario est, quod unus sit pater, ad quem confugere possit. Id auget remotione alius causæ; ubi inductio tum locorum, tum hominum. Loca sunt exercitus, fratris domus, & sua ipsius. Homines sunt partim exteri, nempe Romani, quibus propter pietatem in patrem sit invisus: partim indigenæ ipsi Macedones, qui cum Romanis colludant, & jam dudum in regno designarint Demetrium: id quod arguit ex hoc signo; quod is apud utrosque plurimum auctoritatis habeat: atque ita etiam proditionis ac læsæ majestatis fratrem insimulet, omnia in deterius rapiens, & undecunque potest, iram atque odium inflammans. Hæc si indignor) Alterum petitionis argumentum a justo: quod innocens sit, nec causam habeat, cur vel patri, vel fratri insidietur: ubi vehemens est antithesis inter ipsum & fratrem, quantum ad successionem in regno.

IV. Non primus) Epilogus pathos addit ab impunitatis eventu, quo Romani lætabuntur, pater frustra dolebit.

EVENTVS.

Conjecti eorum, qui aderant, oculi in Demetrium sunt, ut qui confestim responsurus esset: deinde diu silentium fuit, cum, perfusum fletu, appareret omnibus loqui non posse.

VSVS.

Vsus est, cum contra insidiatores & sicarios eos agendum, quorum alioquin auctoritas & gratia apud ipsum etiam judicem magna est. Cæterum non est cum Perseo committendum, ut quem innocentem in judicium capitis accersas. Id enim sine scelere fieri nullo modo potest. Cic. 2. offic.

SEX-

SENTENTIÆ.

1. Circumventis natura ipsa subjicit, ut hominum quos nunquam viderint, fidem tamen implorent.

2. Regnum scelerate cogit, qui transscendens festinat ordinem ætatis, naturæ, moris patrii, juris gentium.

ORATIO CLXXXVIII.

Demetrii apologia.

Ethos est hominis innocentes & per calumniam oppressi.

Pathos, misericordia.

Partes sunt quatuor.

I. Omnia quæ) Exordium tristem habet querelam de actionis fraternæ iniquitate, ut quæ in perniciem suam suscepta sit. Nominatim autem tria in actione fratris perstringit: hypocrisin lacrymantis: impudentiam calumniantis: & versutiam tempus idoneum captantis.

II. Oportuit autem) Propositio ostendit, quæ Perseus malitiose miscuerit, ipseque proinde distinctius persequi velit.

III. Occidendi) Contentio respondet methodo accusationis. Primo enim diluit crimina objecta, nempe insidiarum & proditionis: deinde jus & defensionem petit. Insidiarum crimen refutat evertendo argumenta allata. Voluntatis calumniam à spe regnandi, infirmat dupliciter. 1. A rei repugnantia, quando per parricidium, & simul etiam auxilio amicorum, regnum petere est dictus. Vis hæc est: Qui gratia Romanorum & judiciis Macedonum ad regnum pervenire potest, ei non opus est id consequi parricidio. Ego (ut tu criminaris) id ita possum. E. non opus est parricidis. Majoris ratio probatur à contrario, quod ejusmodi scelere potius offensurus fuerit Romanos, in primis Quintium pietatis & concordiæ amantissimum. 2. Per retorsionem hoc modo: Qui timuit, ne alter dignior regno videretur, is insidias fecit. Tu (quod es jam fassus) timuisti: E. insidias fecisti. Exsequamur tamen) Facultatis conjecturam à captata occasione. primum generatim examinat à repugnantia temporis: deinde speciatim respondet de insidiis lustrationis, cœnæ, commessationis. Lustrationis calumniam refellit ab impossibili & absurdo: quod nec potuerit vim facere, qui unus ante, juxta, & post se habuerit, qui prohibituri fuissent: nec voluerit tam solenne sacrum contaminare, & scelus quod inexpiabile sciret, committere. Additur epiphonema de calumniatorum cæcitate & impudentia.

Nam

Nam si veneno) Cœnæ criminationem diluit è prioris calumniæ repugnantia. Si veneno inter cœnam tollere te voluissem, non offendissem in certamine, quo minus ad cœnam venires. Sed antecedens est quod tu criminaris. E. & dabis consequens.

An ab illo) Comessationis insidias itidem negat ex repugnantibus: 1. quod ab irato & cauto non intromissum se iri sciret: 2. quod in ipso convivio ne mentio quidem de insidiis facta, sed tantum gaudium & lætitiæ indultum: 3. postremo si tale quid cogitasset, vino per tantulum temporis abstinuisset. Additur his prolepsis de gladiis tamen sumptis per dilemma. Et ne quid) Tertium actoris argumentum à testimoniis refellens, tria attendenda docet: 1. quod nihil dicant ad crimen pertinens: 2. quod defendendi, non lædendi causa arma sumpserint: 3. quod neque aperte, neque clam frater sit petitus.

Quin tu) Confutatis insidiis venit ad proditionem, tria respondens: 1. quæ causa hujus criminationis fraternæ sit, nempe mera invidia, ubi majoris motus causa ipse Perseus loqui fingitur: 2. cur Romani ipsi faveant, scilicet quia personam à patre datam recte gesserit: 3. quid facturus, si res patris ita requirat.

Nec hodie) Expurgatus convertit se ad deprecationem, ne fratris calumnia ipsi fraudi sit. Argumenta sunt: 1. quia in officio fuerit patris: 2. quia innocens: 3. quia inhumaniter ac inique secum agatur, quod ad actorem, tempus, modum.

IV. Quid mihi) Peroratio habet pathos commiserationis: quod pater judex: quod causa æquissima: quod actor crudelis.

EVENTVS.

Dicenti hæc lacrymæ simul spiritum & vocem intercluserunt. Philippus summotis iis paulisper colloquutus cum amicis pronunciavit: non verbis se, nec unius horæ disceptatione causam eorum dijudicaturum, sed inquirendo in utriusque vitam, mores & dicta, factaque in magnis parvisque rebus observando: ut omnibus appareret, noctis proximæ crimen facile revictum, suspectam nimiam cum Romanis Demetrii gratiam esse.

VSVS.

Vsus est, cum pro capite & fortunis nostris adversus domesticos, eosque crudeles calumniatores, dicendum.

SENTENTIÆ.

1. Nihil homini tam est timendum, quam invidia: nihil innocenti

enti in ſuſcipienda invidia tam optandum, quam æquum judicium. Cic. pro Cluent.

2. Cæcus criminandi cupiditate animus, dum omnia ſuſpecta facere vult, aliud alio confundit.

3. Acutior gladio calumnia. Vt enim maxime ſanet vulnus qui refertur, manet tamen cicatrix.

4. In judiciis non tantum quid factum, ſed etiam quo fine, & quo auctore & ſciente, quærendum eſt.

5. Officium fideliter præſtitum nemini fraudi eſſe debet.

ORATIO CLXXXIX.

T. *Sempronii contentio de retinendis veteranis.*

Celtiberi bis iterum victi pacem impetraverant. Itaque miles perfuſus longæ militiæ domum ſpectabat, niſi dimitteretur aut injuſſu abiturus, aut certe ſeditionem moturus. Contra vero T. Sempronius prætor, cui ea provincia data erat, metuens reipub. propter toties exploratam barbarorum perfidiam, id agebat, ne veteri exercitu provincia ſpoliaretur. Qua de re prætoris defuncti L. Minutii confeſſionem elicere his interrogationibus nititur. Summa conſtat hoc enthymemate: Celtiberi non poſſunt ſine exercitu in fide retineri, & novos milites contemnunt. E. veteres milites retinendi.

Ethos eſt viri ſolliciti, ac prudentis.

Pathos, metus periculi.

Partes ſunt duæ.

I. Quæro de te) Antecedens enthymematis de cauſa veterem militem retinendi. Figuratur autem duplici communicatione: una defectione Celtiberorum, quæ arguitur perpetuis gentis iſtius moribus: altera de contemptu tironum, quem ex gentis ferocia probat per comparationem minorum ex relecti viribus.

II. Quæ cum) Conſequens enthymematis, cui per correctionem etiam conſilium addit, niſi obtineat quod velit.

EVENTVS.

Quorum forti opera duobus adverſus Celtiberos prœliis uſus Q. Fulvius eſſet, eos, ſi videretur, ſecum deportare permiſſum.

VSVS.

Vſus eſt, cum de præſidiis retinendis conſultatur ex eo fundamento, quod quibus impoſita ſunt, natura feroces ac rebelles ſunt.

SEN-

SENTENTIÆ.

1. De fide barbarorum nihil recipi, aut affirmari potest.

2. Præsidiarii milites tum maxime necessarii sunt, cum fides subditorum dubia est.

3. Veterani tironibus præstant.

ORATIO CXC.

Cœlius Metellus ad censores de colenda concordia.

Æmylius Lepidus & M. Fulvius Nobilior creati censores sunt. Inter hos viros nobiles inimicitiæ erant: sæpe multis & in senatu, & a populum atrocibus celebratæ certaminibus. Ad eos ad aram Martis Sellis curulibus considentes principes senatorum cum agmine venerunt civitatis, inter quos P. Cælius Metellus omnium nomine ad reconciliationem & concordiam cohortatus est.

Ethos est viri boni & concordiæ amantis.

Pathos, amor reipub.

Partes sunt quinque.

1. Non obliti) Exordium prolepticum, quo suspicioni, immodestiæ, & curiositati, occurrit, sumpto argumento ab auctoritate omnium ordinum.

11. Singulos cum) Narratio exponens causas adventus, ubi partim laudatur novellorum censorum virtus, per comparationem minorum, partim modeste castigantur inimicitiæ argumento ab incommodis, quæ privatim & publice inde metuendæ.

111. Has ut hodie) Propositio aucta circumstantia loci, & auctoritate deprecantium ac totius populi.

1v. Vno animo) Confirmatio 1. ab utili propter gerendam rempub. 2. ab honesto propter veram & non simulatam pietatem: 3. a facili. ubi comparatio imparium, de quibus dec. 1. lib. 1.

v. Vulgatum illud) Peroratio pathos habens à testimonio proverbii.

EVENTVS.

Fremitus ortus cum assensu, deinde universorum voces idem petentium confusæ in unam orationem interpellarunt. Ambo significare, si alter vellet, se in potestate tot principum civitatis futuros. Omnibus instantibus qui aderant, dexteras fidemque dederunt, mittere vero ac finire odium. Deinde collaudantibus cunctis deducti sunt in Capito-

colium, & curæ ſuper tali re principum, & facilitas cenſorum, egregie comprobata ab ſenatu & laudata eſt.

USUS.

Uſus eſt, cum magnæ auctoritatis viri hortandi ſunt, ut depoſitis ſimultatibus ad concordiam redeant, ſuaſque offenſiones donent reipublicæ.

SENTENTIÆ.

1. Principum inimicitiæ graves ſunt reipub.
2. Concordia collegarum nihil Deo gratius, nihil ad rem geten- dam ſalutarius.
3. Amicitiæ immortales, inimicitiæ mortales eſſe debent.

ORATIO CXCI.

Philippus ad Antigonum hæredem regni deſignatum.

Rex Macedonum Philippus fide habita Perſei de fratre calumniis, innoxium adoleſcentem dolo interfici curavit, primum veneno in cœna dato, poſtea miſſis, qui in cubiculo injectis tapetibus in caput iuceſque, ſpiritum intercluderent: Cum vero fraus opera Antigoni, ujus patruus tutor Philippi fuerat, emanaſſet, Rex non minus ſcelere erſei, quam innoxia Demetrii morte cruciabatur, & cum ad pœ- am corporis trahere Perſeum non poſſet, ne ſuper impunitatem reg- o tanquam præmio ſceleris frueretur, Antigonum hæredem & ſuc- eſſorem ſuum inſtituit.

Ethos eſt parentis triſtis.

Pathos, indignatio in filium improbum.

Partes ſunt quatuor.

I. Quando in) Exordium triſtem querelam habens de infelicitate filiorum ſuorum.

II. Regnum quod) Propoſitio aucta cauſa impulſiva ex meritis patrui.

III. Te unum) Confirmatio ab honeſto per comparationem inter Antigonum & Perſeum.

IV. Demetrium excitatum) Epilogus habens pathos ab eventu & meritis Antigoni.

EVENTUS.

Ab hoc ſermone omni genere honoris producere eum non deſtitit,

 ſi

& si vita longior suppetisset, haud dubium fuit, quin eum in possessione regni relicturus fuerit.

VSVS.

Vsus est, cum exhæredatis liberis improbis & contumacibus, alios in locum eorum substituere placet.

SENTENTIÆ.

1. Nullos, quam improbos liberos, habere præstat.
2. Imperii hæres dignissimus faciendus, ut Alexander ait apud Iustin. lib. 12.
3. Regna & patrimonia virtutis, non fraudis præmia esse debent.

EX DECADIS QVINTÆ

LIBRO PRIMO.

ORATIO CXCII.

Callicrates ad Achæos contra fœdus cum Perseo.

Philippo ob temere interfectum filium Demetrium mœrore animo exstincto, alter filius Perseus prætor omnium prope opinionem & exspectationem Macedoniam occupat. Sed bellum metuens Romanum, vicinas gentes, quibus cum patre simultates fuerant, sibi reconciliandas ratus, initium ab Achæis, qui paucis ante diebus Macedonibus finibus suis interdixerant, fecit: quem in finem servos qui ad se transfugerant, remisit. Callicrates vero hac oratione id agit, ut Achæi decretum suum tueantur, nec ullam cum Perseo societatem ineant.

Ethos est viri prudentis & constantis.

Pathos, metus belli Romani.

Partes sunt quatuor.

I. Parvà) Exordio sibi attentionem, & Perseo invidiam parat: scilicet rem magni momenti agi, siquidem metuendum, ne fraude Persei publici consilii auctoritas tollatur.

II. Et, si diis placet) Propositio aucta prolepsi beneficii accepti, argumento sumpto à fine insidioso, per comparationem cum bestiis.

III. Quis enim) Confirmatio ab inutili, quod societate cum Perseo contracta offensuri sint Romanos, eorumque bello se implicaturi. Id quod verisimile facit partim ab antecedente præparatione bellica, tum

um ante, tum post patriæ obitum, partim ex belli causis, nempe
juriis in Romanos.

IV. Immiscemur) Peroratio salutare habet consilium de re integra
rvanda, donec de causa Persei certiores fiant.

EVENTVS.

Is è sequentibus constabit.

VSVS.

Vsus est, cum principum beneficia suspecta reddenda, eorumque
ocietas dissuadenda est.

SENTENTIÆ.

1. Feræ bestiæ ad fraudem suam positum cibum plerumque aspe
ntur & refugiunt: nos cœci specie parvi beneficii inescamur.

2. Ἐχθρῶν δῶρα ἄδωρα.

3. Leonina societas nunquam tuta est.

4. Bello alieno non facile te immiscеas.

ORATIO CXCIII.

Arco pro fœdere.

Arco fratres Xenarchi contra Callicratem suadet, decretum A-
eorum antiquandum esse, nec Persei societatem temere contem-
ndam.

Ethos est hominis sinceri & candidi.

Pathos, spes bona de Perseo.

Partes sunt quatuor.

I. Difficilem) Exordium sumit à reprehensione Callicratis prop-
r suspicandi & calumniandi malitiam.

II. Ac primum) Refutatio diluit argumentum Callicratis, pri-
um invidiose exagitando hominis in asserendo temeritatem: deinde
gumentando in contrarium, ex amicitiæ & pacis inter Romanos &
rsеum signis.

III. Cur quidem) Confirmationis loci sumuntur 1. ab exemplo
orum Græcorum: 2. à meritis Persei: 3. ab auctoritate & exemplo
ajorum: 4. à fine excusabili commercii Macedonici: 5. à contra-
i incommodis.

IV. Quid hoc adversum) Peroratio vehementi dialogismo suasio-
m urget.

EVENTVS.

Cum iidem huic orationi qui literis regis assentierant, assentiren-tur; indignatione principum, quod quam rem ne legatione quidem dignam judicasset Perseus, literis paucorum versuum impetraret, de-cretum differtur.

VSVS.

Vsus est, ubi adversus suspiciones vanas & calumnias societates & fœdera, quæ nihil periculi, multum autem commodi habeant, sua-denda sunt.

SENTENTIÆ.

1. Pestes consiliorum sunt suspicio & calumnia.

2. Beneficiorum, quam injuriarum, memoria diuturnior esse de-bet.

3. Commercium juris præbendi rependendique etiam inter hostes esse potest.

EX DECADIS QVINTÆ

LIBRO SECVNDO.

ORATIO CXCIV.

Eumenis in Senatu Romano de consiliis Persei admonitio.

Eumenes nunciat patribus, quid contra Romanos Perseus moli-tur, & belli certissima profert indicia, ut mature ejus conatis obvia-eant.

Ethos est Socii fidelis.

Pathos, metus improvisi periculi.

Partes sunt tres.

I. Non ego) Exordium habet prolepsin calumniæ & falsitatis, ar-gumento sumpto à propria experientia & effectu.

II. Cernebam) Narratio exponit incrementa Persei, injurias ad-versus Romanos, & consilia bellica.

III. Hoc quam vobis) Peroratio habet ethos de studio suo in Ro-manos, quæ hujus nuncii ferendi causa fuerit, & votum patheticum de consilio capiendo salutari.

EVENTVS.

Movit oratio patres: cæterum in præsentia nihil, præterquam ...isse in curia regem, sciri potuit: eo silentio clausa curia erat.

VSVS.

Vsus est, cum amici præmonendi sunt de clandestinis & periculosis ...versus eos aliorum molitionibus.

SENTENTIÆ.

1. Vana nunciando fidem nobis abrogamus.
2. Tela prævisa minus feriunt.
3. Turpe est, amicum, ut caveat, non præmonere.

ORATIO CXCV.

Petitio Sp. Ligustini.

Cum bellum adversus Persеum decretum esset, & delectus mili...um haberetur, Sp. Liguſtinus locum honestiorem in militia petiit.

Ethos est viri modesti quidem, sed tamen emergere cupientis.

Pathos, favor magistratus.

Partes pro judicio enthymematico sunt duæ.

I. Sp. Liguſtinus) Prior est narratio de sua tribu, patria, paren...bus, patrimonio, conjugio, liberis, vitæ genere, stipendiis & ho...oribus virtute acquisitis, ætate, privilegiis: quæ omnia in eum fi...em commemorantur, ut honestiore loco se dignum probet. Itaq; hoc ...ndamentum est petitionis, & enthymematis pars antecedens.

II. Sed hæc) Posterior pars consequens est enthymematis, ipsa ...mirum petitio, sed valde modeste formata. Notabis autem tria: ...ofessionem nominis, petitionem quam dixi, cum promissione stu...i ac industriæ, denique hortationem ad commilitones, ut exem...um suum sequentes magistratui modeste & obedienter se summit...nt.

EVENTVS.

Hæc ubi dixit, collaudatum multis verbis consul ex concione in ...atum duxit: ibi quoque ex auctoritate senatus gratiæ actæ, tri...unique militares in legione prima primum pilum virtutis causa ei as...gnarunt.

VSVS.

Vsus est, cum locus honestus & virtuti debitus petendus est.

SENTENTIÆ.

1. Virtus honorata viget.

2. Ea demum perfecta & jucunda laus est, quæ ab iis proficiscitur qui ipsi in laude vixerunt.

3. Omnem locum honestum ducas, quo rempub. defendas.

ORATIO CXCVI.

Martius ad Perseum de causa belli.

Inter cæteros legatos Martius & Attilius missi cum militibus in Græciam erant, à quibus cum per literas Perseus quæsivisset, quænam causa Romanis esset in Græciam trajiciendi copias, nec is in responso dato acquiesceret, potestatem in colloquium veniendi petiit. Martius memor amicitiæ & hospitii paterni, regem admittit, & expeditionis causam injurias ejus facit.

Ethos est amici boni, & tamen suæ reipub. cupientis.

Pathos, terror regis, ac pœnitentia.

Partes sunt tres.

I. Exspectari) Exordium à dicendi causa, videlicet regis postulato, addita prolepsi, qua orationis acerbitatem excusat à causa impulsiva per comparationem cum medicis.

II. Ex quo) Narratio complectitur undecim capita injuriarum, quibus Romani ad bellum adversus regem commoti sint.

III. Hæc ne dicerentur) Epilogus, primo iterum excusat orationem liberam: deinde Pathos addit de suo in regem studeo.

EVENTVS.

Is ex regis apologia patet.

VSVS.

Vsus est, cum vera dicenda sunt, quæ audienti acerba videantur.

SENTENTIÆ.

1. Monere & moneri proprium est amicitiæ, & alterum libere facere, non aspere, alterum patienter accipere, non repugnanter. Cic. in Læl.

2. Orationis acerbitas adversus amicum interdum subeunda est: ut medici cum salutis causa tristiora remedia adhibent.
3. Fortitudo quæ defendit infirmos & socios, plena justitia est.

ORATIO CXCVII.

Persei apologia, eo spectans.

Vt sibi immerito bellum inferri demonstret.
Ethos simulatur innocentiæ.
Pathos, sympathia legatorum.
Partes sunt quatuor.
I. Bonam causam) Exordio partim fiduciam suam propter cau- bonitatem indicat, partim taxat Romanos, quod iidem accusa- res & judices sui sint.
II. Eorum autem) Propositio tripartita.
III. Quid enim) Confirmatio itidem trimembris. Primum membrum quatuor crimina negat: de Eumene, Rammio, Thebanis, Attaro, argumentis sumptis à causis magis verisimilibus, & quod Attarum, etiam negando consequentiam conjecturæ Romanæ, quæ ex effectis repugnantibus purgando. Et hæc quidem) Alterum membrum fatetur & defendit quod de Abrypoli objectum erat, ar- gumento ex causa, ubi talis Syllogismus: Qui me prior bello lacessit, eum bello repellere licuit. Abrypolis me bello prior lacessivit. Eum bello repellere licuit. Major confirmatur testimonio federis Romani & juris gentium. Minor arguitur enumeratione injuriarum Attilium. Complexio urgetur communicatione & prolepsi nimiæ dictæ, argumento sumpto à pari. Non sum eodem) Tertium membrum excusat crimina reliqua. ut 1. de Dolopibus, argumento ex meritis eorum, suoque in eos jure: 2. de itinere Delphico, argumen- to ex fine comparatis, & Græcorum de regis continentia testimo- nio: 3. de Ætolis, Byzantiis, & Bœotiis, argumento à testimo- nio ipsius senatus Romani, addita querela de Eumenis calumniis, ubi criminatio ex pari.
IV. Ego hæc) Peroratio valde aculeata est; tria habens: 1. que- lam de purgatione sui minime efficaci propter præjudicia Romano- rum: 2. attestationem suæ innocentiæ: 3. exprobrationem nimiæ veritatis in Romanis.

EVENTVS.

Hæc dicenti assensus Martius, auctor fuit Romam mittendi lega-

ti, quod experienda omnia ad ultimum, nec prætermittendam spem ullam pacis censeret.

USUS.

Usus est, cum ad crimina objecta respondendum, & causa belli à nobis in adversarium removenda est.

SENTENTIÆ.

1. Bonam causam apud eosdem & judices & accusatores agas.
2. Quæ verbo objecta, verbo negare satis est.
3. Qui multis publice & privatim gravis est, multos quoque inimicos habet.
4. Arma armis propulsare licet.
5. Nulla ne in servos quidem sæva atque injusta imperia probantur.
6. Calumnia omnia detrahendo suspecta & invisa efficit.
7. Talis est oratio, ut aures, ut animi audientium sunt.
8. Nullum bellum est justum, nisi quod aut rebus repetitis geratur, aut denunciatum ante sit & indictum. Cic. 1. off.

ORATIO CXCVIII.

Persei concio de sua victoria.

Perseus in primo cum Romanis prælio victor, magnifice fortunam suam extollit, indeque totius belli eventum divinat.

Ethos est hominis præfidentis.

Pathos, Ὑπερηφανία de bello universo.

Partes sunt tres.

I. Præjudicatum) Propositio.

II. Meliorem) Confirmatio à re gesta, quod equites victi, militum ac ducum præstantissimorum seminarium: & quod pedites quoque ultro aufugerint.

III. Sed facilius) Peroratio specialius divinationem explicat; de hoste persequendo, de castris oppugnandis, de prælio iterando.

EVENTUS.

Qui vicerant, alacres spolia cæsorum hostium humeris gerentes ante ora sua, audivere ex eo quod acciderat, spem futuri præcipientes: & pedites aliena gloria accensi, sibi quoque & navandæ rei operæ, & similem gloriam ex hoste pariendi, occasionem optabant.

USUS.

Usus est, cum ex lætis initiis in futurum quoque animi confirmandi, & spe certa afficiendi sunt. Cogitandum tamen semper, in bellis raro ultima respondere primis, quod Perseus cum suo malo postea expertus.

SENTENTIÆ.

1. Sæpe ex initiis eventus rei præjudicatur,
2. Vis ac robur exercitus est equitatus.

In Libro III Orationes non occurrunt.

EX DECADIS QVINTÆ LIBRO QVARTO.

ORATIO CXCIX.

L. Æmylius de bello Macedonico ad senatum & populum.

L. Æmylius Paulus consul ad bellum Macedonicum, contra rumores siniſtros, qui vulgo magnos viros exercere solent, apud senatum & populum se præmunire studet.

Ethos est viri gravis & circumspecti.

Pathos, in judicando de magistratu æquitas.

Partes sunt tres.

I. Animadvertisse) Exordium, ubi captandæ benevolentiæ ergo populi de se opinionem & exspectationem modeste commemorat, ramque fore auguratur ex causis, quæ sunt favor & auxilium numinis, consulis virtus & diligentia, senatus ac collegæ providentia.

II. Vos quæ scripsero) Admonitio ipsa, ut solummodo literis ae, non vanis de se rumoribus credere velint. Argumenta adhibent duo. Primum est à moribus vulgi in optimorum virorum fama pendenda, ubi eleganti mimesi talium hominum temeritas taxatur. Alterum est ab incommodis, quod ista calumniandi libido & animos ingat ducum, & rebus gerendis impedimento sit. Additur & duplex prolepsis. una constantiæ Fabianæ, qualis non in quosvis cadat: de qua supra dec. 3. lib. 2. altera pertinaciæ, quam detestatur, simulque, à quibus viris imperatorem moneri æquum sit, ostendit.

III. Itaque si quis) Peroratio valdè aculeata, quæ prudentes &

graves viros ad ſocietatem conſiliorum invitatos, inertes, & quibus Mars in lingua, ab obtrectandi libidine quieſcere vult.

EVENTUS.

Traditum eſt memoriæ, certa ſpe ominatos eſſe homines, finem eſſe Macedonico bello, maturumque reditum cum egregio triumpho conſulis fore.

USUS.

Uſus eſt, quando de fide noſtra in munere demandato bene opinari & ſperare alios, noſque adverſus malevolorum ſugillationes & obtrectationes præmunitos cupimus.

SENTENTIÆ.

1. Pietati & virtuti favet Deus, idemque in rebus agendis adeſt.
2. Bonam de te ſpem ne fallas.
3. Rumores credulitate tua ne alas, quorum auctor nemo exiſtat.
4. Nemo tam famæ contemptor eſt, cujus non debilitari animus adverſo rumore poſſit.
5. Hominum imperitorum judicia iniqua eſſe ſolent.
6. Conſilium, res ſacra.
7. Non ſum is, qui non exiſtimem admonendos duces eſſe: imo eum qui de ſua unius ſententia omnia gerit: ſuperbum judico magis, quam ſapientem. Sed primum à prudentibus & proprie rei militaris peritis & uſu edoctis monendi imperatores ſunt. Deinde ab his, qui interſunt rebus gerendis loco, qui temporum opportunitatem vident, qui in eodem velut navigio participes ſunt periculi.
8. E terra ne gubernaveris.

ORATIO CC.

Q. Aemylii de pugna dilata excuſatio.

Monitus à P. Naſica imperator Æmylius, ut acie cum hoſte dimicaret, vulgo, qui prætermiſiſſet pugnandi occaſionem, & locum dediſſet hoſti abeundi, viſus, poſtero die rationem pugnæ dilatæ reddidit.

Ethos eſt ducis prudentis, & omnia bono conſilio agentis.

Pathos, ſpes boni eventus.

Partes ſunt quinque.

1. P. Naſica) Exordium ſumit à dicendi cauſa, quæ eſt Naſicæ & aliorum de imperatore ſuo judicium intempeſtivum.

II. Et

II. Et tibi Nasica) Propositio.

III. Nam tantum) Confirmatio sumitur à fine, quod non consultum duxerit pugnare: id quod demonstrat ex circumstantiis, quæ pugnam hosti facilem, Romanis difficilem fecissent. Vbi quadruplex contentio notanda. Prima est quantitatis, id est, exercitus numerosi & exigui, ejusdemque insuper divisi. Sed fuerimus) Secunda est qualitatis, hoc est, militum integrorum, & valentium, cum fatigatis & exhaustis. Quid? quod) Tertia est situs & ordinis, id est, aciei compositæ & tumultuariæ. At hercule) Quarta est locorum, id est, castrorum & aperti campi, ubi discurrit in pleniorem commendationem castrorum ab auctoritate majorum, ab usu utili, à testimonio experientiæ, & comparatione similium.

IV. His difficultatibus) Confutatio diluit argumenta de fuga hosti concessa, indeque metuendis incommodis. Negat enim tale consilium hosti tum fuisse, ab effectis pugnantibus in hunc modum. Si cedere voluisset, non mansisset in loco, non in aciem copias eduxisset, at hoc. E. non illud. Propositio probatur duplici conjectura: quod tum procul adhuc Romani essent, facilius abire potuisset, & quod nunc sine negotio impediri queat.

V. Hæ dilatæ) Peroratio præsens consilium exponit, argumento addito à causis adjuvantibus.

EVENTVS.

Post hanc orationem silentium fuit, partim traductis in sententiam eius, partim verentibus nequicquam offendere in eo, quod utcunque prætermissum revocari non posset.

VSVS.

Vsus est, ubi dilati officii, præsertim in bello, causæ reddendæ sunt.

SENTENTIÆ.

1. Temere in acie versari, & manu cum hoste confligere, immane quiddam & beluinum est: Sed cum tempus est, necessitasque postulat, decertandum manu est. Cic. 1. offic.

2. Pauci cum multis, fessi cum integris, male compositi cum ornatis, castris destituti cum iis qui castra habent, infeliciter committuntur.

3. Castra sunt victori receptaculum, victo perfugium.

EX

EX DECADIS QVINTÆ LIBRO QVINTO.

ORATIO CCI.

L. Aemylius ad Perſeum victum.

Perſeus cum filio captus ab Octavio prætore, & in caſtra ad Æmylium miſſus eſt. Cum vero terram intuens diu tacitus fleret, hanc orationem conſul habuit.

Ethos eſt viri gravis, & tamen conditionis humanæ memoris.

Pathos, miſericordia erga regem, & metus ſimilis fortunæ.

Partes ſunt tres.

I. Prima percunctatio) Prima eſt caſtigatio temeritatis Perſei in bello Romanis movendo, argumentis ſumptis 1. à cauſa belli nulla, 2. ab ætate & experientia Perſei, 3. ab exemplo patris, 4. à Romanorum fide & viribus.

II. Nec interrogatus) Altera eſt conſolatio fortunæ regiæ, argumento ab experimento clementiæ Romanæ.

III. Hæc Græco) Tertia eſt cohortatio militum ad modeſtiam, argumento ducto à rerum humanarum inconſtantia, quam præſenti exemplo demonſtrat, addito epiphonemate de æquabilitate animi in omni fortuna retinenda.

EVENTVS.

Eo die & invitatus ad conſulem Perſeus, & alius omnis ei honor habitus eſt, qui alteri in tali fortuna poterat. Hic finis belli, cum quadriennium continuum bellatum eſſet, inter Romanos ac Perſeum fuit, idemque finis inclyti per Europæ plerumque, atque Aſiam omnem regni, quod ab Alexandro M. annos 150 ſtetit.

VSVS.

Vſus eſt, cum uno eodemque tempore ſunt, qui caſtigandi, conſolandi, & monendi.

SENTENTIÆ.

1. Temeritas eſt, quorum & vim bello, & fidem in pace experti es, cum iis bellum, quam pacem, malle.

2. Miſerirordia cognita ſpem ac fiduciam ſalutis præbet.

3. In

3. In ſecundis rebus nihil in quenquam ſuperbe ac violenter conſu-
ere decet, nec præſenti credere fortunæ, cum quid veſper ferat in-
ertum ſit. Is demum vir erit, cujus animam nec proſpera flatu ſuo
fferet, nec adverſa infringet.

ORATIO CCII.

Rhodiorum deprecatio.

Rhodii quod viſi eſſent Perſeo favere, quodque legati eorum du-
ius in ſenatu loquuti, rege victo & capto rurſum miſerunt, qui ſena-
ui populoque Romano gratularentur: hi tanquam incertæ fidei homi-
es rejecti ſunt, & à prætore M. Iuventio rogatio promulgata, ut
Rhodiis bellum indiceretur. Igitur legati ſordida veſte ſumpta cau-
am civitatis ſuæ agunt, bellumque deprecantur.

Ethos eſt hominum ſupplicum.

Pathos, commiſeratio & lenitas.

Partes ſunt quinque.

I. Peccaverimus) Exordium habet querelam de miſerabili fortu-
a ſua per comparationem temporum diſſimilium.

II. Et Macedonas) Propoſitio, Ne bellum ipſis fiat, amplifica-
ur efficaci antitheſi Clementiæ Romanorum erga hoſtes, & præſen-
is Severitatis in ſocios.

III. Certe quidem) Confirmatio ſumitur ex belli inferendi ini-
uitate, quam quatuor rationibus diſputat. 1. Prima eſt à negatione
auſæ juſtæ, in hunc ſenſum: Bellum juſte infertur iis, qui cauſam
ederunt. Rhodii non dederunt cauſam. E. jure bellum iis inferri ne-
uit. Propoſitio confirmatur ab ipſorum Romanorum teſtimonio &
xemplis. Complexio & aſſumptio urgentur communicatione. Quem-
dmodum) 2. A meritis Rhodiorum, qui in bellis prioribus Roma-
is fidelem operam navarint. Hoc probatur 1. teſtimonio prætorum
omanorum: II. enumeratione rerum ad Samum, in Pamphylia, in
yria geſtarum: III. præmiis tributis, ubi prolepſis jactantiæ ex fine.
i quæ) 3. A teſtimonio ipſius hoſtis, qui nihil ſibi à Rhodiis auxilii
tum, imo à Romanis eos ſtetiſſe queratur: ubi artificioſa fictio
ventus contrarii, & legationis Rhodiorum, ac Perſei, reſponſi.
Quanquam) 4. A ſtudiis Romanorum in hoc ipſo bello, cum pro-
ſi non præſtiti officii ex cauſa impediente.

IV. Quid igitur) Confutatio diluit quadruplicem offenſionem
omanorum. Prima erat, quod amicitiam regis petiviſſent. Hæc
ulpa 1. transfertur à civitate in paucos privatos: 2. excuſatur ex ge-
nere

nere seu communiter accidente, & ipsorum Romanorum exempl & effectu. Non præterit) Altera offensio data erat à legatis insolenti se gerentibus: quam rem partim fatentur & detestantur, partim mi tigant & excusant. idque 1. exemplo Popilii, quo per imprudentiam abusi: 2. natura & vitiis humanis: 3. expiatione ac pœna data: 4. te stimonio & judicio æquiore sapientum. Id enim vero) Tertia of fensio erat propter contemptum, cui opponitur exemplum ac cle mentia numinis. Voluntatis) Quarta est ex voluntate & studio Rho diorum. ubi 1. contendunt, tantam non esse culpam, ut bello pro sequenda sit, argumento ab ipsorum Romanorum, qui quidem e -æquo ac bono judicent, testimonio: 2. nec omnium esse dicunt, se paucorum, qui aut pœnas jam dederint, aut adhuc daturi sint: y rogant, ne paucorum noxa toti reipub. fraudi sit.

v. Priorum nostrorum) Peroratio duplex pathos habet exoratio nis: à memoria veterum beneficiorum, & civium omnium dedito ne ac patientia.

EVENTVS.

Secundum talem orationem universi rursus prociderunt, ramos que oleæ supplices jactantes, tandem excitati curia excesserun Responsum ita redditum est, ut nec hostes fierent, nec socii mane rent.

VSVS.

Vsus est, cum bellum à potentioribus deprecandum, & teme illatæ injuriæ quomodocunque mitigandæ sunt.

SENTENTIÆ.

1. Ideo felicia bella sunt, quia justa sunt: nec tam exitu eorum quod victoria parta, quam principiis, quod non sine causa suscepta sint, gloriandum.

2. Publica causa à privatorum culpa segreganda est.

3. Nulla est civitas, quæ non & improbos cives aliquando, & imperitam multitudinem semper habeat.

4. Tam civitatum, quam singulorum hominum mores sunt: gen tes quoque aliæ iracundæ, aliæ audaces, quædam timidæ, in vinum in venerem proniores aliæ.

5. Superbiam, verborum præsertim, iracundi oderunt, pruden tes irrident, utique si inferioris adversus superiorem est, capitali pœ na nemo unquam dignam judicat.

6. Prio-

6. Priorum benefactorum cumulus, si quid postea in officio cessa-
m est, expleat.

7. Id est viri magnanimi, rebus agitatis punire sontes, multitudi-
em conservare. Cic. 1. offic.

ORATIO CCIII.

Theodoti suasio deditionis.

Passaronem oppidum Epiri Romani obsidebant. Antinous & Theo-
otus principes ejus civitatis erant, insignes & favore Persei, & odio
dversus Romanos, iidem universæ genti auctores desciscendi à Ro-
anis. Hi conscientia privatæ noxæ, quia illis nulla spes veniæ erat,
communi ruina patriæ opprimerentur, clausêrunt portas, multi-
dinem, ut mortem servituti præponerent, hortantes. Nemo ad-
rsus præpotentes viros hiscere audebat. Tandem Theodotus qui-
m deditionem civibus suasit.

Ethos est increpantis.

Pathos, patientia.

Partes pro judicio Enthymematico sunt duæ.

1. Quæ vos rabies) Prior est increpatio, causam simul deditionis,
ic enthymematis antecedens habens: quod rabiosum sit propter
cos omnes mori, & totam civitatem perditam velle.

11. Quin aperimus) Altera ipsa suasio est, & enthymematis con-
ens: dedendam esse urbem: cui & pathos honestatis additur à
jori, quod Romanis totus orbis pareat.

EVENTVS.

Antinous & Theodotus in primam stationem hostium irruperunt,
ue ibi offerentes se vulneribus interfecti sunt: urbs dedita est Ro-
nis.

VSVS.

Usus est, cum paucorum pervicaciæ resistendum, & patria non alia
one quam deditione servari potest.

SENTENTIÆ.

. Rabies est, paucorum hominum noxa civitatis occisionem
evelle.

. Pro patria letum oppetas: patriam pro te perire ne æquum cen-

ORA-

ORATIO CCIV.

Apologia M. Servilii pro Aemylio, cujus triumpho invidebatur.

Milites, quod de præda Macedonica parcius, quam ſperaver accepiſſent, Æmylio imperatori irati erant: in quibus cum Serv Sulpitius Galba Trib. militum triumphum à ſenatu decretum imp dire conatus eſſet, M. Servilius pro Æmylio hanc orationem hab

Ethos eſt militis ingenui, & imperatori ſuo fidi.

Pathos, amor Æmylii, & in Galbam ira.

Partes ſunt quatuor.

1. Quantus) Exordium ſumit à perſona: tum Æmylii rei, qu ut excellentem imperatorem prædicat argumento à rebus geſtis: t actoris Galliæ, quem ut hominem temerarium, & impudentem ſtigat actionis circumſtantiis excuſſis: 1. quod eam privatus in tuerit contra ſenatus conſultum: 2. quod alieno tempore: 3. q ex nulla alia cauſa, quam obtrectandi libidine: 4. quod denique fronte & modeſtia: quæ omnia ut gratiam reo comparant, ita a ſunt invidioſa.

11. Quid interim) Conſtitutio cauſæ ita fit, ut tum argum tum, tum quæſtio actoris ſimul extenuetur.

111 Quid apud) Contentio eſt bipartita: una ad togatos t quam incorruptos, altera ad milites odio imperatoris & Galbæ lumniis jam occupatos. Prioris partis ſumma eſt: Nihil Galbam tuliſſe, quod in imperatore jure populus reprehendere poſſit, ned triumphum impedire velit. Ad hoc demonſtrandum, primum ac ba & falſa mimeſi recenſet capita accuſationis: deinde ſubjicit cen ram & judicium, quod ea recte & utiliter ab Æmylio facta. Ratio ſumit 1. ab auctoritate majorum: 2. ab experientia & eventu t ambitionis, tum ſeveritatis: 3. ab exemplis recentibus Minutii Fabii. Tranſeatur) Secundæ partis ſcopus eſt: Non convenire m deſto militi, ut imperatoris ſui honoribus obſtet. Primo autem audientiam facit gravi increpatione militum: Deinde ſententia quam dixi, magna cum vehementia proponit, dignam eſſe aiens, qui contra ſentiat, manibus militum diſcerpatur. Denique ratio affert, cur ſic ſtatuat, eaſque partim ab iniquitate, partim ab inco modis actionis Galbæ. Sunt autem decem. 1. A ſubjecto, q triumphus non unius ſit imperatoris: ſed totius populi, qui pro injuria afficiatur. 2. Ab auctoritate ſenatus per comparationem, q

multi invito senatu triumpharint, ideoque non prohibendus Æmylius, cui senatus triumphum adjudicavit. 3. A meritis imperatoris per comparationem. 4. A consequentibus, quod triumphus tam excellenti & merito viro denegatus populo invidiæ & ingratitudinis infamiam sit allaturus, & virtutis studium labefacturus: ubi exempla Athenienſium, ipsorumque Romanorum invidiose attinguntur. 5. Rursum à subjecto, quod hic honos totius exercitus sit: quod arguit hypotyposi triumphantium, non triumphantium indignatione, denique fine & consilio deportationis militaris. 6. Ab exemplis triumphantium ob leviora merita. 7. A materia in triumpho jure ostentanda. 8. Ab auctoritate & expectatione populi. 9. A principali causa triumphi, ut Diis pro victoria data gratiæ agantur. 10. A rei indignitate & turpitudine.

IV. Et tu centurio) Peroratio duplicem apostrophen habet: unam ad milites, quibus levitatem exprobrat in Galba potius audiendo, quam senatu, ubi contendere facit maledicentiam cum sua virtute, quam non tantum verbis commemorat, sed ut auditorem plus moveat, oculis denudat: alteram ad Tribunos, ut suffragia iterato colligant.

EVENTVS.

Æmylius glorioſe triumphavit. Vide Plutarchum.

VSVS.

Vſus eſt, cum pro bene meritorum virorum honore & commodis contra invidorum calumnias & oppugnationes decertandum eſt.

SENTENTIÆ.

1. Severitas diſciplinæ militem in officio continet. Vide Valer. Maxim.

2. Cui crimen, cui nullum probrum dicere poteſt invidia, ejus obtrectare vult laudi. Vide hiſtor. Apellis.

3. Iudicium integrum oportet eſſe & à favore, & ab odio. Vide Salluſt.

4. Triumphus non imperatoris tantum, ſed univerſi populi decus eſt. Cic. pro Archia.

5 Invidiæ & ingrati animi adverſus bene meritos cives opinio fœda eſt apud alias gentes, & damnoſa apud populum. Quis enim clarorum hominum ſimilis eſſe in ingrata & inimica bonis civitate velit? Cic. 1. Tuſc.

6. Omnium magnarum rerum & principia exordienda à Deo, & finis idem ſtatuendus eſt.

7. Sunt qui nihil præterquam loqui, & ipſum maledice & maligne, didicerunt.

8. Bono civi nihil impedimento ad rempub. bene gerendam domi militiæque eſſe debet.

ORATIO CCV.

L. Aemylii oratio funebris.

L. Æmylius duobus filiis, quos, duobus in adoptionem datis, ſolos nominis familiæque hæredes retinuerat domi, circa tempus triumphi exſtinctis, de rebus à ſe geſtis, & luctu domeſtico concionatur.

Ethos eſt viri memoris ſortis humanæ, & patriæ amantis, & animi infracti.

Pathos, modeſtia & æquanimitas in omni fortuna.

Partes ſunt tres.

1. Quanquam) Exordium eſt prolepticum, quo de rebus noti dicendi veniam petit, ſimulque ſummam orationis facit.

11. Perfectus) Narratio eſt quinque membrorum: 1. de expeditione ſua in Græciam: 2. de rebus contra hoſtem feliciter geſtis: 3. victo captoque rege, & Macedonia in deditionem accepta: 4. de optatione & precibus ſuis: 5. denique de luctu domeſtico, ubi pathos addit de rerum humanarum inconſtantia, productis exemplis recentibus Perſei & ſuo.

EVENTVS.

Hæc tanto dicta animo magis confudere audientium animos, quam ſi miſerabiliter orbitatem ſuam deflendo loquutus eſſet.

SENTENTIÆ.

1. Fortuna ſumma maxime ſuſpecta eſſe debet: quia è ſummo retro volvi ſolet.

2. Privatam cladem felicitas & ſecunda fortuna publica conſolari poteſt.

ELEN-

ELENCHVS
ORATIONVM LIVII
Secundum genera cauſarum.

I.
ORATIONES DIDASCALICÆ.

DIvinatio reginæ Tanaquilis de puero Servio. Orat. 6.
II. Q. Mutius aperit Porſennæ cauſam facinoris in ſcriba interfecto. 14.
III. Legati deferunt reſponſum ſenatus de conditione plebis. 33.
IV. Iudicium Papyrii de apparatu bellico Samnitum. 98.

II.
ORATIONES DEMONSTRATIVÆ.

I. Præfatio auctoris, & commendatio hiſtoriæ Romanæ. Orat. 1.
II. Faliſci dedunt ſe Romanis cum eorum laude. 58.
III. Minutius magiſter equitum agit Fabio gratias de auxiliis latis. 111.
IV. Varro laudat Sympathiam Campanorum. 117.
V. Himilco extollit apud Carthaginenſes res geſtas Annibalis. 120.
VI. Hanno eaſdem deprimit. 121.
VII. Marcellus ornat & conciliat ſibi juvenem Bantium. 122.
VIII. P. Scipio novitius imperator inſinuat ſe apud milites in Hiſpania. 134.
IX. Idem facit Allucio Celtibero, reddita ei ſponſa ſua. 136.
X. Marcellus caſtigat fugam militum. 137.
XI. Saguntini gratias agunt Romanis pro vindiciis contra Pœnos. 139.
XII. Quintius valedicit Græcis. 164.
XIII. Rex Philippus deteſtatur ſceleſtum filium Perſeum, & hæredem inſtituit Antigonum. 191.
XIV. Perſeus gloriatur de victoria ſua. 198.
XV. Æmylii oratio funebris. 205.

III.

ORATIONES DELIBERATIVÆ.

I.

Suasiones, hortationes, consilia.

I. Tanaquil instigat Servium ad necem regis ulciscendam. Orat. 7

II. Iunius Brutus auctor est Collegæ Tarquinio Collatino, ut consulatum deponat, & Roma migret. 10.

III. Menenius Agrippa hortatur populum ad concordiam. 17.

IV. Quintus Fabius vult legem Arsæ de potestate consulari differri. 22.

V. P. Valerius hortatur plebem ad arma capienda, & recuperandum Capitolium. 24.

VI. Decemviri consultant cum populo de condendis legibus. 27.

VII. Seniores Senatus suadent Decemviris, ut imperio se abdicent. 32.

VIII. Legati senatus plebem seditiosam mitigare studeant. 33.

IX. Iidem suadent, ut modeste in urbem redeant. 35.

X. M. Duillius auctor est Tribunis moderationis in prosequendis pœnis. 38.

XI. Valerius hortatur militem ad fortiter pugnandum. 39.

Similes orationes sunt 40, 48, 61, 72, 76, 158, 169, 179.

XII. Orationes adversariæ Consulum & Tribuni Canuleii de consulatu & conjugio Plebeio. 44, 45.

Similes orationes sunt 49, 70, 96.

XIII. Vectius Messius ad milites fugientes. 47.

XIV. Mamercus Æmylius ad milites turbatos. 48.

XV. Appii Claudii consilium de legibus agrariis impediendis. 51.

XVI. Orationes adversariæ Tribunorum & consulis Appii Claudii de obsidione Vejorum per hyemem continuanda. 53, 54.

XVII. Deliberatio de præda Vejensi. 56.

XVIII. Camillus hortatur Ardeates, ut arma sumant contra Gallos. 59.

XIX. Idem hortatur cives, ut Romæ maneant, nec Vejos migrent. 60.

XX. Camillus confirmat militem timidum. 61.

XXI. A. Cornelii consilium de pugna ineunda. 62.

Similis oratio est 68.

XXII. Camilli consilium datum Tusculanis de venia à Romanis impetranda. 66.

XXIII. Camillus ad plebem de retinendo jure intercessionis. 69.

XXIV. P. Decii consilium erumpendi ex saltu Caudino. 77.

XXV. Ejusdem hortatio ad milites, ut occasione utantur. 78.

XXVI. Annius Setinus auctor est Latinis, ut à Senatu Romano petant communionem consulatus. 80. quod ipsum quoque agit in senatu. 81. Sed rejicitur à Manlio. 82.

XXVII. Camilli moderatum consilium de pœna Latinorum. 84.

XXVIII. Cl. Pontius suadet Samnitibus bellum contra Romanos. 88.

XXIX. L. Lentulus imperatori ab hoste concluso deditionem suadet. 89.

XXX. Sp. Posthumii masculum consilium de pace Caudina. 90.

XXXI. Ejusdem in consilio dato constantia. 91.

XXXII. Q. Fabii Classicum, seu hortatio ad erumpendum. 93. Convenit oratio P. Sempronii. 113.

XXXIII. Hanno vult Annibalem à Sagunto avocari, & Romanis dedi. 100.

XXXIV. Alorcus Hispanus Saguntinis suadet deditionem. 101.

XXXV. Annibal communicat cum milite consilium suum de bello Romano. 104.

XXXVI. Idem per Alpes in Italiam iturus militem hortatur ad constantiam. 105.

XXXVII. Scipionis Classicum, seu hortatio ad milites, ut cum Annibale fortiter pugnent. 106.

XXXVIII. Annibal idem facit. 107.

XXXIX. Et L. Sempronius. 108.

XL. Q. Fabii omen & præmonitio ad Q. Æmylium de belli gerendi ratione. 112.

XLI. L. Martius instigat milites ad ulciscendam mortem Scipionum. 129.

XLII. Levini consulis prudens consilium de supplemento remigum. 134.

XLIII. P. Scipio vult bellum Hispaniense ordiri à Carthagine occupanda. 135.

XLIV. Adversationes Fabii & Scipionis de bello in Africam transferendo. 140, 141.

XLV. P. Sulpitius suadet bellum Macedonicum. 148.

XLVI. Deliberatio in concilio Ætolorum de fœdere cum Philippo, vel Romanis. 149, 150, 151.
XLVII. Similis deliberatio in conſeſſu Achæorum. 152, 153.
XLVIII. Actio inter T. Quintium & Philippum de pace. 154, 15
XLIX. Contentio Catonis & Valerii de lege ſumptuaria Oppi 156, 157.
L. Deliberatio Quintii cum Ætolis & Achæis de bello contra N bin. 159, 160.
LI. Quintii præmonitio de obſidenda Sparta. 163.
LII. Annibalis conſilium de bello cum Romanis. 168.
LIII. Conſul Poſthumius ſuadet abrogari Bacchanalia. 183.
LIV. T. Sempronius vult in Hiſpania retinere veteranos. 189.
LV. Cælius Metellus hortatur cenſores ad concordiam. 190.
LVI. Diſceptatio inter Callicratem & Arconem de fœdere cu Perſeo. 192, 193.
LVII. Eumenis admonitio in ſenatu R. de machinationibus Pe ſei. 194.
LVIII. L. Æmylii ſtipulatio de bello Macedonico. 199.
LIX. Ejuſdem de Perſeo victo ſententia. 201.
LX. Theodotus Paſſaronenſibus ſuadet deditionem. 103.

II.

Diſſuaſiones, & dehortationes.

I. Metius diſſuadet Romano prælium. 2.
II. M. Coriolanus non vult annonam plebi laxari. 18.
III. Q. Capitolinus deteſtatur diſcordiam populi. 4.
IV. Valerius ſeditioſos milites dehortatur à pugna civili. 79.
V. Hannoni non placet Annibalem imperatorem creari. 99.
VI. Flaminius non vult prælium differri. 109.
VII. Calavius Campanus diſſuadet mutationem ſenatus. 116.
VIII. Dehortatur filium ab occidendo Annnibale. 118. Filiu ægre aſſentitur. 119.
IX. Fabius rejicit conſules ineptos 125.
X. Vibius Virius deditionem Capuæ improbat, mavultque mor 130.
XI. Eumenes non probat pacem cum Antiocho. 173.

III.

Petitiones.

I. Tarquinius priſcus petit regnum. 5.
II. Tarquinius exul petit à Vejenſibus ſe reſtitui. 11.
III. Idem agit apud Porſennam. 13.
IV. Servius Tullius petit veniam pugnandi. 7.
V. Campani à Senatu R. petunt auxilium contra Samnites. 73. & recuſante Senatu, 74, inſtant. 75.
VI. M. Iunius petit captivos redimi. 114. Sed Manlius renuit. 115.
VII. Legati Samnitium petunt opem contra Romanos. 123.
VIII. Mandonia pudicitiæ ſuæ vult conſultum: Allucius ſponſam ſuam repetit: quibus humaniter Scipio reſpondet. 136.
IX. Annibal pacem petit: quam Scipio negat. 145, 146.
X. Legatus Philippi petit fœdus cum Ætolis. 149.
XI. Legati Athenienſium ab iiſdem opem petunt contra Philippum. 150.
XII. Zeuſis Antiocho pacem petit. 175. Scipio reſpondet. 176.
XIII. Eumenis & Rhodiorum contrariæ petitiones de ſtatu civitatum quarundam in Græcia. 177, 178.
XIV. Sp. Liguſtinus petit honeſtiorem locum in militia. 195.

IV.

Recuſationes.

I. Senatus R. recuſat Tarquinios recipere. 15.
II. Virginius recuſat Tribunatum. 31.
III. Simile quid facit P. Licinius Calvus. 55.
IV. Legati Senatus improbant poſtulata plebis. 33.
V. Q. Fabius non vult refici conſul. 97.
VI. Volſciani rejiciunt ſocietatem Romanorum. 103.

IV.

ORATIONES IVDICIALES.

I.

Accusationes, expostulationes, objurgationes, querelæ.

I. Tullus arguit Metium Suffetium proditionis, & perfidiæ. 4.
II. Turnus Herdonius indigne fert absentiam & ludificationem Tarquinii. 8.
III. Lucretia queritur de vi à Tarquinio sibi facta. 9.
IV. Veteranus quidam queritur de iniquitate fœneratorum. 18.
V. Actius Tullius insimulat populares tumultus movendi. 19.
VI. Idem calumniatur Romanos, ut in eos concitet populares. 20.
VII. Veturia expostulat cum filio Coriolano de patria obsessa. 21.
VIII. A. Virginius traducit ferociam Cæsonis adolescentis patritii. 23.
IX. Q. Cincinnatus invehitur in factionem Tribunitiam. 25.
X. Idem in licentiam patrum. 26.
XI. M. Horatius in tyrannidem Decemvirum. 28.
XII. Licinius in libidinem Appii. 29.
XIII. Virginius in eandem. 30.
XIV. Appius questus de temporibus suis, abit magistratu. 34.
XV. Virginius rursum in Appium. 36.
XVI. C. Iulii quæstiones de offensionibus Sempronii; & Timpanii militis modesta responsio. 50; 51.
XVII. Sextius exagitat intempestivas minas Posthumii. 52.
XVIII. Camillus castigat perfidiam magistri Faliscorum. 57.
XIX. A. Cornelius in jus vocat M. Manlium seditionem molientem, & patres calumniantem. 63.
XX. Apologia Manlii, & recriminatio. 64, 65.
XXI. T. Manlius accusat filium de imperio suo spreto. 83.
XXII. Actio Papyrii in Magistrum equitum Fabium, & Parentis provocatio ad plebem. 85, 86, 87.
XXIII. C. Pontii expostulatio de fœdere rupto. 92.
XXIV. P. Sempronii actio in A. Claudium censorem pertinacem. 95.
XXV. Disceptatio legati Romani cum Carthaginensibus de Sagunto capto. 102.
XXVI. Q. Minutius criminatur cunctationem dictatoris sui Fabii. 110.

XXVII. Himilco exprobrat Hannoni, quod Annibali adversatus: sed is se defendit, 120, 121.
XXVIII. Annibal increpat milites segnius pugnantes. 124.
XXIX. Pinnarius insimulat Ænnenses perfidiæ, & militibus suis auctor est, ut eos trucident. 126.
XXX. P. Scipio castigat milites seditiosos. 138.
XXXI. Locrenses accusant Pleminium tyrannidis. 142.
XXXII. Scipio exprobrat Masanissæ Sophonisbam ductam. 144.
XXXIII. Nabis expostulat cum Quintio de bello sibi facto: cui Quintius respondet. 161, 162.
XXXIV. Contentio inter legatum Antiochi & Romanum de jure regis. 165, 166.
XXXV. L. Furius & L. Æmylius agunt contra Cn. Manlium triumphum petentem: hic autem se defendit. 180, 181.
XXXVI. Philippus objicit Romanis ingratitudinem & injustitiam. 184.
XXXVII. Actio insidiarum inter Philippi filios Perseum & Demetrium. 186, 187.
XXXVIII. Martius & Perseus contendunt de causa belli Macedonici. 196, 197.

II.

Defensiones, purgationes, excusationes.

I. P. Valerius purgat se de regno affectato. 13.
II. Icilius pugnat pro sponsa sua. 29.
III. Virginius pro filia. 30.
IV. L. Quintius excusat cædem Sp. Metii. 46.
V. Menenius defendit se contra crimen ambitus. 94.
VI. Marcellus tuetur severitatem suam in Syracusanos. 131.
VII. Attilius Regulus provocat ad plebem de statu Campanor. 132.
VIII. Annibal causam reddit risus sui. 146.
IX. Legatus Romanus defendit suos contra querelas Philippi. 151.
X. Philippus in conditionibus pacis à Quintio latis jus suum contra Ætolos & alios tuetur. 154.
XI. Annibal suspectus Antiocho in causa Romana expurgat se. 167.
XII. P. Scipio respondet Tribunis ipsum repetundarum accusantibus. 182.
XIII. Lycortas pro Achæis suis loquitur. 185.
XIV. L. Æmylius excusat pugnam dilatam. 200.
XV. P. Servilius pugnat pro Æmylio triumphum petente. 204.

III.

Deprecationes & Supplicationes.

I. Horatius ſupplicat pro filio perduellionis reo. 3.
II. C. Claudius liberare vult fratris filium ex carcere. 57.
III. Tuſculani deprecantur bellum. 67.
IV. M. Fabius intercedit pro filio de dictatoris imperio violato.
V. Iunius ſupplicat in ſenatu de captivis militibus redimendis. Sed rejicitur à Manlio. 115.
VI. Milites exules petunt à Marcello ſe reſtitui. 127.
VII. Syracuſani ſe dedere nolunt. 128.
VIII. Sophonisba deprecatur ne Romanis dedatur. 143.
IX. Quintius intercedit pro Ætolis, qui Naupacti, apud Ac lium. 171, 172.
X. Zeuſis nomine Antiochi per Scipionem vult pacem a Roma impetrare. 175, 176.
XI. Rhodii deprecantur bellum. 202.

FINIS LIBRI QVARTI.

EXE

EXERCITATIONVM RHETORICARVM

LIBER V.

Commentariolus analyticus in Orationes & Epistolas C. Crispi Sallustii, earum artificium Rhetoricum, & fundamenta Philosophiæ practicæ commonstrans.

Ex Conivratione Catilinaria.

I.

Oratio Catilinæ ad conjuratos.

CAtilina multis bonis propter vitam sceleratam invisus, & recens in petitione consulatus iterum repulsam passus, opprimere rempub. statuit, vi perrupturus, quo virtute non posset. Igitur conjuratos in domum M. Leccæ convocatos hac oratione exhortari & confirmare conatur, ut se ei strenuos & constantes præbeant.

Ethos quod simulat, est viri circumspecti, magnanimi, & sociis optime cupientis.

Pathos, indignatio in oppressores communis libertatis, & spes indictæ gloriosæ.

Partes sunt Exordium, propositio, confirmatio, peroratio.

Nisi virtus) 1. Exordium est, quale solet esse in re mala. Vt enim cum favore audiatur, se apud socios insinuat, virtutem & fidem eorum prædicans, & de re ipsa magnam spem præ se ferens: in quo ipso orationem viri boni imitatur, conjurationem vocans consensum & amicitiam; audaciam, virtutem; pertinaciam, fidem; vastationem patriæ, maximum & pulcherrimum facinus. Argumentum ita habet: Nisi virtus atque fides vestra mihi nota esset, non susciperem vobiscum quod intendo. At ea mihi nota est. Suscipiam igitur. Consequentia majoris comprobatur ab eventu infelici: minor testimonio experientiæ: Conclusio pathos habet à causis impulsivis, quod res magna sit, quam molitur: quod pulchra: quod utrique parti utilis.

Sed ego) 11. Propositio tanquam auditoribus jam nota, non satis expri-

exprimitur: ubi nota calliditatem in re invidiosa occultanda, u candide definienda.

Cæterum) III. Confirmationis loci sumuntur à necessario, h nesto, facili, utili. Necessitatis est, quod nisi contra veniant, tam acturi sint miseram ac servilem: ubi magistratum insimulat i justitiæ ac oligarchiæ: scilicet apud quem non virtus, sed opes in h nore sint. Ad honestatem pertinet, mori malle, quam sub ejusmo tyrannis turpem ac servilem vitam ducere. Facilitatem arguit co paratione virtutis sociorum & ignaviæ adversariorum. Denique p utili commendat libertatem, opes & honores, quæ consequi hoc ce tamine valeant: ubi per antithesin iterum in suis extollit fortitud nem, & deplorat servitutem, egestatem, ignominiam: in adve sariis traducit ignaviam, luxum, superbiam, injustitiam.

Quin igitur) IV. Epilogus primo repetit hortationem cum su argumentis. deinde triplex pathos addit: benevolentiæ ac fidei su erga socios: fiduciæ, quod ad successum: indignationis in adve sarios.

EVENTUS.

Postquam accepere ea homines, quibus mala abunde omn erant, sed neque res neque spes bona, tametsi illis quieta move magna merces videbatur, tamen postulavere plerique ut propon ret, quæ conditio belli foret, quæ præmia armis peterent, quid ub que opis aut spei haberent. Tum Catilina multa pollicitus, postqua omnium animos alacres videt, cohortatus ut petitionem suam cur haberent, dimisit conventum.

USUS.

Usus orationis est, ubi contra tyrannos concitandi sunt, qui in que & miserabiliter ab iis vexantur & premuntur: sed abstinendum calumnia est, & consiliis seditiosis.

SENTENTIÆ.

1. Consilium periculosum cum iis tantum communicandum est quorum virtus atque fides satis perspecta.

2. Incerta pro certis ne captes.

3. Idem velle atque idem nolle, ea demum firma amicitia est.

4. Postquam Respub. in paucorum potentiam, jus atque ditionem concessit; omnis gratia, potentia, honos, divitiæ apud illos sunt aut ubi illi volunt: cæteri nobiles atque ignobiles vulgus sunt.

5. Emo-

5. Emori per virtutem præstat, quam vitam miseram atque inho-
stam, ubi alienæ superbiæ ludibrio fueris, per dedecus amittere.
6. Victoria in manu est, quibus viget ætas; animus valet.
7. Annis atque divitiis omnia consenescunt.
8. Tantummodo incepto opus est: cætera res ipsa expedit.
9. Luxus omnibus modis pecuniam trahit, vexatque.

II.

Ejusdem Catilinæ in Senatu.

M. Tullius consul orationem habuit in Catilinam luculentam, at-
que utilem Reipub. Is ubi assedit, Catilina ut erat paratus ad simu-
landa omnia, demisso vultu, voce supplici se defendit.
Ethos est viri innocentis, & erga patriam pii.
Pathos, invidia in Ciceronem.
Partes sunt duæ.
Postulare) 1. Propositio, ne Ciceronis accusationi credant.
Ex familia) 11. Confirmatio a voluntate sua erga patriam hone-
ta: id quod probat 1. a nobilitate majorum: 2. ab educatione &
moribus probatis: 3. a meritis in Rempub. ubi se ut civem natum
cum Cicerone inquilino invidiose comparat.

EVENTVS.

Ad hæc maledicta alia cum adderet, obstrepere omnes, hostem
atque parricidam vocare.

VSVS.

Usus est, cum suspicionibus & calumniis fides deroganda est a ma-
jorum & nostris rebus gestis & moribus.

SENTENTIÆ.

1. Qui familia honesta ortus, & ab adolescentia bene vitam insti-
tuit, omnia bona in spe habet.
2. Bono civi non est perdita repub. opus.

III.

Legati C. Manlii ad Q. Martium.

Catilina rebus in urbe constitutis, nocte intempesta in Manliana
castra profectus est. Erat tum Fiscalis cum exercitu Q. Martius rex:
ad eum

ad eum ex ſuo numero legatos mittit C. Manlius, partim purgandi partim deprecandi ſui cauſa.

Ethos eſt hominum afflictorum.

Pathos, miſericordia apud Martium.

Partes duæ ſunt.

Deos hominesque) Prima eſt purgatio de armis ſumtis, quod ex cuſant duobus argumentis. Primum eſt cauſa impulſiva, ſumma v delicet neceſſitas. ubi 1. removent cauſam invidioſam, idq; cum teſti monio jurisjurandi: 2. docent neceſſitatem prætenſam ex cauſa, qu eſt crudelitas fæneratorum: 3. exaggerant ex effectis & antitheſi tem porum priſcorum & præſentium. Alterum argumentum ſumit ut a exemplis majorum, qui levioribus de cauſis à patribus impune fece ſerunt: ubi contendere faciunt cauſas motuum, quas ii habuerint, quas ipſi, addito epiphonemate de ſtudio libertatis.

Te atque Senatum) Altera pars petitio eſt, eaque triplex: 1. miſeris civibus conſulatur: 2. ut lex Papyrii de parcendo corpori obæratorum reſtituatur: 3. ut fæneratorum iniquitas coërceat Argumentum eſt, ne armis ſeſe vindicare neceſſe habeant.

EVENTVS.

Reſpondet Martius: ſi quid à Senatu vellent, non armis, ſed pr cibus agerent, quod ſic relaxationem impetraturi eſſent: idque probabile facit ab experientia manſuetudinis atque miſericordiæ senat & populi Romani.

VSVS.

Vſus eſt, cum armorum neceſſitas demonſtranda, & mitigari petenda eſt onerum iniquorum.

SENTENTIÆ.

1. Iuſtum eſt bellum, quod neceſſarium.
2. Sævitiæ fæneratorum publice reſiſtendum eſt.
3. Inopiæ civium magiſtratus opitulari debet.
4. Propter imperium atque divitias bella atque certamina inter mortales ſunt.
5. Libertatem nemo bonus niſi cum anima ſimul amittit.
6. Si quid à magiſtratu petere velis, ab armis diſcedas.

IV.

IV.

Catilinæ ad Q. Catulum epistola.

Excusat se de armis sumptis, & commendat Catulo Orestillam uxorem.

Ethos est animi valde trepidi & perturbati.

Pathos, benevolentia Catuli.

Partes sunt:

Egregia) I. Exordiolum à causa scribendi, quæ est Catuli fides olim cognita & perspecta.

Quamobrem) II. Propositio per prolepsin, quod non ex conscientia alicujus culpæ, sed ut Catulo amico satisfaciat, scribat, rogans simul, ut sibi tanquam homini vero fidem habeat.

Injuriis) III. Excusatio ipsa duas causas affert armorum: suas inimicorum, & miserorum injurias & oppressionem.

Non quia) IV. Confutatio causæ invidiosæ, quasi solvendo non essent nomina facta. Ostendit autem duos modos solvendi: à se, & ab Orestilla, ejusque filia, & simul injurias suas plenius explicat, quod sibi in honoribus dandis indigni præferantur, & quod adversariorum calumniis deformetur & circumveniatur: quod denique jus ac dignitatem suam alia ratione tueri non possit.

Plura cum) V. Epilogus, quo instituti purgationem abrumpit, licet nuncio tristi perturbatus, Catuloque Orestillam suam commendat.

EVENTUS.

Catulus has literas in Senatu recitavit, tanquam certum testimonium, Catilinam in armis esse.

USUS.

Usus est, cum innocentiam nostram demonstrare; & nostros adversus imminentia pericula aliorum fidei ac tutelæ commendare voluimus.

SENTENTIÆ.

1. Fides amici recognita fiduciam commendationi tribuit.

2. Valde virum bonum mordet, quando fructu laboris industriæque suæ ipse privatus, alios non dignos honore honestari videt, seque falsa suspicione alienari sentit.

V.

V.

Oratio Cæſaris prætoris in Senatu.

Cæſar rogatus ſententiam à conſule de pœna conjuratorum, quam Syllanus capitalem cenſuerat, perpetuum carcerem decernit.

Ethos eſt viri boni, moderati, & omnia juſto ordine & ſecundum leges agere cupientis.

Pathos, amor ἐπιεικείας & boni ordinis.

Partes ſunt:

Omnes) 1. Exordium habens inſinuationem, qua ad removendam à ſe ſuſpicionem alicujus colluſionis cum Catilinariis, & collegas ad æquitatem traducendos, hunc quaſi aphoriſmum tractat: In ſententiis dicendis animum ab omni affectu vacuum eſſe debere. Rationes ſumit partim à natura affectuum, quod mentem, quo mitior verum videat, & in rem conſulat, impediant, tandemque ei dominari velint: partim ab experientia & exemplis: tum peregrinis, eorum nimirum qui affectibus abrepti peccarint: ut Alexandri Magni qui iratus optimum ſenem Clitum inter pocula occidit; Philippi, qui calumniis Perſei ſeductus innocentem filium Demetrium ſuſtulit; aliorum, quæ brevitatis cauſa non exſequitur: tum domeſticis majorum, qui licet graviſſime irritati, & juſtiſſimas iraſcendi & ulciſcendi cauſas habentes, tamen propter famam & exiſtimationem ſuam moderate egerint, iramque fugerint. De Rhodiis vide Liv. decad. 5. lib. 5. de Carthaginenſibus, eundem decad. 3. lib. 10. item Valer. l. cap. 6. lib. 9. cap. 6. Iuſtin. lib. 33.

Hoc item) 11. Propoſitio. Poſtquam enim hoc quaſi fundamentum jecit; Non ex affectibus, ſed ſano judicio ſententiam dicendam propius jam ad rem ipſam accedit, & hanc ſummam facit: de conjuratis non ex merito & ira juſta, ſed ex legibus ſtatuendum eſſe. Cui hac ſententia miſcet ſemina quædam contentionis ſequuturæ: quod gravior pœna neque ex dignitate ſit Romanorum, neque tamen par ſceleribus conjuratorum.

Plerique eorum) 111. Contentio partim communis, partim nominatim adverſus Syllanum directa. Illa commemorat quorundam erga rempub. συμπάθειαν & in conjuratos invectiones, eaque omnia ſupervacanea, & à præſenti deliberatione aliena eſſe his rationibus diſputat. 1. Quia res ita in promptu ſit, ut nemo ei non infeſtus ſit. 2. Quem res tanta ipſa per ſe non moveat, eum nulla oratio accenſura ſit. 3. Natura ita affecti ſimus, ut injurias noſtras plerumque gra-

ius æquo feramus & ulciſci cupiamus, ut non opus ſit oleum ign addere. 4. Talis exaſperatio contra dignitatem ſit Romanorum, qui-bus in maximo imperio, tanquam in totius orbis theatro conſtituris fugienda ſit etiam leviſſima ſuperbia & crudelitatis ſuſpicio. 5. Etiam æquiſſima judicia calumniis hominum obnoxia ſint, ut qui magis pœnas, quam ſcelera maleficorum ponderare ſoleant.

D. Syllanum) Contra Syllanum contendens præmittit duplicem occupationem: unam de animo ejus, de quo nonniſi honeſtiſſime ſenti-re ſe dicit: alteram de ſententia ejuſdem, quam ipſam quoque æquiſſi-mam judicat. Deinde rationes affert: cur, cum juſta ſit, non tamen eam nunc probet. 1. Quod nova ſit, & in repub. Romana minus uſitata. 2. Quod cauſam probabilem non habeat. Etenim ſi propter metum capite mulctandi conjurati, eum propter conſulis diligentiam ſuper-vacaneum eſſe: ſin propter delicti magnitudinem, duriorem & gra-viorem pœnam carceris perpetui eſſe, quam ſubiti & momentanei ſupplicii, quo explero, ἀναισθησία ſequatur, ſcilicet ut Epicurei opinabantur. 3. Quod adverſetur legi Portiæ, quam ipſe Syllanus in minore negotio timuerit. Lege iſta à Marco Portio Catone cautum erat, ne civis Romanus graviori pœna, quam publicatione bono-rum, auxilio, aut carcere plecteretur. Vide Gell. lib. 10. cap. 3. Ma-nut. de legib. Romanorum, Carol. Sigonium de libertate civium Roman. Cicero n. 7. Verrina, imo etiam Apoſtolum Act. 16. & 22. 4. Quod metuendum, ne hoc ſeveritatis exemplo poſteritas abutatur, & quod nunc meritis fit, id aliquando inferatur immeritis. Hoc con-firmat duobus exemplis. uno externo Athenienſium, de quo Iuſtin. lib. 5. Xenoph. rerum Græcarum lib. 2. Victor. v. 2. lib. 26. cap. 3. altero domeſtico ex memoria Syllæ, de quo Velleius lib. 2. Iuſtin. lib. 16. Valer. lib. 9. cap. 2. Plutarchus in vita Syllæ. Addit etiam prolepſin, qua de Cicerone Conſule talem ſuſpicionem vult remo-tam, tantumque de futuris temporibus, & alio conſule dicta intel-ligi. 5. Quod priſcum morem cives verberandi Romani à Græcis (ut multa alia & ab aliis) acceperint, qui temporibus variantibus poſtea novis legibus abolitus fuerit, neque nunc temere repetendus.

Placet igitur) IV. Peroratio tandem exponit quid fieri velit, id-que in quatuor partes dividit, de quibus vide quartam Catilinariam Ciceronis.

EVENTVS.

Poſtquam Cæſar dicendi finem fecit, cæteri verbo, alius alli varie aſſentiebantur.

USUS.

Est, cum moderatio & æquitas pœnarum suadenda, animique irati ad leges revocandi sunt.

SENTENTIÆ.

1. Omnes homines, qui de rebus dubiis consultant, ab odio amicitia, ira atque misericordia vacuos esse decet.
2. Magis quid te dignum sit, quam quod jure fieri possit, quærendum: neve magis iræ tuæ consulas, quam famæ.
3. Nemini mortalium injuriæ suæ parvæ videntur.
4. In maxima fortuna minima licentia est.
5. In luctu atque miseriis mors ærumnarum requies est.
6. Omnia mala exempla ex bonis initiis orta sunt.
7. In magna civitate multa & varia ingenia sunt.
8. Imitari, quam invidere bonis, malis.

VI.

Oratio contraria M. Catonis.

Catonis oratio prorsus in contrarium abit. Vult enim conjuratos capite plecti.

Ethos est viri gravis & amantis reipub.

Pathos, odium in otii civilis turbatores, & metus extremæ ruinæ, ni severis pœnis facinorosorum hominum audacia coerceatur.

Partes sunt quatuor.

Longe mihi) 1. Exordio libere fatetur, non placere sibi Cæsaris & similium inconsultam lenitatem & cunctationem. Ratio est, quod periculum in mora sit, idque ejusmodi, quod nullo unquam tempore resarciri queat. Hæc cum magna vehementia dicuntur. utque attentio major excitetur, duplex antithesis adhibetur: una personarum de pœna deliberantium, altera maleficiorum, quæ alias & quæ nunc in quæstionem veniant, maxime quod ad eventum ultimum.

Sed per Deos) 11. Propositio conjuncta cum causa finali: ut Collegæ aliquando evigilent, & severe judicent, saltem ob privatam rem, si publicam pro more suo minus curent. Habent hæc gravem increpationem senatus de officio neglecto.

Non nunc) 111. Contentio fit argumentis ex loco honestatis & utilitatis desumptis. Sunt autem octo. 1. A necessitate propter instans periculum, ad quod exaggerandum duplici utitur antithesi

a rerum periclitantium, altera ſtatus & temporum Reipub. Hic
ihi) 2. A turpi, quod non miſericordia, ſed crudelitas ſit, par-
ndo paucis malis bonos omnes in perniciem trahere, & innocen-
um fortunas ac ſanguinem latronum acparricidarum ſævitiæ ob-
ere: ubi queritur de moribus ſeculi, quando vitia virtutum no-
inibus appellantur. Vide Thucyd. lib. 3. Plutarch. in libello
ira, Horat. Satyr. 3. Bene Cæſar) 3. Ab impoſſibili, quod
rcer capere nequeat conjuratos, quippe per omnes provincias
arſos: ubi & error Cæſaris de ſtatu poſt mortem perſtringitur.
uare cum) 4. Ab effectis contrariis, nempe lenitatis & seve-
atis, quarum illa publice multum nocitura, hæc profutura ſit.
ine iterum digreditur in collationem morum priſcorum & præ-
ium, illos laudans, hos vituperans. Conjuravere) 5. Ab even-
triſti, quem auguratur ex potentia & crudelitate conjuratorum,
ridet tum patronos tam devotorum capitum per æterbam mi-
ſin, tum hypocritas Deos tutelares jactantes. Apud majores) 6.
exemplis & ſeveritate majorum, nominatimque Manlii Torqua-
qui Filii virtutem morte mulctavit. Vide Liv. lib. 8. Valer. lib. 2.
.2. & lib. 9. cap. 3. Videlicet cætera) 7. Ab indigno propter vi-
a & mores ſceleratos conjuratorum. Poſtremo) 8. Iterum à con-
s conjuratorum, ad quæ ſine interitu Reipub. conniveri diutius
poſſit.

Quare ita) 1 v. Summam orationis collegit hoc enthymemate:
njurati conſilium habuerunt Rempub. in externum periculum de-
endi, ipſique de tanto ſcelere convicti & confeſſi ſunt. E. pœna
que afficiantur, quam perduelles & hoſtes patriæ merentur. Pa-
s additum eſt ab exemplo majorum.

EVENTUS.

Poſtquam Cato aſſedit, conſulares omnes, itemque ſenatus mag-
ars ſententiam ejus laudant, virtutem animi ad cœlum ferunt,
alios increpantes, timidos vocant, Cato magnus atque clarus
etur. Senatus decretum fit, ſicut ille cenſuerat.

USUS.

ſus eſt, cum hominibus deſperatis pœna exaſperanda, & in len-
dinem magiſtratus invehendum, denique vigilantia & cura pro
ub. excitanda eſt.

SENTENTIÆ.

1. Qui sibi atque animo suo nullius unquam delicti gratiam fac haud facile alterius libidini malefacta condonat.

2. Iam pridem vera rerum vocabula amisimus: quia bona alie largiri liberalitas, malarum rerum audacia fortitudo vocatur.

3. Non est ita scelestis parcendum, ut bonos perditum eas.

4. Ibi plus potest audacia, ubi ad defendendum opes minores su

5. Domi industria, foris justum imperium, animus in consul do liber, neque delicto, neque libidini obnoxius: hæc sunt quæ m gnos viros reddunt.

6. Vigilando, agendo, bene consulendo, prospere omnia c dunt: ubi socordiæ, te, atque ignaviæ tradideris, nequicquam D implores; irati, infestique sunt.

7. De confessis & manifestis rerum capitalium supplicium sum dum est.

VII.

Oratio Catilinæ ad milites.

Catilina postquam videt montibus atque copiis hostium se cl sum, in urbe res adversas, neque fugæ, neque præsidii ullam spe optimum factu ratus in tali re fortunam belli tentare, concione vocata, milites ad fortiter pugnandum cohortatur.

Ethos est ducis magnanimi.

Pathos, ira in hostes, & spes boni eventus.

Partes sunt sex.

Compertum*) 1. Exordium habet insinuationem prolepticam fine orationis, ubi locus de auditore idoneo, nimirum natura, moribus jam præparato.

Scitis equidem) II. Narratio primum queritur de socordia Lent deinde exponit præsentem necessitatem propter exercitus hostiu & inopiam commeatus: atque ita semina jacit hortationis.

Quapropter vos) III. Propositio hortationis.

Et cum prælium) IV. Confirmatio tribus argumentis constat. Ab utili. Si metu) 2. A contrariis incommodis. Præterea) 3 necessario propter dissimilem conditionem suorum, & hostium.

Licuit vobis) V. Confutatio refellit quinque objectiones. Pri est exilii: altera paupertatis: tertia reconciliationis: quarta fug postrema victoriæ consequendæ.

C

Cum vos) VI. Epilogus facta ſpe victoriæ ex cauſis, concludit ortatione proleptica, ut ſi vincere nequeant, ſaltem id agant, ne ulti ſuccumbant.

EVENTVS.

Catilina ſtrenui militis & boni imperatoris officium ſimul exſequeitur: militum quem quiſque pugnando vivus locum ceperat, eum miſſa anima corpore tegebat. Poſtquam ſe cum paucis relictum vi- Catilina, memor generis atque priſtinæ dignitatis ſuæ, in conertiſſimos hoſtes incurrit, ibique pugnans confoditur.

VSVS.

Vſus eſt, cum ad fortiter pugnandum ipſa hortatur neceſſitas.

SENTENTIÆ.

1. Quem neque gloria, neque pericula excitant, nequicquam ortere: timor animi auribus officit.
2. Socordia atque ignavia ducis ipſi, atque exercitui, cladem affert.
3. In fuga ſalutem ſperare, cum arma quibus corpus tegitur, ab oſtibus averteris, ea vero dementia eſt. Semper in prælio iis maximum eſt periculum, qui maxime timent: audacia pro muro habetur.
4. Neceſſitudo etiam timidos fortes facit.

EX BELLO IVGVRTHINO.

I.

Oratio Micipſæ ad Iugurtham.

Metuebat Micipſa filiis ſuis à Iugurtha fratris Manaſtabalis ex conubina filio. Igitur ſtatuit eum objectare periculis, & eo modo fornam tentare. Verum virtute ejus poſtea permotus flexit animum ſuum, & eum beneficiis vincere aggreſſus; ſtatimque adoptatum eſtamento pariter cum filiis hæredem inſtituit, & cum ſibi finem vitæ adeſſe intelligeret, coram amicis & cognatis, itemque Adherbale & Hiempſale filiis, hac oratione eum ad concordiam & fidem cum fratribus colendam hortatus eſt.

Ethos eſt parentis pii ac ſolliciti.

Pathos, amor mutuus inter filios.

Partes ſunt quatuor.

Parvum ego te) 1. Exordium habet duplicem inſinuationem: u-

nam à persona dicentis, seu beneficiis regis in Iugurtham: altera à persona audientis, seu Iugurthæ laudibus: utraque autem servit benevolentiæ.

Nunc quoniam) II. Propositio augetur causa impulsiva, & pathetica obtestatione, partim à re, partim à personis, quas spectare hic decet, sumpta.

Non exercitus) III. Confirmatio habet duo argumenta. Primum: utili, quod unicum regni præsidium sint amici, & amica id administrantium conjunctio. Id amplificat 1. remotione aliorum præsidiorum, quæ vulgo creduntur: 2. comparatione causarum, quibus amici parentur: 3. collatione sanguine junctorum, & alienorum: 4. denique antithesi concordiæ & discordiæ. Cæterum) Alterum argumentum ab honesto petit, quod Iugurtham ante cæteros providere oporteat, ne quid sive Respub. sive majestas regia detrimenti capiat: nimirum quia ætate, sapientia, & opulentia major sit: id quod concludit memorabili sententia de modestia potentiorum.

Vos autem) IV. Peroratio ad filios ex ipso genitos spectat, quos hortatur ad observantiam & æmulationem fratris Iugurthæ.

EVENTVS.

Ad ea Iugurtha, tametsi Regem ficta locutum intelligebat, & ipse animo longe aliter agitabat, tamen pro tempore benigne respondet.

VSVS.

Vsus est, cum consanguinei ad mutuum amorem & concordiam cohortandi sunt.

SENTENTIÆ.

1. Natura finem vitæ facit.

2. Non exercitus: neque thesauri præsidia regni sunt: verum amici: quos neque armis cogere, neque auro parare queas, officio ac fide parantur.

3. Quis amicior, quam frater fratri? aut quem alienum fidum invenies, si tuis hostis fueris?

4. Concordia res parvæ crescunt: discordia maximæ dilabuntur.

5. In omni certamine qui opulentior est, etiamsi accipit injuriam, tamen quia plus potest, facere videtur.

II.

Oratio Adherbalis in Senatu R.

Iugurtha regnum attentans Patris, fratrem Hiempsalem per insi-
sustulit, alterum Adherbalem victum prælio profugere coëgit
omam, & paucis diebus cum argento & auro multo legatos mittit,
muneribus gratiam & favorem nobilitatis quærerent. Senatus
rique datur, Adherbal de injuriis Iugurthæ queritur, & senatus
milium implorat.

Ethos est hominis præter culpam suam afflicti, & de patronis suis
oeste sentientis.

Pathos, misericordia erga se, & in fratrem indignatio: quorsum
iam figuræ pertinent majorum laterum, ut exclamationes, interro-
tiones, apostrophæ, prosopopœiæ, & similes.

Partes sunt sex.

Patres) 1. Exordium, in quo post honorificam senatus compel-
tionem commemorat præcepta patris Micipsæ paulo ante mortem
inculcata, suumque iis obediendi studium: quo ipso in animos pa-
um non mediocriter se insinuat, præ se ferens pietatem in patrem,
emque & reverentiam ac fiduciam erga patronos suos.

Quæ præcepta) 11. Narratio, exponens, quam indigne regno for-
nisque omnibus sit exutus.

Atque ego) 111. Propositio, quæ verecundiæ ergo amplificatur
to sortis diversæ, & causis ad fidem Romanam implorandam sol-
citantibus.

Cæteri reges) 1v. Confirmatio septem argumentis constat. 1. A
eritis majorum per comparationem dissimilium. Si ad impetran-
um) 2. A Senatus Romani officio in defendendis afflictis: quæ
o argumenta ad honestatem pertinent. Verum ego his finibus)
. Ab effectis, quod ipsius populi R. res agatur, in cujus fide & tu-
la Adherbal sit: quod utilitatis rationem habet. Huccine) 4. Ab
digno, quod ab homine, maximis à patre suo beneficiis affecto, in-
leranda audacia, scelere atque superbia plusquam hostilem vim pa-
atur. Nunquam in) 5. A facili, quod cum majores sui Romanis in
nnibus bellis adfuerint, illis in otio tueri in promptu sit. P. C. pa-
ernos) 6. A necessario & periculoso, quod nullos alios defensores
abeat, quam Romanos, à quibus si deseratur, omnia extrema me-
enda sint: id quod experientia crudelitatis in fratrem planum facit.

Postremo Masanissa) 7. Ab æquo & justo propter avi, suamque de Romanis spem ac fiduciam.

Tantum illud) v. Confutatio taxat διαφαζίαν adversariorum, qui corrupti muneribus causam trahebant, jactantes fingi hanc querelam ab Adherbale, cum ipsi incolumi manere in regno licuerit: quam calumniam (re scilicet ipsa loquente, & miseriis ac ærumnis suis fidem facientibus) verborum refutatione indignam judicans duo vota omni refutatione majora & ad movendum accommodatiora subjungit: ut sceleratus frater eiusmodi miserias eodem modo simulet atque ipse, hoc est, revera experiatur: utque diis immortalibus scelerum suorum aliquando pœnas luat.

Iamjam frater) VI. Epilogus habet pathos hominis in extremis angustiis constituti, & quo se vertat nescii: deinde repetitionem opis imploratæ, cum gravissima & plane miserabili obtestatione.

EVENTVS.

Vicit in senatu pars illa, quæ vero precium aut gratiam antefere-bat: decretum fit, ut decem legati regnum, quod Micipsa obtinuerat, inter Iugurtham atque Adherbalem dividerent.

VSVS.

Vsus est, cum contra injustam vim amicorum & patronorum auxilium implorandum.

SENTENTIÆ.

1. Parum tuta per se ipsa probitas est.
2. Majestatis supremæ est prohibere injuriam, neque pati cujusquam regnum per scelus crescere.
3. Patronus in clientis injuria despicitur.
4. Privata amicitia judicem transversum agit.
5. Miser omnibus modis est, cui neque vivere libet, neque mori licet sine dedecore.

III.

Iugurthæ apologia ad legatos Romanorum.

Postquam senatus de bello fratrum accepit, tres adolescentes in Africam legantur, qui ambos reges adeant, senatus populique Romani verbis nuncient, velle & censere eos ab armis discedere, ita sequæ illisque dignum esse. Iis Iugurtha verbis se excusat.

Ethos

Ethos est innocentiæ.
Pathos, ira in fratrem.
Partes sunt tres.
Sibi neque) I. Exordium à simulata reverentia erga senatum.
Ab adolescentia) II. Ipsa apologia huc tenditur ut probet, jure se fratrem oppugnare. Argumenta sunt tria: 1. à vita sua priori: 2. à fratris injuriis, quas fingit: 3. à jure omnium gentium.
Postremo) III. Conclusio promittit legationem ad senatum, & pleniorem causæ dictionem.

EVENTVS.

Vtrique digrediuntur: Adherbali copia appellandi non fuit.

VSVS.

Vsus est, cum lacessiti jus defensionis probare volunt.

SENTENTIÆ.

1. Ab adolescentia enitere, ut bonis probere, & virtute, non malitia placeas.
2. Neque recte, neque pro bono facit, ab jure gentium alterum prohibens.

IV.

Adherbalis libellus supplex ad Senatum.

Adherbal ut intelligit omnes suas fortunas in extremo sitas, literis à senatu Romano auxilium petit.
Ethos est hominis de summa rerum periclitantis.
Pathos, commiseratio senatus.
Partes sunt sex.
Non mea) I. Exordium, quo petitionem excusat, necessitatem suam prætendens.
Itaque quintum) II. Narratio status sui longe miserrimi, ubi pathos à rei indignitate.
Plura de) III. Propositio conjuncta cum querimonia per formam præcisionis.
Vtrum gravius) IV. Confirmatio ab injuriis Iugurthæ primo in fratrem, tum in se, denique in ipsos Romanos.
Nam ego) V. Confutatio suspicionis, quasi temere queratur, argumento ab experientia.

Sed quoniam) VI. Concluſio patheticam habet obteſtationem figuratam permiſſione.

EVENTUS.

Legantur in Africam majores natu nobiles, ab oppugnatione urbis deſiſtere Iugurtham jubentes, ſed fruſtra. Adherbalem, quamvis in fidem deditum, excruciatum necat.

USUS.

Vſus eſt, cum alterius defenſio contra injuſtam vim invocanda.

SENTENTIÆ.

1. Parum fidei miſeris eſt.
2. Socii & amici non ſunt deſerendi.

V.

Oratio C. Memmii ad plebem.

C. Memmius Trib. plebis animadvertens bonum publicum privata gratia devinci, inter dubitationem & moras ſenatus, populum ad vindicandum hortatur.

Ethos eſt boni civis, libertatis & juſtitiæ amantis.

Pathos, indignatio in patritios plebem vexantes, & cum Iugurtha colludentes.

Partes ſunt tres.

Multa me) 1. Exordium prolepticum, tria agens. Primo invidioſe exponit cauſas, quæ eum ab hac actione deterrere potuiſſent. Illæ ſunt nobilitatis opes ac ſuperbia, plebis lentitudo & ignavia, denique civitatis ſtatus corruptiſſimus. Deinde ex adverſo cauſam affert favorabilem, cur tamen inſtitutum proſequi velit. Ea eſt ſtudium reipub. & amor libertatis. Poſtremo ne ſeditionis aut violentiæ aliqua ſuſpicio ſit, modum agendi præfatur. De ſucceſſione populi primum in montem ſacrum, poſt in Aventinum, vide Liv. lib. 2. & 3.

Occiſo Tib. Graccho) 11. Contentio duplex: una, ne à nobilitate ſe diutius vexari patiantur: altera, ne Iugurthæ Fautores impuniti ſinantur. Prior quatuor rationibus nititur. 1. A ſceleribus nobilium, ubi gradatio quædam eſt, primum crudeliter patrata notans: tum quæ avare: poſtremo quæ impudenter & audaciter: 2. à comparatione cum ſervis: 3. à moribus patritiorum turpiſſimis: 4. ab exemplo majorum.

Dicet

Dicet aliquis) Quod ad Iugurtham, primum utitur prolepsi, qua rei agendæ modum definit. Eum vult esse non violentum, sed legitimum. Deinde rationes affert, cur Iugurthini castigandi: 1. quod impunitus Reipub. damno & dedecori sit: 2. quod oligarchiam importet, cum servitute, & oppressione civium conjunctam: 3. quod fidem & concordiam omnem tollat.

Quare moneo) III. Epilogus repetit suasionem cum argumentis à patritiorum sceleribus, & incommodis gravioribus inde metuendis, tandemque gravi sententia de ulciscendis delictis publicis definit.

EVENTVS.

L. Crassus prætor ad Iugurtham mittitur, qui eum fide publica Romam ducat, quo facilius judicio regis eorum, quos pecuniæ captæ arcessebant, delicta patefierent.

VSVS.

Vsus est, cum contra oligarchiam & petulantiam potentiorum pro libertate communi pugnandum.

SENTENTIÆ.

1. Innocentiæ sæpe plus periculi, quam honoris est.
2. Servi ære parati injusta imperia dominorum non perferunt. Multo minus in libertate nati, æquo animo servitutem tolerare possunt.
3. Avaris fides, decus, pietas, postremo honesta atque inhonesta omnia quæstui sunt.
4. Majus dedecus est parta amittere, quam omnino non paravisse.
5. Videndum ne misericordia in perniciem cadat.
6. Quæ gravia sunt, consuetudine tandem pro nihilo habentur.
7. Impune quidlibet facere, id est, regem esse.
8. Ne ignoscendo malis bonos perditum eas.
9. In Repub. multo præstat beneficii, quam maleficii immemorem esse: bonus tantummodo segnior fit, ubi negligas: at malus improbior.

VI.

Oratio Marii novelli consulis ad populum.

Marius cupientissima plebe in locum Metelli consul factus, postquam

quam in provinciam Numidiam populus jussit, ejus sibi conciliandi & simul, nobilitatem, uti consueverat, exagitandi causa concionem populi advocavit: deinde hoc modo disseruit.

Ethos est hominis acris & mendacis.

Pathos, invidia in nobiles, & de ipsa re spes magna.

Partes sunt quinque.

Scio ego) I. Exordium, quo benevolentiæ conciliandæ causa in munere demandato fidem & diligentiam promittit, eamque multo majorem, quam ullus patritiorum. Causæ afferuntur quinque. 1. Quia Respublica ita exigat. 2. Quod negotium per se arduum sit. 3. Quia delinquens omni præsidio destitutus foret. 4. Quod multum tum spei, tum invidiæ sustineat. 5 Quod ad tales mores jam à puero assuefactus.

Bellum me) II. Propositio per antithesin favoris populi, & invidiæ patritiorum. Summa est: Non debere populum pœnitere, quod se præteritis nobilibus consulem ac imperatorem designarit.

Ecquem ex illo) III. Confirmatio ab adjunctis, quod experientiam & virtutem imperatoriam habeat. Tractatur autem antithesi imperatoris alicujus patritii, & sui: quorum ille legerit solummodo res bellicas, cæterum rudis ac ignavus: ipse gesserit, & usu cognorit.

Contemnunt) IV. Confutatio quadruplicem criminationem adversariorum perstringit. Prima est novitatis & prosapiæ obscuræ; cui opponit 1. hominum istorum ignaviam & luxuriam, tanquam vera probra: 2. naturam omnibus unam & communem: 3. veram nobilitatis causam in virtute, non natalibus, sitam: 4. testimonia, vota, & exempla majorum: 5. præstantiam fortitudinis præ ignavia, nobilitatis partæ præ accepta, donorum militarium præ imaginibus. Non sunt composita verba) Altera criminatio est infantiæ: cui opponit virtutem & vitam orationis fuco minime indigentem. Neque literas) Tertia criminatio est ἀπαιδευσίας seu ignorationis literarum: cui opponit 1. literarum vim exiguam ad virtutem, 2. suam experientiam bellicam, 3. mores suos, utili & civili imperio convenientes: ubi vehemens invectio in nobiles ceu ignavos, crudeles, & multum à majoribus suis dissidentes. Sordidum me) Quarta criminatio est victus sordidi & vitæ incultæ: cui opponit doctrinam à parente suo, & aliis innocentia conspicuis viris acceptam, de ornamentis, opibus, & supellectilibus bono viro dignis. His iterum addit recriminationem nobilitatis propter luxuriam, ignaviam, superbiam, injustitiam, & similia vitia.

Nunc

Nunc quoniam) v. Peroratio est trimembris. Primo fiduciam & spem bonam de bello demandato populo facit argumento à causis, quod omnia victoriæ impedimenta sint remota, & jam dux atque exercitus periti juxta ac strenui dati. Deinde ad militiæ societatem juvenes invitat remotione impedimentorum priorum, & proposita ipsius expeditionis facilitate, utilitate, honestate. Postremo honestam de auditoribus opinionem præferens, orationem longiorem ut supervacaneam abrumpit.

EVENTVS.

Hujuscemodi oratione habita, Marius postquam plebis animos erectos videt, propere commeatu, stipendio, armis, aliisque utilibus naves onerat.

VSVS.

Vsus est, cum auctoritatem muneris suscepti contra malevolorum calumnias & contemptum tueri contingit.

SENTENTIÆ.

1. Spes de nobis facta virtute & innocentia tuenda est.

2. Gerere quam fieri consulem tempore posterius, re atque usu prius est.

3. Facta, quam dicta, pluris sunt.

4. Natura una & communis omnium: sed fortissimus quisque generosissimus.

5. Næ illi falsi sunt, qui diversissimas res pariter expetunt, voluptatem & præmia virtutis.

6. Majorum gloria posteris quasi lumen est: neque bona eorum, neque mala in occulto patitur.

7. Est ubi non placet reticere, ne quis modestiam in conscientiam ducat.

8. Non sunt composita verba mea. Parum id facio. Ipsa se virtus satis ostendit.

9. Gloriam alieno labore partam non facias tuam.

10. Virtus non datur dono, neque accipitur.

11. Ex sanctis viris ita accepi: munditias mulieribus, viris laborem convenire? omnibusque bonis oportere plus gloriæ, quam divitiarum esse: arma, non supellectilem, decori esse.

12. Nemo ignavia immortalis factus est.

13. Nemo parens liberis, ut æterni sint, optat magis, quam ut boni honestique vitam exigant.

VII.

Oratio Sylla ad Bocchum.

Bocchus gener & fœderatus erat Iugurthæ: ad eum in diversum flectendum, aut cupidum pacis vehementius accendendum Marius mittit L. Syllam cum A. Manlio, qui Regi auctor est, ut relicto Iugurtha cum Romanis se conjungat.

Ethos est viri prudentis & humani.

Pathos, à parte Romanorum bona spes, à Iugurthæ, metus.

Partes sunt quatuor.

Rex Bocche) I. Exordiolum, quo laudat pacis studium in Rege, tanquam consilium divinitus inspiratum.

Neu te optimum) II. Propositio cum quadam ætiologia ab honesto & utili.

Ad hoc) III. Confirmatio uberior ex tribus locis. 1. Ab honesto, quod arguit antithesi imperii Romani & barbarorum. 2. Ab utili, quod innuit ex loco & causis. 3. A facili & oportuno, ubi & prolepsis superiorum consiliorum.

Postremo) IV. Conclusio fit gravi sententia de magnanimitate Romanorum, ut qui nec beneficiis, nec injuriis se vinci patiantur.

EVENTVS.

Ad ea Bocchus placide & benigne simul se excusat, petens ut per Marium sibi legatos ad senatum mittere liceat.

VSVS.

Vsus est, cum fedus alicujus nobis incommodum dirimere, & eum ad nos traducere volumus.

SENTENTIÆ.

1. Bonus cum malo se miscendo commaculat.
2. Honestius est amicos, quam servos quærere, tutiusque volentibus, quam coactis imperitare.
3. Amicorum nemini satis est.
4. Humanarum rerum pleraque fortuna regit.

VIII.

Oratio Bocchi ad Syllam.

Bocchus pœnitudine ductus infelicis societatis Iugurthinæ, noctu Syllam

Syllam ad se accersit, seque in posterum cum Romanis facturum promittit. Oratio igitur est insinuatoria.

Ethos est hominis pœnitentis & magnam frugem præ se ferentis.

Pathos, amor & benevolentia apud Romanum populum.

Partes sunt duæ.

Nunquam ego) 1. Exordium, quo gratulatur sibi de amicitia cum Romanis, ista præsertim tempestate.

Id adeo) 11. Expositio consilii sui, ubi Syllæ omnia sua officia offert, excusat se de armis sumptis, denique quid in præsentia sibi animi sit, aperit.

EVENTVS.

Ad ea Sylla pro se breviter, & modice: de pace & de communibus rebus multis disseruit, tandemque hortatus est regem ut Iugurtham sibi traderet: quod cæterorum officiorum gratiam alioquin perditurus: quod occasionem nunc habeat: quod denique plurimum commodi inde consequuturus. Rex ex voluntate Syllæ omnia facturum se pollicetur.

VSVS.

Vsus est, cum fœdera mutanda, & priori amicitiæ renunciandum est.

SENTENTIÆ.

1. Multa præter spem eveniunt.
2. Regem armis, quam munificentia, vinci, minus flagitiosum.

SYLLOGE
ORATIONVM SALLVSTII
Secundum genera causarum.

COMMENDATICIA ORATIO EST

MArii, novelli consulis, qua de consulatu suo Quiritibus bonam spem facit, licet non sine criminatione patritiorum.

HORTATORIÆ SVNT:

1. Catilinæ orat. ad conjuratos, ut consilium susceptum fortiter sequantur.
2. Cæsaris, de pœna conjuratorum ad perpetuos careeres.
3. Catonis, de eorundem pœna capitali.
4. Catilinæ ad milites, ut fortiter pugnent.
5. Micipsæ ad Iugurtham, de colenda cum fratribus concordia.

6. Mem-

6. Memmii ad Quirites de licentia patritiorum coërcenda.
7. Syllæ ad Bocchum, ut à Iugurtha ad Romanos transeat.

IVDICIALES.

1. Catilina purgat se in Senatu contra Ciceronem de crimine c
jurationis.
2. Manlius Q. Martio, de armis sumptis.
3. Idem facit Catilina in epistola ad Q. Catulum.
4. Adherbal queritur de injuriis Iugurthæ, & auxilium à Sen
petit.
5. Idem obsessos jam facit per epistolam.
6. Iugurtha excusat se legatis Romanis de bello Adherbali facto
7. Bocchus itidem de armis sumptis.

CÆTERVM IN FRAGMENTIS EXSTANT:

1. Oratio M. Æmylii Lepidi Consulis ad populum, ut Syllæ tyr
nidem compescat, & libertatem suam se duce vendicet.
2. L. Philippi in Senatu, ut otio civitatis consulat, nec Lepid
novum bellum civile machinantem audiat: ubi simul vehemens
vectio in prava consilia consulis.
3. C. Cottæ consulis ad populum, qua infelicem pugnam Mith
daticam excusat, & commiserationem civium ex rebus suis adver
& voluntaria devotione implorat.
4. Marci Tribuni cujusdam (Lepidum putant) ad plebem, q
invehitur in reliquias oligarchiæ Syllanæ, & hortatur ad plenam lib
tatem recuperandam.
5. Cn. Pompeii ad Senatum epistola pro stipendio & comme
habendo, ubi res à se gestas deprædicat, non obscure Senatus fir
exprobrans ingratitudinem.
6. Mithridatis epistola ad Arsacem regem Persarum, pro societ
belli contra Romanos, tanquam omnium regum hostes, incunda
7. Ad C. Cæsarem de moderanda victoria, restituenda pac
sumptuum & rapinarum licentia demenda, restringendis usuris, j
ventute in patientia animi & corporis exercenda, & quæ alia ad vu
nera Reipub. sananda faciunt.
8. Ad eundem Cæsarem de corrigendis judiciis, auctoritate Sen
tus & potentia plebis prudenter temperanda, cavendis factionis h
minibus, magistratibus non ex opulentia sed dignitate tribuendi
& similibus ad Rempub. ordinandam pertinentibus.

2 IX 38

FINIS LIBRI QVINTI.

EXER

EXERCITATIONVM RHETORICARVM

LIBER VI.

Habens materias & dispositiones Carminum scribendorum.

PRAXIS DAVIDICA. CAP. I.

E Psalmis Davidicis ad imitationem Georgii Buchanani, aut alterius docti Paraphrastæ.

PSAL. I.

Comparatio hominis pii cum arbore fertili.

1. ARbor fertilis gaudet locis irriguis: & pio animo nihil gratius accidit, quam bibere ex fontibus verbi divini.

2. Talis arbor fructus fert tempori: & pii dant fructus patientiæ, spei, dilectionis, &c.

3. Arbor bona non facile marcescit: nec mens pia ulli fortunæ succumbit, sed Dei, qui vias ejus novit, potentia suffulta ad finem usque perstat.

4. Arboris bonæ fructus in autumno colliguntur & asservantur ab agricolis: & Filius Dei adventante vespere mundi, cum venerit judicatum vivos & mortuos, pios colliget & traducet in æterna tabernacula.

PSAL. II.

Christi hostes, vas figuli.

1. Age tyranne insane, qui sic contra Dominum tumultuaris, ut vincula amoris ejus rumpas, & jugum salutare excutias, cogita tandem, quid tu, quid ille sit.

2. Ille est Dominus in cœlo: dominus exercituum: rex gloriæ Sionis: cui Pater hæreditati dedit omnes terminos terræ. Is videt stultitiam tuam; imo cum minime putabis, in furore suo conturbabit te.

3. Quid vero tu es, miſer? vas luteum, vas fictile, quod Dominus ferreo ſceptro iræ ſuæ (quandoquidem ejus leni & clemen ſceptro ſubmittere te recuſas) conquaſſabit.

4. Vbi tum furor tuus? ubi vires invalidæ? Pereundum tibi er in æternum.

5. Flamma enim abſumens eſt Dominus, coram quo conſiſte non poteſt ullus mortalium, niſi qui ſupplex genua ejus oſculatur & fiducia gratiæ ipſius implorat miſericordiam.

PSAL. III.

Clypeus fidelium.

1. Fideles multos & graves habent hoſtes.

2. Dominus vero eſt clypeus & protector eorum: eo cuſtod ſunt tuti, etiamſi multæ myriades in eos inſurgant.

3. Quid ergo? colaphos & dentes obtritos reportabunt impii: pios vero manet ſalus & æterna benedictio.

PSAL. IV.

Summum bonum.

1. Mortales vulgo beati videntur, ſi redundet meſſis & vindemia illorum, ipſique præ aliis illuſtres ſint & potentes. Hac vanitate ſibi complacent, eoque dolo & vi, quantum poſſunt, contendunt.

2. Mihi vero is beatus eſt, in quem Deus attollit lumen vultus ſui, quique in Domino ſuo lætus, ſecura mente cubare & ſomnum capere eſt.

PSAL. V.

hominis improbi.

1. Proprium eſt improborum blandiri linguis, intus autem mille artes nocendi fovere: guttur eorum eſt velut ſepulchrum apertum, & pedes feſtinant ad effundendum ſanguinem; qui cum maxime fallunt, boni viri haberi volunt.

2. Hos male mactabit Dominus, cui omnes ſcelerati, & fraudulenti odio ſunt.

3. Innocentibus vero & juſtis animis favet Deus, eoſque benignitatis ſuæ ſcuto contegit.

PSAL. VI.

Ecclesia lamentans.

1. O quam male mihi est, Domine: ipsa ossa mea conquassata sunt anima mea conturbata est valde, dum foris me hostes, intus ira premit.

2. Ad te clamo dies noctesque: & lacrymis stratum meum liquefacio.

3. Domine Deus mi, ne obsecro furens me argue, ne corripe iratus: sed miserere mei, & de morte libera me pro immensa benignitate tua.

4. Istos vero pravorum consiliorum machinatores, qui insidiantur animæ meæ, facessere fac à facie tua: confundantur & in fumum abeant conatus eorum.

5. Tuum enim est regnum, in quo me defendes: tua est agendi potentia: tua salutis, quam mihi præstas, gloria.

PSAL. VII.

Consilium malum.

1. Ecce parturit improbus injuriam: concepit intra se facinus adversus innocentem.

2. Sed inanis erit partus: puteum fodit, sed in eam ipsam ruet fovcam, quam alteri excavavit: malum quod molitur, recedet in caput ipsius: audietque vetus illud: Malum consilium consultori pessimum.

3. Dominus enim pugnat pro justo, & sceleratos perdit.

PSAL. VIII.

Omnia ab uno.

1. Omnium rerum author est Domini.

2. Cœli sunt opera digitorum ejus: solem, lunam, cæterasque stellas formavit dextra ejus: ille fecit oves & boves cum feris universis: ille aves, ille pisces excitavit: ille sustinet & gubernat omnia, nec sine eo res ulla consistere, nec se movere potest.

3. Ejus magnificum nomen admirari satis nemo potest. Sit ei laus, honor & gloria in secula. Amen.

PSAL. IX.

--- Tandem bona causa triumphat.

1. Florent ad tempus impii, & multum negotii faceſſunt bon gloriantur de malitia ſua, & de innocentia victa triumphant: nantur vaſtitates, ipſaque fundamenta ſe dirupturos confidunt.

2. At Dominus judicabit orbem juſte, & vindicabit de manu i pii pauperem. Ipſe erit exaltatio oppreſſi, & auxilium oportunum in tribulatione.

3. In hunc tu, qui nomen ejus noſti, ſpera: non deſeret is, eum quærunt.

PSAL. X.

Hominem te eſſe memento.

1. Quid ſævis in bonos homo ſcelerate? & places in libidini tuis? inſultas propemodum ipſi Deo. Incedis elata fronte, rer tuarum ſecurus, & Dominum pro nullo habes: os tuum plenum exſecrationis, & viæ tuæ inſidiæ ſunt, & calliditas.

2. Quin te homunculam eſſe cogitas, & puſillum cineris? vita tibi ventus eſt, brevi deſiturus: & corpus vermes exedent: g riam tuam habebit alius, & opes relinques hæredi ingrato.

3. Audit ſuſpiria inopis ſupremus ille arbiter, & faſtum ſuperb rum pudefacit, & memoriam illorum de terra perdit.

4. Modeſtis vero dat gratiam, & adjuvat conatus eorum.

5. Meditare hoc, & ſape, ut humiliatus ſub potenti manu D miſericordiam invenias.

PSAL. XI.

Quid trepidas?

1. Quid commoveris anime mi? Impii, ais, vim mihi paran nec ego poſſum contra.

2. At at: eſt in cœlo Dominus, qui è throno majeſtatis ſuæ v det & moderatur omnia: ipſi curæ eſt quicunque amat juſtitiam.

3. Confide: ſalva ſunt omnia: evades.

4. Iſta vero impia capita videt Dominus, tandemque igne & ſu phure æterno mactabit.

5. Tum triumphabit juſtus, & lætabitur qui in Domino habu fiduciam ſuam.

PSAL. XII.

O tempora! ô mores!

1. Eheu! in quæ tempora incidimus! quando fides & juſtitia nuſ-quam: loquitur mendacium quiſque cum proximo ſuo, & lingua ei blanditur, animo vero machinatur exitium: pro caritate regnat ava-ritia: pro beneficentia luxus: pro miſericordia vis & dolus: unuſ-quiſque impune facit, quicquid lubet.

2. Surge Domine & ſuccurre rebus perditis: ſerva fideles à pravo-rum contagione, tandemque his confuſionibus & miſeriis adventu Filii tui impone finem.

PSAL. XIII.

Παθος *Eccleſiæ militantis.*

1. Hei mihi! quanta vis eſt inimicorum meorum, qui quærunt animam meam! juvenes meos trucidant ferro: puellas dehoneſtant: doctores profligant: cives fortunis omnibus evertunt: & quod caput malieſt, verbi tui uſura miſeram me ſpoliare ſatagunt, & à nomi-nis tui reverentia ad putidum cultum idolorum avocant.

2. Quamdiu, Domine, obliviſceris mei, in tanto periculo con-ſiſtam? quamdiu abſcondes à me faciem tuam? quin ſurgis, & de-fendis me Servator mi? Illumina oculos meos, ne obdormiſcens mo-riar, & de me triumphent inimici mei.

3. Tunc exſultabit cor meum in ſalute tua, & lingua mea prædi-cabit nomen tuum, quod me miſeram liberaſti è manu inimicorum meorum.

PSAL. XIV.

Chriſtus juſtitia mea.

1. Stultus eſt quicunque fidit meritis ſuis, eiſque cauſam ſuam apud Deum agere parat.

2. Corrupit enim omnis caro viam ſuam: abominabile eſt omne opus mortalium: nec eſt qui faciat bonum, ne unus quidem.

3. Gratia ſit Deo clementiſſimo Patri, qui Filium in mundum miſit, ut converteret captivitatem populi ſui, & ſpes eſſet fidelium.

4. Beatus, qui eo confidit, & in anguſtiis ſuis illum invocat!

PSAL. XV.

Regula vitæ.

1. Qui vitam cupis tranquillam ac beatam,

2. I. Fac quod juſtum eſt: II. Loquere verum: III. Nec detrec alteri: IV. Nec injuriam facito: V. Contemne in animo tuo impr bos: VI. Fac magni probos.

3. Qui hæc facit, non labetur in ſeculum.

PSAL. XVI.

Fides Catholica.

1. Confido Domino Deo meo, qui eſt Pater, Filius, & Sancti Spiritus, cujus me viliſſimum ſervum eſſe profiteor.

2. Credo quoque in hac terra cœtum aliquem, qui Deum recte co lit: cujus cœtus me membrum eſſe, etiam atque etiam gaudeo: q vero cum iſto cœtu non faciunt, & alium Deum comminiſcuntu aliam religionem, eos toto animo deteſtor.

3. Hujus populi, atque adeo meum ſummum & unicum bonu eſſe ſtatuo, quod per & propter Chriſtum, Deum propitium habem & ab ejus ſpiritu regimur.

4. Hinc eſt, quod poſt hanc vitam anima tamen mea ſuperet & caro mea requieſcet in ſpe.

5. Nimirum quia ſanctus ille Dei Filius meus fideliſſimus Dom nus non relictus eſt in ſepulchro, nec vidit corruptionem; ſed cu majeſtate & gloria reſurrexit, aſcenditque in cœlum, ubi eſt capu populi ſui, & Dominus ſupra omnia.

6. Ideo quoque ſuſcitaturus eſt hanc carnem, & nova vita beatu rus; ubi ſatietas eſt lætitiæ ex contemplatione Dei, & voluptates pu riſſimæ ad dexteram ejus in æternum.

PSAL. XVII.

Conſolatio pia animæ adverſus felicitatem impiorum.

1. Quid te affligis, anima mea, quod inimicos tuos proſpere agere vides, ipſa interim miſerrime habens?

2. Eſt ſane, ut dicis: pernatat oculis eorum pinguedo, & lo quuntur ferociter: obſervant veſtigia piorum, in id unum intenti, ut miſeros in terram poſternant, & inſtar leonum rapiant animas eorum.

3. Ho-

3. Homines ſunt hujus ſeculi, quorum portio eſt in hac vita, & ventrem Dominus ex penu ſuo ſic implet, ut ſuppetat etiam quod reliquant parvulis ſuis.

4. Te vero, ô anima mea, meliora bona manent: quod tum demum cognoſces, cum experrectus videbo Servatorem meum, eumq; coram intuens æterna voluptate perfundar. Ille exſerit in te illam miſericam ſuam clementiam, qua ſe vindicem præſtat omnibus, qui in eum ſperant, cuſtoditque eos ut pupillam oculi ſui, & protegit umbraculo alarum ſuarum.

5. Hoc Domino fidens, alte ſpecta, nec negotium habe cum peccatoribus.

PSAL. XXVIII.

Quid me homo, cum à me Deus?

1. Multos habent pii inimicos, adeo ut ſingulis momentis in faucibus mortis conſtituti, & faſciis ſepulchralibus obligati videantur.

2. Da illis ſecundum opera illorum, & ſecundum nequitiam eorum retribue illis: dele eos è libro vitæ, & cum ſanctis non ſit iis portio.

3. At vero ſalvum fac populum tuum, & benedic hæreditati tuæ; & paſce illos, & extolle uſque in æternum. Tunc exſultabit cor meum, & confitebimur tibi canticis noſtris.

PSAL. XXIX.

Potentia Dei.

1. Potens eſt Deus noſter, nec ei quicquam reſiſtere valet. Is orbem terrarum condidit, rurſuſque perdidit aquis: Sodomam ſulphure & flammis evertit: Pharaonem in mari ſummerſit: Dathanem & ſocios tumulis terræ evertit.

2. Hoc fide quiſquis es, & da huic gloriam fortitudinis, & adora ſanctum nomen ejus.

3. Tunc vires tibi ſuggeret, & benedicet tibi in pace.

PSAL. XXX.

Qui ſtat, videat ne cadat.

1. Ne ſis ſecurus, mortalis, quaſi nunquam dejicii de gradu poſſis, ac proſperitas iſta tibi propria ſit.

2. Nam ſimul atque Dominus parumper avertit oculos ſuos, illico rerum omnium mutatio fit.

3. Quid Samſone fortius? Davide quid religioſius? quid ſapientius Salomone? at quam miſere lapſi ſunt! quantæ ſubſequutæ pœnæ!

4. Rurſus adverſis rebus preſſus ne deſpera. Benignus enim Dominus eſt, & momento durat ira ejus: veſperi dominabitur fletus, & mane rurſum præſto erit lætitia.

5. Vide exempla ſanctorum: nemo ſine ope impetrata abiit.

6. Nimirum ut ſuperbos odit, ſic humilibus favet Dominus: Dominus amat vitam, & planctum fidelium convertit in lætitiam.

PSAL. XXXI.

Vivere da ſancte; da bene poſſe mori.

1. Pugna homini propoſita eſt, quam diu ſpiritum ducit, & periculoſa pugna. Cæcutit mens in decernendo bono: voluntas bonum oſtentum faſtidit, & ad malum tanquam gurgite quodam rapitur: inſidiatur Satan: decipit mundus: quis ſtare poterit?

2. Sunt meæ vires puſillæ Domine: tu rupes mea, & munitio mea es: illucere fac ſuper ſervum tuum faciem tuam: ſerva me in recta via pro bonitate tua. Abſconde me in latibulo vultus tui, ut tutus ſim a deceptionibus hominum: porrige mihi dexteram tuam, ne cadam: fac ut firmiter me geram, & robuſtum ſit cor meum adverſus ignita tela Satanæ.

3. Domine tua nitor bonitate, quam ſepoſuiſti timentibus te, & confitentibus nomen tuum: in tuo auxilio omnis fiducia mea.

4. Domine in manu tua ſunt tempora mea: tu hanc animulam, cum ex hoc corpuſculo migrandum erit, benignus ſuſcipe: in tuas illam depono manus: tu eam redemiſti ſanguine filii tui.

5. Dilexiſti me Domine, cum nondum eſſem: diligo te ſoſpitatorem meum: & tuas laudes velim decantare in æternum: da mihi hoc Domine, & potero: hæc ſumma eſt deſideriorum meorum: tu noſti qui ſcis omnia mi Deus.

PSAL. XXXII.

Duo neceſſaria.

1. Non debet homo ſe gerere ut equus & mulus, qui cum rationis expertes ſint, ferocientes capiſtro & freno cohiberi ſolent, ne quem lædant.

2. His tu mitte terrena, & altius ſpectans, de animo cogita. Primum hic eſt, ut errorum veniam petas à Deo, & quidem tempore opor-

portuno, cum audis vocem Dei invitantis, cum locus est gratiæ. Beati, quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata: beatus, inquam, cui non imputat Dominus peccatum. Nam cum cæteros infinitæ pœnæ maneant, bonitas Domini eos circumdabit, qui sperant in misericordia ejus.

3. Alterum est, ut ab eodem Domino intellectum tibi dari petas, & instrui te in via qua ambulandum, & firmari dextera ejus, ne cadas.

4. Hæc nactus lætare in Domine, & laudes ejus decanta cum omnibus rectis corde.

PSAL. XXXIII.

Dominus providebit.

1. Quid metuis pia anima? hostes habes potentes, astutos, sævos? ita est.

2. Sed quantum in Deo præsidium; quanta salus! Is manu suæ potenti creavit cœlum & terram: is fovet regitque omnia: in ejus manu est cor omnium mortalium.

3. Bonus est Dominus, & fidus iis, qui eum colunt. Impii suis viribus nitantur: tu confide Domino, & servaberis: in ipso lætaberis, in nomine sanctitatis ejus triumphabis: ipse dabit exitum rerum tuarum meliorem, quam optare potuisses.

4. Committe te ei, & quiesce. Neque enim non beatus esse potest, qui patronum habet Deum.

PSAL. XXXIV.

Sat habet, qui Deum habet.

1. Glorientur alii aliis rebus: meum summum bonum Deus est, in quo acquiesco.

2. Is me audit in periculis: & famis tempore alit: ejus Angelus castra circum me habet, & defendit me contra hostes meos. Tentat quidem is suos, & periculis exercet; sed laborantibus succurrit, nec tantum animos, sed etiam ossa eorum tuetur, nec ullum eorum perire finit.

3. Bonitas Domini in omnes sensus nostros se infert. Beati, qui in illo spem suam collocant.

EX EODEM PSALMO.

Vita tranquilla.

1. Quæris, quid vitam tranquillam & beatam præstet?
2. Compesce linguam, ne cui detrectet: stude bono, & vita malum: sectare & amplectere pacem.
3. Dominus enim amat innocentes, & odio habet scelestos.

PSAL. XXXV.

Ora, & spera.

1. Est sane nunc magna persequutio Ecclesiæ: surgunt passim impii, & adversantur piis sine causa: loquuntur pacifice, & animis cogitant dolos: dilataverunt os suum, ut devorent innocentes. Quid faciamus?
2. Deum oremus, ut is causam nostram suscipiat, & pugnet contra impugnantes nos: apprehendat arma & scutum, & surgat in adjutorium nobis.
3. Veniet impiis calamitas, quam non cogitarant: & capientur consiliis suis, & cadent impetu suo.
4. Exultabunt autem & lætabuntur, qui colunt justitiam, & magnificabunt Dominum, qui servis suis dat pacem.

PSAL. XXXVI.

Consolatio Ecclesiæ sub cruce gementis:

1. Quod qui prosequuntur Ecclesiam, homines impii sint, non tam cum hominibus, quam cum ipso Deo bellum gerentes: quod eis malo erit.
2. Quod Deus, pro immensa benignitate sua, non sit in perpetuum deserturus populum suum.
3. Quod hostibus jam parata sit pœna, & locus destinatus, ubi innocentium sanguinem æternis suppliciis luant.

PSAL. XXXVII.

--- --- Tolluntur in altum,
Ut lapsu graviore ruant. --- ---

1. Impii rebus secundis elati, placent sibi male agentes, ferociunt, & se extendunt instar arbor[illegible]atulæ.

2. Sed

2. Sed neſciunt miſeri ſe in præcipitio poſitos, & ruituros eſſe opinione celerius, & inſtar fumi conſumptum iri.

3. Experti id ſunt ſuperbi gigantes: crudelis Pharao: blaſphemus Senacheribus: arrogans Nabuchodonoſor: minitabundus Iulianus, & alii.

4. Opes, honores, potentia, materia flammarum ſunt, quibus quo plus auſi ſunt, hoc gravius torquebuntur.

5. Tu pie anime ne iis invide hæc momentanea, quæ magno ipſis cruciatu conſtabunt: & tuum pauxillum iſtorum opulentia potius habe. Quod deeſt, à Domino pete, & ſuper eum devolve viam tuam, & confide in eo: ipſe efficiet.

PSAL. XXXVIII.

Vix ſpirans ſpero.

1. Nunc tempus eſt, quo omnium malorum cumulus me premit!

2. Nam iniquitates meæ transgreſſæ ſunt caput meum, & ſicut onus grave proſternunt vires meas. Accedit infirmitas corporis, qua abſumptus & colliſus ita ſum, ut vix oſſibus hæream. Amicos mei pudet: inimici inſultant. Imo Dei ſagittæ impreſſæ ſunt in me, & manus ejus coarctat me.

3. Domine coram te eſt omne deſiderium meum, & gemitus meus tibi non eſt abſconditus: ne quæſo in furore tuo arguas me, nec in ira tua corripias me: feſtina in auxilium meum, & libera me.

PSAL. XXXIX.

Quid eſt homo?

1. Certo mera vanitas eſt homo. Vita ejus brevis & quaſi palmaris: tumultuatur, & opes coacervat, neſcius cui hæredi: contabeſcit & à tineis corroſa perit omnis elegantia ejus: vas peccatorum, & fortunæ ludibrium: & cum inquilinus hic & peregrinus ſit, certam ſedem ſibi fingit, incertus an per horam habiturus.

2. Notum fac mihi Domine finem meum, & numerum dierum meorum, ut ſciam cujus ævi: da ſpatium colligendi mei, antequam totus evaneſcam, & refice me exſpectatione æternorum bonorum.

PSAL. XL.

Ecce venit, de quo scriptum in volumine legis.

1. Deus multis modis testatus est patribus de Filio suo; oraculis, experimentis, figuris.

2. Tandem venit tot seculis desideratus: annuntiavit justitiam peccatoribus: satisfecit legi, & quod sacrificiis adumbratum erat, implevit in corpore suo, victima pro nobis factus.

3. Placeat tibi Domine sacrificium Filii tui: confundatur Satan author omnis mali: miserere nostri, ut exultemus & lætemur in te: qui quærimus salutem tuam.

PRAXIS HORATIANA. CAP. II.

In materiis ad imitationem Horatii accommodatis.

OD. I.

Sat Christo dives amico.

1. ALii aliud sectantur: opes, honores, voluptates.
2. Mihi Christus omnia.

ALIUD.

Musa mea sola voluptas.

1. Aliis aliud vitæ genus placeat: agricultura, mercatura, militia:

2. Me bonæ literæ plurimum delectant.

ALIUD.

Una salus Christo fidere.

1. Philosophus jactet sapientiam suam: orator eloquentiam: politicus honores & opes: miles pugnas & victorias.

2. Mihi sat est, in Christum credere.

OD. II.

Divinatio.

1. Recenseantur prodigia superiorum temporum.
2. Inferatur omen de instantibus calamitatibus.

3. Ro-

3. Rogetur Filius Dei, ut mala omnia avertat, & Ecclesiæ suæ propitius sit.

ALIVD.

Eluvies maris: qualis fuit Visurgis & Albis an. 1634. 12. Octob.

1. Venti & maria cohiberi amplius nequeunt, ut sylvis & vicinis campis parcant.

2. Quid mirum? cum nemo fere intra metas officii se continet: non in vestitu, non in epulis, non in ædificando, non in rixis & vindicta, non denique in ulla re, qua caritas commendari possit, & quæ hominem ad imaginem Dei conditum deceat; modum tenet.

3. Igitur creaturæ nos monitos volunt, ut si se moderatis uti volumus, ipsi nos ventos animorum compescamus, frenemus affectus, modum in rebus agendis servemus, ipsi intra limites muneris demandati maneamus, nec prius de creaturis, quam de ipsis nobis queramur.

4. Domine Deus juva nos, ut faciamus quod tibi placet, fugiamus quod displicet.

OD. III.

Propempticum.

1. Bene precatur amico in militiam abituro.

2. Addit querelam de cladibus & periculis bellicis: vel de abusu tormentorum bellicorum.

3. Concludit epiphonemate de bello inexpertis dulci.

ALIVD.

Simile scribi potest amico studiorum causa peregre proficiscenti: ubi querela fuerit de difficultate comparandæ eruditionis, & pro epiphonemate, quod omnia præclara difficilia.

OD. IV.

Consolatio luctus.

1. Ab exemplo naturæ, quæ ita distributa, ut post nubila phœbus.

2. A communi necessitate moriendi.

3. A conditione vitæ hujus, quæ cum per se satis ærumnosa sit, non debemus eam ipsi nobis nimium dolendo acerbiorem facere.

4. A spe vitæ melioris.

OD.

ODE V.

Dehortatio ab amore meretricio, quia

1. Specie quidem dulcis.
2. At re ipsa noxius: valetudini, famæ, opibus, ipsique adeo animo.

ODE VI.

Recusatio vitæ aulicæ.

1. Quod non conveniat cum moribus tuis.
2. Et paucis fida sit.
3. Teque plus juvet munus scholasticum.

ODE VII.

Ecclesia patria dignissima.

1. Alii aliam urbem patriam jactitent:
2. Mihi satis est civem esse Ecclesiæ.
3. Cujus Rex est Christus: quo fretus, habeo, possumque omnia.

ODE VIII.

Remedium amoris labor.

1. Medelam quæris contra amorem, ne te improbus perdat?
2. Res age: incumbe literis: milita: naviga: fac opus ruri, & scortum fuge ceu pestem.

ODE IX.

Recreatio honesta.

1. Vide qualia tempora sint: quid attinet se ipsum affligere?
2. Dum inter homines sumus, colamus humanitatem: fruamur præsentibus; & futura committamus Deo.

ODE X.

Hymnus in Servatorem.

1. Quem merito laudamus.
2. Vt vindicem à jugo mortis & Satanæ: & auctorem æternæ justitiæ, & vitæ.

ODE XI.

Quod sis, esse velis.

1. Non frustra ambias aliud munus, quam Deus tibi assignavit.
2. Sed quod habes, eo fungere qua potes fide: sat habes quod agas; ne onerere gravioribus.
3. Deo officii facti rationes olim redditurus.

ODE XII.

Laus Heroum fidelium. ex 11. *Cap. ad Hebraos.*

1. Quæ simili apostrophe ad Spiritum Sanct. inchoata.
2. Et continuata secundum seriem historicam, quæ est in capite connotata.
3. Concludi potest precatiuncula, ut nobis quoque, ad exempla decantata, vincere per fidem liceat.

ODE XIII.

Indigna prosperitas.

1. Ecclesia queritur cum Servatore, quod ipsa sub cruce gemente.
2. Impii floreant. Qualis querimonia etiam in odis sacris est, ut in 37. & 73.

ODE XIV.

Εἰρηνικὴ, seu hortatio ad concordiam & pacem.

1. Quod Germania bellis civilibus satis jam exhausta sit.
2. Si Turca, aut alius Christiani nominis hostis supervenerit, (quod metuendum) nihil virium reliquum sit ad resistendum.

ODE XV.

Christi vaticinium de ruina Hierosolymorum.

1. Prosopographia Christi vatis.
2. Causa excidii, impietas in Dominum.
3. Hypotyposis Vespasianorum & Romanorum urbem oppugnantium.
4. Epiphonema de insania gentis Iudaicæ, Servatoris sui sanguinem sibi & posteritati vindicem imprecantis.

OD. XVII ET XX.

Ruſticatio.

1. Invitatur amicus in prædium ruſticum : quod ruſticationes viris occupatis gratæ.

2. Quod in prædiolo ſuo rerum ad liberalem recreationem pertinentium copia mediceris.

3. Quod illic à turbis & curis civicis nonnihil requieſcere poſſit.

OD. XVIII.

Laus amicitiæ. Vbi

1. Ipſa commendatio, quod ſine amicitia vita triſtis & inops.

2. Hortatio ad amicum, ut nec ſine amico, nec omnium amicus eſſe velit, ſed paucos ſibi adjungat, eoſque probatæ fidei.

OD. XIX.

Φιλανθρωπία Servatoris.

1. Qui amore noſtri cœlum reliquit.

2. Et tantas acerbitates paſſus.

3. Vt nos ad ſe in cœlum & æterna gaudia perduceret.

OD. XXI.

Hortatur pueros & puellas ad canendas laudes pueri IESV; *Vt qui*

1. Filius Dei.

2. Et ſponſor pacis & felicitatis æternæ.

OD. II. LIB. II.

Virtus ſine periculo ingloria.

1. Nullus virtutis ſplendor, quam diu periculum deeſt.

2. Abrahami fidem nobilitavit periculum fidei: Ioſephi caſtitatem tentatio herilis: Iobi patientiam calamitates domeſticæ: Davidis conſtantiam exilium decennale.

3. Caret gloria & honore, qui ſine adverſitate ætatem agit.

OD. III. LIB. III.

Fides nostra vincit mundum.

1. Describit fidem Christianam.
2. Ostendit quid possit in superandis tum illecebris, tum terroribus mundi satanæque.
3. Addit exempla piorum, qui fide vicerunt.
4. Delabitur ad oraculum in paradiso pronunciatum, de bello inter Christum & Satanam, & utriusque semen.
5. Concludit apostrophe ad filium Dei fidei ducem.

OD. III. LIB. IV.

Sit Christo tuus animo.

1. Quem tu Christe semel benignis oculis vidisti, & in tuum servum elegisti, eum nulla vis mundi aut Satanæ evertere potest.
2. Sed est tanquam arbor fertilis ad rivos aquarum plantata: & defunctum hac militia dignaberis ad sanctos angelorum choros pervolare.
3. Quanta est benignitas tua, Fili Dei: quod vivimus, quod valemus: quod denique in te credimus, totum muneris est tui.

OD. VI. LIB. IV.

Commendat in exordio novi anni Servatori curam Ecclesiæ & Scholarum.

1. Christe, quem Pharao & Herodes vindicem sensere; cujus virtute puer David immanem Goliam vicit;
2. Videsne similem tyrannum in viscera non Scytharum aut Turcarum, sed Ecclesiæ tuæ sævientem, & ne teneræ quidem ætati parcentem?
3. O dux & princeps sanctæ gentis, defende nos, defende pueros nostros, quos tuo sanguine lavisti: da utrisque tuum Spiritum, ut in omni bono proficiamus, & tuum nomen grato carmine celebremus.

OD. X. LIB. IV.

Vtere tuto.

1. Qui nunc poculis & veneri indulges, & salutares admonitiones spernis:

2. Veniet tempus, cum perdita valetudine, & absumptis opib deplorabis, sed frustra, ætatem turpiter actam.

OD. XXVII. LIB. I.

In Poëtas lascivos.

1. Musæ natæ sunt in laudem Dei & bonos mores propagand Tollite scurrilem morem, & castas Musas à maledicentia & spurci prohibete. Poëtam & scurram scitote multum differre.

2. Vultis carmina dicere, quæ Deo grata, quæ utilia? canite b neficia ejus, quæ vobis, quæ toti generi humano contulit: consul tenellæ ætati, ne sagittis Satanæ pereat, ne se poculis, ne ignib erubescendis dedat.

3. Quod si tenellos animos veneno vestro infeceritis, quis sanab rursus? peribunt illi, & vos exitii eorum pœnas dabitis.

SATYRA VI. LIB. II.

Ηθος αὐτάρκειας.

1. Gratias ago Deo, quod præter agnitionem Servatoris mei, si è corporalibus bonis consequutus quæ in votis habui: munus hone stum, castam uxorem, bonæ spei liberos, domicilium commodum victum sufficientem, & senectutem mediocriter vegetam.

2. Eundem rogo, ut mihi meisque benedicere pergat: atque ade ita mentem regat, ne quid luxu perdam, ne inhiem aut invidea bonis alienis, ut meis gratus utar fruar: ut inde etiam proximo suc curram: ut in officio sim industrius ac fidus.

3. Postremo ut cum vitæ terminus instat, beatum exitum largia tur, & uxori liberisque pater & patronus succedat.

EPOD. VI.

In theologastrum maledicum.

1. Quid in concionibus tuis, impure canis, exagitas imbellem gre gem Domini? quid minaris purioris doctrinæ confessoribus?

2. Annon sunt lupi, tigres, vulpes, in quas inveharis? an mor sum metuis? an dignos nos putas, quos sic vexes?

3. Cave: nam in tales parata est ultio divina: & dum vos ove Christi ferre non potestis, pardi & leones existent, qui paria vobis rependant.

EPOD.

EPOD. VII.

In turbatores concordiæ Christianæ.

1. Objurgat homines male feriatos, qui principes adversus fratres suos in bellum incitant.

2. Cum communes hostes, eosque potentissimos habeant Turcam Papam: scilicet non barbaras gentes, non ipsas feras bestias tale aliquid in suum genus audere; nec causam eos dissidii justam habere.

3. Ominatur Germaniam, ni concordiæ studeant, hostibus suis præda futuram, & pœnam contemptæ veritatis daturam.

PRAXIS OVIDIANA. CAP. III.

In materiis ad Ovidium imitandum concinnatis.

EX I. FASTOR.

1. *Iuventus ver vitæ*; illic,

Omnia tunc florent.

2. Verno tempore omnia quasi reviviscunt; vites, arbores, herbæ: cantant & nidificant aves: luxuriant agri, totaque rerum natura est in opere.

2. Vide adolescens, quid te fiat. Ver est jam tuum: viget ingenium: valet memoria: integræ sunt vires corporis.

3. Labora dum potes, & frigidæ senectuti para subsidium.

II. *Moribus antiquis res stat sacra, atque profana*: ibi;

Tempore crevit amor, qui nunc est summus, habendi.

1. Prisci Christiani multis modis exercebantur ab infidelibus: minus habebant ceremoniarum: sacra administrabant poculis ligneis, non fictilibus: sed moribus erant aureis, admodumque piis; victores erant tortorum suorum, & de affligentibus sese, animis triumphabant.

2. Data pace defecit pietatis ardor, crevit superstitio, religio degeneravit in vanas ceremonias, ipsique mortales magis ac magis feroci, inhumani, avari, impii esse cœperunt.

III. *Amor impurus*: ibi,

Te quoque inexstinctæ Silene libidinis urunt &c.

1. Amor amaror & horror est.

2. Testis est Davidis cum Uriæ uxore adulterium.

IV. *Samuel consolatur Davidem exulem*: ibi,

Cui genetrix flenti, Fortuna viriliter, inquit.

1. Quod eum non culpa, sed regia invidia exerceat.

2. Quod majores, Abrahamus, Isaacus, Iacobus, Iosephus, Moses, & alii pii homines similem fortunam experti.

3. Quod vera patria piorum in cœlo.

4. Quod post has tempestates tandem quies & gloria.

V. *Monomachia Davidis cum Goliatho*: ibi,

Ecce boves illuc Erytheidas applicat oras.

1. Golias immanis gigas erat, & in armis à puero exercitatus.

2. Is provocat ad duellum aliquem ex Israelitis, idque cum magno fastu, & in ipsum Deum blasphemia.

3. Adoritur eum adolescentulus juvenis David, & funda stratum proprio gladio detruncat.

4. Sic nulla vis subsistere potest invito Deo.

VI. *Precatio pro ubere messe*: ibi,

Frugibus immensis avidos satiate colonos.

1. Deus, qui pascis omnem carnem, fave agricolis nostris: rigo terram imbribus, & fove calore tempestivo.

2. Prohibe a sementi omne noxium, & imple manus laborantium benedictione tua. Vide etiam Psal. 65. & 104.

EX II. FASTOR.

VII. *Ionas à balæna absorbetur*: ibi,

Nomen Arionium Siculas impleverat oras.

1. Ionas jussus Ninivitis prædicare pœnitentiam, metu succensi navem conducit, se subducturus.

2. Sed orta tempestate, intelligit se fatis premi: ideoque in mare se præcipitat.

3. Excipit eum balæna, & deglutitum littori reddit.

4. Manum Dei nusquam effugies: tametsi (quæ benignitas ejus est) mirabiliter servos suos ducit. Vide Psal. 139.

VIII. *Fatales pueri*: ibi,

Forsitan & quæras, cur sit locus ille Lupercal.

1. Cyrum canis aluit: Romulum & Remum lupa: Habidem varias feras: qui postea magnorum imperiorum auctores extitere. Vide Iustin. lib. 1, 43. 44.

2. Qui

2. Quod fatale est, nullum consilium humanum impedire potest.

IX. *Societas leonina:* ibi,

Vltima Tarquinius Romanæ gentis habebat
Regna. ---

1. Sextus Tarquinius Gabios, consilio principum orbatos, (quemadmodum à patre per decussa capita papaverum doctus erat) dolo ce-
it. Liv. lib. 1.

2. Est suspecta semper tyrannorum societas. Vide apologum de societate inter leonem, vulpem & asinum.

X. *Lucretia vindicata:* ibi,

Tarquinius juvenis socios dapibusque meroque
Accipit. ---

1. Sextus Tarquinius castam matronam Lucretiam per vim de-
onestat.

2. Illa talis contumeliæ impatiens, sese interficit.

3. Vnde Brutus, qui hactenus stultum simulaverat, auctor est Romanis, ut reges urbe pellant, & rempub. Consulibus permittant. Liv. l. 1.

4. Tales eventus habent scelerata facinora.

EX III. FASTOR.

Roma inexplebilis sanguinis: ibi,

Parva fuit, si prima velis elementa referre,
Roma. ---

1. Romam duo fratres condiderunt, stupro incesto nati, & à fera
pa alti.

2. Mox alter alterum interficit, & prima urbis mœnia sanguine
tiat.

3. Gens raptis Sabinorum puellis propagatur, & bellis cruentis
getur. Liv. l. 1.

4. Quid mirum, si nunc quoque sanctorum hominum sanguinem
pia urbs sitit?

XII. *Magna vis religionis:* ibi,

Principio nimium promptos ad bella Quirites.

1. Gens Romana latrociniis & bellis ferociebat.

2. Eam Numa religionis specie mollit, & ad humanitatem aliquam
duxit.

3. Sic est: religio & literæ bonos mores conciliant.

XIII. *Hypotyposis convivii agrestis*: ibi,

Plebs venit, ac virides passim disjecta per herbas.

1. Non temere veteres in Saturnalibus liberis suis servos & an
las potos ostentabant: ut ex istis spectaculis discerent, quam f
res esset ebrietas.

2. Similis ratio est rusticorum, quando in conviviis suis pot
clamant, saltant, rixantur, manus conserunt.

3. Denique regnante intemperantia, omnis honesta species exu

XIV. *Nil sine Deo*; ibi,

Pallada nunc pueri, teneræque ornate puellæ.

1. Deum in auxilium voca, quisquis prospere agere vis: studi
sus, opifex, orator, miles, mercator.

2. Sic labor bene cedet.

EX IV. FASTOR.

XV. *Nihil tam naturale, quam gignere*: ibi,

Aprilem memorant ab aperto tempore dictum.

1. Omnibus animantibus inditus est appetitus quidam propaga
suum genus.

2. Quod argumentum est divinæ potentiæ, perpetuo tempo
tuentis, quod semel ordinavit.

3. Quod autem brutæ animantes natura faciunt, id cum ratio
& secundum legem faxit homo sanctum & divinum animal.

XVI. *Susanna*; ibi,

Claudia Quinta genus Clauso referebat ab alto.

1. Susanna accusata adulterii à duobus nebulonibus,

2. Deumque immortalem contestata, ut sibi innocenti opem fe
ret,

3. Miro modo liberatur, periculo in ipsos delatores recidente.

XVII. *Pax*: ibi,

Hinc Cereris ludi, non est opus indice causæ.

1. Nihil pace hominibus salutarius.

2. Illa enim, respub. & privata religio, artes, mercatura, agri
cultura, denique omnia bene habent.

3. Paci studeant omnes boni.

E

EX V. FASTOR.

XVIII. *Gigantes*: ibi.

Terra feros partus immania monstra gigantes
Edidit. ---

1. Gigantes monstrosi homines,
2. Congestis montibus cœlum oppugnare conati,
3. Fulmine icti pereunt.
4. Tales sunt, quicunque Deo aut ordini divino resistunt, simique exitium habent.

XIX. *Senectus venerabilis*: ibi,

Magna fuit quondam capitis reverentia cani.

1. Cano capiti assurge, & honora senem, ut jubet lex Dei.
2. Hoc omnis fecit antiquitas; Spartæ, Romæ, & alibi.

XX. *Spes in flore*: ibi,

Si bene floruerint segetes, erit area dives.

1. Vt flores verni copiosam messem spondent agricolis:
2. Sic juventus probe educata rempub. felicem posteris promittit.

EX VI. FASTOR.

XXI. *Striges juventutis*: ibi,

Sunt avidæ volucres: non quæ Phineïa mensis &c.

1. Striges fædæ volucres nocturno tempore insidiantur pueris.
2. Faciunt id multo magis pravi sodales, qui dolo se insinuant, & seducunt incautos.

XXII. *Terra*: ibi,

Terra pilæ similis nullo fulcimine nixa.

1. Terra immota stat æquilibrio suo.
2. Similiter rempub. justitia sustinet.

XXIII. *Tullia*; ibi,

Tullia conjugio sceleris mercede parato.

1. Impia Tullia per Servii parentis sui cadaver carpentum egit: ut rerum cum marito Tarquinio potiretur.
2. Nullum officium ambitiosis sanctum est.

XXIV. EX 1. TRIST. 2.

1. Ionas in ventre balænæ orans,
2. Mirabiliter servatur.

XXV. EX 3. TRIST. 2. ET 4. DE PONTO, 5.

David apud Philistæos exulans per literas ab amico Ionathane petit, ut pro se apud patrem intercedat.

XXVI. EX 4. TRIST. 2.

Dolet Ecclesia.

1. Quod, rege suo Christo in cœlum sublato, & de inimicis suis triumphante,

2. Ipsa in terra sit relicta, tot hostibus eam impetentibus.

3. Rogatque ut Servator maturare reditum suum, & fidem promissam exsolvere dignetur.

XXVII. EX 4. TRIST. 7.

Ecclesia jam ad senectam vergens,

1. Petit se labantem sublevari,

2. Et è peregrinatione sua tandem aliquando in promissam patriam traduci.

XXVIII. EX 4. DE PONTO, ELEG. 3.

1. David exul expostulat cum Doëgo proditore sacerdotum: comparans cum meritis suis fortunam indignam; quam tamen alii quoque pii experti.

XXIX. EX 1. EPIST. HEROID.

1. Ecclesia pressa in hoc orbe, queritur cum Domino se desertam.
2. Petitque ut in sui liberationem extremum diem maturare velit.

XXX. EX AVLI SABINI RESPONSIONIBVS:
Vide etiam Eobani Hessi epistolas sub persona Christi & Ecclesiæ.

1. Dominus Ecclesiæ respondet, causas moræ suæ edocens.
2. Eamque hortatur ad brevis temporis patientiam.
3. Coronam promittens immortalitatis & gloriæ cœlestis.

XXXI. EX EPIST. 2.

1. David exul exprobrat Micali uxori, quod non diligentius causam suam agat apud patrem.
2. Commemorat merita sua in patrem.
3. Queritur de injuria quæ sibi fiat.
4. Minatur divortium, & defectionem ad Philistæos hostes patris.

XXXII. EX RESPONSIONIBVS A. SABINI.

Mical respondens

1. Purgat suam negligentiam & perfidiam, causam cur placare patrem non possit, in Doëgum, & similes aulicos rejiciens.
2. Consolatur virum spe boni exitus.
3. Offert se comitem exilii.

CAP. IV.

In Metamorphosibus sacris, ex 1. Genes. ad imitationem Metamorph. Ovidii.

1. EX nihilo fit Vniversitas. Cap. 1.
2. Ex luto existit homo.
3. Ex costa viri prodit fœmina. Cap. 2.
4. Angelus lucis degenerat in diabolum & principem tenebrarum. Apoc. 12. 2 Pet. 2. Epist. Iudæ.
5. Homo ad imaginem Dei conditus deficit à Creatore suo, & evadit mancipium peccati & Satanæ. Cap. 3.
6. Sanguis pii Abelis redditur clamosus propter injuriam fraternam. Cap. 4.
7. Enochus ab hominum consortio transfertur in cœlum. Cap. 5.
8. E ligno fabricatur prima navis. Cap. 6.
9. Terra hominum sedes obruitur aquis, & innatatur piscibus. Cap. 7.
10. Refugiunt aquæ de terra in alveos suos. Cap. 8.
11. Columba præconem agit pacis. Cap. 8.
12. Iris constituitur signum gratiæ divinæ. Cap. 9.
13. Chamus impius derisor parentis anathema meret. Cap. 9.
14. Filii Noæ orbem terrarum dividunt, ceditque Semo oriens, Chamo meridies, occidens cum Septentrione Iapheo. Cap. 10.
15. Lingua hominum variat. Cap. 11.

16. Abrahamus transit è familia gentilium in familiam Dei, & pater fidelium. Cap. 12.

17. Lotum captivum in direptione Sodomæ abductum liberat Abrahamus. Cap. 14.

18. Sodoma cum vicinis civitatibus cœlitus inflammatur; & locus maledictus. Cap. 19.

19. Isaacus ex oraculo immolandus, satisfacit ariete. Cap. 22.

20. Iacobo in fuga per scalam figuratur mysterium venturi è posteritate sua Messiæ. Cap. 28.

21. Iacobus in lucta cum Filio Dei fide vincit, & accipit augustum nomen Israël. Cap. 32.

22. Iratus Esavus divinitus mutatur, & fratrem amplexatus, vult ei comes esse itineris. Cap. 33.

23. Dina spectatum puellas egressa devirginatur. Cap. 34.

24. Iosephus deliciæ patris invidia fratrum fit servus apud satrapam Ægypti. Cap. 37.

25. Iosephus libidinosæ heræ calumnia compingitur in carcerem. Cap. 39.

26. Iosephus solertia sua in interpretandis Regi somniis pro squalore carceris meretur maximos honores, fitque totius regni administrator glorioſus. Cap. 41.

27. Iosephus humanissime accipit pessime meritos fratres. Cap. 45.

28. Iacobus vivum & florentem videt filium, quem jam pridem interiisse suspicatus fuerat. Cap. 46.

29. Iacobus impetrat à Rege locum hospitalem. Cap. 47.

30. Iacobus bene precatus filiis moritur, cui filius Iosephus amplissimum funus curat ad sepulchrum majorum suorum. C. 49. & 50.

PRAXIS VIRGILIANA. CAP. V.

In materiis Virgilio imitando aptatis.

1. ECloga prima transferri potest in colloquium discipulorum, qui Emauntem euntes, queruntur de indigna morte Domini, suoque periculo.

2. Ex 4. Ecloga formari potest Genethliacum in laudem Servatoris, melioris seculi principis.

3. Quæ primo Georg. docentur de agris colendis, eleganter accommodari possunt juventuti educandæ.

4. Quæ ibidem circa finem libri tractat, de prodigiis & moribus

sui

ii seculi, ad prognosticum & complorationem nostrorum temporum non inepte trahentur.

5. Italiæ encomium, quod est lib. 2, fieri potest encomium Germaniæ.

6. Ex eodem, pro rustica vita, laudabitur Philosophica.

7. Ex lib. 3. descriptio generosi equi accommodabitur adolescenti liberali.

8. Ad similitudinem pestis Noricæ describatur Hierosolymitana, vel alia.

9. In quarto libro Apium indoles, castitas, sedulitas, justitia, regulus, fuci & alia, icones dabunt bene formatæ œconomiæ, aut politiæ, imo & scholæ.

10. Ex 1. Æneid. naufragium Æneæ accommodabitur Ionæ periculo nautico.

11. Ex lib. 2. describatur excidium Hierosolymitanum.

12. Ex tertio, errores Davidis, vel itinera Apostoli Pauli.

13. Ex quarto, acta reginæ Sabæorum cum Solomone.

14. Ex quinto, pugna navalis Themistoclis cum Xerxianis: item duellum Valerii Corvini cum Gallo apud Livium.

15. Ex sexto, descensus Christi ad inferos, & expugnatio inferorum: item Apostoli Pauli ecstasis cœlestis, & in ea accepta oracula de futuris temporibus Ecclesiæ, qualia figurantur in Apocalypsi.

16. E Septimo, divisio regni Israelitici auctore Ieroboamo, ubi pro Alectone tuba belli Satan repræsentari potest.

17. Ex octavo, & reliquis, bellum Punicum Annibalis, vel Iudaicum cum Romanis: item ad armaturæ Æneæ similitudinem πανοπλία spiritualis, quæ est Ephes. 6, tractari potest.

18. Ex nono, Sennacheribi obsidio Hierosolymitana, & clades angelica formabitur.

19. Ex decimo, cædes Pallantis ad casum pii regis Iosiæ trahetur.

20. Ex undecimo, pro Camilla sit Cloelia, vel Iuditha.

21. Ex duodecimo, pro Turno & Æneæ duellum inibunt Golias & David.

Vide Nicodemi Frischlini Hebræidem, Henrici Smetii reges Iudaicos, Rodolphi Gualteri monomachiam Davidis & Goliathi.

CAP.

CAP. VI.

Habens ſententias carmine dilatandas, maxime per exempla: quod in odis ſuis fecit Henricus Smetius, & multi alii.

1. Rebus ne crede caducis.
2. Nullus ſine Marte triumphus.
3. Tandem bona cauſa triumphat.
4. Labor improbus omnia vincit.
5. Moderata durant.
6. Vincit ſapientia robur.
7. Mors rum exæquat Achilli.
8. Mundus ubi blanditur, cavendus maxime eſt.
9. Honeſta mors turpi vita melior.
10. Deus omnia cernit & audit.
11. Prætereas tumulum, non tamen effugies.
12. Virtus dum patitur, vincit.
13. Dux bonus bonum facit comitem.
14. Sanguis piorum, Eccleſiæ ſementis eſt.
15. Dux ſapiens ſceptra capeſſat.
16. Time ſenectam: non enim ſola advenit.
17. Virtus ſudore paratur.
18. Non cadit in pravam divina ſcientia mentem.
19. Fides tuetur principem.
20. Fortuna ducit amicitiam.
21. Curarum nihil invenitur expers.
22. Multa cadunt inter calicem, ſupremaque labra.
23. Poſt nubila Phœbus.
24. Dummodo non abſit rectæ mens neſcia vitæ.
25. Omnia plena Deo.
26. Non eſt mortale quod optes.
27. Forti ſunt omnia ludus.
28. Non ſceleri cœlum recludetur.
29. Neſcit ſepeliri in pulvere verum.
30. Omnia juſtitiæ cedunt.

CAP. VIII.

Habens emblemata & imagines: cujuſmodi materias tractat Coſmoſcopia Chriſtiana N. Chytrai.

1. MUndus eſt Schola ſapientiæ, potentiæ, & bonitatis divinæ.
2. Vt mundi ornamentum eſt Sol: ſic Chriſtus Eccleſiæ: videlicet lumine veritatis, calore caritatis, regimine affectuum.
3. Solem è mundo tollit, qui amicitiam tollit: æque ſcilicet neceſſariam, jucundam, utilem.
4. Stultus ut luna mutatur: conſilio, ſtudiis, ſucceſſu.
5. Vt à ſole luna mutuatur lumen ſuum: ſic Eccleſia decus ſuum habet à Chriſto.
6. Sol quo eſt altior, eo tardior: ſic quo quis ſuperior eſt; hoc moderatior eſſe debet.
7. Vt ad mundi conſervationem ſingula elementa ſuum conferunt: ſic ad ſocietatem humanam tuendam pertinent vitæ ordines, domus, ſchola, magiſtratus.
8. Vt ventus mare: ſic opes animum inflant.
9. Vt tempeſtas, ſic fortuna variat.
10. Vt tempeſtati gubernator, ſic fortunæ magiſtratus ſapiens ſæpe cedit.
11. Tonitru mirabilem virtutem habet: itemque verbum Domini.
12. Vt Cæcias tempeſtates attrahit; ſic temerarii principes rebuſpub. turbas concitant.
13. Ignis ſurſum, terra deorſum tendit: ſic pii cœleſtia, carnales terrena ſapiunt.
14. Aërem Sol: amicitiam fortuna ducit afficitque.
15. Vt aqua corpus mundat: ſic Chriſti ſanguis purgat animas noſtras.
16. Fortunæ magnæ injuſtorum ſunt tanquam ſtagnum, quod facile abundat, rurſumque exſiccatur: juſtorum regula fons eſt perennis, leniter, at ſemper æquas ſuppeditans.
17. Fons Cletorius bibentibus faſtidium vini creat, & voluptatem laudabilium ſtudium aufert.
18. Fons ſolis, modo amareſcit, modo dulceſcit; eſt frigidus, tepidus, fervens. Similes viciſſitudines habet animus humanus: videlicet ut res ſe dant.

19. Gal-

19. Gallus Phrygiæ fluvius moderate potus medicina est; immodice, lymphatos efficit. Voluptas moderata juvat, effrenis mentem & corpus lædit.

20. Euripus varios habet æstus: vulgus item motus varios.

21. Acidulæ Lynceſtis temulentos faciunt: ſic ſcientia, & opes, quantumvis tenues, animum ſtulti inebriant.

22. Vt agri, ſic ingenia variant, ſuoque ſunt tractanda modo.

23. Vt ager ſine cultura non eſt fertilis: ſic nec ſine doctrina animus.

24. Aurum igne: amicitia rebus adverſis probatur.

25. Ferrum ſine uſu corrumpitur: & amicitia neglecta ſterilescit.

26. Adamas nulla fertur re emolliri poſſe, niſi ſanguine hircino: ſic virtus invicta manet, quamdiu cavet à voluptatibus.

27. Magnes ferrum trahit: & amor animum.

28. Calx aqua incenditur: generoſus animus alterius rebus adverſis.

29. Sol prohibet putredinem, & cibo conciliat ſaporem gratum: & ſapientia animum ruetur à perturbationibus, & rebus tam ſecundis quam adverſis decus præſtat.

30. Abſynthium quamvis amarum vermes prohibet: adverſæ res inſolentiam.

31. Servatori duplex ſceptrum aſſignatur: ferreum, quo frangit rebelles; & arundineum, quo modeſtos & ſupplices ſublevat.

32. Impiorum felicitas eſt gramen irrigatione aquarum deſtitutum.

33. Vt elleborum, ſic caſtigatio, tempeſtive uſurpanda.

34. Heliotrophium ſoli ſe aperit & claudit: aulici principem ſpectant, cumque eo amant & oderunt.

35. Amygdalus ſcabram habet cutem, lignum durum, & dulcem nucleum; Verbum Dei primo aſpectu eſt vile, experientia crucis triſte, eventu tandem ſalutare.

36. Roſam cum vides, juvenis, ne ſuperbi, ſed in illa te intuere.

37. Ciconia pietatis erga parentes magiſtra eſt.

38. Grues aciem inſtruere, & vigilias habere docuit.

39. Hirundo verna avis ſimulatum amicum notat.

40. Cuculus matrem notat: ingratus benefactorem.

41. Luſcinia aures, bonæ literæ animum oblectant.

42. Vultur rapax avis terrori eſt columbis: tyrannus bonis civibus.

43. Pavo ſuperbiens, pedum intuitu miteſcit: & lubricitate rerum humanarum frangitur ſuperbia divitis.

44.

44. Cygnus in funere canere putatur: gloriatur in persequutionibus vir constans.

45. Casti turtures choreis & cantionibus aguntur in retia: pudici mores corrumpuntur illecebris pravis.

46. Apes ex omnis generis floribus, etiam noxiis, mel colligunt; bonis omnia bono sunt.

47. Princeps more leonis parcit subjectis, & debellat contumaces.

48. Canis sæpe latrat sine causa; & maledicus facit multis convitium temere.

49. Lupus gregem; hæreticus Ecclesiam vastat.

50. Vrsa lambendo catulos rudes perficit: similiter magister opus summ diligentia.

51. Simia nimium prensando catulos suos enecat: parentes liberos suos intempestive amando corrumpunt.

52. Aranearum tela muscas irretit, crabrones transmittit: leges imbecilliores plectunt, potentioribus parcunt.

53. Cicadæ æstate cantillant, & formicæ fruges convehunt. Ignavus negligit oportunitatem, industrius utitur.

54. Alcedo in mari pullis suis ipsa bruma hospitium invenit. Piis viris sæpe persequutiones otium pariunt.

55. Delphinus etiam dormitans movetur: sapientis otium quoque prodest.

56. Crocodilum immanem bestiam piscículus igneumon arte vincit. Cedit ingenio robur.

57. Gloria est Crocodilus: sequentem fugit, fugientem sequitur.

58. Polypus saxi, cui adhæret, colorem induit: astutus foro servit, cumque iis facit, qui prodesse possunt.

59. Sapiens, ut cubus, non facile movetur.

60. Omnis gloria carnis est tanquam gramen.

CAP. VIII.

In materiis Historicis ex Sacra Scriptura: quales in carminibus suis tractat Georg. Fabritius, & in Fastis Nathan Chytræus.

1. IN principio creavit Deus cœlum & terram Genes. 1.

2. Eva conditur è costa Adæ dormientis: Ecclesia prodit è latere Christi demortui. Gen. 2.

3. Adam nuditatem suam subligaculo tegit foliorum. Simili modo

do habent se hypocritæ, malitiæ suæ turpitudinem officio aliquo sp cioso fucantes. Gen. 3.

4. Peccatum cubat primum, mox vero expergiscitur, ut in Ca no. Gen. 4.

5. Arca Nohæ imago fuit Ecclesiæ. Gen. 6.

6. Columba cum folio oleæ figurat Christum cum Euangelio Spiritu suo. Gen. 8.

7. En iridem: & cogita pariter de judiciis & bonitate Dei. Ge nes. 9.

8. Turris Babylonica testatur, quam nulla sint consilia adver Deum. Gen. 11.

9. Quam invisæ Deo sint vagæ libidines, testantur Sodoma & G morrha igne & sulphure cœlesti perditæ. Gen. 19.

10. En tibi Isaacum cultro paterno mactandum: & memineris F lii Dei pro nobis in mortem traditi. Gen. 22.

11. Scalam Iacobi puta Christum esse, per quem Deus ad nos, vicissim nos ad Deum pervenimus. Gen. 28.

12. Iacobus luctatur cum Angelo, & impetrat benedictione Victoria nostra est fides. Gen. 32.

13. Ioseph um invidi fratres odio habent, & vendunt. Fuge h vitium, & tibi aliisque minus nocebis. Gen. 37.

14. Iosephus ab hera sua ad stuprum solicitatur: sed abstinet cas animus. Gen. 39.

15. Iosephus ex ergastulo ad principatum venit. Fide Deo, & f ferenda: non deseret te Deus. Gen. 41.

16. Moses arcula juncea in Nilo servatur incolumis. Mirandus Deus in suis. Exod. 2.

17. Rubus ardens non consumitur: sic Ecclesia etsi premitur cr ce, non perit tamen, quia tegitur umbraculo Filii Dei. Exod. 3.

18. Decem plagæ Ægyptiorum totidem monitiones sunt de no violandis præceptis divinis. Exod. 7, 8, 9, 10, 11.

19. Baculus Mosis legem signat, quæ regit & castigat mortale Exod. 4.

20. Agnus Paschalis notat tibi agnum illum Dei, qui tollit pe cata mundi. Exod. 12.

21. Mare rubrum cedit populo Dei, & perdit hostes. Fides nostr vincit mundum: impii cum eo pereunt. Exod. 14.

22. Christus est manna & panis ille vitæ. Exod. 16.

23. Petra baculo Mosis verberata dat aquas. Christus subjec fuit legi, ut nos libertatem filiorum Dei acciperemus. Exod. 17.

24. Moſes precibus, Ioſua ferro dimicat cum Amalecitis. Sic gna, & vinces. Exod. 17.

25. Cerne montem Sinai, & time Deum. Exod. 19.

26. Decalogus tabulis lapideis inſcriptus notat cordium noſtro- m duritiem, & ipſarum ſimul legum divinarum immotam verita- em. Exod. 20.

27. Ceremoniæ veteris populi umbræ erant futurorum bonorum. xod. 25. &c.

28. Propitiatorium tegens arcam Chriſtus eſt, patronus Eccleſiæ. xod. 25.

29. Evangelium eſt menſa illa aurea, quæ panem vitæ Chriſtum xhibet: ſed eo non veſcuntur profani, verum ſacerdotes & ſancti ani- ni. Exod. 26.

30. Chriſtus unica oblatione ſanctificavit omnes. Levitic. 1. & ſe- quentibus.

31. Myſtes à vino, & omni potu inebriante abſtinet. Lev. 10.

32. Pejus quam lepra eſt animo peccatum. Lev. 13.

33. Blaſphemus lapidatur. Ne temere uſurpes nomen Dei. Lev. 24.

34. Iubilæum hic nobis intimatum, in cœlo plene celebrabitur. Lev. 25.

35. Omnis fidelis eſt Nazaræus, & Deo devotus. Numeror. 6.

36. Benedicat tibi Dominus, & cuſtodiat te. Faciat Dominus lucere tibi faciem ſuam, & propitius tibi ſit. Attollat Dominus faciem ſuam erga te, & apponat tibi pacem. Num. 6.

37. Luceat lux veſtra, ut videant homines opera veſtra, & ho- nore afficiant patrem cœleſtem. Num. 8.

38. Excita vocem tuam, ut tubam, & denuncia populo meo de- licta ſua. Num. 10.

39. Populus faſtidiens mannam, & concupiſcens carnes, percu- titur plaga maxima. Idem eveniet, cui præ Chriſto mundus placet. Num. 11.

40. Maria adverſus Moſen contendens, lepra percutitur. Obedite ductoribus veſtris, & auſcultate eis. Num. 12.

41. Ne metuas gigantes hujus mundi. Adeſt tibi Deus. Num. 13.

42. Factio ſeditioſa partim igne, partim hiatu terræ perit. Ne admiſceto te ſeditioſis, quia prope adeſt interitus eorum. Num. 16.

43. Stetit Aaron inter mortuos & vivos deprecans. Gratia ſit Do- mino Ieſu, qui inter vivum Deum, & nos morti devotos peccato- res, mediatorem agit, orans pro nobis, ne pereamus. Num. 17.

44. Aaronis virga flores & amygdala fert. Tantum is labor

utilis, qui in Domino fit: & ea doctrina ſaluti venit, quæ ſonat eloquia Dei. Num. 17.

45. Icti à preſteribus, intuitu ſerpentis ænei ſanantur: peccato fide Chriſtum cernens liberatur à peccato Satanæ ictu. Num. 21.

46. Aſina objurgat Bileamum. Vocem Dei audire nolentem jumenta damnabunt. Num. 22.

47. Fruſtra Bileamus maledicet populo, cui Deus benedixit. Numer. 23.

48. Procedet ſtella ex Iacobo. Hanc magi pii viderunt, & gavisi ſunt. Num. 24.

49. Pineas interficiens ſcortatorem cum mœcha, ſedat iram Dei. Pius eſt zelus, qui fit ſecundum Deum. Num. 25.

50. Populus ſine duce, eſt grex ſine paſtore. Num. 27.

51. Moſes migraturus ex hac vita magis eſt ſolicitus de populo, quam de vita ſua: quod eſt boni principis. Num. 27.

52. Præſta Deo votum tuum. Num. 3.

53. Aaron & Moſes terra Chananæa eminus ſpectata in deſerto moriuntur. Lex & ceremoniæ oſtendunt vitam, quam dare nequeunt. Num. 20. & Deut. 34.

54. Væ impio. Deut. 27.

55. Pietas promiſſionem habet hujus & futuræ vitæ. Deut. 28.

56. Ioſua intermiſſum propter peregrinationes circumciſionis uſum inſtaurat, antequam terram capiant. Qui non eſt de Eccleſia, nec cum Eccleſia participabit. Ioſ. 5.

57. Mœnia Ierichuntis ad ſonum tubarum corruunt. Collabetur aliquando totus orbis ad tubam Archangeli. Ioſ. 6.

58. Gideon vincit hoſtem clangendo buccinis, & faces hydriis exutas oſtentando. Vivus eſt Dei ſermo & quovis gladio penetrantior. Iud. 7.

59. Samſon moriens ulciſcitur hoſtem. Abſorpta eſt mors in victoriam, morte Servatoris noſtri. Iud. 16.

60. Paucorum Benjamitarum flagitium tota tribus luit. Modicum fermentum totam maſſam pernicat, & punit Deus publice, quod privatim commiſſum negligitur. Iud. 19.

61. Heli Sacerdos nimium indulgens filiis, perit cum univerſa familia. Time Deum, & ne communica cum peccato alieno. 1. Sam. 2, 3, 4.

62. Moſes precibus mare dividit: Ioſua ſolem ſiſtit: Samuel fulgurat: Elias cœlum claudit: Ezechias ſolem retrahit. Agnoſce vim piarum precum. Exod. 14. Ioſ. 10. 1. Sam. 12. 1. Reg. 17. 2. Reg. 20.

63.

63. Saul malo ſpiritu vexatus recreatur cithara Davidis. Non fert ſatan piam muſicam precantium. 1.Sam.16.

64. David & Ionatan par amicorum. 1.Sam.18.

65. Saul deſperata Dei ope; conſulit pythoniſſam. Sic impii ſolent, flectere ſi nequeant ſuperos, Acheronta movere. 1.Sam.28.

66. Abſolon patrem regno exturbat; ſed mox capillis quercui implicatus, à Ioabo tribus telis mactatur: quod Deum, quod patrem, quod regem ſuum offendiſſet. 2.Sam.15, & 18.

67. Achitophel auctor eſt Abſoloni de opprimendo patre: quo conſilio non attento, indignabundus ſe ipſum ſuſpendit. Cadit in foveam impius, quam alteri parat. 2.Sam.17.

68. Impium filium deflet pius pater, æternum eum periiſſe ſuſpicatus: En animum paternum! 2.Sam.19.

69. Inſtructio regia. 1.Reg.2.

70. Solomon petit à Deo ſapientiam: bonum Regi maxime neceſſarium. 1.Reg.3.

71. Solomon ædem condit Iudæorum & Tyriorum opera. Præludium hoc erat vocationis gentium. 1.Reg.5.

72. Solium Solomonis materia, & forma ſua commendat regibus juſtitiam, fortitudinem, & cæteras virtutes magiſtratu dignas. 1.Reg.10.

73. Mulieroſitas fortiſſimum Samſonem, Davidem religioſiſſimum, & ſapientiſſimum Salomonem in peccata induxit. Quo non inſana libido cogis? Iud.16. 2.Sam.11. 1.Reg.11.

74. Elias juſto fervore inflammatus mactat Baalitas. Indignus eſt vita, qui vitæ auctorem deſerit. 1.Reg.18.

75. Nabothus inſidiis regum cum vinea vitam amittit. Tyrannis nihil ſanctum. 1.Reg.21.

76. Achabo in perniciem ſuam datur à conſiliis Spiritus mendax. 1.Reg.22.

77. Elias ignem, Eliſæus urſas in ultionem advocat. Valida contra impios ſunt arma piorum preces. 2.Rag.1, & 2.

78. Eliæ & Eliſæi currus & ſatellitium ſancti angeli, qui caſtra metantur circa timentes Dominum. 2.Reg.2, & 6.

79. Fons Ierichuntis non ſolum terræ, ſed etiam animalium fœcunditatem obtundere ſolitus, ſale Eliſæi manſuefcit. Figuram habes beneficii, quod civitatibus præſtant Scholæ prophetarum. 2.Reg.2.

80. Naaman leproſus ſanatur aquis Iordanis. Tollit peccati labem ablutio, quæ fide fit in Filium Dei. 2.Reg.5.

81. Strepitus divinus fugat Syros. Tam facile est Deo vincere. 2. Reg. 7.

82. Iezabelem Baaliticam Iehu ulciscitur jussus à Deo. Memineris Domine meretricis Romanæ, & vindica è manu ejus sanguinem servorum tuorum. 2 Reg. 9.

83. Sennacheribum elatum tyrannum domat Angelus. Hanc manum metue, qui homines contemnis. 2. Reg. 19.

84. Dirus Manasses in vinculis se corrigens, veniam impetrat. Contritum & humiliatum animum Deus non despicit. 2. Reg. 21.

85. Pius Iosias succumbit gladio Ægyptio: infelix est bellum quod non est necessarium. 2. Reg. 23.

86. Sedecias cum populo pertinace Babylonem deportatur. Animus pœnitendi nescius iram sibi cumulat. 2. Reg. 25.

87. Suspenditur è patibulo nefarius Haman, quod bono Mardochæo paraverat. Consilium improbum ferit auctorem suum. Esth. 7.

88. Iobus in utraque fortuna invictum se præstat, magno constantiæ piæ exemplo. Iob. 1.

89. Daniel præ aulicis deliciis legumina & aquam vult, omnibus pueris ad sapientiam aspirantibus exemplum præbens temperantiæ Scholasticæ. Dan. 1.

90. Statua quadriformis, quam rex Chaldæus in quiete vidit, regna mundi designavit. Dan. 2.

91. Chaldæus arroganter de se sentiens, transformatur in bestiam. Nota vindicias superbiæ. Dan. 4.

92. Epulum impium maturat Balthasari exitium. Deus non patitur se ludi. Dan. 5.

93. Innocentem Danielem invidia collegarum leonibus obtrudit, sed Deus eum liberat. Oculi Domini cernunt & judicant. Dan. 6.

94. Tobiæ testamentum pio patrefamilias dignum. Tob. 4.

95. Iuditha Holofernem truncat, mulier ferocissimum bellatorem. Sic ludit Deus mortales elatos. Iudith. 13.

96. Heliodorus templum spoliaturus, pœnam dat sacrilego dignam. 2. Macbæor. 3.

97. Septem fratres cum matre pro lege Dei & veritate fortiter occumbunt. 2. Macbæor. 7.

98. Spiritus S. datur in Pentecoste Apostolis, ut arrha susceptι ministerii. Act. 2.

99. Saulus Damascum petens, sentit ejus, quem persequitur, potentiam. Act. 9.

100. Petro Angelus custodiam aperit. Act. 12.

Cap.

CAP. IX.

Habens materias carminum ex Historia Servatoris ad imitationem Georgii Fabritii.

I. *Nuncius Angelicus.*

1. COmpleto jam tempore, quod Deus saluti hominum perficiendæ definiverat, mittitur Angelus ad virginem Mariam: Ecce (inquit) concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen ejus Iesum. Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur, dabitque ei Dominus Deus sedem Davidis patris ejus, regnabitque in domo Iacobi in æternum, & regni ejus non erit finis. Luc. 1.

2. Veni redemptor gentium, & regnum vulneribus tuis fundatum hoc misero tempore ne dissipari sinas, ut tibi grex tuus æternas gratias agat.

II. *Natalis Domini.*

1. Natum jam Servatorem Bethlehemi Angelus Domini patefacit pastoribus, acclamantibus cum magno jubilo & humano generi gratulantibus copiis cœlestibus. Luc. 2.

2. Agite sequamur pastores læti, & videamus quam gratiam nobis fecerit in Filio suo. &c.

III. *Circumcisio.*

1. Puer Iesus octo jam dies natus circumciditur, & nomen Iesu accipit. Luc. 2.

2. Serva Domine Iesu populum tuum à peccatis suis; & fac ut annus instans tibi sit gloriosus, nobis faustus & salutaris.

IV. *Magi primitiæ gentium.*

1. Non satis erat Servatorem mundi popularibus innotescere, quin stella nova & insolita magos ex Persia invitaret. Veniunt & adorant puerum, oblatis ei auro, thure, myrrha. Matth. 2.

2. Da optime Christe, ut nos quoque ductum verbi tui sequamur, teque fide apprehensum, pia sanctaque vita supplices & cum patientia colamus.

V. *Infanticidium Bethlemiticum.*

1. Herodes audiens regem natum esse Iudæis, metuensque rebus

ſuis, jubet infantes Bethlehemi & in tota vicinia necari, ſperans int omnes hunc quoque puerum futurum.

2. Domine Ieſu habe has animulas tibi commendatas, & confi ma nos quoque, ut pro tui nominis gloria non recuſemus morte oppetere.

VI. *Oblatio in templo.*

1. Puer Ieſus matris puerperio finito ſiſtitur Sacerdotibus, & p ſe par offert turturum, brevi ſanctior victima ipſe futurus. Agnoſc eum pater Simeon, & lumen gentibus, ac Iſraëlitis gloriam fo auguratur. Luc. 2.

2. Fac Domine Ieſu, ut in tuo lumine videamus lumen, & cum hora mortis venit, intrepido animo migremus.

VII. *Fuga in Ægyptum.*

1. Parentes Domini moniti oraculo fugiunt cum puero in Ægyp tum, ne in tyranni Herodis manus veniat.

2. Adſis Eccleſiæ tuæ Chriſte, in hoc orbe exulanti, & da cœ lum, quibus in terra locus eſſe non poteſt.

VIII. *Pueritia.*

1. Puer Ieſus duodecennis cum parentibus venit Hieroſolymam rem divinam in templo facturus, poſteaque cum illis revertitur Na zaretham, & morigerum ſe iis præbet, proficiens ætate, ſapientia & gratia apud Deum & homines. Luc. 2.

2. Quam dilecta ſunt tabernacula tua Domine, in quibus una die melior, quam mille in tabernaculis impiorum. Pſal. 84. Fac, ut ſe cundum exemplum tuum pii ſimus, & ductoribus noſtris obſecundan tes, utque apud te & honeſtos homines gratiam inveniamus.

IX. *Baptiſmus.*

1. Chriſtus miniſterium ſuum obiturus baptizatur à Iohanne: ubi Pater eum Spiritu Sancto conſecrat, & ut ſummum prophetam mor talibus renunciat & commendat. Matth. 3.

2. Ablue nos Domine Ieſu à peccatis noſtris ſanguine & Spiritu tuo, efficeque ut verbo tuo fidem habeamus, & mandatis obediamus.

X. *Tentatio.*

1. Chriſtus baptizatus tentatur à Satana: ſed cum gloria vinci Matth. 4.

2. Sa-

2. Succurre Christe infirmitati nostræ, ut tentati ne succumbamus, sed te adjutore diabolum premamus pedibus.

XI. *Doctrina & Professio.*

1. Christus legem repurgat à fermento Pharisæorum, & spiritualem esse docet, mentis & omnium virium puritatem mandantem, & contumaces æternis flammis mactantem. Matth. 5, 6, 7, 8. Idem contra fulmina legis & terrorem mortis pauperibus & contritis corde Evangelium Patris cœlestis aperit, se illum esse asserens, quem Patres majoribus inde à mundi initio promisisset, ut morte sua malis nostris succederetur, & credentibus in nomen ejus vitam æternam acquireret. Ioh. 3. Itaque dulci voce ad se invitat omnes mœstos ac oneratos, eosque relaxationem promittit. Matth. 11.

2. Gratia tibi sit suavissime Iesu, qui nobis omni consilio & ope destitutis, & in faucibus mortis jam hærentibus, viam vitæ aperuisti, trahens nos ad te, apud quem salva omnia. Illustra tenebras nostras luce tua: consolare afflictos: accende amore tui pectora, ut in tuo magisterio acquiescamus, & quem hic in verbo & ænigmate videmus, eum olim in cœlesti Schola & clara luce contemplemur, admiremur, prædicemus.

XII. *Miracula.*

1. Christus vertit aquam in vinum: sanat ægrotos: ejicit impuros spiritus: compescit mare: mortuis reddit vitam. Ioh. 2. Matth. 8, 9.

2. Fac Domine ut amaritudo crucis benignitate tua nobis dulcescat: sana animas nostras: prohibe à nobis Satanam: defende navigiolum tuam contra furorem mundi & diaboli: & post hanc miseram & caducam vitam illam beatam & æternam largire.

XIII. *Certamina.*

1. Triplex Iudæorum genus se Servatori acerrime opposuit: hypocritæ Pharisæi, qui justitiam operum suorum venditabant; impii Sadducæi, nullam nisi hanc vitam credentes: & stultus populus, qui humili Christi specie offensus, nihil minus eum quam Messiam putavit: contra quos omnes Dominus Scripturis se defendit, & eorum pertinaciam graviter retudit. Matth. 21, 22. Ioh. 8.

2. Sit lucerna Domine verbum tuum pedibus nostris, qua præluceat, sanctam veritatem tuam in mentibus nostris retineamus, & contra mundi errores ac furorem constanter defendamus.

XIV. *Transfiguratio in monte.*

1. Christus in monte transformatur aspectantibus discipulis: fu
get facies ejus ut sol, & vestimenta ejus fiunt alba ut lux: & vox
nube auditur dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo acquiesc
ipsum audite. Matth. 17.

2. Illuminare Domine Iesu in mentibus nostris, ut sicut crucis, i
& gloriæ tuæ consortes reddamur.

XV. *Ingressus in urbem Hierosolymam.*

1. Christus asinæ insidens ingreditur Hierosolymam, ut illic
victimam offerat pro peccatis nostris. Matth. 21.

2. Ad nos Domine, ad nos: & habita per fidem in cordibus nostri
& præpara nos ad mortem piam.

XVI. *Testamentum.*

1. Christus per mortem ad Patrem abiturus, in sui memoria
sacram cœnam instituit: ut pro certo haberemus, quod ad corpu
exhaustum reficiendum sunt panis vinum, id animabus, sensu iræ div
næ laborantibus, factum jam esse corpus & sanguinem suum. Matt. 2

2. Domine Iesu, tu cibus & potus animæ nostræ es: tu sapienti
justitia, sanctificatio & redemptio nostra: pasce nos consolation
verbi tui: & æternum tibi serva.

XVII. *Mors.*

1. Christus fit pro nobis patri obediens usque ad mortem, morte
autem crucis. Matth. 27.

2. Benignissime Domine Iesu, gratia tibi sit, quod pro peccati
nostris mortem degustare, & nos ab æterna morte liberare dignatu
es: da ut, tentationum ingruente procella, nos hujus beneficii me
moria sustentemus, & quicquid nostrum est subjiciamus sanctissim
voluntati tuæ.

XVIII. *Sepultura.*

1. Christus à Iosepho & Nicodemo aromatibus unctus & linteis in
volutus, honorifice sepelitur. Matth. 27.

2. Præsta mihi hanc gratiam, Domine, ut te vera fide susceptum,
& virtutum svaveolentibus aromatibus conditum, mundo corde, &
exstinctis ac sepultis carnis affectibus, jugiter servem.

XIX.

XIX. *Resurrectio.*

1. Christus tertio die cum primo sole resurgit ex morte, Sol nostræ justitiæ ac vitæ. Matth. 28.

2. Surge Domine in mentibus nostris, & mortuam naturam nostram vivifica vigore gratiæ tuæ.

XX. *Ascensio in cœlum.*

1. Ascendit Dominus in altum, captivam ducens captivitatem, consedítque ad dexteram Dei, ubi est caput Ecclesiæ, & dominus ac arbiter rerum omnium. Marc. 16. Act. 1.

2. Protege Domine Ecclesiam tuam, potenti robore tuo, attolle mentes nostras ad te sursum, ut spretis his terrenis, cœlestia quæramus, tandemque ad te per res sive secundas, sive adversas aspiremus.

XXI. *Reditus ad judicium.*

1. Dominus veniet cum multis millibus Angelorum, ad judicandum vivos & mortuos; piis vitam, impiis mortem æternam assignaturus. Matth. 25.

2. Fac nos dignos, Domine Iesu, qui ad tribunal tuum sistamur, nec secundum rigorem justitiæ tuæ, sed secundum immensam misericordiam tuam nos judica.

CAP. X.

Materias carminum ex Justino suppeditans, ad imitationem Epigram. Nicol. Reusneri.

1. *Semiramis.*

SEmiramis fœmina bellatrix, pro colo arma tractat: munit urbem Babylonem: domat multos populos: virisque exemplum relinquit virtutis, quod æmulentur.

II. *Sardanapalus.*

Sardanapalus vir muliere corruptior, vitam in gynæceo agit, pro ferro & armis lanam tractans, & voluptatibus indulgens. Victus à satrapa suo, se & divitias suas in incendium mittit, hoc uno imitatus virum.

III. *Cyrus.*

Cyrus multis victoriis clarus, occumbit in bello Scythico. Ita fit, ut qui gladium accipit, gladio pereat.

IV. *Cambyses.*

Cambyses, in Deum & homines impius, suo ipsius gladio perit. Raro tyranni sicca morte ad Orcum descendunt.

V. *Darius.*

Darius Zopyri fideli opera recuperat Babylonem. Firmissima praesidia regni, amici.

VI. *Xerxes.*

Xerxes innumerabiles copias mittit in Graeciam: mox autem victus, exigua cymba, tanquam lepus à canibus agitatus, fugit, & sortis superborum fit spectaculum.

VII. *Sparta.*

Spartae locum honoratum senectus habuit.

VIII. *Aetna.*

Ætna spiramentis internis agitatus flammas evomit. Vnde imago esse potest inquieti animi.

IX. *Athenienses.*

Athenienses, cum infelicius agere coepissent, deserunt omnes socii. Quo se fortuna, eodem & favor hominum inclinat.

X. *Alcibiades.*

Alcibiades homo inquietus perdit se, & patriam.

XI. *Thrasybulus.*

Thrasybulus recuperat patriam: abolit tyrannos: & ne qua discordia ex ante actis renascatur, discordiarum oblivionem sancit.

XII. *Epaminondas.*

Sicuti telo si primam aciem perfregeris, reliquo ferro vim nocendi sustuleris: sic Epamimonda, velut mucrone teli ablato, duce Thebanorum, reipub. vires hebetatae sunt.

XIII. *Alexander Æmyntæ.*

Amyntæ filius Alexander legatorum Perſicorum laſciviam ferro coercet.

XIV. *Philippus.*

Philippus rex Macedoniæ velut è ſpecula quadam libertati civitatum inſidiatur: dum contentiones alit, & victos pariter victoreſque ſubire regiam ſervitutem cogit. Infida res civitatibus eſt tyrannis.

XV. *Idem.*

Philippus in nuptiarum ſpectaculo, melius inter filium & generum ſuccedens, à ſatellite Pauſania ob denegatam juſtitiam obtruncatur. Ita dies lætitiæ deſtinatus, fœdus luctu funeris fit.

XVI. *Alexander M.*

Alexander Thebas evertens, parcit Pindari ſtirpi, & honorem doctis viris etiam poſt fata habet.

XVII.

Alexander ab Athenienſibus bellum deprecantibus oratores & duces, quorum fiducia toties rebellarant, ſibi dedi poſtulat. At Demoſthenes negat lupis dandos eſſe canes ovium.

XVIII.

Alexander nodum Gordium, quem arte ſolvere non poteſt, ferro dirimit. Ita ſæpe fit, ut pro ratione vis adhibeatur.

XIX.

Alexander Dario pro pace impetranda partem regni offerenti rescribit: Neque mundum poſſe duobus ſolibus regi, neque orbem duo ſumma regna ſalvo ſtatu terrarum habere.

CAP. XI.

Habens pro materia carminum Mythologiam Herculis fabulosi, ex Natale, Sabino, & aliis collectam, & ad figuram viri laudati accommodatam.

I. *Natales.*

1. HErcules natus fertur Thebis, parentibus Iove & Alcmena.
2. Nemo vir magnus evadit sine afflatu divino, & excellenti in dole. Deum igitur oret ad magna contendens puer, ut is eum su spiritu imbuat: prætereaque à primis incunabulis ad patientiam & constantiam se comparet.

II. *Infantia.*

1. Iuno Herculi noctu in cunis dormienti duos dracones, à quibu ictus interiret, immittit: quos ipse ab Iphiole excitatus, manibu prehensos compressit & extinxit.

2. Tendit homini ab ipso ortu insidias prava concupiscentia; il hinc voluptate, hinc dolore animum tentans. Hic monitore opus es animusque ita à teneris assuefaciendus, ut & spernere blanda, & asp ra non timere condiscat.

III. *Pueritia.*

1. Herculem Linus docuit literas: arma Eurytus, Eumolp musicam.

2. Literas puer disce, ut consilio patriam juves: arma tracta, u usus tui in bellis sit: adde musicam propter mores amabiles: ita om ne punctum auferes.

IV. *Adolescentia.*

1. Hercules jam pubescens exit in solitudinem, ubi sedens, di secum multumque deliberat, quam viam ingrederetur. Ibi ad eum duæ mulieres veniunt: Voluptas specie molli & delicata, & Virtus honesto & gravi habitu. Illa vitam suadet facilem laborum expertem & voluptuosam: hæc laboris & industriæ auctor est, quod omnes res præclaræ labore constent, eædemque initio graves, exitu lætæ sint, & gloriam pariant æternam. Hercules virtuti se dat.

2. Mature deliberandum, qui & quales esse velimus, in qua deliberatione vincat virtutis, jaceat voluptatis cogitatio.

V. *Constantis ætatis labor* 1. *Leo.*

1. Hercules laborum multorum socios habuit Telamonem, & laum.

Pro armis præcipue usus est clava, quam ex oleastro excidisse fer-.

Principium laborum fuit inusitatæ magnitudinis leo (in Sylva Ne-ea inter Cleonas & Phliuntem,) nullo ferro penetrabilis, & re-ionem misere infestans.

Hunc Hercules nudis manibus prehensum dissecuit, ejusque pelle ro scuto postea usus est.

2. Leo est animus elatus, tumidus & arrogans, qui in primis do-andus. Vt enim rectorum consiliorum impedimentum est superbia, ita sobria & modesta mens est adjumentum. Deus resistit superbis, humilibus autem dat gratiam.

VI. *Labor* 2. *Hydra.*

1. In Lerna palude hydra erat, pestifera & multorum capitum be-ia, cui ingens cancer opem ferebat. Hercules clava capita dejecit, vulneribus accensos torres immisit, cancro etiam pressu pedum terempto.

2. Hydra illa intemperantia est, in paludinoso voluptatum cæno egens, unde plurima vitia pullulant, præsertim si exempla prava ac-edant. Pugnandum igitur contra est sobrietatis & honestatis studio.

VII. *Labor* 3. *Aper.*

1. In monte Arcadiæ Erymantho insignis magnitudinis aper erat, gros passim vastans: quem cepit, & vinctum ad Eurysthea pertulit.

2. Aper iste sunt mores feroces, qui coërcendi, & ad humanita-em & suavitatem revocandi.

VIII. *Labor* 4. *Cerva.*

1. Erat in monte Mænalo cerva æreos pedes habens, & cornua urea: quam cum neque occidere Hercules, neque vulnerare, quod Dianæ sacra esset, totum annum currendo est insequutus, tandemque Ladonem amnem tranaturam cepit, & humeris impositam Mycenas deportavit.

2. Ad eundem modum calida & speciosa consilia, quæ aperte reprimi non possunt, prudentia & arte moderanda sunt.

IX. *Labor* 5. *Aves Stymphalides.*

1. Iuxta Stymphalam Arcadiæ lucum aves erant roſtris & unguibus ferreis, & humanis carnibus veſcentes. Eas crepitaculorum Palladæ acceptorum tinnitu in Aretiam inſulam profligavit.

2. Tales Harpyiæ in rebuſpub. ſunt homines avari & rapaces, quorum libido ſapientibus legibus reſtringenda.

X. *Labor* 6. *Amazones.*

1. Bella geſſit cum Amazonibus, quibus baltheum detractum Admetæ filiæ Euryſthei donavit.

2. Semper conſulendum eſt paci, nec auctores bellorum audiendi.

XI. *Labor* 7. *Augiæ ſtabulum.*

1. Augias rex Elidis ſtabulum habebat trium millium boum: quod ſimo refertum Hercules uno die repurgavit.

2. Purganda eſt reſpub. ab impuris & facinoroſis hominibus.

XII. *Labor* 8. *Taurus.*

1. In Creta taurus erat ignem naribus efflans, & ſegetem ac fontes paſſim halitu corrumpens. Eum cornu apprehenſum ſuffocavit.

2. Tales ſunt cives violenti & factioſi, quorum furor in ipſo principio comprimendus, ne pars ſincera trahatur.

XIII. *Labor* 9. *Diomedes.*

1. Diomedes Thraciæ rex dirus, equos ſuos hoſpitum carnibus paſcebat. Eum occiſum viciſſim jumentis ſuis objecit devorandum.

2. Generoſi animi eſt, odiſſe & punire tyrannos, & miſeris ac afflictis opem ferre.

XIV. *Labor* 10. *Geryon.*

1. Geryon rex Hiſpaniæ triformis erat, canem habens bicipitem, & ſeptem capitum draconem, in cunctos mortales æque impius ac nefarius. Eum in Gadibus cum monſtris ſuis ſuperavit, & armenta ejus abegit in Latium: ad Gades vero duas columnas erexit, tanquam laborum ſuorum terminos.

2. Omnes paraliti ſunt triformes. Nam ſimul adulatorum, falſorum amicorum & delatorum perſonam induunt. Comites eorum ſunt canes & dracones, id eſt invidia & malæ artes. Hos vincit & armentis ſpoliat, qui eos à convictu ſuo prohibet, & præmia, quæ illi intercipere ſolent, dignis dat. Hoc qui facit, palma dignus cenſendus eſt.

XV.

XV. *Labor* 11. *Hesperides.*

1. Hesperides Hesperi fratris Atlantis filiæ hortos habebant aureis lis conſitos, quos draco pervigil cuſtodiebat. Hercules dracone erempto mala decerpſit, & ad Euryſtheum pertulit, ut his fruetur.

2. Quiſquis rempub. remoratur, eum à conſiliis ſuis removere princeps debet: & quemadmodum Sol cunctis, quæ illuſtrat, nonil caloris impertit, ſic ille eos, quos contuetur, miſericordia ſua nabitur.

XVI. *Labor* 12. *Cerberus.*

1. Admeti Theſſaliæ regis uxor Alceſte pro mariti ſalute vitam ote depoſuerat. Eam ab inferis, ſopito aditus cuſtode Cerbero, luxit.

2. Pugnandum eſt pro aris & focis: nec virtutis ſtudium ulla forido impedire debet.

XVII. *Hercules mutatus.*

1. Hercules, qui infans ſerpentes ſuffocaverat, qui tot monſtra arum vicerat, quem neque tenebræ inferorum, neque lethiferum rberi venenum deterruerat, inermi Omphalæ leonis pelle comiſſa, inter pediſſequas fæmineo habitu indutus, artem ſedentariam ercuit.

2. Amor ſic commutat hominem, ut non cognoſcas eundem eſſe. anc peſtem fuge quantum potes.

XVIII. *Vitæ exitus.*

1. Hercules Neſſum rivalem Deianiræ ſagittis veneno hydræ ctis interfecit: qui ut hoſtem ulciſceretur, cruentam veſtem Deiaræ tradit, quaſi remedium adverſus amores pellicum. Eam Deianira erculi de Ioles amore ſuſpecto remittit: qua indutus tanquam igne cro & furore corripitur: cumque tantos dolores perferre diutius on poſſet, veneno totum corpus pervadente ac torquente, ſemet in onte Oeta combuſſit: quo audito, Deianira ſuſpendio vitam fiit.

2. Tales exitus ſortiuntur, qui à virtute deficiunt ad voluptates. ivendum igitur eſt in timore Domini, & vigilandum: quia ſi paumper oculos à virtute deflectas atque conniveas, ab appetentia, tanam à rapidiſſimo fluvio, in perniciem deferris.

CAP.

CAP. XII.

In materiis majorum carminum, quæ sint vice declamationum, ad imitationem Aeneid. Virgil.

I. *Paranesis ad pœnitentiam.*

1. QVam graviter Deus mortalibus succenseat, testes sunt cœlum & terra.

Vidimus rubente colore horribilem cometam: solem & lunam v tum condere: cœlum hiare nocte: ignei deciderunt globi: sangui sulphurisque tetrici fluxerunt imbres: fulmina castellum nostru alibi templa, alibi oppida & villas tetigere: per aërem auditus cl gor tubæ, & visi exercitus: grando segetem, pruina arbores, f gus in media æstate pecudes perdidit: matronæ & pecudes monstr sos partus edidere: terra mota hausit urbes, agri cum jumentis & h minibus eluvionibus absorpti: spem ruris messiumque murium & l custarum greges abstulere: spectra ipso meridie visa. Quid multi tempora Noæ, aut Pharaonis, aut Hierosolymæ ultima rediisse v sunt. Vide similia signa iræ divinæ apud Virg. 1. Georg. & Lucan 1. Pharsal. & Horat. od. 2.

2. Hæc prænuncia fuerunt judiciorum Dei, quæ mox subsequu ut sunt pestis, fames, bella: quibus totus terrarum orbis quass ultimam nunc ruinam minatur.

3. Quisquis es: cave ulterius Deum offendere, vitam male a corrige, ingemisce, deprecare. Flamma consumens Dei ira est, tamen placabilis precibus.

4. Affer opem, Deus, & nostra vulnera nati tui morte sana. tu nos punis propter transgressiones nostras: at non perdes tam prorsus, quos precioso sanguine filii tui redemisti: serva nos prop gloriam nominis tui, & iram tuam in hostes verte. Vide Psal. 50.

II. *Elogium fidei semper victricis.*

1. Nihil est quod fides metuit: non vincula & carceres, non p sequutiones & infamiam, non cruciatus, non ipsam mortem: om aspera pro materia laudis habet, & tanquam palma enititur.

2. Quid non acerbitatis fortis ille heros Iacobus pertulit? fi tela fratris: avunculo bis bina lustra servit, fructu laboris sæpius fraudatur; ipsum Angelum luctantem sustinet: raptum filiæ, m

Rachelis, orbitatem Ioſephi qua mente tulit? Quid filius Ioſe-
? ſervitutem, infamiam, vincula & ſupplicii metum quanta
ſtantia ſuperavit? Quid David? bis lancea petitus evaſit, Goliam,
lem, Nabalem, Abſolonem, Semeium, Sebam quam fortiter ſuſ-
uit? Nulla Muſa Pauli labores ſatis decantabit? non illum exilia,
cula, flagella, infamia, non lapides, non enſis Neronis virum à
u mentis moverunt.

3. Vincit fides, deque toto mundo triumphat. Hoc immortale
num largire nobis ô Pater ſupreme, qui te colentes uſque ad infe-
mittis, rurſumque elevas ad aſtra. Confirma nos, ut amore Filii
omnia adverſa vincamus, & tuo Spiritu ductore curſum ad bea-
vitam dirigamus. Abſque tuo Numine nihil poſſumus: tibi ſit
s & gloria æterna.

III. *Lamentatio vitæ humanæ.*

1. Breviter canam qualis hæc vita ſit: tu juventus ſtudioſa at-
de.

2. Eſt vita noſtra brevis, laborioſa, & miſera.

3. Vnde comparatur cum fluctibus, gramine, trocho &c. Vide
l. 90.

4. Conſtat hoc ex omnibus partibus: ut ſunt 1. Infantia, ubi or-
difficilis, & imbecillitas: 2. Pueritia, quæ ſtulta & plagis innu-
eris obnoxia: 3. Adoleſcentia, quam non ratio, ſed libidines re-
nt: 4. Virilis ætas, quæ labori, invidiæ, multiſque adverſitati-
s expoſita: 5. Senectus, quæ morboſa, infirma, ridicula, tandem
morti ſuccumbens. Vide Horat. de arte. & Cic. Conſolation.

5. Patet etiam exemplis eorum, quorum vita laborioſa & ærum-
ſa fuit: Vide Patriarchas, Philoſophos, Reges.

6. Avocemus igitur mentem ab hujuſce vitæ ſordibus, meditemur
eri, quæramus cœleſtia: quod nobis præſtes benigniſſime Domine
us. Vide Pſal. 90.

IV. *Hortatio ad laborem ab exemplis naturæ.*

1. Huc ades ſtudioſa juventus, & quod moniturus ſum attende.

2. Iſtud autem eſt, ut cum jam ad labores Scholaſticos redeundum
animum excites, & alacriter agas.

3. Quod pro me loquitur natura, & hujus temporis ratio.

Meminiſti hyemis, qua frigore omnia quaſi obtorpuerunt, nec
ultum à morte diſtare viſa ſunt. Nunc ver rediit, quo tanquam
a reddita naturæ: ſplendet ſol, ſpirant zephyri, floret terra,

 vireſcunt

vireſcunt campi, arbores, flores, gramina redeunt: canunt aves, dunt piſces; luxuriant pecudes, fœtificant animalia: navigant tæ, arant ruſtici, ædificant fabri, caſtra movent milites: quid tis? nihil otioſum vides, omnia fervent labore.

4. Cogita adoleſcens, tuam ætatem inſtar veris eſſe: viget mens, valet memoria, robuſtum eſt corpus: utere & fruere occ ne. Brevi hyems erit, hoc eſt triſtis ſenectus, qua ingenium, moria, omneſque vires deficient: qualem nunc ſementem facis, lis erit meſſis tua.

5. Tibi autem Deus gratias agimus, quod tuo beneficio diſcere licet verbum tuum, & bonas literas: quod pacem & valet nem & victum habemus ad id commodum: ſerva magiſtratum, ſtores & præceptores noſtros: averte bella, peſtem, famem: ut umbra alarum tuarum honeſte & tranquille viventes ea nunc di mus, quæ tibi grata, & Eccleſiæ olim utilia eſſe poſſint.

v. *Comparatio Eccleſiæ cum Chriſto capite ſuo.*

1. Canam Eccleſiam ſanctam, quibus in rebus eam Chriſto ſi lem fieri oporteat.

2. Chriſtus à diſcipulo proditus, à propria gente captus, & ſuis traditur Pilato, flagellatur, crucifigitur, dividuntur veſtim ejus, moritur.

Sic Eccleſia proditur ab alumnis ſuis, infeſtatur ab hypocri vexatur calumniis ab hæreticis, armis à tyrannis, exuitur bonis in pulverem mortis ducitur. Exempla vides hac noſtra memoria.

3. Chriſtus è morte ſuſcitatur & ſublatus eſt in gloriam.

Similiter & Eccleſia tandem liberabitur à Domino & in cœ transferetur.

4. Quod faxis Domine Ieſu primo quoque tempore.

VI. *Genethliacum Servatoris.*

1. Canam natales ſanctiſſimi pueri: fave inſtituto, divine Spir

2. Tempus erat quo gentem Iudaicam multa mala premebant gum Romanum, factiones principum, hæreſes Phariſæorum & S ducæorum.

Tam triſti tempeſtate fert Angelus virgini Mariæ lætum cium, quod mater futura eſſet Servatoris non Iudæorum tantum, etiam gentium.

Interea Cæſare mandante totus orbis cenſetur, ſinguli in tri & familia. Hac occaſione Maria cum marito deſignato Beth

venit, & tum in lucem prodit, qui tot seculis desideratus erat: mpitur cœlum: conscii fiunt per Angelum pastores, gratulan- umano generi Angeli.

O faustam noctem, qua tanta salus hominibus contigit. Ave puer, gratissime puer, & fave nobis tuis clientibus: nascere o in animis nostris, & idoneos nos effice ad æternas gratias tibi as.

VII. *Prognosticon novi anni. Satyricum.*

Solent circa hoc tempus astrologi fastos suos edere, in quibus antum dies & menses, & syderum ortus & occasus definiunt, sed futura prædicere audent: pestes, famem, bella: quam vere e, ego non interpretor.

Ego astrono miæ nondum peritus, ex historia divinare ausim: , quale sit, quæso cognoscite.

Tria sunt scelera, quæ omnibus temporibus regnis & rebusp. m attraxerunt: impietas, injustitia, luxus. Hæc Assyriorum, rum, Græcorum, Romanorum imperia everterunt: quid mi- , ni etiam Germanorum: unus Deus est, rerum humanarum ar- : is omni tempore peccata odit & punit.

Defenduntur nunc passim idololatriæ horrendæ: nomen Dei me blasphematur, Sabbathum profanatur: Verbum Dei & Sacra- a nihili fiunt: evanuit ex animis timor Domini, & pro religione imus regnat, aut bruta superstitio.

ncta vero justitia ubi? leges & judicia cessant: in pactis nulla fi- nulla æquitas: fraus pro arte, injuria pro fortitudine, vis pro state habetur: caritas refrixit, regnat avaritia & ambitio.

uantus vero publice privatimque luxus cernitur; in vestitu, victu, ciis? libidines, comessationes, aliaque intemperantiæ genera ad num venerunt: adulteria & stupra in jocis sunt. Vide Satyras ve- m.

Non potest justus Deus diutius hominum scelcribus connivere: Turcica barbaries, aut si quid peius, Germaniam occupabit.

Quod non tantum tot signis & prodigiis jam pridem denuncia- est, sed ipso usu cognoscitur, grassantibus passim fame, peste, o.

Miserere nostri Deus, ignosce peccatis, & verte ad nos lumen is tui.

VIII. *De tribus donis Magorum.*

1. Nato puero Iesu Bethlehemi, Magi Persarum illum adora venerunt, dederuntque aurum, thus & myrrham.

2. Hæc typi sunt eorum officiorum, quæ nos quoque huic p debemus. Agite cognoscite eum mecum.

3. Aurum metallorum præstantissimum est, non igne non corruptibile. Eo significata fuit fides in Chrristo, qua purifica corda, quamque nulla adversitas vincere potest: fide habitat Chr in cordibus nostris: per fidem habemus accessum ad Deum: mundum vincimus.

Myrrha succus est amarus, & crucem denotat fidelium. Odit e mundus Dominum, odit etiam & persequitur populum ejus. T sunt hæc ipsa tempora, ubi totus mundus conspirasse videtur ad lendum Euangelium. Hic opus est patientia sanctorum.

Thus odorem bonum præbet igne excitatum. Eo commenda nobis preces, quibus in adversitatibus nostris Dominum Iesum in cemus, qui ut omnibus temporibus Ecclesiæ adfuit, ita nec n deserturus nos est.

4. Veni Domine Iesu, & libera populum tuum. Vides quid than & mundus moliantur. Tu potenti dextera tua defende nos: verbum tuum, serva in nobis fidem, fac ut patienter feramus q quid pro nominis tui gloria ferendum venit: donec tandem e miseriis liberati tecum vivamus ac triumphemus. Tibi sit laus & ria. Amen.

IX. *Typi Mosaici mortis & resurrectionis Domini.*

I. PROPOSITIO. Christus servator noster inde ab initio tantum clariis promissis, sed etiam variis figuris prædicatus fuit. hac vice typos nonnullos ex Mose pandam. Christe fave: tua e merita canemus.

II. NARRATIO, XI Membra habeat.

1. Ex Adami dormientis costa excitatur sponsa Eva. Eodem do ex Christi mortui latere prodit Ecclesia. Gen. 2.

2. Abrahamus liberat Lothum in depravatione Sodomæ capt Christus liberavit nos è potestate Satanæ, & captivam duxit capt tatem, deque ea triumphavit. Gen. 14.

3. Isaacus jam morti destinatus mirabiliter servatur. Christ morte contra spem omnium mortalium potenter surgit. Gen. 22.

4. Iacobus cum Angelo tota nocte luctatus, benedictionem i

. Christus pugnans adversus regnum peccati, factus est benedictio ibus gentibus. Gen. 32.

. Ioseph venditus à fratribus in servitutem, Dominus fit Æ- i. Christus postquam exinaniverat sese assumpta forma servi, as- us est in gloriam. Gen. 37. 41.

. Moses populum Israeliticum diu multumque vexatum cum ra educit, variis editis portentis, ipsoque mari transitum danti, opulus salvus evadit, hostis vero summergitur. Exod. 14. Chri- nos ex regno Satanæ & Pharaone infernali redemptos ducit per rum baptismi in cœlum, diabolos cum sua turba in flammarum narum barathrum dejecturus.

. Moses populo impetrat Mannam, & aquas elicit è petra. Exod. & 17. Christus per mortem suam factus est nobis panis vitæ, & consolationis ad recreandas animas nostras.

. Moses arcam fecit oracularem, ad quam Aaron oracula acce- & pro populo oravit. Exod. 37. Christus nostrum propitiato- est, nos contra iram Dei tutos præstans, & voluntatem patris lute nostra pandens.

. Populo interdiu præcedit nubes, noctu ignis. Exod. 13. Chri- ub umbra alarum suarum defendit nos contra æstum furoris divi- & luce verbi sui illustrat mentes nostras, ut curriculum peregri- nis recte conficere, tandemque in patriam cœlestem pervenire mus.

o. Virga Aaronis, quamvis arida, flores & amygdalas profert. . 17. Christus quamvis propter humilem formam contemptus, minare nobis fecit Euangelium suum, quod est potentia Dei ad sa- omni credenti.

1. Cum presteres invaderent populum perduellem, Moses è per- suspendit serpentem æneum, quem icti contuerentur, ut sana- r. Num 21. Christus, tanquam vermis, in cruce pendens, factus delibus trophæum salutis contra morsus Satanæ.

II. CONCLVSIO. Sed tempus est, ut vela contrahamus. enim potest omnia? Tibi Domine sit gratia, qui propter pec- nostra mori, & propter justitiam nostram resurgere dignatus es.

X. *Typus ascensionis Domini ex* 2. *Sam.* 6. *&* *Psal.* 18. *&* 68, 110, 118.

itium hujus carminis etiam fingi potest in hanc sententiam. elebravit proximis feriis Ecclesia Christiana festum resurrectio- Domini: ego nunc ex primo Mosis quosdam typos canam, qui-

bus mirandum hoc beneficium præfiguratum fuit. Fave, divine S
tus, & tu ſtudioſa cohors attende.

1. Celebrat Eccleſia hoc tempore lætum triumphum, quem
vator noſter, in cœlum aſcendens, de ſuis & noſtris hoſtibus egit.
ſis mihi, Sancte Spiritus, hujus glorioſi actus præludia puerili car
decantaturo.

2. Non mihi res eſt cum Scipione, aut P. Æmylio, vel alio tri
phatore Romano, ſed ſanctiſſimum regem Davidem, qui in m
figura Domini noſtri fuit, repræſentabo.

3. David in medio fratrum ſuorum ungitur in regem populi
ni. Chriſtus ungitur Spiritu Sancto ſupra omnes fratres ſuos, &
ſtituitur rex Sionis in æternum.

David antequam thronum regium occupat, multa fert: quid
tulit Servator noſter?

David multa bella geſſit cum hoſtibus Iſraëlitarum, in quibus
mus ſe offert Golias. Chriſtus præliatur cum hoſtibus Eccleſiæ,
rum princeps Satan.

David ſuperatis hoſtibus, cum magno triumpho arcam in
tem affert, diſtribuit popularibus dona, & regem glorioſum
Chriſtus debellato regno Satanæ, ſpectantibus cum jubilo ange
hominibus, conſcendit in cœlum, præ ſe agit hoſtes captos:
tit dono Eccleſiæ Spiritum ſuum, & per totum orbem terrar
Dominum gloriæ probat.

David Ammonitas & alios hoſtes gravi ſupplicio afficit. Chr
die noviſſimo omnes Eccleſiæ hoſtes ad æternas flammas damnab

4. Perfice Domine quod cæpiſti, propter ſanctum nomen tu
cui ſit laus & gloria, Amen.

XI. *Collatio veteris & novæ Pentecoſtes ex 19 & 20 Exod. & 2 Act. & Hebr. 12.*

1. Adſunt feriæ Sancto Spiritui ſacræ, canam, quid olim vet
quid poſtea novo populo circa hoc tempus Numen fecerit. Tu
divine Flatus, cujus laudes meditamur, vires in carmen ſuggere.

2. Poſtquam populus Iſraëliticus longo tempore duram ſerv
tem apud Ægyptios ſervierat, Deus ejus miſertus, tyrannos m
plagis affecit, tandemque magna manu populum educit, pand
viam ipſo mari, & hoſte cum copiis ſummerſis.

Inſtat dies à liberatione quinquageſimus: caſtra habet popul
montem Sinai: intimat per Moſen Deus concionem. Ibi cœlum
nare: mons tremere: tubæ angelorum canere: flammæ circumc
mi

care: omnia plena horroris & formidinis, ipso Mose attonito, & eam majestatem ægre sustinente.

Ibi Deus sic infit: Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te ex Egypto &c. Vide reliqua. Exod. 20.

Populus consternatus, per mediatorem secum agi petit, quod tam horribilem faciem Dei ferre non posset. Hæc prima fuit pentecoste.

3. Venit ultima ætate mundi Dominus Iesus: videt afflictionem populi sui sub tyrannide infernalis Pharaonis: dat se ipsum in pretium liberationis: reviviscit: vincit totum regnum Satanæ: denique cum magna gloria cœlum petit.

Dies à resurrectione quinquagesimus jam aderat: morantur Hierosolymis, ubi mons Sion; Apostoli jejunant, precantur. Quid fit? Sonitus auditur venti vehementis, & domum, ubi discipuli erant, implentis: concursus fit undique ad visendum, quid rei accidisset: aderant ex omnibus gentibus spectatores; Parthi, Persæ &c.

Vbi vident supra capita discipulorum flammantes linguas, easque divisas. Numen erat Sancti Spiritus, beneficium lucis & amoris divini, imo insuperabilem potentiam quoque suam hoc Symbolo repræsentantis.

Tum Apostoli Deo pleni, & in his Petrus fatur mirabilia: completum jam esse ait, quod majoribus Deus de salute recuperanda promisisset: venisse Filium Dei in carnem, & satisfeciisse pro peccatis mortalium: improbe vero & scelerate egisse gentem suam, quod Dominum gloriæ crucifigendum curasset: hunc tertio die revixisse secundum oracula, & occupato cœlo, effudisse inde spiritum suum, quem præsentem in tam claris signis jam videant audiantque: jubet resipiscere, & oscylari Dominum, ni perire velint: tempus adhuc esse veniæ: restare aliud, iræ & judicii horrendi, quod nemo effugere possit, nisi qui invocet nomen Iesu.

Dixit, & fidem habuit populus divinæ eloquentiæ, magnoque numero Christo se dedidit. Sic fuit pentecoste altera.

4. Illabere mentibus nostris, divine Spiritus: consolare nos contra fulmina legis: recrea Euangelio gratiæ tuæ: accende in nobis lumen fidei veræ: inflamma amorem purum, & esto dux noster in vitam æternam.

XII. *Pugna Michaëlis cum dracone, ex 12. Apocalypsi.*

1. Canam pugnam, qualem nulla memoria novit: qua cœlum tonuit, terra mota est, orcus ipse tremuit. Iuva pueriles conatus, dux pugnæ Domine Iesu.

bus mirandùm hoc beneficium præfiguratum fuit. Fave, divine S
tus, & tu ſtudioſa cohors attende.

1. Celebrat Eccleſia hoc tempore lætum triumphum, quem
vator noſter, in cœlum aſcendens, de ſuis & noſtris hoſtibus egit.
ſis mihi, Sancte Spiritus, hujus glorioſi actus præludia puerili car
decantaturo.

2. Non mihi res eſt cum Scipione, aut P. Æmylio, vel alio tri
phatore Romano, ſed ſanctiſſimum regem Davidem, qui in m
figura Domini noſtri fuit, repræſentabo.

3. David in medio fratrum ſuorum ungitur in regem populi
ni. Chriſtus ungitur Spiritu Sancto ſupra omnes fratres ſuos, &
ſtituitur rex Sionis in æternum.

David antequam thronum regium occupat, multa fert: quid
tulit Servator noſter?

David multa bella geſſit cum hoſtibus Iſraëlitarum, in quibus
mus ſe offert Golias. Chriſtus præliatur cum hoſtibus Eccleſiæ,
rum princeps Satan.

David ſuperatis hoſtibus, cum magno triumpho arcam in
tem affert, diſtribuit popularibus dona, & regem glorioſum
Chriſtus debellato regno Satanæ, ſpectantibus cum jubilo ange
hominibus, conſcendit in cœlum, præ ſe agit hoſtes captos:
tit dono Eccleſiæ Spiritum ſuum, & per totum orbem terrar
Dominum gloriæ probat.

David Ammonitas & alios hoſtes gravi ſupplicio afficit. Chr
die noviſſimo omnes Eccleſiæ hoſtes ad æternas flammas damnab

4. Perfice Domine quod cæpiſti, propter ſanctum nomen tu
cui ſit laus & gloria, Amen.

XI. *Collatio veteris & novæ Pentecoſtes ex 19 & 20 Exod. & 2 Act. & Hebr. 12.*

1. Adſunt feriæ Sancto Spiritui ſacræ, canam, quid olim vet
quid poſtea novo populo circa hoc tempus Numen fecerit. Tui
divine Flatus, cujus laudes meditamur, vires in carmen ſuggere

2. Poſtquam populus Iſraëliticus longo tempore duram ſervi
tem apud Ægyptios ſervierat, Deus ejus miſertus, tyrannos m
plagis affecit, tandemque magna manu populum educit, pand
viam ipſo mari, & hoſte cum copiis ſummerſis.

Inſtat dies à liberatione quinquageſimus: caſtra habet popul
montem Sinai: intimat per Moſen Deus concionem. Ibi cœlum
nare: mons tremere: tubæ angelorum canere: flammæ circumc
mi

icare: omnia plena horroris & formidinis, ipso Mose attonito, & tam majestatem ægre sustinente.

Ibi Deus sic infit: Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te ex Egypto &c. Vide reliqua. Exod. 20.

Populus consternatus, per mediatorem secum agi petit, quod tam terribilem faciem Dei ferre non posset. Hæc prima fuit pentecoste.

3. Venit ultima ætate mundi Dominus Iesus: videt afflictionem populi sui sub tyrannide infernalis Pharaonis: dat se ipsum in pretium liberationis: reviviscit: vincit totum regnum Satanæ: denique cum magna gloria cœlum petit.

Dies a resurrectione quinquagesimus jam aderat: morantur Hierosolymis, ubi mons Sion; Apostoli jejunant, precantur. Quid fit? sonitus auditur venti vehementis, & domum, ubi discipuli erant, implentis: concursus fit undique ad visendum, quid rei accidisset: aderant ex omnibus gentibus spectatores; Parthi, Persæ &c.

Vbi vident supra capita discipulorum flammantes linguas, easque divisas. Numen erat Sancti Spiritus, beneficium lucis & amoris divini, imo insuperabilem potentiam quoque suam hoc Symbolo repræsentantis.

Tum Apostoli Deo pleni, & in his Petrus fatur mirabilia: completum jam esse ait, quod majoribus Deus de salute recuperanda promisisset: venisse Filium Dei in carnem, & satisfeciisse pro peccatis mortalium: improbe vero & scelerate egisse gentem suam, quod Dominum gloriæ crucifigendum curasset: hunc tertio die revixisse secundum oracula, & occupato cœlo, effudisse inde spiritum suum, quem præsentem in tam claris signis jam videant audiantque: jubet resipiscere, & osculari Dominum, ni perire velint: tempus adhuc esse veniæ: restare aliud, iræ & judicii horrendi, quod nemo effugere possit, nisi qui invocet nomen Iesu.

Dixit, & fidem habuit populus divinæ eloquentiæ, magnoque numero Christo se dedidit. Sic fuit pentecoste altera.

4. Illabere mentibus nostris, divine Spiritus: consolare nos contra fulmina legis: recrea Euangelio gratiæ tuæ: accende in nobis lumen fidei veræ: inflamma amorem purum, & esto dux noster in vitam æternam.

XII. *Pugna Michaëlis cum dracone, ex 12. Apocalypsi.*

1. Canam pugnam, qualem nulla memoria novit: qua cœlum tonuit, terra mota est, orcus ipse tremuit. Iuva pueriles conatus, dux pugnæ Domine Iesu.

2. Describatur jam I. Draco hostis : II. Mulier (id est Eccles cujus filium absorbere draco voluit : III. Socii asciti, ubi ex septi Æneid. imitari potes fictionem de Iunone Alectonem advocante : Michaël mulieri cum suis subsidio veniens : V. Pugna ipsa per h potyposin, qualis est 12. Æneid. in duello Turni & Æneæ : VI. ventus Michaëli glorioſus, & draconi funestus : VII. Applausus C li, & lamentatio Orci.

3. Agantur gratiæ Filio Dei de Satana triumphato, idemque r getur, ut reliquias belli conficiat, & Ecclesiam plene liberet.

XIII. *Collatio palmæ & Ecclesiæ.*

1. Præteriit læta æstas, instatque hyems tristis, qua arbores d cus suum amittunt, resque omnes tanquam mortuæ apparent.

2. Palma tamen adhuc integra manet: quæ quid arboris sit, quid notet, paucis canam. Fave Christe cœptis : nam in tuum h norem hæc dicentur.

3. Palma omni tempore retinet vigorem suum: non tempest bus, non oneribus cedens : & fructus fert dulcissimos. Frugifera t men non est, nisi in solo fervido, & fimo facile læditur.

4. Hæc imago est Ecclesiæ, quæ premitur quidem, sed nunqu opprimitur.

Testis est omnium temporum experientia : Pharao, Nabucho noſor, Antiochus, impii Iudæi, crudeles Cæsares, blasphemus Tur Antichristus Romanus : à quibus licet omnibus machinis oppugna tamen invicta perstitit.

Sed opus habet calore divini Spiritus, & ardentium precum: t demum fructus fert amplissimos, & per ipsas tribulationes crescit.

Læditur autem corruptelis doctrinæ, & vitæ licenter actæ sca dalis.

5. Quare rogamus te, Domine Iesu, ut prohibeas à nobis doctr nam falsam, & serves in studio vitæ sanctæ : compesce furorem mu di & Satanæ, & quia Ecclesia tua ægre hic locum obtinet, festina judicium, & duc sponsam tuam in diu exspectatam gloriam.

XIV. *Comparatio status populi Israelitici sub Pharaone, cum Ecclesia hodierna sub Antichristo.*

1. Propositio summam rei indicet, cum invocatione auxilii d vini.

2. Comparatio. I. Miserias utriusque temporis conferat, u dolo & vi actum: II. Addat de liberatione, quam Deus Israelit

pr

restitit per Mosen, & nos speramus & pollicemur à Domino Iesu.

3. Conclusio addat paræneſin ad pœnitentiam: & precationem, qualis in antecedenti themate notata.

XV. Κίλδυσμος *fidei.*

1. Pro causa carminis intelligenda querela sit de securitate & torpore nostro, quem puerili carmine excitare velis.

2. Narra periculi nostri magnitudinem propter circumstantes hostes, ut sunt infensus Satan, fallax mundus, lasciva & stulta caro nostra.

3. Excita vigilantiam & ardorem pugnandi: I. Collatione cursorum, pugilum, militum: II. Exemplis sanctorum, ipsiusque adeo Domini Servatoris: III. Damno, quod lapsis & inconstantibus metuendum: IV. Præmio victoriæ.

4. Doce modum agendi; fide, innocentia, precibus, prælucente in omnibus verbo Dei.

5. Conclude precibus ad Servatorem, ut imbecillitati nostræ succurrat, ipseque Satanam subdat pedibus nostris.

XVI. *Paræneſis ad diligentiam in ſtudiis.*

1. Deus cum mundum conderet, simul tempora distribuit. Vt enim non uno die omnia, sed sex diebus distincta opera produxit: ita naturæ suum cuique tempus definivit: est tempus noctis, est diei.

2. Habuimus superiori semestri suavissimum tempus veris, laboriosissimam æstatem: vidimus agricolas, nautas, milites suis quosque laboribus occupatos: ipsa quoque animalia bruta officio suo affuerunt: apes mellificando, formicæ granis comparandis. Nunc est autumnus pluvius: quem mox hiems iners excipiet, quando quiescere, & quasi mortua videbimus omnia. Felices, qui tempestate commoda compararunt, unde se, & familiam per hyemem recte alant.

3. Sed & nos felices, si nostro tempore recte utamur. Est nunc ætas vegeta: valet memoria: capax est indoles: suppetit ad laborandum robur: prælucet Sol optimorum præceptorum: non laris, non fori cura animum fatigat: liberi sumus, & toti nostri.

4. Sit igitur hæc jam cura nostra, ut bonis literis mentem imbuamus. Nec est quod labor nos terreat: nil sine labore paratur. Lucrum petit mercator? per mare & saxa eundem est: messem vult agricola? agrum colat oportet: prædam captat miles? pugnandum est. Eodem modo doctrina labore venit.

5. Doluit orator Atticus opificum victus industria, antequam

fulmina illa ſibi compararet, quibus Græciam percellere potuit: Py
thagoras Samius totum fere orbem ante peragravit, quam ſapienti
ſuæ lumine Italiam illuſtraret: Ariſtotelis immenſi labores tantos do
ctrinæ theſauros nobis peperere.

6. Sunt radices amaræ, at fructus dulces: cæteræ res nec ſempe
nec ad omnia conducunt: doctrina complectitur omnia; corporis
animi, fortunæ bona: nec tantum privatim, ſed etiam publice pro
deſt.

7. Agite igitur, confirmemus animum, utamur occaſione, co
lamus bona ſtudia, unde tot fructus & commoda.

8. Et tu Ieſu Chriſte, auctor ſapientiæ & virtutis, conſerva han
Scholam, ejuſque hoſpitium, & juva nos tuo Spiritu, ut proficia
mus ſapientia & probitate, quo tibi accepti, & Eccleſiæ utiles eva
damus.

XVII. *De ſtudio anatomico.*

1. In genere cane, quomodo totus mundus ſit Schola ſapientiæ
& bonitatis divinæ.

2. In ſpecie oſtende, quomodo id faciat contemplatio corporis
humani: ubi de præcipuarum partium ſitu, munimentis, uſu.

3. Adjunge alios uſus: in tuenda ſanitate: docenda modeſtia
commendanda temporantia, caritate, concordia, & virtutibus alii

4. Precare pro ſana mente in corpore ſano.

XVIII. *Moſes privatus.*

1. Propoſitio. Canam virum, per quem Deus res mirandas egi
in Ægypto & deſertis Arabiæ. Aſpira cæptis, ſacer Spiritus.

2. In Narratione ſint:

I. Natales. Vbi deſcribatur. 1. triſtis conditio Hebræorum; 2.
Moſis parentes, & præcipue mater deliberans, quid infanti faciat
ſervetne, an in fluvium abjiciat, quemadmodum 4. Æneid. Dido
conſultat de Trojanis abeuntibus; 3. expoſitio in Nilo, ubi fictio de
fluminis ſtupore & indignatione.

II. Educatio. Vbi 1. Deſcribatur filia regis infantem ſervans,
cui παῖδα tribuendum miſerantis, & crudele patris edictum de-
teſtantis. 2. Mandatum de accerſenda nutrice. 3. Mater recipiens
παῖδα habens lætitiæ maternæ de ſervato filiolo. 4. Reditus in au-
lam, ubi παῖδα puerile in ludendo, equitando, &c. Inſtitutio aulica.
Vide Ioſephum.

III. Res privatim geſtæ. Vbi 1. Conſultatio Moſis, utrum in au-
la ma-

la maneat, splendide ibidem victurus, an redeat ad fratres afflictos? 2. Fuga ex aula. 3. Cædes Ægypti. 4. Iurgium popularium: 5. Exilium apud Iethronem, ubi pastorem egit, idem aliquando pastor futurus populi sui.

IV. Hinc egressio fiat de œconomia Dei in exercendis iis, quorum opera ad res magnas uti decrevit: unde pro conclusione paræneseis ducatur ad commilitones, ut labores & molestias ætatis suæ patienter ferant, & ad exemplum Mosis omnibus mundi deliciis præponant religionis & honestatis studium.

XIX. *Moses vindex populi sui.*

Membra carminis, post transitionem à privata vita ad publicam, hæc sunt:

I. Vocatio ex rubo ardente. Vbi 1. descriptio ipsius rubi, tanquam imaginis Ecclesiæ, quæ in flammis crucis tamen non consumitur, Deo eam tuente. 2. Colloquium Dei cum Mose. 3. Instructio.

II. Reditus in Ægyptum. Vbi 1. Periculum Mosis propter nondum circumcisos filios, scilicet ut legislator olim futurus ipse legibus divinis parere disceret. 2. Frater Aaron obvius, cujus eloquentia laudanda. 3. Ηθος φιλαδελφίας. 4. Percunctatio Mosis de statu populi.

III. Concio Mosis consolatoria ad populares propter spem liberationis, ubi imitari licet Æneam socios consolantem. 1. Æneid.

IV. Acta cum Pharaone, & 10. plagæ Ægyptiorum, quibus describendis applicari possunt quæ poëtæ fingunt de Proteo, virga Mercuriali, & alia.

V. Ritus agni paschalis.

VI. Exitus populi, & Pharaonis insequutio.

VII. Transitus populi per mare, & hostium interitus, ubi hypotyposis poëtica, & exodium de ultimo judicio, & stagno sulphureo, in quo omnes Dei & Ecclesiæ hostes pœnas daturi.

VIII. Gratiarum actio pro defensione Ecclesiæ. &c.

XX. *Moses legislator.*

Partes carminis sint:

I. Promulgatio legis, præmissis circumstantiis temporis, loci, & horribilis formæ.

II. Experimenta bonitatis divinæ in populo 1. alendo: pane cælitus, aquis è saxis, carnibus ex mari suppetentibus. ubi allusiones

ad

ad Christum panem & aquam vitæ spiritualis: 2. defendendo, ubi descriptio columnæ & nubis præeuntis, itemque hypotyposis pugnæ cum Amalecitis, Ogo, Seone, Basane, Balaamo.

III. Experimenta judiciorum Dei adversus peccata populi, ut sunt idololatria, fastidium, rebellio: ubi in primis illustre est, quod de lepra Mariæ, de Dathane & sociis à terra absorptis, & de presteribus, (quales Lucanus etiam in Pharsalia sua describit) legimus.

IV. Mors Mosis, postquam terram promissam eminus contemplatus esset: ubi inseri possunt topographiæ terræ sanctæ, quales invenies 3. Æneid.

V. Laus Mosis, quemadmodum Catonem in Pharsalia sua deprædicat Lucanus.

VI. Gratiarum actio pro lege data, qualis est in Psal. 103. & præcatio, ut secundum eam vivere queamus, quales passim sunt in Psalmis, maxime in 119.

XXI. *Iosua.*

I. Propositio: Canam virum, qui gentem Hebræam ex desertis Arabicis in Chananæam duxit.

II. Narrationis capita sint:

1. Tirocinium in prælio cum Amalecitis, Mose interim in monte orante. Exod. 17.
2. Ablegatio ad explorandam Chananæam. Num. 13.
3. Vocatio, ut dux esset populi post Mosen. Deut. 31.
4. Transitio populi per Iordanem, (ubi typus baptismi.) Ios. 3.
5. Mandatum de circumcidendo populo. Ios. 5.
6. Visio Filii Dei. ibid.
7. Prælia, ubi miracula mœnium ad cantum tubarum cadentium Hierichunti, (ubi typus novissimi diei & tubæ angelicæ) & Solis consistentis. Ios. 7. 10.
8. Divisio terræ inter tribus, ubi Geographica inseri possunt.

III. Precatio ad Christum per Iosuam adumbratum; ut Ecclesiam in cœlestem Chananæam vocet.

XXII. *Samson. ex libro Iudicum.*

I. Propositio: Virum cano, qui mirabiliter natus, mirabilius vixit, & maxime mirabiliter mortuus est: ut vivum Christi typum cognoscas.

II. Capita historiæ sint:

1. Natales nuncio angelico nobilitati; ut & Servatoris.

2. No-

2. Nomen Samson, id est Sol: quod tanquam Sol esset familiæ suæ & Christi cœlestis solis figura.

3. Puericia, virtute & favore Dei conspicua, qualis & Servatoris puericia fuit.

4. Nuptiæ cum Philistæa: ubi 1. in itinere catulum leonis discerpit: 2. Vnde in convivio ænigma: 3. quo per uxorem prodito præmia ab hoste legit, quæ prima offensio Philistæorum. Sic Christus hominem, tanquam sponsam suam elegit, deceptumque à Satana vindicavit, eique vestem dedit justitiæ.

5. Segetes Philistæorum incensæ.

6. Hostes cæsi maxilla asinina, cujus & dens fontem dedit: quæ res typus est Sancti Euangelii.

7. Portæ urbis Gazæ motæ: quemadmodum Christus portas inferorum destruxit.

8. Amores cum Delila, quæ eum etiam prodidit. Sic amor Ecclesiæ Christo mortem attulit.

9. Mors & ultima vindicta: sicut & Christus sua morte nostram mortem, & cæteros hostes vicit.

III. Preces ad Filium Dei, ut Ecclesiam ab hostium ludibrio & vexationibus adventu suo liberet.

XXIII. *Monomachia Davidis & Goliæ.*

I. Propositio. Canam quomodo juvenis Iessæus superbum Gathæum vicerit. Iuva me Christe, qui hac figura tuam victoriam contra Satanam adumbrare voluisti.

II. Narrationis membra sint:

1. Expeditio Philistæorum in agros Israelitarum instar torrentis ruentium: & pusillæ copiæ Saulis.

2. Acies adversæ, cum gruibus & pygmæis comparatæ.

3. Goliæ descriptio, qualis est Polyphemi apud Virgilium. Vide hic 1. Immanem proceritatem, qua in exercitu, tanquam arbor inter frutices, conspicuus: II. Crudelitatem instar draconis: III. Arma & nominatim scutum, in quo gigantomachia & idola Philistæorum depicta, quemadmodum Æneæ scutum describitur. IV. Orationem insolentem, in qua θρασυ- hominis barbari & arrogantis.

4. Trepidatio & fuga Israelitarum, tanquam cervorum & leporum viso venatore, aut leone, & folia arborum agitantur, cum venti magni surgunt.

5. Consultatio Saulis cum Ionathane, Abnero & aliis ducibus, quemadmodum apud poëtam 7. Æneid. Latinus consilia confert cum

cum ſuis proceribus: item oſtentatio præmiorum, ſicut Æneas 5. Æneid. agit.

6. Davidis adventus in caſtra: Golias reverſus, & tanquam torrens, pedibus omnia, per quæ incedit, obruens, & ceu draco famelicus ſpirans: contraque Iſraelitæ paventes inſtar ovium lupo viſo; & clamantes ad Deum vindicem.

7. David 1. conſolatur populares: II. adducitur ad Saulem: III. offert ſe ad duellum fretus Deo, & experientia leonis & urſi victorum: IV. induitur armis: (ubi iterum regis clypeus deſcribi poteſt ab emblematis ex victoriis Moſis, Ioſuæ, Gideonis, Samſonis &c.) V. quæ mox mutat cum pedo & quinque lapillis.

8. Hypotypoſis ipſius congreſſus: ubi I. Signum pugnæ datur: II. præco Goliam accerſit: III. qui (ut aper dentes) arma acuit: IV. Davidem contemnit, & à diis ſuis ei diras precatur, Davide contra veniente cum magna fiducia: V. Gigas haſtam vibrat, David arcum intendit, lapillo inſtar ſagittæ in frontem volante: VI. ille labitur ut victima ad aram proſtrata, & cum magno impetu ut turris prælta: VII. David præcidit ei caput: quo viſo, attoniti Philiſtæi terga vertunt, Iſraelitis inſequentibus.

9. Triumphus Davidis, præ ſe ferentis caput & gladium hoſtis, ſubſequente rege cum exercitu, & obviam eunte choro mulierum canentium ἐπινίκιον.

10. Fama delata ad patrem Ieſſen, qui lætus Deo gratias agit, & prædicit ſimilem victoriam Chriſti de Satana, per verbum & vulnera ſua.

11. Gratiarum actio ad Filium Dei pro debellato Satana, cum precatione, ut noſtræ memoriæ gigantes compeſcere, & miſellæ Eccleſiæ patrocinium ſuſcipere velit.

XXV. *David luxurians.*

1. Præmittatur theſis de inconſtantia rerum humanarum: cujus rei exemplum ſit David.

II. Narratio ita inſtituatur:

1. Deſcribatur felicitas regis, ut eſt in Pſal. 30.

2. Deſcribatur Satan regi malum intendens. ubi I. filia Invidia ei aurem vellicat: II. Ipſe concionem advocat Furiarum, conquerens de proſperitate Regis, imprimiſque quod ſuſpicetur de ejus familia olim venturum, à quo univerſo regno ſuo metuendum; & rei agendæ modum ſcire cupiens: III. aliis aliud ad regem evertendum afferentibus; Deſperatione adverſitates, Avaritia opes, Ambitione honores

es &c. Venus probatur rem per filium Cupidinem tentatura, præ-im quia Rex in otio & deliciis vivat, & rerum suarum securus sit.

3. Cupido 1. ablegatur: (vid. 1. Æneid.) 11. Observat Regem: 1. Ambulanti per aulæ tectum objicit Bethsabam, inspirat libidi-m.

4. Patratur facinus: intonat cœlum: triumphat Satan: regem rdet conscientia.

5. Satan Hypocrisin mittit quæ primo rem extenuat, mox ce-i jubet, & ob hanc causam Vriam maritum cædi destinat.

6. Nathan regem arguit; & ad confessionem culpæ ducit: qui oinde pœnam deprecatur (ut est in Psal. 51.) fretus Dei clementia.

7. Exercent tamen ipsum multæ adversitates domesticæ: stupra-filia à fratre: qui ab altero fratre ad mensam trucidatur: ipseque ter ab impio filio regno ejicitur, pollutis etiam concubinis ipsius.

8. Hinc excursus fiat in paræneſin, ut tanti viri casu moniti, vi-lemus, & caveamus ab insidiis Satanæ, inprimisque à luxuria & puro amore.

111. Concludatur precatione pro mente casta.

XXV. *Baptista.*

1. Propositio. Virum cano ipsis Prophetis majorem, præcurso-em Domini. Adsis canenti Sancte Spiritus.

11. Narrationis partes sint:

1. Natales. Vbi 1. Conditio tristis populi Iudaici: 11. Angelus ad Zachariam missus: 111. Pueri circumcisio: 1v. Vsus linguæ patri redditus: v. Carmen ejus Βενεδικτος.

2. Ministerium. Vbi 1. Vocatio divina: 11. Locus Bethabara, ubi olim arca fœderis tralata: 111. Summa concionum habitarum in natione pœnitentiæ, & commendatione Messiæ: 1v. Baptismus, & in primis Servatoris, ubi illustris patefactio majestatis divinæ: v. Certamina cum Pharisæis: 6. Honores rejecti.

3. Carcer & mors: ubi de Herodiade nefaria.

4. Elogium Iohannis à pietate, fidelitate, temperantia, constantia.

5. Excursus in querelam, de nostra memoria, quæ suos item Herodes & tyrannos experitur.

111. Precatio ad Filium Dei, ut opem ferat.

XXVI. *Excidium Magdeburgicum, decantandum ut Trojanum, 2. Aeneid.*

1. Propositio cum invocatione.

Canam tristia fata urbis Virgineæ, quæ olim caput Albis, nu diruta nihil est præter rudera: scilicet propter iram Iovis Romani.

Christe (tu enim nosti omnia) causas pande, qua injuria pr cipes læsi, tam nobilem urbem perdere, tot innocentium homin sanguinem fundere voluerint? tantæ ne principibus Christianis ir

II. Narrationis pars 1. de causis excidii.

1. CAUSA PAPA. Est vetusta urbs ad Tiberim à conditc Romulo dicta: hanc sedem sibi elegit Tyrannus, qui in omnes mo tales imperium sibi arrogat, tanquam rerum divinarum arbiter. V de 1. Æneid.

Hujus fraudes olim mundo detexit Germanus vir Lutherus, quc sequuti sunt Magdeburgenses, & omni vetustate revoluta, Papæ c rores & sævitiam multis libris editis infamarunt.

Recordatur quoque, quid olim damni sedi suæ à Germaniæ pri cipibus illatum.

Præterea audierat, in fatis esse, ut Germani nefandam potentia Babylonis extremo excidio ulciscerentur.

Id metuens, totam gentem Germanorum jam dudum perdere l boravit. Tentavit id præterito seculo sæpius. Hinc bellum Sar nicum, quo pius princeps captus: quo Hassus in rete illectus: qu Magdeburgum toto anno obsessum. Tu quoque carissima patriâ i sensisti, quando legatus irati Domini extrema tibi moliebatur. Sc laus sit Deo, qui hostem, ut alterum Ægyptium in Visurgim egit & conatus hostium irritos fecit. Evasimus sicut avis è laqueo aucupt Psal. 124.

2. CAUSA PECCATA. Sed ô peccata nostra, quæ tanta luc Euangelii irrepsere! impietas, luxus, injustitia: quibus Deus of fensus punire nos voluit. Neque tamen properavit divina clementi ad vindictam sui, sed multis prodigiis nos ad pœnitentiam invitavit Vide Lucani Pharsaliam. Sed malitia nostra inemendabilis, & quovi saxo durior fuit.

3. CAUSA DIABOLUS. Deo igitur permittente venit ex Orco Alecto, quæ sitiens perniciem piorum; Papam de occasione rei gerendæ tot annis captata monet, & in exitium Ecclesiæ inflam- mat. Vide 7. Æneid.

4. CAUSA DISCORDIA PRINCIPUM. Eadem Furia pri-

cipes discordia implet: alios metu, alios ambitione fascinat: ros etiam pecunia proditores facit.

Narrationis pars II. de antecedentibus. Sic igitur Germania in rmaniam armatur: profligantur Orthodoxi principes, desolantur i, templa & Scholæ viduantur, & miserabilis passim facies est.

Narrat pars III. de ipso bello Magdeb. Postquam igitur papalis io vires suas satis confirmatas videt: ad ultimum properat, finem strinæ Euangelicæ datura. Initium facere placet in Magdeburgo, annis invisa civitate, & cujus ruina cæteris terrori sit.

His jam addantur: I. Descriptio ducum urbem obsidentium, ut Æneid. II. Castra circà urbem, ut 2. & II. Æneid. III. Expugio sæpius tentata, sed virtute civium impedita: IV. Dolus hostis es spe paeis ludentis: qui dum precandi causa sunt in templo, Sies aditum hosti aperiunt, 2. Æneid. V. Hypotyposis hostium dique in urbem se ingerentium, & contra civium resistentium: ubi civitatis tanquam Panthus, 2. Æneid. laudandus, pro civibus iter occumbens: VI. Hypotyposis sequutæ lanienæ, urbisque ptæ & crematæ: ubi etiam de cadaveribus in fluvium tractis: II. Pathos in prosopopœia Religionis, quæ (ut Venus ad Iom, 1. Æneid.) ad Filium Dei conqueratur de tanta immanitate in vos Dei, (ut est in Psal. 74, 79, 80.) & ultionem postulet: in ngelis una dolentibus & lamentantibus, & fulmina in hostes pontibus: in Filio Dei jubente bono animo esse: quod nihil hostis erit in corpora & bona piorum sæviendo: quod brevi ultor ex ptentrione venturus, qui hosti paria referat, (Vide Psal 124. & 6.) quod defunctorum animæ in cœlum assumptæ, denique quod ope sit ultimum judicium, quo restituenda sint omnia. His addatur prosopographia animarum ex 6. Apocal. quibus albæ vestes cum mis palmarum datæ.

III. Epilogus habeat preces ad Filium Dei de tutandis reliquiis iorum, & vindicando sanguine interfectorum. Psal. 12.

XXVII. *Instructio Tobiæ juvenis, ad imitat. parænes. Anchisæ ad Aeneam. 6. Aeneid.*

I. Propositio. Canam præcepta, quæ senior Tobitus filio dedit, præmia quæ obedientia pia nactus: ut nos simili modo vitam stituentes, similiter benedicamur.

II. Expositio primæ partis reddat institutionem paternam, quæ est cap. 4. Vide Nath. Chyt. carmen protrepticum ad liberos.

Secunda pars narret;

1. Quem ducem itineris Tobitus nactus; qui describi potest ut Æneas lib. 1.

2. Quomodo liberatus à periculo balænæ, quæ describatur, draco Æn. 2.

3. Subsequutum conjugium; ubi de profligato malo genio quemadmodum Mars vinctus in oratione Iovis repræsentatur Ænead. 1.

4. Quomodo pecuniam Ragueli mutuatam receperit.

5. Et patri visum restituerit: ubi epiphonema de misericordi Dei vulnerantis & sanantis.

6. Quomodo in bona pace & senectute mortuus.

III. Epilogus sit paræneticus ad condiscipulos, ut Tobiti, imitatores sint: additis precibus pro auxilio S. Spiritus, & conservatione patriæ.

FINIS LIBRI SEXTI.

2 JY 58

EXER-

EXERCITATIONVM RHETORICARVM

LIBER VII.

Habens materias & diſpoſitiones formandarum Epiſtolarum.

CAPVT I.

In materiis Didaſcalicis. Vt primo ſunt Diſputationes.

I. *De argumento & charactere Epiſtolico ex Ciceronе ad famil. lib. 2. epiſt. 3. Philophilus Charinò S.*

EXORDIVM ſumit à prolepſi. Excuſas te quod dudum nihil ſcripſeris; ſcilicet quia argumentum non habuiſti idoneum, nec ſcribendi modum ſcire potes: ſed color iſte eſt qualiſcunque, non conſtans excuſatio.

II. Propoſitio eſt bimembris. Non enim neſcis piſtolarum genera multa eſſe, nec ratio ſcribendi obſcura eſſe poſtei, qui Rhetoricam audivit.

III. Confirmatio recenſet aliquot genera epiſtolarum, deinde dit etiam de charactere.

Etenim poteſt epiſtola aut diſpoſitio eſſe de aliqua re: aut quid acderit, quove in ſtatu res ſit, narrare: aut denique ſignificationem iquam complecti humanitatis & officii: ut cum commendamus, ratulamur, dolemus, gratias agimus: cum conſultamus, petius, hortamur, admonemur, conſolamur: denique cum querimur, ojurgamus, excuſamus. Fruſtra igitur te excuſas rei ſcribendi inoia. Nec character te fugit. Eſt enim Epiſtola imago ſermonis famiaris. Itaque in principio ſalutat; in fine valedicit: in ipſo curſu utiur verbis & ſententiis inſtitutò appoſitiis, ubi ſervat etiam moderatam evitatem, itemque decorum, quod perſonæ, res & tempus poſtuant.

IV. Concluſio vertitur in hortationem. Hæc & ſimilia non bito, quin à præceptoribus audiveris. Quare fac ut, quod neglex crebritate literarum compenſes.

II. *De ſtylo Epiſtolico ex Cic. lib. 9. Epiſt. 21.*

I. Exordium ſumi poteſt à vituperatione grandiloquentiæ, q nonnulli affectant.

II. Propoſitio ſit: Epiſtolam gaudere ſtylo ſimplici & plano.

III. Confirmatio; 1. Quia Epiſtola eſt pro ſermone familiari, ſimplex & perſpicuus eſſe debet. 2. Ne actiones quidem omnes toriæ vehemens dicendi genus.

IV. Epilogi loco correctio ſit de epiſtolis res grandes & ma momenti complexis, ubi penna quoque ad majorem vehement incaleſcit.

III. *Quod pauperes aliquando honoribus functi, ad imitationem ejuſdem Epiſtolæ.*

I. Exordium fingatur à querela amici de contemptu homin pauperum, quod iis ad honores & dignitates omnes aditus occlu

II. Propoſitio per diverſa: quod etſi plerunque ita ſit, non de tamen exempla eorum, qui tametſi inopes maximis muneribus Republica defuncti.

III. Confirmatio ſumatur ab exemplis Fabricii, Curii, Ser & aliorum. Vide Val. Max. de paupertate.

IV. Epilogi loco ſit Epiphonema, quod virtuti nulla via inv addita adhortatione ad amicum, ut virtute, quam opibus, excell malit.

Simili modo reſponderi poteſt de piorum in hac vita felicitate, mium perſuaſo, adductis exemplis contrariis, Abelis, Moſis, Iaco Iobi, Ionathanis &c. Vide Pſal. 73. Item ſiquis contendat, lic alicubi in literis Philoſophari: ſcilicet 1. Quia amicus id facit. Quod materia nonnullæ recurrunt ad Philoſophiam: 3. Quia m Eccleſiæ Philoſophi fuerunt: ut Apoſtolus Paulus, Dionyſius reopagita, Lactantius, Auguſtinus, Lutherus, Melanthon, D næus, & alii.

IV. *De Secta Papistica: ad imitationem epist. 12. lib. 7. ubi de Epicuraismo.*

I. Exordium sumatur à causa & occasione scribendi ex amici ἀπο-
ne.

II. Propositio fiat per detestationem hujus sectæ.

III. Confirmationis argumentum primarium sit, quod papismus
iametro pugnat cum Christianismo: id quod demonstretur in-
ctione errorum de scriptura, fide, operibus, sacramentis, invo-
one. Vide locos communes Theologorum.

IV. Conclusio moneat de errore cognoscendo & revocando.

V. *De Iride Noæ, deque origine vini sciscitanti respondet.*

I. Exordium laudat studium amici in cognoscendo vero.

II. Propositio est, falso existimari, Iridem & vinum Noæ tempore
inum cæpisse.

III. Confirmatio de utroque distincte agit. Quod ad Iridem,
isse eam jam ante diluvium; quippe cum causæ vere esse potuerint,
ex meteorologia constat: sed promissione nova addita ex usu na-
rali in sacramentum transiisse: quæ ratio etiam in aliis sacramentis
endi queat. Quod ad vinum; 1. Esse id ab initio cum cæteris re-
s creatum: neque verisimile videri, in tot & tantis Paradisi deliciis
nc nobilem fructum defuisse: unde vana arguitur gentilium super-
tio de Baccho & Cerere. 2. Quod à Mose in Noæ demum historia
ni mentio fiat, id inde esse, quod ad historiam patrum pertineat,
axime quantum ad Chami fata.

IV. Conclusio verti potest partim in consolationem ex historia
idis: partim in hortationem de moderato usu vini. Vid. Eccl. 31.

VI. *Ad imitationem Epistolæ 23. lib. 7. Cicer. de actione contra furtum formari possunt hæc themata.*

I. Quod justum fieri aliquando possit non justum, ut reddere de-
situm, stare promissis, jus dicere secundum legem. Vid. Cicer.
. off.

II. Quod in virum bonum cadat ægritudo: ut in Davide, pro-
hetis, ipsoque servatore, videre est. Vid. 3. Tusc. quæst.

III. Quod quidam Ramæi insigniter docti fuerint: ut Zwinge-
s, Goclenius, Hotomannus, Vulteius, David Chytræus.

VII. *Cratippus M. Tullio, quæstori Siciliæ, incendia Aetnæ miranti, causam rei exponit.*

I. Occasionem scribendi sumit ex epistola Ciceronis, qua in alia in Sicilia observata miracula, etiam incendiorum Ætnæ men nerat. Vid. Iust. lib. 4. P. Bembum de Ætna.

II. Exponit ei causas, unde incendia ista oriantur. Eæ sunt: 1. N tura soli, quod plenum sulphuris & bituminis, & propterea frag ac cavernosum. 2. Mare vicinum in meatus terræ sese insinuans materiam illam irritans; unde venti nutrimenta Ignis incendentes propellentes. Vid. P. Bembum de Ætna. Hæc declarari possunt militudine fulminum, thermarum &c.

III. Monet Ciceronem ut in his locis lustrandis periculum c veat, exemplo Empedoclis, qui licet Amyclis coreis calceatus.

VIII. *Accursius Tironi Iuris declarat, quid Iuris interpretes per literam Pisanam intelligant.*

I. Laudet φιλομάθειαν adolescentis, qui quæ à præceptoribus a dit, ad animum vertat diligenter.

II. Quod ad quæstionem propositam, 1. narrat de studio Imp ratoris Iustiniani, qui postquam Ius Civile perpurgari atque in C dicem redigi curasset, voluit ejus exemplaria in civitatibus celebri ribus quam emendatissima asservari. 2. Commendat Pisanum exem plar quasi fidelissimum maximeque sincerum, quippe in quo non tan tum textus ipsi sine ullis mendis descripti, sed præfationes quoq Græcæ, & authorum librorumque index, quorum hæ leges à fontib manarunt, & argumenta, brevitatis causa ubique addita: eaque omn sine scribendi compendiis, grandibus literis exarata, ut dubium no sit, eum librum Iustiniani ætate esse descriptum: 3. Ostendit quo liber iste captis Pisis Florentiam translatus sit, ubi in ipsa Curia tan quam sacrum depositum asservetur. Vid. Politianum in Epist. 4.

III. Concludit quæstionem: hoc ipsum scilicet explicatur i controversiis de lectione & forma verborum, tanquam fidelissimu testimonium allegari solere & literam Pisanam vocari. Hinc Tiron cohortatur, ut in studio Iuris gnaviter pergat.

12

IX. *Vtrum vespertinis, an matutinis temporibus studiis rectius invigiletur?*

I. Exordium sumatur à scribendi occasione ab amico data.
II. Propositio: quod probes studia matutina.
III. Confirmationis loci sint:
1. Quod natura tunc coctioni satisfecerit.
2. Quod vires somno refectæ & jam integræ sint.
3. Quod spiritus agiliores & puriores.
4. Quod circa vesperum omnis natura quiescat, & mane quasi viviscat.
5. Postremo quod non de nihilo sit illud tritum ex fabula, Auroram Musis amica.
IV. Epilogi loco correctio sit; non displicere tamen, ut summa quædam studiorum diurnorum vesperi ineatur, & ad postriduum præparatio quædam fiat.

X. *An in causis agendis brevitati semper studendum.*

I. Exordii loco querela sit de quorundam procuratorum avaritia: qui, ut rota, subinde ungi volunt, & in litibus ferendis ac producendis opera abutuntur: unde amicus, cui scribis, circumscribendos eos esse more Areopagi Athenienſis, putet.
II. Propositio: Ita colendam esse brevitatem, ut nihil detrahatur causæ.
III. Confirmationis loci sunto:
1. Quod multæ causæ non possint paucis dici, & prævaricatio sit, præterire necessaria.
2. Quod amplitudo decus addat actioni, & judicem rudem plus informet ac moveat.
3. Quod alii aliis rationibus capiantur: quæ proinde cum varietate aliqua usurpandæ.
4. Quod redundare præstet, quam jejunum esse.
5. Quod summi oratores hunc morem tenuerint.
IV. Epilogi loco correctio sit: abesse tamen debere nugas & turpem Sophisticam.

XI. *Tycho Brahe nobilis Danus amico judicium suum exponit de divinatione Astrologorum.*

I. Præmittit causam scribendi. Scire vis quid de prædictioni astrologorum sentiam. Accipe igitur rem paucis.

II. Facit summam rei: nec nihil, nec omnia astrologis tribu da esse.

III. Affert rationes in utranque partem.

Primum non prorsus vana dici, inde arguit, quod magna vis s larum sit in mundum inferiorem: id est, in elementa & corpor elementis composita: id quod comprobat omnis experientia; te pestatum, maris, terræ, plantarum, animalium, ipsiusque a hominis.

Deinde non audiendos tamen esse astrologos in omnibus, pro inductione.

1. Temperamentum corporis ex astris definiri certo non pos quod illud non tam à puncto nativitatis, quam à causis internis, est, ab ipsa materiæ propensione in prima formatione, & ab ac dente alimento pendeat. Vide Lemn. de occultis naturæ miraculis.

2. Proinde nec mores ex astris sciri posse: quod hic plurimum leat educatio. Vide Plutarch. de educat.

3. Multo minus casus & eventa hominis. Deum enim esse ea moderetur, & disponat pro sua sapientia, quæ homini imperscr tabilis. Vide Psal. 33, & 139.

4. Minime etiam omnium mutationes imperiorum, & gra illa Dei flagella; famem, bella, pestes, quæ pœnæ sint peccatorum nec ulla alia ratione præcavenda, quam precibus & resipiscentia. V de locos communes Theologorum.

IV. Concludit epistolam hortatione: ut ex astris crearoris ma statem cognoscat & adoret: ipsique pro usura eorundem gratias ag de cætero, totum se Deo committat; id tantum cavens, ne pe cando iram ejus irritet.

XII. *Orthodoxus infirmo fratri demonstrat, non esse certas Ecclesiæ notas, quæ vulgo prædicentur.*

I. Dolet turbari fratrem his Ecclesiæ motibus, nec obscure pe pendere ad Romanenses.

II. Fundamentum contra religionis offendiculum jacit. Illud in doctrina Christiana puritas, quæ multis modis in papatu contam nat

tur. Hic confert veritatem cum erroribus papalibus in præcipuis doctrinæ Christianæ capitibus.

III. Enumerat præcipua offendicula, eaque ordine removet: ut sint antiquitas, continua successio, consensus, miracula.

1. Vetustate non excusari errorem: eo doctrinam prophetarum, Christi, & apostolorum esse antiquiorem.

2. Successorem malæ fidei non excusari: nec retineri à successoribus vel doctrinam, vel regimen veteris Ecclesiæ.

Non illam, à cujus puritate in multis jam pridem discessum.

Non hoc, quod Papa, clerus, & ritus sacri nihil apostolicum habeant, omnisque prisca disciplina in fædam tyrannidem degenerit.

3. Non omnem consensum Ecclesiam veram probare, nec omnem dissensionem adulterinam; (quæ Satanæ in turbanda pace mortalium astutia, & ingenii humani in judicando imbecillitas:) imo inter ipsos pontificios sectas esse, nisi quod in veritate oppugnanda nimium consentiant.

4. Miracula non præjudicare veritati, quod falsa esse possint, & præstigiæ Satanæ.

IV. Concludit epistolam, amicum monens, ut Ecclesiam non illis sucatis, sed verioribus notis definiat, quæ sunt integrum verbum & sacramenta, in eaque constanter permaneat.

CAP. II.

In materiis Narrationum. Quæ generis didascalici Classis altera.

I. *De obitu filii cujusdam, ad imitationem Servii ad Cicer. ep. 12. lib. 4. de Marcelli nece.*

I. Excusat nuncium rei minus jucundæ, à providentia Dei.

II. Narratio tria exponit: 1. adventum suum primum, & acta cum amicis: 2. discessum versus Hamburgum, nuncium in itinere acceptum, primum de morbo, mox de morte adolescentis: 3. reditum Bremam, & funus adolescenti factum.

III. Epilogus est consolatorius.

II. *De morbo ſcorbutico, qualis eſt 7. epiſt. 27. de tormentis colicis Ciceronis.*

I. Expoſtulat cum amico, quod ipſum non inviſerit.

II. Narrat morbum. Vbi 1. genus & vis morbi in gingivis & muſculis infeſtandis: 2. remiſſio ex uſu naſturtii & cochlearis, itemque balneis: 3. cauſa ex craſſis alimentis, & neglecta exercitatione corporis.

III. Invitat amicum, ut ſe inviſat.

III. *Pater ex filio ſcire vult, quomodo ſtudia ſua inſtituat: quemadmodum plenius de ſuis ſtudiis refert 3. epiſt. 17.*

I. Miratur quod bene longo tempore filius nihil ſcripſerit, ejuſque rei (quæ ſollicitudo parentum) triſtem aliquam cauſam ſuſpicatur: morbum, corruptelam, caſum.

II. Hortatur ut hunc ſcrupulum ſibi primo quoque tempore eximat, & quid agat, quamque rationem teneat ſtudiorum, perſcribat.

III. Adjungit quædam domeſtica, cum officio ſalutandi præceptores & hoſpites.

IV. *Filius patri reſpondet, ut junior Cicero 16. ep. 21. & Plinius lib. 9. epiſt. Quæris quemadmodum &c.*

I. Excuſat ſilentium ab inopia tabellariorum, & perpetuis occupationibus, grato tamen animo agnoſcens ſollicitudinem paternam.

II. Narrat res ſuas: 1. quodnam hoſpitium & quos convictores nactus: 2. quibus utatur præceptoribus tum publice, tum privatim: 2. quid, (ſi Deus velit) his fundamentis jam jactis, porro intendat.

III. Concluſionis loco 1. patri bonam de ſe ſpem facit: 2. petit, ut ſumptus benigne dare pergat: 3. ſalutat familiam.

V. *Damon Pythiæ ſcribit, ſe laboraſſe morbo regio, ad imitationem epiſt. loco ſecundo jam notatæ.*

I. Queritur nihil ſe literarum multis menſibus accepiſſe.

II. Nunciat quo loco ipſe interea fuerit. ubi 1. ſigna antecedentia neglecta, ut ſunt obſtructio alvi, faſtidium, laſſitudo, pandiculatio: 2. vis morbi, & habitudo inde contracta: 3. cauſa invaletudinis, ut ſunt dulcia bellaria, vinum, ira, & ſimilia bilem movcn-

ventia: addito epiphonemate in detestationem cœnarum luxuriantium.

III. Spem facit sanitatis recuperandas, præsertim si precibus amici juvetur.

VI. *Scribit de itineribus suis, ut Cic. 3. epist. 5.*

I. Prædicat amici erga se studia & officia.

II. Exponit quæ itinera jam confecerit, quidnam in iis mentione dignum observarit: tum quæ adhuc restent, & cur ea quoque decurrenda.

III. Petit ut justo tempore pecuniæ curentur.

VII. *Q. Fabius certiorem facit Catonem, quo loco res suæ sint & Annibalis; ut Brutus de se & Antonio Cicer. 10. ep. 10. Vide Liv. lib. 22.*

I. Queritur de calumniis invidorum.

II. Narrat 1. de importunitate & stultitia Minutii, & audacia in corrumpendo exercitu: 2. de astutia Annibalis, ut imperatorem in aciem proliciat: 3. de suo cunctantis consilio.

III. Petit famam suam in senatu defendi.

VIII. *Demosthenes ad Archiam scribit de Philippo Macedonico, quod Iustinus refert lib. 8. & 9. Similis est Cœlii epist. 11. lib. 8. & 10. lib. 9. ad Ciceronem.*

I. Exponit periculosa consilia & artes Philippi contra Athenienses.

II. Quid contra agant Athenienses, homines socordes & discordes, ubi epiphonema de fato patriæ.

III. Addit consilium suum de rebus ad bellum præparandis; munitionibus, commeatu, armis, milite, sociis.

IX. *Alexandrinus quidam scribit Octaviano de adventu reginæ Cleopatræ ad Antonium, ut est apud Plutarch. in hujus vita, ad imitat. 1. epist. Cicer. lib. 7.*

I. Cæsarem sibi ab Antonio & Cleopatra metuentem in bonam spem erigit.

II. Narrat 1. quo comitatu & habitu Cleopatra ad Antonium venerit: 2. quam magnifice ab eo excepta: 3. quid egerit: 4. quomodo dimissa.

III.

III. Ominatur utrique triſtem eventum, qui poſt ſubſequutus.

X. *David ex Ionathane ſciſcitatur de animo patris erga ſeſe.*

I. Excuſat ſe, quod de patre filium conſulat: argumentis ab innocentia ſua, à fide Ionathanis jam explorata, denique à fine minime malo.

II. Exponit conſilium ſuum vel redeundi, vel exulandi, prout res apud regem ſe habeant.

III. Rogat Ionathanem, ut in fide manere, ſibique, quantum ſalva pietate poſſit, conſulere velit.

XI. *Ionathan Davidi reſpondet, ut eſt 1 Sam. 19, & 20.*

I. Dolet, quod non lætiorem nuncium ferat, tum amici, tum ipſius patris cauſa.

II. Narrat quid tentarit pater 1. domi Davidis, poſt ejus fugam 2. tum rurſum contra ſe ad menſam: 3. unde David quid animi patri ſit, facile videat: 4. quibus epiphonema additur in deteſtationem invidiæ & ſuſpicionis, quæ hujus mali apud patrem cauſa.

III. Monet ut Samuelem de rebus ſuis conſulat, interimque bono ſit animo, & de fide officiiſque ſuis non dubitet.

XII. *Alorcus Hiſpanus Senatui Romano nunciat excidium Saguntinum, de quo Liv. lib. 21.*

I. Præfatur de animo ſuo erga Saguntinos, & quantum doloris ex eorum caſu miſerabili perceperit.

II. Narrat 1. conſilium Annibalis: 2. urbis obſidionem & oppugnationem, & civium in defendendo fortitudinem: 3. denique ſuum in omnium rerum deſperatione conſilium, ipſumque tandem excidium, cum Epiphonemate de Saguntinorum erga Romanos fide conſtanti.

III. Hortatur ſenatum ad vindictam.

XIII. *Cicero Luceio perſcribit conjurationem Catilinæ: de qua Saluſtius, & Cicero in actionibus Catilin.*

I. Exorditur à deteſtatione temporum ſuorum, propter morum corruptelas, & diſciplinæ veteris laxationem.

II. Pro

II. Pro exemplo affert recentem conjurationem, ubi 1. de occasione mali: 2. de nefariis & toti reipub. exitiosis consiliis Catilinæ: 3. de vigilantia sua, conjurationis indicio, nonnullorum etiam pœna: 4. de ipsius Catilinæ interitu; ubi epiphonema imprecationis, ut sic omnes pereant, qui rempub. turbant.

III. Petit à Luceio, ut rem tam memorabilem in commentarios referat, saltem posteritatis causa, cujus interest scire, qui de repub. bene maleve meriti, quæque habuerint eventa, & quæ exempla capienda. Vide ejusdem epist. 12. lib. 5.

XIV. *Patri scribitur de filio cum navi summerso: qualem casum tractat Plin. epist. 16. lib. 6.*

I. Præoccupatur rei tristitia.

II. Narratur 1. quo consilio filius navim conscenderit: 2. quæ tempestas præter spem orta, unde hic miserabilis casus: 3. denique quomodo cadaver repertum honorifice tumulatum sit; addito epiphonemate à vitæ humanæ fragilitate.

III. Additur consolatio à piis filii moribus, ab exemplis Iobi & aliorum, denique à Dei providentia.

XV. *Philostorgus narrat amico de studiis Filii.*

I. Exordium à causa, quod parentes solliciti sint de liberis: ideoque non posse, quin amico, ubi Bremæ recens fuerit, quomodo filius illic sese gerat, exponat.

II. Narrationis capita sint: 1. qua occasione Bremam venerit: 2. quæ post diligentissimam inquisitionem testimonia de filio acceperit, primum à præceptoribus, deinde ab hospitibus, denique à studiosis & popularibus: 3. quod ipse filium publice de difficili materia disputantem audiverit: 4. quomodo invitati ad cænam mores observarit.

III. Conclusio παθητικὴ addat partim gratulatorium, partim ἐλπιστικὸν, cum petitione, ut tam bonæ spei filio sumptus studiorum suppeditare non gravetur.

XVI. *Peregrinus de reditu ex mercatu Francofurtensi ad amicum. ad imitat. Cicer. 3. Epist. 5.*

I. Exordium à causa, quod norit amicum scire percupere, quomodo iter sibi cesserit.

II. Nar-

II. Narrat 1. difficultates expertus ob itinera infesta, & rerum victum pertinentium penuriam: 2. faciem ubique tristem ob vastationes bellicas: 3. mercaturam tenuem ob rumores & omina tristia è diversis locis allata.

III. Concludit voto de pace reddenda.

XVII. *Filius patri narrat statum Scholæ Bremensis.*

I. Gratias parenti agit, quod in Scholam istam missus.

II. Narrat de hospitio apud Professorem nacto, de ordine lectionum, disputationum, declamationum: de contubernali & privatis studiis.

III. Concludit promissione diligentiæ in occasione data utendæ.

XVIII. *Ebiathar scribit Davidi de clade familiæ suæ. 1 Sam. 22.*

I. Queritur de consiliariis regis.

II. Narrat quid in comitiis Gabaensium actum: quomodo ad calumniam Doëgi parens postulatus, & contra omne jus condemnatus sit, & cum universa familia, totaque urbe excisus.

III. Concludit deplorando statum publicum, & à Davide, cujus causa huc miseriæ devenerit, opem ac consilium petendo.

XIX. *Arbactus scribit Babyloniorum præsidi Belocho de moribus regis Sardanapali. Iust. 1. Vide Cic. 2. Epist. 5. & 4. Epist. 2.*

I. Queritur de cessante per totum regnum justitia, cujus causam jam pridem suspicatus sit in ipso residere rege: quod esset compertum.

II. Narrat tria: 1. Quem modum hactenus reges tenuerint in responsis dandis: 2. quam ægre obtinuerit ad regem admitti: 3. qualem intromissus deprehenderit, ubi Pathos indignationis.

III. Petit colloquium Arbacti, & hortatur eum ad fortiter agendum, ostenso etiam rei agendæ modo.

XX.

XX. *Harpagus regis Aſtyagis conſiliarius ſcribit præfecto Perſarum Cyro de regis ſui injuriis. Vide Cic. 4. Epiſt. 3.*

I. Excuſat libertatem ſcribendi de avo ab injuriis communibus.
II. Narrat conſilium avi de matre Cyri elocanda, de ipſo primum tollendo, tum opprimendo: niſi quod ſuo Harpagi & fortunæ beneficio ſervatus: quanquam cum jactura cariſſimi filii, ubi nú- doloris.
III. Hortatur ad vindictam argumentis ab rei gerendæ occaſione, ſuis auxiliis, denique præmiis ſperandis.

XXI. *Zopyrus transfuga ſcribit Dario de ſtatu Babyloniorum. Iuſt. 2.*

I. Exponit quo conſilio ſe Babylonem receperit.
II. Quomodo illic habitus.
III. Quid nunc conſilii captet.
IV. Hortatur ad urbem oppugnandam: & utendum occaſione.

XXII. *Themiſtocles ſcribit Ariſtidi de Xerxe Victo. Iuſt. 2. Cic. 11. Ep. 12.*

I. Queritur de miſero ſtatu patriæ propter Perſas.
II. Narrat pugnam Salaminiam, & ignominioſam hoſtis fugam.
III. Auguratur meliora tempora, qualia ipſum quoque Ariſtidem ſperare vult.

XXIII. *Alexander matri Olympiadi de nodo Gordio. Iuſt. 11. Plin. 8. Ep. 20.*

I. Præ ſe fert pietatis erga matrem.
II. Narrat qua occaſione Gordien venerit: quæ de nodo oracula acceperit: quomodo ipſe ſolverit.
III. Concludit omine de regno Aſiæ brevi occupando, id quod matri magnæ voluptati futurum.

XXIV.

XXIV. *Philippus medicus Olympiadi reginæ de filio Alexandro sanato. Iust. 11. Cic. 7. Ep. 27.*

I. Queritur de calumniis Parmenionis, quibus regi suspectus factus.

II. Narrat historiam morbi: unde ortus: quam fuerit periculosus: quam brevi & feliciter curatus.

III. Petit fidem suam & candorem apud Parmenionem liberi

XXV. *Alexander præceptori Aristoteli de quibusdam mirabilibus. Iust. 12. & 36.*

I. Prædicat præceptoris erga se puerum fidem & diligentiam item in rebus naturalibus sciscitandis studium.

II. Describit Opobalsamum Iudaicum, montem ad Bacchi urbem Nisam in India, & Dyctamnum herbam apud Ambigeros, quo Ptolemæi vulnus curatum.

III. Petit hæc in commentaria cum aliis naturæ arcanis referenda ad eamque rem munus regium mittit.

XXVI. *Meleager Aridæo de morte fratris Alexandri. Iust. 12.*

I. Excusat nuncium tristem, simul queritur de rerum humanarum inconstantia, cujus exemplum præsens.

II. Narrat 1. incredibilem successum Regis: 2. consilium gerendi bellum: 3. qua occasione in morbum inciderit: quomodo in eo se gesserit: quæ nonnullorum suspiciones: denique quantus totius exercitus ob tam inopinatum casum luctus.

III. Hortatur Aridæum ad regnum capessendum, promittens suum ad id auxilium.

XXVII. *Demaratus exul magistratui Spartano de Xerxis apparatu bellico. Iust. 2.*

I. Commendat pietatem suam erga patriam, licet iniquam: cui post fugam amicior, quam regi post beneficia.

II. Describit ingentem apparatum belli, terra marique factum.

III. Monet populares, ut sibi caveant, ne inopinato bello opprimantur: addita petitione, ne hoc judicium sibi fraudi sit.

XXVII

XXVIII. *Lycurgus Ephoris Spartanorum de exilio suo in Creta. Iust. 3.*

I. Præfatur de felicitate rerumpub. quæ bonis legibus fundatæ.
II. Narrat 1. Summam legum à se latarum tum magistratibus, tum privatis civibus: quas usque ad reditum suum se servaturos juraverint: 2. quo consilio in Cretam profectus, ibique vitam finire decreverit: ubi πάθος amoris erga patriam.
III. Hortatur ut in legibus acceptis perstent: ita civitati bene futurum.

Talia exempla infinita sumi ex historicis possunt: quibus ad juventutem, quam ut plurimum res scribendæ deficiunt, nihil accommodatius.

CAP. III.

In materiis denuntiationum & ominationum: quæ generis didascalici Classis tertia.

I. *Philopater metuit civitatibus ex bello præsenti. Ad imitationem Epist. 2. lib. 9. ad Atticum.*

EXordium facit à causa scribendi, quod amicus scire velit, quid civitatibus tandem putet futurum, si bellum longius serpat.
II. Addit prolepsin de quæstionis difficultate, & conjecturam dicit.
III. Disputat de singulis.
1. Si principibus fœderatis se adjungant, & adversæ parti res prospere cedant, de privilegiis & immunitatibus, quas habent ab imperatore, periclitaturas, & totius factionis pontificiæ vires experiundas esse, nec extra mœnia quicquam tutum habituras.
2. Sin cum pontificiis stent, admittenda esse præsidia, carendum militaribus, tandemque de ipsa religione, imo summa rerum laborandum.
3. Si suis uti velint consiliis, seque inter medios tenere, utrique tamen juxta invisas, tandemque prædæ futuras, præsertim cum non communibus consiliis & viribus gerant.
IV. Corrigit voto pio omen, & ab amico scisciatur, quid tam dubiis temporibus agendum censeat.

II. *De ruina urbis Romæ: quales sunt ad Atticum lib.4. Epist.9. & lib.8. Epist.13.*

I. Exordium sume ab occasione scribendi, quod amicus scire expetat, quid de tanto successu factionis papalis sentias.

II. Conjectura has hypotheses tractat.

1. Papam Antichristum esse, eumque primum spiritu oris infringendum fuisse: id quod priore seculo jam peractum.

2. Sedem quoque ejus Romam ante judicium extremum destruendam esse: juxta vaticinia Apocalyptica.

3. Hoc ipsum tempus jam videri prope esse.

1. Quod Spiritus Dei jam supra seculum cum istis impiis hominibus luctatus.

2. Quod fraudibus & tyrannidi ipsorum nihil addi posse videatur.

3. Quod omnes propemodum doctorum hominum tum veterum, tum recentium præsensiones & omina hæc tempora indigitent.

4. Quod cum tyrannide ita semper comparatum fuerit, ut cum maxime sævierit, proxime abfuerit à fine suo.

5. Quod ipsi papales homines in istis successibus suis metuant.

6. Quod fieri non possit, quia tanta vis cruoris sanctorum martyrum, quem profuderunt, & tot passim piorum hominum sub tyrannide illorum gementium suspiria aliquando tandem vindictam à filio Dei impetrent.

III. Hortatur amicum, ut rem communem suis precibus juvet.

III. *Demea ad fratrem Mitionem scribit de filio Aeschino. Vide Terent. in Adelph.*

I. Exordium sumit à causa scribendi, quæ est rumor de Aeschino.

II. Omen petit ex filii moribus: ut sunt irreverentia inspectorum, commercium cum pravis, quotidianæ compotationes, certamina, amores: unde metuendum, ne vel casu aliquo ante tempus suum pereat, vel re decocta ad malas artes prolabatur, aut saltem à magistratu relegetur.

III. Concludit petitione, ut filium in viam revocare studeat, aut ad se remittat.

IV. *Esavus ad Iacobum de puero Iosepho. Gen. 37.*

I. Exordium sumit à pietate sua in fratrem, præsertim jam sibi reconciliatum.

II.

II. Metuit puero ex his cauſis:

1. Eſt Pattis amor ſingularis erga hunc filium:

2. Pueri inconſulta παῤῥησία in fratribus deferendis, & ſomnia eiſdem:

3. Animus fratrum tum invidus, tum audax: id quod Sichemitarum clades, & alia facinora conteſtantur:

4. Ioſephi ſimplicitas & imbecillitas, præſertim ſi ſolus aliquando ſit.

III. Hortatur fratrem, ut caute agat, diſſimulando indulgentiam ſuam, monendo filium ne fratres offendat, denique hos ipſos diligenter obſervando ne nocendi occaſionem nanciſcantur.

V. *De periculo patriæ. Vide Cic. lib. 8. ad famil. Epiſt. 16. & lib. 6. Epiſt. 4.*

I. Orditur à lamentatione præſentis ſtatus Germaniæ.

II. Conjecturam de periculo patriæ colligit, & ſignis partim naturalibus, partim moralibus.

Naturalia ſunt: pecudes in ipſa æſtate (an. 24.) frigore & tempeſtatibus una nocte magno numero extinctæ: caſtellum fulminatum: arborum in ultimo auctumno (ſatis alioquin miti) è pruina clades inaudita: exundationes & procellæ pluſquam prodigioſæ: ſpectacula incendium repræſentantia, &c.

Moralia ſunt: contemptus religionis major quam Epicuræus: ædes innumeræ non vindicatæ: libidines & adulteria quæſtui habita: ſuperbia & luxus, etiam apud exhauſtos & inopes: diſcordiæ & factiones omnium ordinum: ἀπειξία & confuſio multiplex.

III. Orat amicum, ut Deum una precetur quo patriæ parcere velit, ſaltem propter verbum ſuum & bonas literas, quibus juventus hoc in loco in uſum Eccleſiæ informatur.

VI. *Cratippus Attico ſcribit de juniore Cicerone.*

I. Exordii loco querelam inſtituit de vulgatis magnorum virorum liberis.

II. In his ponit juniorem Ciceronem patris laudati haud ſimilem filium: è cujus quotidiana intemperantia, valetudine jam ante ſatis turbia, habitu corporis fædo, & animi quoque motibus immoderatis, ſubjicit omen vitæ brevis.

III. Petit per amicitiam paternam, ut adoleſcentem moneat de vita emendanda.

VII. *Abrahamus fratrueli Lotho de Sodoma. Gen. 13, 14, 18.*

I. Exordium ducit à consilio Lothi, cum Sodomam migrare
II. Conjecturam de pœna instante petit à flagitiosis Sodom
rum moribus, quorum ultio gravior jam bello superiori inser
Vide Sap. 19. Hebr. 13. 2 Petr. 2.
III. Hortatur Lothum, ut primo quoque die Sodoma exeat.

VIII. *Lysimachus ad Aristotelem de Alexandro rege. Iustin. lib. 12.*

I. Exordii loco prædicat fidem Philosophi in Alexandro olim
cendo.
II. Narrat qualis Alexander fuerit ante Persiam perdomitam
nunquam laudari satis posset: qualis nunc sit rerum omnium pote
ut vituperari non satis: atque hic de superbia regis plusquam barb
ca: de luxu & intemperantia: de crudelitate & tyrannide in op
meritos, ut Clytum, Parmenionem, Callisthenem Aristotelis
rium, se ipsum, & alios.
III. Ex his ominatur de imminente interitu regis, additis v
ciniis, Iaddi pontificis Hierosolymitani, Magi Persici, & Pori
IV. Petit ut Aristoteles tam liberam scripturam celet, ne
inde periculi sibi apud regem.

IX. *Mithridates Tigrani de bello Punico. Iustin. lib. 38.*

I. Petit Tigranis amicitiam & fedus.
II. Narrat bellum inter duos potentissimos populos, Carth
nenses & Romanos: quæ tempestas ne ad reges tandem veniat, n
tuendum. Neutrum enim populum quiescere posse.
III. Vult Tigranem vigilare, & in omnem eventum præparat
nem facere.

X. *Medicus de infirmitate cujusdam adolescentis ad tutorem.*

I. Excusat libertatem scribendi.
II. Narrat, qua occasione adolescens ægrotare cæperit, & q
suum ex certis signis de eventu judicium.
III. Rogat tutorem, ut ipse, si possit, veniat & in rem c
sulat.

CAP. IV.

In materiis Demonstrativis, & quidem laudationum.

Regina Aethiopia Hiramo Tyriorum regi de Solomone. 1 Reg. 10. Vide exemplum l. 12. epist. 16. ad famil. ubi junior Cicero laudatur. apud Plin. 1. lib. epist. 10. ubi philosophus Eudoxus, ep. 16. ubi orator Pompeius. apud Politianum lib. 4. epist. 1. ubi Laurentius Medicis.

EXordium sumit ab amicitia sua cum Hiramo, & hujus vicissim cum Solomone.

1. Laudatio constat 4. membris.

2. De causa itineris sui ad Solomonem.

3. Qualis sibi Hierosolyma visa, itemque Regis aula & solium. Simile judicium Cyneæ de urbe Roma ad Pyrrhum, in Iustin.

4. Qualis ipse Rex, ministri, cives, totaque politia.

5. Postremo quid de templo & sacris Hebræorum judicet: quæ omnia ita laudat, ut passim admirationis & stuporis σημη inserat.

11. Conclusio habet triplex Epiphonema de felicitate: 1. sua, hæc omnia viderit: 2. Hirami, qui tam sapienti & augusto rege cõutatur: 2. Hebræorum, quibus talis rex à Deo datus.

II. *Samuel laudat fidem Ionathanis erga Davidem, 1 Sam. 18, & 19. Vide quid de voluntate Planci erga rempub. Cicero, lib. 10. ep. 10.*

1. Exordium facit à causa scribendi: quod ex Davide audiverit, loco ipse jam sit apud patrem Saulem, & quomodo ipsius Ionathæ opera ex ipsis propemodum mortis faucibus evaserit.

11. Laudationis loci sint:

1. Quod Ionathan id ex puro amore æquitatis & justitiæ fecerit.

2. Quod naturam propemodum ipsam vicerit, fidem amici pietatem filii præferendo.

3. Quod rebus Davidis afflictissimis assuevit, contra quam vulgus eorum facit.

4. Quod non tantum sine spe ullius modi, sed etiam cum suo peri-

culo Davidem amet: quippe irato inde patre utens, & se præter regem sciens designatum Davidem.

III. Conclusio hortatur, ut in Dei providentia acquiescens, et Davidem talem animum retinere velit.

III. *Cicero Q. fratri de miraculis Siculis. Vide Iustin. lib. 4. & Cicer. Verrin. 4.*

I. Exordium inde est, quod frater amans rerum cognoscendar mirabilium.

II. Narratio cum admiratione describit 1. situm Siciliæ: 2. m tropolin Syracusas, Archimedis, Hieronis, & Dionysii histo nobilitatam: 3. Scopulos fabulosos Charybdin & Scyllam; 4. mo tem Ætnam &c.

III. Conclusio πάθος addit de mira & imperscrutabili vi natur

IV. *Fabricius M. Attilio Regulo de Elephante Pyrrhi. Videt Plutarchum, Plinium, Aelianum, epistolam I. Lipsii.*

I. Exordium exponit, quid sibi in cœna Pyrrhi acciderit cu elephante. Plutarch. in Pyrrho.

II. Describit elephantem, referens ejus magnitudinem, part prodigiosas, ingenium, mores, ætatem, robur, usum bellicu

III. Conclusio addit epiphonema de Pyrrhi ex his bestiis fiduc

V. *Callisthenes Aristoteli de Alexandri M. Bucephalo, Curt. lib. 1, 6, 9. de Cydno fluvio, Curt. lib. 3. de nodo Gordio, Iustin. lib. 11.*

I. Occasionem scribendi sumit ab avunculi Aristotelis studio rebus memorabilibus sciscitandis.

II. In Bucephali historia describit formam corporis, unde nomen equo datum: 2. quomodo ab Alexandro adolescente fuerit de mitus, aliis sessoribus rejectis: 3. fidem & operam domino Alexan dro præstitam: 4. interitum & urbem in ejus memoriam conditam ubi epiphonema de fide brutorum.

In Cydni descriptione attingit 1. situm & naturam fluminis: Alexandri ex eo periculum, cum epiphonemate de frugalitate hom num, cum maxime se invictos putant.

Nodi descriptio 1. locum & formam rei dicit, 2. oraculum

, 3. quomodo à rege ſolutus fuerit, addito epiphonemate de mo-
bus potentium.

III. Concluſio petit, ut has narratiunculas Philoſophus boni
ſulat.

VI. *Allucius ſocero Indibili de Scipione. Liv. lib. 26.*

I. Orditur à pietate erga ſocerum, & hujus de filia capta mœ-
re.

II. Commemorat 1. quomodo virgo illa in poteſtatem Roma-
orum venerit: 2. quomodo Scipio eam habuerit, & deprecanti il-
lam reddiderit: 3. qualis ſibi Scipio viſus.

III. Hortatur, ut Celtiberi tam præſtantibus ac moderatis po-
us, quam perfidis ac crudelibus pœnis obedire velint.

VII. *Titus Veſpaſianus fratri Domitiano de balſamo Iudæorum. Iuſtin. lib. 36. Ioſeph. lib. 5. de bello Iudaico cap. 4.*

I. Præfatur de conſuetudine ſua, ut qui inter arma diſcere con-
everit. Vide quæ de Alexandro M., Scipione Africano, Iulio Cæſa-
& aliis prodita.

II. In deſcriptione Balſami 1. indicat locum Hierichuntem, &
ae de ejus antiquitatibus à Iudæis cognoverit: 2. qualis & quanta
buſcula balſamis; unde tam nobilis lacryma: Vide Lemnium. 3.
is uſus ejus in medicinis: 4. de vicino lacu Aſphaltite, quem mare
ortuum vocant, & quid de eo ex antiquitate.

III. Addit ſpem de optat o eventu belli Iudaici.

VIII. *Ariſtoteles ſororio ſuo Calliſtheni mittit Hieroglyphicum aulicum de Euripo. Vide Plinium.*

I. Exordium ſumit à παῤῥησία Calliſthenis erga regem juvenem,
ſucceſſibus rerum ſuarum quaſi ebrium.

II. Deſcribit fluvium, quod ad ſitum & æſtum mirificum.

III. Comparat cum eo ſpiritus regios, & conditionem vitæ au-
æ.

IV. Monet ut rege caute utatur, aut prorſus ab eo abſtinendo,
ut ſi adire neceſſe habeat, loquendo grata.

IX. *Gadus prædicat Nathani facinus Ioabi, qui Absolonem tribus telis interfecerat. 2. Sam. 18. Similis laudatio est Dolabellæ apud Cicer. l. 9. Ep. 14.*

I. Queritur de statu regis juxta & subditorum admodum afflict

II. Exponit præsagium suum de Absolone adhuc puero, observ ta ejus superbia, petulantia, audacia; cui unus responderit event

III. Laudat Ioabum, qui tragœdiæ huic finem fecerit: 1. quo supplicium istud justum sit, ipso Deo faciente, ut quem ipsa tell patria exsecrata, & qui in Deum, in parentem, in regem suu tam graviter peccarit, is tribus telis tolleretur: 2. quod non potue alia ratione paci & otio publico consuli, quam ut turbarum & m tuum auctor plecteretur. 3. quod exemplum statutum, ne quis ali tale aliquid in posterum ausit.

IV. Addit epiphonema, ut similiter pereant bonorum degener filii: & Ecclesiæ pax & tranquillitas redeat.

X. *Osias scribit Iojacimo pontifici Hierosolymitano de pulcherrimo facinore Iudithæ, quod est cap. 13. historiæ ejusdem. Exemplum simile est apud Cicer. l. 12. Ep. 13.*

I. Initium scribendi facit à mirabili Dei providentia in liberan Ecclesia & puniendis hostibus.

II. Narrat, in quanto periculo Bethulienses, imo tota Eccles fuerint: 2. quæ Holophernis fuerit insolentia, & quid recens Achio evenerit: 3. quam pio consilio ad eum se receperit heroina Iudith quam prudenter se apud tyrannum gesserit: quam fortiter eum adort quam denique feliciter ulta sit: ubi exclamatio de raro tantæ vi tutis in muliere exemplo.

III. Gratulatur patriæ liberatæ, & rogat pontificem, ut hoc n mine supplicationem & festivitatem publicam decernat.

XI. *Nathan scribit Husæo de Barzillao, quod legitur 2 Sam. 17. & 19. Vide Plin. 3. Epist. 1. & 4. Epist. 23.*

I. Queritur de pii regis tam indigna fortuna, qui omnes prop modum mortales adversos expertus; subditos, amicos, filium.

II. Prædicat Barzillaum, qui longe aliter se gesserit: quando regem exulem commeatu juverit; ubi ejus pietas & fides: 2. invitat

in aulam & ad vitam splendidam ac honoratam, suus esse maluerit; ubi ejus continentia ac prudentia: 3. filium tamen juvenem regi commendavit, ubi ejus sollicitudo & pietas paterna.

III. Optat 1. regi plures tales viros. 2. laudat etiam Husæi constantiam. 3. & pacem constantem precatur toti populo.

XII. *Ezechiel scribit Ieremiæ de puero Daniele, quod est Dan. 1. Vide Plin. 5. Epist. 6.*

I. Deplorat miserabilem statum populi sui à Vate toties denunciatum. Vide threnas Ieremiæ.

II. Laudat puerum Danielem ab indole, pietate, abstinentia, modestia, & sapientia admirabili.

III. Ominatur hunc puerum magnum virum evasurum, & populi sui in tam tristi tempore solatium ac asylum.

IV. Sperat liberationem, & se cum Vate commendat Deo.

CAP. V.

In materiis Reprehensionum ac Vituperationum: quæ altera generis Demonstrativi Classis.

I. *P. Sulpitius Quirinus scribit Imperatori Octavio Augusto de infanticidio Herodis, quod legitur Matth. 2. Similem tyrannidem taxat Plin. in Domitiano, 4. Epist. 11. Vide etiam Cicer. 10. Epist. 12. & 12. Ep. 2.*

I. Prædicat beneficium Imperatoris & senatus Romani in Herodem. Vide Iosephum & Chronicon Melanchth.

II. Narrat quomodo Rex potentia sua multis modis abutatur: & quid recens Bethlehemitis factum, ubi vanus metus tyranni, hortenda laniena tenellæ ætatis, & παθολογία ac comploratio matrum.

III. Detestatur facinus: 1. quod innoxiæ ætati vis facta, cui barbari hostes parcere soleant: 2. quod nulla injuria à Bethlehemitis Rex sit provocatus: 3. quod à puero quodam fatali feratur timuisse, in quo nihil minus, quam species regis: 4. quod suum quoque filium mactarit, scilicet ut excusatius sævire posset in alios: 5. quod patrati infamia sceleris etiam Romanos tangat, siquidem eorum indulgentia ad tantum fastigium Herodes pervenerit.

IV. Abrumpit longiorem epistolam, & judicium totum permittit Imperatoris prudentiæ & æquitati, idque cum aliqua de miseris Bethlehemitanis condolentia.

II. *Samuel reprehendit Saulem, ut est* 1 *Sam.* 13, 14, 15.

I. Orditur epistolam à beneficiis Dei in Saulem, ut quem obscuro loco natum populi sui principem fecerit.

II. Reprehensionis summa est: quod initio quidem munere suo laudabiliter functus, nunc autem multis modis Deum offenderit.

III. Hinc nominatim exprobrat regi tria maxima peccata: 1. quod ordinis sacri munus sibi sumpserit, contra legem sacrificando: 2. quod temere jurando & diris usurpandis propemodum filium, eumq; innocentem, & de populo præclare meritum perdiderit: 3. quod contra expressum Dei interdictum Agago regi & pecudibus Amalecitarum pepercerit, quasi homini de judiciis Dei disponere fas sit, & clementem esse, ubi ille orbis judex justissimus hostem Ecclesiæ pœnis affici velit: aut quasi Deo plus placeant simulatæ victimæ, quam pia obedientia.

IV. Monet regem: culpam apud Deum deprecetur & pœnitentiam agat: alioquin de ipso & regno actum esse.

III. *Antenor Helenam objurgat, quod deserto marito Menelao, cum Paride adultero clam aufugerit. Iliad.* 1.

I. Exordium sumit à jure cognationis & ætatis.

II. Castigationis argumenta sunt: 1. quod Helena contra fidem egerit matrimonialem: 2. & stulte virum fortissimum cum nequissimo familiæ suæ, & nepotulo commutarit: 3. atque ita sibi, & toti Græciæ indelebilem labem asperserit: 4. quam injuriam sine dubio vir Menelaus & frater Agamemnon potentissimi principes ulturi sint, tota Græcia in auxilium advocata. ubi majoris formidinis causa tanquam vates repræsentat cladem utrique parti exstituram: cujus Helena causa fuerit.

III. Hortatur, ut se viro reconciliari curet, & quam primum redeat.

IV. *Cicero filium castigat propter intemperantiam & mores dissolutos. Vide Plutarch.*

I. Exordium sumit à πρόνοια & sollicitudine paterna.

II.

II. Narrat cum significatione doloris, quid de filii vita & moribus per amicum ad se delatum.

III. Ostendit quam indigne id ferat: scilicet 1. quia semper filio auctor fuerit frugalitatis & temperantiæ, idque non tantum præceptis, sed etiam exemplo suo: 2. is vero secus vivens perdat valetudinem, ingenium, patrimonium: 3. atque ita Cratippo quoque præceptori fidelissimo, & illustri Scholæ Athenienſium dedecori sit: 4. unde Clodio & aliis patris & familiæ suæ inimicis voluptatem creet: 5. ipse omni memoria boni patris degener filius auditurus: 6. parenti vero, ætate jam, & laboribus, ac curis confecto mortem acceleraturus.

IV. Conclusio addit πάθος de vita emendanda, nisi tristem de patre nuncium brevi audire velit.

V. *Penelope expostulat cum Vlysse de diuturniore absentia. Ovid. in Epist. Heroidum.*

I. Exordium sumit à fide, quam viro abeunti dederit, & hactenus sancte servarit.

II. Suspicatur & metuit varia: nunc nunciis, nunc somniis, nunc spectris quoque & ostentis territa.

III. Hinc expostulare cum viro incepit: 1. quod vigesimum jam annum absit, ne salute quidem uxori tanto tempore missa: 2. cum ipsa interea cum unico filio Telemacho propter procorum libidinem quotidie in summo periculo versetur: 3. quod honesta & vera causa absentiæ non appareat, postquam Troia jam eversa: 4. & reliqui principes jam pridem reversi: 5. quod ipse se suspectum faciat amoris illiciti, ubi πάθος zelotypiæ: 6. quod, ni redire maturet, ipsa morte sibi consulere velit, filii cura ei remissa.

IV. Obsecrat ut primo quoque tempore revertatur, & tanta mala à se & domo sua avertat.

VI. *Atticus Ciceronem temeritatis & stultitiæ arguit, quod Pompeio nimium fidat. Vide Epistolas & Plutarchum.*

I. Exordium sumit ab officio amici.

II. Narrat quid acceperit de παῤῥησίᾳ & offensionibus Ciceronis, maxime in causa Clodiana.

III. Quam rem non probari sibi docet: 1. quia Cicero hactenus virum gravem & auctoritatis senatoriæ memorem egerit, nunc nescio

scio quid levitatis adulatoriæ præ se ferens: 2. quod Pompeius homo sit versipellis, inflatus, & dubiæ fidei, qui non tam patriæ & amici, quam ambitioni & potentiæ suæ studeat: 3. quod clandestina tractare cum Clodio inimico consilia perhibeatur: 4. idemque Cæsari fortissimo viro invidere, eumque oppressum velle videatur: quæ simultates ne quando in bellum civile, quod Ciceroni & reipub. exitiale, erumpant, admodum verendum.

IV. Rogat hæc clam haberi, hoc consilio addito, ut caveat quidem Pompeium offendere, attamen non committat se ei, nec amicitiæ hominis dolosi multum fidat.

VII. *Veturia irascitur filio Coriolano ob bellum patriæ illatum. Liv. lib. 2.*

I. Exordio utitur abrupto: scilicet hoc miseriis suis restitisse, ut filium educaret, qui patriæ bellum faceret.

II. Graviter ob hanc impietatem reprehendit filium: 1. quod exilium (quam causam belli prætendat) non Patriæ, sed superbiæ suæ, & in cives crudelitati asscribat. 2. quod patria tot amplissimis legatis missis bellum deprecetur; 3. quod ut parentum, sic patriæ injuriæ ferendæ: 4. quod cum hostibus patriæ stet: 5. quod se matrem, & Volumniam uxorem, & liberos, totamque domum una cum patria sit eversurus: 6. quod proditores patriæ & perduelles tandem pœnas dent, ubi repræsentatio fati, quo paulo post Coriolanus periit.

III. Hortatur, ut exercitum abducat, arma deponat, cum patria in gratiam redeat.

VIII. *Philippus Melanchthon improbat in Francisco Spira Citadellano ἀποστασίαν à veritate agnita. Sleidan. lib. 21.*

I. Exorditur à communione, quæ inter Christianos omnes esse debet, unde inter se monere, hortari, consolari, castigare tenentur.

II. Narrat quid de Francisco inaudeverit: ut ad agnitionem veritatis venerit: ut inimici eum ad recantationem sollicitarint; ut denique expugnari sese passus libidini eorum cesserit.

III. Causæ cur inconstantiam istam improbet, hæ sunt:

1. Quod pontificia religio mera sit superstitio, idololatria, & tyrannis.

2. Quod

2. Quod Deus Franciſcum luce veritatis ſuæ dignatus, cui oculos occludere impium ſit.

3. Quod multos infirmos fratres ſit offenſurus.

4. Quod omnia potius periclitanda, quam aliquid committendum repugnante conſcientia.

5. Quod ἀπονοίαν horrenda pœna ſequi ſoleat: ubi repræſentatio conſcientiæ laborantis, qualis poſtea Apoſtatam dirum in modum vexavit.

IV. Amice monet rogatque, ut Deum ſcandali admiſſi veniam oret, & ad profeſſionem veritatis redeat: quam ad rem ſuam ei eccleſiæ apud Deum interceſſionem & preces pollicetur.

CAP. VI.

In materiis Commendationum: quæ generis Demonſtrativi Claſſis tertia.

I. *Commendatur vir juvenis ut locum honeſtum conſequatur in Schola: quemadmodum Cicero commendat Milonem, 2. Epiſt. 6.*

I. EXordii loco ſit excuſatio: 1. celeritatis, quod vix audita morte præceſſoris ſcribat: 2. libertatis in petendo à viro multis & magnis negotiis occupato.

II. Narratio breviter exponat quid velit, additis cauſis impulſivis, à ſtudio ſuo & obſervantia erga amicum.

III. Propoſitio ipſam habeat petitionem promotionis.

IV. Confirmationis loci ſint: 1. quod is cui ſcribit, auctoritate valeat apud Scholæ ephoros: 2. & qui commendatur, officio tali dignus ſit, quippe peritus artium & linguarum, & in docendo perſpicuus ac gnavus. Vnde conſequens ducatur, fore eum in munere commiſſo virum utilem: & ſic amicum bene mereri poſſe de plurimis.

V. Epilogus præcidat commendationem prolixiorem, addita promiſſione grati animi.

Simili modo commendari poteſt 1. Ædilibus paſtor, propter peritiam rerum Theologicarum, pietatem & eloquentiam popularem: 2. Senatui Syndicus aliquis, ob peritiam rei civilis, eloquentiam, gravitatem, auctoritatem; 3. Præfecto caſtrenſi miles, propter experientiam militarem & virtutem.

II.

II. *Pro studioso quodam in tumultu nocturno comprehenso. Vide Ciceronis Epist. 14. lib. 9. pro Suberino & Planio ad Dolabellam.*

I. Exordium post testimonium de adolescentis probitate & temperantia, ostendat quomodo præter suam culpam in hoc periculum inciderit.

II. Propositio petitionis sit: ut amicus apud magistratum id agere velit, ut adolescens ille liberetur.

III. Confirmationis loci sint: 1. quod hoc in honorem sit cessurum ordini literario: 2. quod adolescens innocens: 3. & cognatos habeat magno loco & auctoritate: 4. quod magistratus sit æquus & rei literariæ favens, ut tale quid facile impetrari possit.

IV. Epilogus repetat propositionem cum promissione cautionis majoris, & grati etiam animi.

III. *Pro adolescente, ut ei relegationis pœna condonetur. Vide Cicer. epist. 23. lib. 11. pro Appio ad Brutum.*

I. Exordium pete à familiaritate cum patre adolescentis.

II. Propositio sit, ut apud senatum Scholasticum amicus intercedere velit, quo pœna decreta condonetur.

III. Confirmationis loci sunto: 1. quod adolescens sit, & e honesta familia, cum quibus non ita stricte agendum: 2. quod hæc moderatio Scholæ laudi futura: 3. quod non de industria peccatum, sed ex animi quadam impotentia: 4. quod amicus apud professorem multum possit.

IV. Conclusio postulatum vehementius urgeat, facta spe emendationis.

IV *Pro commodo hospitio: quale officium præstari vult Ariano. Cicer. Epist. 2. lib. 13.*

I. Præfandum de adolescentis indole, atque adeo de ejus diligentia & modestia.

II. Petitio sit: ut ei de hospitio prospiciatur, & faveatur illius studiis.

III. Confirmationis loci sint: quod ea res Deo grata sit, 2. Ecclesiæ utilis, 3. & patronis adolescentis accepta.

IV. Epilogus habeat promissionem similis officii.

V. *In eundem finem scribit ad Cratippum pro filio Cicero. Vide Plin. lib. 5. Epist. 17.*

I. Exordium prædicat Cratippi in adolescentes ingenuos amorem benevolentiam.

II. Commendatio exponit consilium in filio Athenas mittendo, modesta significatione spei de indole & studiis ipsius conceptæ.

III. Conclusio rogat, ut ei de hospitio commodo prospicere, & ceptoris operam navare, etiam munusculum missum boni consu- velit, addita promissione majoris liberalitatis.

VI. *Cratippus respondet. Vide lib. 5. Epist. 11. Ciceronis.*

I. Gratulatur Ciceroni de filio bonæ indolis.

II. Pollicetur suam in eo informando industriam: 1. quia id offi- sui sit: 2. quia Ciceronis, id est viri amplissimi & de re literaria eritissimi is filius: 3. denique quia ipse adolescens bonorum favore gnus.

III. Agit gratias pro munere, & commendat viri consularis pa- cinio Scholam & rempub. suam.

VII. *Abrahamus Bethueli nepoti ex fratre commendat filium Isaacum honesti matrimonii causa. Gen. 24. Vide simi- lem commendationem apud Plinium 1. Epist. 14.*

I. Exordium sumit ab attestatione pietatis suæ in cognatos.

II. Commendatio narrat. 1. natales Isaaci & peractam juventutem, de obedientia ejus cum ex Dei jussu mactandus esset, eo tempore quo istic Rebecca nata: 2. patrimonium destinatum: Consilium, cur non in Chananæa, sed ex cognatione sua uxorem velit, & quod ejus rei causa servum fidelem in Mesopotamiam plena auctoritate miserit.

III. Conclusio petit, ut ea in re Bethuel filio adjumento esse ve- argumento à spe felicis conjugii.

VIII. *Ioabus commendat Thecoidi Absolonem, ut ei à patre rege impetret reditum. 2 Sam. 14. Vide Ciceron. lib. 9. Epist. 14.*

I. Exordium modeste collaudat prudentiam mulieris.

II. Commendatio 1. laudat personam heroicam adolescentis: 2. nar-

2. narrat dilectum ejus in Ammonem fratrem, sed cum quadam e tenuatione ex causa impulsiva propter stupratam sororem: tum ex lium triennale: & regis in eum voluntatem mitiorem.

III. Conclusio 1. erat ut pro reditu Absolonis deprecetur: 2. o tendit modum agendi: 3. promitit operam suam: 4. & Absolo animum gratum.

IX. *Anna Tobiæ uxor commendat Ragueli filium, ut ei a mento sit in recuperanda pecunia, quam quondam Virsum Gabaëli mutuo dedit. Tob. 1. & 4. Vide Plin. l. 6. Ep. 8.*

1. Pro exordio narrat de miserabili conditione sua propter exili apud barbaros, viri cæcitatem, & rei familiaris inopiam, cum pr catione συμπαθείας Raguelis.

II. Commendatio exponit 1. qua occasione, & quantum pec niæ Gabaëli datum, quodque hujus rei documentum in prompt 2. consilium mariti in unico filio cum nuncio ablegando: 3. qu tergiversante debitore, Raguel auctoritate sua apud magistratum l rem promovere possit.

III. Conclusio petit, ut filii negotium sibi commendatum h beat, ubi πάθος de ejus reditu anxie exspectato.

X. *Zebedæana commendat Servatori filios, ut in ipsius regno primas adipiscantur. Mar. 10. Vide Cicer. II. Epist. 16, & 17. Plin. 4. Epist. 4.*

1. Pro occasione scribendi meminit, quæ de Servatoris gloria monte Thabore, & de regio in urbem ingressu inaudiverit: unde s spicetur regnum ejus nunc brevi cœpturum. Vide Matth. 17, & 21.

II. Commendat filios à cognatione, facundia quasi fulminant & erga Dominum fide è tot annorum familiaritate & officiis spectat

III. Petit, ut præ cæteris filiorum in tribuendis dignitatibus r tionem habeat, argumento à promissione officii sedulo præstandi.

XI. *Servator Zebedæana respondet.*

1. Castigat stultitiam mulieris, quæ quid petat, ipsa non intel ligat.

II. Causas exponit cur tam inconsultis precibus locum dare n queat. nimirum:

1. Quo

I. Quod regnum ſuum non ſit terrenum, ſed ſpirituale.
II. Quod & ſibi ipſi, & omnibus ſervis ſuis multa in hac vita acerferenda.
III. Quod præmia pietatis in altera demum vita futura.
His addit myſterium de politia Iudaica brevi abolenda: tantum ſe, ut ab ipſo ceu rege terreno, quem ſomniet, reſtituenda & da ſit.
III. Monet matrem, ut filios ab iſtis carnalibus ſomniis de gloria dana ad modeſtiam & patientiam traducere conetur.

XII. *Commendatur Conſuli homo Theologus ad paſtoratum conſequendum. Vide ſupra exempl.* 1.

I. Excuſat feſtinationem & audaciam ſuam.
II. Commendatio 1. fit à clientis parentibus, ſtudiis, & doctorum virorum de ejus probitate, eruditione, humanitate, & ſuavilocutia teſtimoniis: 2. exponit quos patronos & amicos in ſenatu, & miniſterio habeat: 3. prædicat auctoritatem conſulis ad hanc rem.
III. Petit favorem conſulis argumento à commodis inde ſperan, & à Clientis atque adeo ſua quoque gratitudine.

CAP. VII.

In materiis conciliatoriis. Quæ quarta generis demonſtrativi Claſſis.

I. *Studioſus Theologiæ inſinuat ſe apud celebrem quendam doctorem. Vide Cicer. l.* 15. *Epiſt.* 10. *&* 12.

PRædicat Doctoris humanitatem, præſertim erga ſui ordinis homines.
II. Narrat quo loco res ſuæ ſint.
III. Oblique petit locum honeſtum in Eccleſia: quam ad rem ti patroni opera commodare plurimum poſſit.
IV. Promittit obſervantiam.

II. *Mercator conciliare sibi vult loci præfectum. Cicer. 3. Epist. 14.*

I. Laudat æquitatem præfecti erga peregrinos & negotia honesta habentes.

II. Exponit quid negotiorum illic habeat.

III. Offert munus, rogans, ut id boni consulat, & ministris in exigendis nominibus, & aliis rebus adjumento esse velit.

III. *Literarum studiosus captat favorem Professoris.*

I. Excusat libertatem scribendi à Professoris humanitate, quam ab aliis sæpe prædicari audiverit.

II. Exponit consilium suum istuc studiorum causa migrandi; ubi Scholæ commendatio quod ad doctores & auditores.

III. Rogat, ut honestis conatibus favere velit, nec de observantia sua & officiis honesto adolescenti dignis dubitare.

IV. *Philippus Melanthon Desid. Erasmo uti vult amico.*

I. Laudat Erasmi tum operam rei literariæ præstitam, tum humanitatem erga viros doctos.

II. Excurrit in querelam de superiorum temporum barbarie, & hostium veritatis malitia.

III. Petit ut de bonis literis mereri pergat: utque sibi de communibus studiis cum ipso sæpius communicare liceat: addita modesta oblatione officiorum suorum.

V. *Erasmus respondet.*

I. Gratum habet animum Melanthonis.

II. Offert se ad omnia amicitiæ officia: quia 1. turpe sit amantem non redamare: 2. præsertim dignum, & tantum Germaniæ lumen & rei literariæ columen. Hic queritur de Luthero abalienato, quem alioquin ipse magni faciat, quod ipsi adversarii Pontificii norint.

III. Petit quod in suis Melanthon.

VI. *Cicero Pompeio Imperatori conciliat tironem quendam.*

I. In laudem Pompeii ostendit, quantum referat prima stipendia ab tali imperatore facere.

II. Prædicat Tironis modestiam, fidem, industriam, temperantiam.

III. Petit ut eum Imperator tanquam bonæ spei militem commendatum habeat, addita promissione similis benevolentiæ.

VII. *Darius pacem captat ab hoste Alexandro. Iustin. lib.* XI.

I. Detestatur majorum suorum errorem in irritandis Græcis, & gratias agit pro clementia regia erga matrem, uxorem & filias capta.

II. Se vult exemplum esse inconstantiæ rerum humanarum: quippe qui nulli regum potentia, virtute, aut gloria cedens, à fortuna deseratur: unde oblique monet Alexandrum de pace rebus suis integris facienda, offerens ei filiam in uxorem cum parte regni.

III. Abrumpit epistolam propter magnanimitatem Alexandri, quem plus daturum speret novis meritis, quam præteritis offensionibus.

VIII. *Alexander respondet.*

I. Causam belli defendit, quæ ipso hoste fatente injuriæ Persarum fuerint. Vide Iustin. lib. I.

II. Negat gratiam se ab hoste sperare, quem persequi velit, donec debellatum habeat: utrumque enim se didicisse, subjectis parcere, et adversus superbos præliari.

III. Monet ut se cum regno dedat; alias pacis conditiones non laturum.

IV. Addit epiphonema de fatali mutatione regni Persici: unde non illiceatur aliam, quam sit expertus, victoriam.

IX. *Studiosus insinuat se apud Scholæ ephoros.*

I. Excusat literas, quod hoc officium patronis studiorum suorum debeat.

II. Narrat cursum studiorum peractum in humanis & divinis literis.

III. Offert se ad usum aliquem sive in Schola, sive Ecclesia, modeste eam ad rem implorans favorem & operam patronorum.

CAP. VIII.

In materiis dedicatoriis. Quæ generis Demonstr. Classis quinta.

I. *David ordini Levitico nuncupat libros Psalmorum. 1 Chronicor. 25.*

I. EXponit consilium suum in Psalmis conscribendis: ubi de officio pii principis, & Psalmorum usu. Vide simile quid in proœmio Institutionum Iuris.

II. Causam reddit, cur præ cæteris ordini sacro hos libros inscribere voluerit: ubi de officio tum Levitarum in genere, tum Musicorum in specie. Vide Psal. 134. & 150.

III. Hortatur ut in iis cantandis officium faciant.

II. *Ovidius Cæsari Octaviano dedicat Metamorphosin suam. Ovid. 2. Trist.*

I. Pro causa inscriptionis prædicat Cæsaris erga viros doctos, maxime poëtas, amorem & studium: cujus rei testes sint Horatius & Virgilius.

II. Exponit argumentum poëmatis, cum modesta commendatione; scilicet à difficultate, quæ est in fabulis & historiis vetustis enucleandis: & à fine in Cæsaris prosapia celebranda. Vide initium & finem Metamorph.

III. Summisse rogat favorem & patrocinium Cæsaris.

III. *Studiosus inscribit patrono suo orationem de proverbio Nosce te ipsum.*

I. Cum gratia agnoscit & prædicat patroni in se merita.

II. Materiam tractatam modeste commendat ab auctoritate præceptorum, & studiorum suorum scopo.

III. Reverenter orat favoris continuationem.

IV.

IV. *Filius parenti mittit disputationem Theologicam de Sacra Scriptura.*

I. Gratias patri agit pro sumptibus studiorum.

II. Causas exponit, cur studio Theologico se dederit: & cur primum sui periculum in hac potissimum materia facere voluerit.

III. Rogat patrem, ut secum invocare Deum velit pro felici successu.

V. *Ecclesiæ pastor novello principi offert concionem in funere patris habitam.*

I. Indicat dolorem suum & totius regionis, ex tam clementis & de patria meriti principis insperato obitu: addita correctione, quod hunc luctum tamen aliquo modo consoletur filius patre dignissimus.

II. Causam publicationis dicit: tum propter defunctum patrem, qui æternam memoriam & laudem meritus: tum propter successorem filium, cui memoria patris nihil gratius, & exemplum omni doctrina majus.

III. Supplex rogat, ut rempub. forti animo capessat, sit ad exemplum patris Scholarum & Ecclesiarum patronus, & se quoque servuum suum clementia patria complecti dignetur.

VI. *Medicus medico opusculum de venæ sectione addicit.*

I. Commemorat amicitiam inde à pueris cultam.

II. Recenset causas opusculi editi & inscripti: quod variæ de hac materia opiniones ferantur: quas ita definiverit, ut tamen amici politissimum judicium cognoscere etiam atque etiam aveat.

III. Petit amice, ut libro perlecto suam de quæstionibus disputatis sententiam perscribat.

VII. *Mathematicus inscribit Principi tabulas astronomicas.*

I. Laudat principis hac in disciplina studium, ab exemplis & usu, bellico præsertim.

II. Modeste refert quid à se in hoc genere præstitum, nominatimque quid in his tabulis.

III. Petit, ut illustrissimus Princeps horum studiorum patronus esse pergat.

VIII. *Studiosus Theologiæ mittit patrono theses de libero arbitrio: ut Cicero Varroni libros Academ. 9. Epist. 8.*

I. Causam affert disputationis, quod ea de re gravissimæ controversiæ sint inter pontificios & orthodoxos.

II. Rationem inscriptionis dicit, non tantum quod studiorum suorum patronus sit, sed etiam religio & Ecclesiæ felicitas ei magnæ curæ sit.

III. Petit ut studiis suis porro favere, & turbatæ istic Ecclesiæ succurrere velit.

IV. Addit preces pro patroni incolumitate.

CAP. IX.

In materiis gratulatoriis; quæ Classis generis Demonstr. sexta.

I. *Gratulatio consulatus: quemadmodum Cicero Curioni de tribunatu gratulatur.* 2. *Epist.* 6.

I. EXcusa gratulationem, sive serius, sive minus decenter factam.

II. Gratulationem institue cum fausta precatione, ut dignitas ei diuturna & felix sit.

III. Adjunge hortationem ad justitiam & constantiam, argumentis ab officio consulari, & civium exspectatione, à difficultate temporum.

II. *Gratulatur patri de studiis filii: ut C. Trebonius Ciceroni de indole honesta filii.* 12. *Epist.* 16.

I. Exordiri potes ab occasione, qua Bremam veneris.

II. Propositio sit: quod à Scholæ Professoribus ea de filio testimonia acceperis, ut non possis ea de re patri non gratulari.

III. Confirmatio ducatur ab effectis: 1. à studiis filii, 2. ab amore, quo præceptores eum complectuntur. Addatur de consilio itineris Belgici; ubi comitem velis filium.

IV. Conclusio erigat patrem in bonam spem de filio, petens ne porro sumptus suppeditare ad studia gravetur.

III.

III. *Cicer. lib. 15. Epist. 6. respondet Catonis gratulationi de adeptis honoribus. Quod sic imitaberis.*

I. Ostendes gratulationem amici tibi gratam accidere: quia testimonium sit voluntatis honestæ.

II. Ratio sit, quod vir sit prudens & magnæ auctoritatis: nisi quod ex amore plus tributum, quam tu tibi sis conscius.

III. Pete ut in munere suscepto consilio & precibus tibi adesse velit.

IV. *Cicer. 2. Epist. 11. gratulatur Trebatio reditum ab exilio: tu amico liberatam ab hostibus patriam.*

I. Exordium sit à prædicatione principis & sociorum, quorum opera id factum.

2. Gratulatio opponatur miserabili conditioni, quæ ante fuit.

III. Confirmationis loco sit consolatio damni accepti: 1. à causæ bonitate, 2. ab exitu optato, 3. à spe cuncta publice & privatim recuperandi.

IV. Conclusio addat aliquid in laudem pietatis & constantiæ amici, qui tam difficili tempore nullo officio patriæ defuerit.

V. *Esaias gratulatur regi Ezechiæ valetudinem recuperatam. Esai. 38.*

I. Narrat dolorem suum ex regis infirmitate, tum propter ipsum, tum propter Ecclesiam, quæ sine rege futura.

II. Agit Deo gratias pro eodem restituto, additis precibus, ut eum Deus ob necessitatem Ecclesiæ sospitare, & filium, qui patris vestigia sequatur, largiri velit.

III. Oblique monet, ut impetratam vitæ prolongationem Ecclesiæ & reipub. reformandæ impendere velit. Vide orat. Cicer. pro Marcell. circa finem.

VI. *Barcillaus gratulatur Davidi reditum ab exilio. 1 Sam. 19.*

I. Modeste præfatur de observantia sua erga filium.

II. Lætitiam suam declarat ob Regis tempora meliora, tum propter ipsum, tum propter populum: addita prolepsi consolatoria de in-

teritu Absolonis: quod nihil culpæ in rege: quod in judiciis Dei patienter acquiescendum: quod exemplum liberis omnibus datum: quod denique filius in ultimo discrimine se positum videns, forte resipuerit.

III. Offert se ad Regis obsequium, & simul commendat ei filium suum.

VII. *Hiramus gratulatur Solomoni successionem in regno paterno.* 1 Reg. 5.

I. Meminit amicitiæ cum patre.

II. Gratulatur regnum à patre bene institutum digno filio traditum.

III. Petit, Solomon continuare amicitiam paternam velit, cum promissione officiorum suorum.

VIII. *Decanus gratulatur patri de filio, se præside in Theologia summos honores consequuto.*

I. Narrat quid pater filii causa jam sæpius petierit.

II. Describit vitam filii, & quomodo tandem magna cum laude ad summum in Theologia gradum pervenerit.

III. Gratulatur non patri tantum, sed etiam popularibus de tam frugi & honorato filio & cive, addito voto, ut Deus ei porro adsit.

IX. *Iudæus quidam pius gratulatur Iudæ Maccabæo victoriam contra hostes.* 1 *Maccab.* 3.

I. Deplorat miserabilem statum patriæ propter Antiochum 1. lib. cap. 1.

II. Laudat virtutem Maccabæi herois divinitus excitati, qui pro populo suo & fortiter & feliciter depugnarit.

III. Indicato suo ex ea re gaudio, optat principi vitam longam, & victorias plures.

X. *Atticus gratulatur Ciceroni prædium emptum Tusculanum. Vide Plin. 2. Epist. 17.*

I. Narrat quid de prædio isto jam ante inaudiverit, idque non sine commendatione à situ, fertilitate, amœnitate.

II. Gratulatur emptum, idque ideo etiam, quod Cicero strepitu urbano

urbano laſſus, illic ſe reficere, & bonis literis vacare poſſit.

III. Concilcit ei ruſticationem & cœnam.

XI. *Nathan gratulatur Solomoni nuptias cum regina Aegyptia. Pſal. 45.*

I. Modeſte prædicat fidem ſuam erga patrem, quam etiam filio probatam velit.

II. Gaudet de conjuge tali rege digna, cum voto boni ſucceſſus.

III. Oblique monet Regem, ut in religione patria ſit conſtans, & Reginam quoque lucrari conetur: ubi ☞ de vere felici matrimonio.

IV. Commendat Regi Eccleſiam, & ſe quoque regis ſervum.

CAP. X.

In materiis Euchariſticis. Quæ Claſſis ſeptima generis Demonſtrativi.

I. *Cicero lib. 13. Ep. 28. Sulpitio gratias agit de Meſſinio humaniter tractato: tu idem facito præceptori de filii ſtudiis adjutis.*

I. EXordium ſume ab ipſa propoſitione.

II. Enarra & extolle officia præſtita.

III. Precare, ut in poſterum quoque filii ſtudia commendata ſibi habeat; & præmitte animum memorem; cujus quædam quaſi arra ſit præſens munuſculum.

II. *Lothus Abrahamo gratias agit pro liberatione ab hoſtibus. Gen. 13, & 14.*

I. In genere laudat patrui erga ſe pietatem jam ſæpius ſpectatam.

II. Cum ſingulari animi obſervantia recognoſcit recens beneficium ſibi captivo præſtitum: ut cum uxore & filiabus in extremo periculo fuerit: ut Abrahamus ſibi ultro ſubſidio venerit: idque cum periculo ſuo & totius familiæ: ut à ſe antea (cujus nunc pudeat) offenſus: ut de cunctis Sodomæis (quamvis indignis) meritus: denique quod nihil inde mercedis aut præmii poſtulet.

III. Pollicetur æternam obſervantiam erga venerabilem ſenem, & epiſtolam claudit precatione pro ejus ſalute.

III. *Iacobus Proregi Aegyptiorum gratias agit de commeatu filiis dato. Gen. 42.*

I. Excusat se, quod vir humilis & pauper ad tantum principem scribat.

II. Narrat & prædicat beneficium annonæ præbitæ: quod alias sibi ipsi & familiæ pereundum fuisset: quod benigne & gratis datum: quod non Ægyptus tantum, sed omnes regiones circumjacentes pro rege ut patrem venerentur.

III. Cum non sit referendo, precatur ei à Deo veram Numinis agnitionem, & pacem ac prosperitatem sempiternam, rogatque, ut deinceps quoque clementiæ suæ usuram sibi & misellæ familiæ impendere dignetur.

IV. *Mephibosethus regi Davidi gratias agit pro restitutis agris paternis. 2. Sam. 9.*

I. Queritur de miserrimo statu suo, in quo ante hoc beneficium regium fuerit; & quidem justo Dei judicio, propter avi Saulis in virum fortissimum & integerrimum injurias.

II. Agnoscit gratus regiam clementiam: quod 1. posthabitis gravissimis offensionibus suis, 2. sibi nullius usus homini, 3. non rogatus, sed ultro & regio animo, 4. non alienos, sed omnes agros patris reddiderit, 5. etiam mensæ suæ honore eum dignatus.

III. Pro conclusione addit 1. Epiphonema de fide regis erga Ionathanem patrem suum: 2. promissionem grati animi, cum nullo modo sit referendo: humilem precationem, ut tam clemente domino diu frui sibi detur.

V. *Cicero Philosopho Cratippo gratias agit pro institutione filii. Vide 16. Epist. 21.*

I. Narrat quid filius de fide & humanitate Cratippi scripserit.

II. Gratias agit, quod beneficium præstiterit filio: 1. quem amicum habeat: 2. cujus saluti & honori non potuerit amplius consuli: 3. cum antea pravo sodalitio nonnihil corruptus ista ratione in viam redactus sit: 4. ut sperare jam liceat eum patre dignum, & reipub. utilem futurum: nimirum abunde nunc compensatum esse officiolum suum, quo eum senatui Areopagitico olim commendavit, ut instituendæ juventuti publice præficeretur.

III.

III Mittit ei manuſculum, ſimulque operam ſuam offert in impetranda ei apud Cæſarem, qui nunc rerum potiatur, civitate, & ſi qua alia officia ei grata eſſe poſſint: denique petit, ut filium amplius commendatum habeat.

VI. *Ariſtoteles regi Alexandro gratias agit de munificentia erga Lycium ſuum. Gell. lib. 2. cap. 4. Vide etiam Plutarch. & Curtium.*

I. Gratulatur ſibi de Alexandro ſuo olim diſcipulo, in quo vere regiam indolem ſpectarit.

II. Nominatim vero prædicat regis munificentiam: 1. quod in Scholæ uſum tot talenta miſerit: 2. quibus ad Phyſicam & Medicinam excolendam conducere poſſit qui omnis generis mineralium, herbarum, volucrum, piſcium, aliorumque æque animalium naturam rimentur, & cum ipſo communicent: unde Scholæ non exiguum incrementum ſperandum: 3. quæ res non in præſens tantum Philoſophiæ ſtudioſis, ſed multis ſeculis profutura ſit: 4. nimirum ſic reges non regnorum tantum acceſſione, ſed ſapientiæ quoque comparandæ adminiculis Græciam communem patriam illuſtraturos.

III. In teſtimonium animi grati remittit libros auſcultatorios, (vide Gellium) & votum facit pro proſperitate regis, obnixe orans, ut Scholæ patronus clementiſſimus eſſe perſeveret.

VII. *M. Manlius M. Furio Camillo vindici patriæ gratias agit. Liv. lib. 5.*

I. Dolet de clade patriæ.

II. Civium nomine Furio gratias agit, quod 1. tam deſperatis rebus ſuccurrerit: 2. oblitus injurias ſuas coactus etiam fuerit in exilium: 3. cum ſummo ſuo periculo: 4. in ultimo patriæ diſcrimine: 5. quod beneficium omnis poſteritas prædicatura ſit, & hunc Furium tanquam alterum urbis parentem celebratura. Vide exord. or. 3. Catil.

III. Hortatur ut pietati cumulum addat, & collapſam rempub. bonis legibus conſtituat: quam ad rem ipſi ſuam & totius ſenatus operam pollicetur. Vide pro Marcel. in fine.

VIII.

VIII. *Studiosus patrono suo gratias agit pro suministratis sumptibus studiorum.*

I. Narrat beneficia à patrono accepta.

II. Eaque grato animo deprædicat: scilicet 1. quod in multis quidem liberalis fuerit, in neminem vero munificentior quam in sese: 2. quod alioquin propter patrimonii inopiam studia deserenda fuissent: 3. quod si quid ipse aliquando per Dei gratiam Ecclesiæ & reipub. commodare possit, id tam benigni patroni beneficium fuerit: 4. quod Deus benedictione sua sit compensaturus.

III. Votum facit pro incolumitate patroni, cui in posterum quoque vult commendatus esse.

CAP. XI.

In materiis Deliberativis: & primo quidem Communicatoriis.

I. *Studiosus consultat cum amico de peregrinatione suscipienda. Cic. 8. Attic. epist. 3.*

I. NArrat quousque jam studia sua perduxerit: quidque sit, quod ipsum jam sollicitum habeat.

II. Rem in utramque partem disputat.

Peregrinationem suadent exempla excellentissimorum virorum: rei ipsius utilitas: contemptus eorum, qui semper domi hæsere: denique comitatus optatissimus.

Contra deterrent itinera passim infesta: corruptelæ & insidiæ, quæ incautæ adolescentiæ apud exteros struuntur: ætas nondum satis confirmata: sumptus non exigui: denique tot molestiæ & difficultates, quæ peregrinis & viatoribus decoquendæ.

III. Petit consilium fidele ceu à patre.

II. *Amicus respondet:*

I. Laudat indolem adolescentis.

II. Consilium suum his præceptis complectitur:

1. Manendum esse in Schola patria, usque dum judicium sit confirmatius, ipseque vitæ instituendæ modum sciat.

2. Proponendum certum peregrinationis scopum, indeque de locis vi-

viſendis conſtituendum: alibi enim alia ſtudia magis florere; modoque alibi alios coli; aulicos, civiles, caſtrenſes.

3. Scopo locoque conſtitutis, ineundas eſſe rationes de pecunia in tempore, tum ſine magno damno curanda. Pecuniam enim agendæ nervum eſſe.

4. Proximum eſſe, ut conſtitutum habeat, terra an mari, & quibus comitibus tutius & commodius agatur.

5. In ipſo itinere circumſpectum eſſe oportere, ſilentem, patientem.

6. Vbi ad metum perventum, id cum primis agendum, ut ſtudiis & moribus excolendis inſtituto ſatisfiat: quam ad rem utendum eſſe tum magiſtris, tum convictoribus idoneis: iique obſervantia, facilitate, modeſtia, aliiſque virtutibus conciliandi.

7. Nec contemnenda eſſe, quæ olim ornamento ſint: cognitionem linguarum exterarum, legum, antiquitatum, morum, & ſimilium.

8. Quo pertinet, ut amici parentur: & memoria honeſta relinquatur.

9. Poſtremo invocandum eſſe Deum hoſpitalem, qui pericula arceat, & cæptis benedicat.

III. His ita præceptis, monet ut parentum quoque, & præceptorum, & amicorum prudentium conſilia audiantur.

III. *Præceptor conſulitur à veteri diſcipulo, de vitæ genere ineundo.*

1. Grato animo agnoſcit merita præceptoris, quorum fiducia hunc conſilium ejus de re ſibi certe maxima petat.

II. Exponit dubitationem ſuam, cujus ſumma eſt, quod deſertis ſtudiis literarum ob patrimonium exhauſtum, & tempora præſentia, quibus nihil loci viris doctis relictum videatur; ſecum diſceptat, utrum ad mercaturam, quæ quæſtuoſa, an ad militiam, quæ glorioſa, animum adjiciat.

III. Petit conſilium, cum promiſſione grati animi.

IV. *Præceptor reſpondet.*

1. Laudat quod non temere agat, ſed conſilium requirat.

II. Diſſuadet mercaturam & militiam: illam, quia niſi copioſa, ſordida ſit; præterea hac tempeſtate non tam quæſtuoſa, quam difficilis ac periculoſa: hanc, quia diſciplina caſtrenſi ſublata, bella mera

mera latrocinia, & innocentium hominum deprædationes sint, tandemque ipsis militibus exilio vergant.

III. Hortatur ut cæpta studia continuet: quæ non tantum honestiora & faciliora, sed etiam fructuosiora tum ipsi, tum aliis sint.

IV. Consolatur 1. temporum iniquitatem spe meliorum, quibus bonis literis suus honos rediturus: 2. tenuitatem patrimonii munificentia patronorum, quos virtute sibi conciliare possit.

V. Et adolescentem ad bonam spem revocat, & pollicetur operam suam, qua eum bonis commendet.

V. *Callisthenes consulit avunculum Aristotelem de vita aulica prudenter degenda.*

I. Conqueritur de superbia, intemperantia, sævitia, & aliis vitiis, quæ & in ipso Alexandro, & in ejus purpuratis quotidie cum magna indignatione videat.

II. Petit consilium ab avunculo, ut qui propter cognationem bene velit, & Alexandrum à puero penitus norit: quomodo apud eum se gerere debeat, ut non famæ minus, quam saluti suæ consulat.

III. Addit nonnulla de statu castrensi, & valedictione epistolam concludit.

VI. *Aristoteles respondet. Vide Curtium, Plutarchum, Iustinum, &c.*

I. Fatetur se jam pridem aliquid de sororio inaudivisse, quo veretur, ne is se perditum eat: ex his potissimum esse παῤῥησίαν & dicacitatem. Stultum enim esse verbo lædere, quibus capite pœna danda. Vide Isocr. ad Demon.

II. Candide ei aperit 1. Alexandri ingenium multis sibi annis exploratum: nimirum quod superbum sit, & admonitionum impatiens præterea audax & cruoris humani prodigum: 2. Mores Medi Thessali, & similium parasitorum, qui ob blandiloquentiam arroganti juveni in deliciis sint, eumque per se satis crudelem magis inflamment, & in bonos viros exasperent: scilicet ut abdomini & avaritiæ suæ consulant. Neque fore tyrannos, ni sint adulatores.

III. Consilium postulatum tribus admonitionibus complectitur.

1. Vt in munere suo fidelem & integrum se præstet, & sic invidiæ calumniandi occasionem præstruat.

2. Vt ex collegis nemini se præponat, omnibus honorem habeat, nemini se committat, sed res suas, adversas, prosperas, clam habeat.

3. Vt

3. Vt ad regem vero veniat, & si veniendum sit, caveat scommata, loquatur jucunda. Nihil enim esse, quod regios spiritus gravius offendat, quam orationis libertas: neque sapientis viri esse multa loqui, ubi nemo est qui audiat: cum regibus ut fluviis agendum, ne adversum nitendo absorbearis: denique cogitandum, alium fuisse Alexandrum puerum tum, & sub ferula & metu magistri impotem: cum nunc, cum sceptrum datum, cum arma tractet, cum vitam fortunas aliorum in manu sua habeat: tales non tam æquitatis, quam suæ potestatis meminisse, nec quid debeant, sed quid possint cogitare.

IV. Monet, ut hæc consilia in secretis habeat, & aut fero uti discat, aut primo quoque rebus suis adhuc integris discedat.

VII. *Chærea à Parmenone petit consilium contra amorem. Ter. Eunuch. Act. 2. sc. 3.*

I. Laudat Parmenonis servi fidelis studia & officia.

II. Queritur de amore suo. ubi narrat 1. occasionem mali sui è virgine spectata: 2. conatus suos in ea potiunda jam sæpius frustratos: quomodo miser jam langueat & tantum non contabescat.

III. Petit consilium Parmenonis, cum pollicitatione operæ suæ libertate ipsi à patre impetranda.

VIII. *Parmeno adolescenti herili respondet.*

I. Docet vicem adolescentis, monetque ut hanc rem clam habeat, ne severus pater resciscat.

II. Contra amorem hæc consilia dat.

1. Ne nimium virgini tribuat: quippe quæ serva sit: educata in lupanario meretricia: ipsa quoque suspectæ pudicitiæ: denique pauperula & indotata.

2. Cogitet de honestiore aliqua puella, & se suaque familia magis digna: quales civitas Athenienſis non paucas habeat.

3. Interea rem agat: meditetur castitatis decus: quærat sodalitia casta: vetet intemperantiam: & quod caput rei sit, à bono nutrire castum genium petat.

III. Invitat Chæream ad rusticationem.

IX. *Adolescens consulit medicum de scabie sananda.*

I. Orditur à prædicatione benevolentiæ jam sæpius exploratæ.

II. Narrat quomodo Bremam venerit: ubi hospitium nactus quæ studia tractet: & quam molestum intervenerit impedimentum scabie.

III. Petit consilium, quomodo hoc malo liberari queat, ex prolepsi de medicis præsentibus, qui temperamentum & naturam scribentis minus norint.

X. *Medicus respondet.*

I. Exordii loco 1. confirmat adolescentis opinionem de sua erga ipsum benevolentia: 2. leviter perstringit vitam minus temperantem habitam, unde ejusmodi flores progerminent.

II. Consilium dat duplex: 1. Vnum de scabie nunc profligandâ nimirum partim potionibus, quæ materiam peccantem absumant & expellant, partim lotionibus & frictionibus, quæ cutem emendent: 2. alterum de præcavenda, videlicet victu, somno, & motu corporis recte habentibus: etiam cum cœli mutationes solennes instant, purgatiunculis mature adhibitis.

XI. *Tiro consulit Philoponum veterem præceptorem de stylo recte formando.*

I. Incipit à prædicatione veteris institutionis.

II. Proponit dubitationem suam: scilicet cum duo sint auctorum genera: unum eorum, qui se Ciceronianos vocant: alterum, qui Iustum Lipsium laudant: utros sequendos putet.

III. Addit rationem dubitandi: quod alteri floridum & copiosum dicendi genus habeant, alteri contractum quidem, sed tamen plenum sapientissimis sententiis.

IV. Petit hac de re consilium, addita promissione grati animi.

XII. *Philoponus respondet.*

I. Laudat adolescentis φιλομάθειαν & discendi studium.

II. Suadet ut in florido illo ac ubere dicendi genere se potius exerceat, quod 1. illud ætati juvenili accommodatius, 2. in usu majore 3. quod facilius detrahi, quam addi possit.

III.

III. Subjicit correctionem, quod nec alterum contemnendum, per ætatem, & in loco, ac decore uti eo possit.

IV. Monet de studiis sapienter instituendis, facta simul potestate ius ipsum consulendi.

XIII. *Theophilus respondet Eusebio ad quæstionem de Symbolis sacræ cœnæ manu capiendis.*

I. Orditur à causa scribendi: quod Eusebius conquestus in sua Ecclesia panem & vinum sumentibus à pastoribus in os inseri: ideoque se ab usu cœnæ abstineat, cum contra Christi institutionem agi videatur.

II. Quæstionem definit.

1. Quod sine dubio verba institutionis de manus sumptione intelligenda: (id quod e proprietate τῦ λαμβάνειν, ex ratione accubitus, quo Dominus cum discipulis usus, & ex more antiquo Ecclesiæ evincendum) ideoque reprehendi non possint, qui manu accipiunt.

2. Quod tamen non damnandi, qui morem loci sequentes secus faciunt, dummodo superstitiosa veneratio signorum & δουλατρείας impietas absit. Quod enim ore accipitur, id accipi certe. Hoc declarat 1. exemplo baptismi, ubi etiam priscus ritus mutatus: 2. distinctione inter substantiam sacramentorum, & leviores quasdam circumstantias, quæ temporibus sæpe mutantur.

III. Conclusionis loco monet Eusebium, ut ceremonias potius caritatis lege æstimet, imo nævos etiam quosdam, modo non sint enormes, publicæ pacis causa toleret, quam rigidius agendo, se & alios inquietet.

XIV. *Rabinus Gamaliel causam scire vult à discipulo Saule mutatæ religionis. Vide Act. 9.*

I. Exordium sumit à causa scribendi: quod cum audierit discipulum hactenus carissimum à patria religione ad sectam Nazarenorum recens ortam, omnibusque mortalibus invisam desciviſſe, auctoritate sua utendum censuerit, & ex ipso causam hujus rei scire velit.

II. Contentio exponit aliquot rationes, ob quas consilium discipuli non probet: 1. quod populi Iudaici religio sine dubio à Deo sit, per Mosen & alios Patriarchas & Prophetas tradita, & tot seculis mirabiliter defensa: 2. quod dogma Nazarenorum sit novum, & cum vetusta & sancta religione majorum pugnare videatur: 3. quod auctor illius sectæ famosa morte perierit, & nunc quoque eam omnes mor-

tales oderint; populares propter offendiculum, pagani propter fi
titiam quam præ se ferat: 4. quod Saul in totam gentem Iudaic
peccet: scilicet religionem ejus, qua una cunctis se aliis nationib
hactenus prætulit, traducendo, imo venerabiles patres Synago
Hierosolymitanæ propter supplicium de Iesu sumptum parricidii
cusando: 5. quod ipse Saul hoc nomen acerrime persequutus: 6.
stremo quod si ita pergat, non Iudæorum tantum, sed totius o
odium sibi conflaturus sit, nec ulla hora ipsi à capitis periculo va
abitura: cum alias inter populi sui magistros non infimum locu
obtinere posset.

III. Conclusio monet, ut vel ad avitam religionem redeat, v
præceptori causam consilii sui probet.

XV. *Saul præceptori Gamalieli respondet.*

I. Exordii loco præceptori gratias agit pro pia de se sollicitudine
cum alias semper, tum nunc maxime in causa salutis suæ experta
rogatque ut cum bona mente, sine præjudicio Pharisaico, consiliu
suum cognoscere velit.

II. Narratio exponit 1. Zelum suum adversus homines Christia
nos, quos ignominioso nomine Nazarenos vocent: 2. quid sibi i
itinere versus Damascum evenerit, quomodo que per Dei gratiam a
saniorem mentem pervenerit. Act. 9, & 15. Gal. 1.

III. Propositio apologiæ: ideo igitur se religionem mutasse
quod persuasum jam habeat, Iesum illum Nazarenum, quem popu
lares in crucem agi curarint, verum illum esse Messiam, quem Deu
majoribus promiserit, & cujus fiducia mortales vitam æternam ha
beant.

IV. Confirmatio hanc rationem affert, quod huic Iesu omnia prisc
oracula, & sacri typi conveniant: sive personam, sive sacrificium
sive regnum, atque adeo totum redemptionis humanæ mysterium
considerare quis velit. Hic præceptorem remittit ad Mosen, Prophe
tas, & Psalmos, quos diligentius scrutatus, dubium non sit, quin
veritati locum daturus sit.

V. Confutatio diluit suspiciones Gamalielis.

1. Quod Moses & Prophetæ sint ii ipsi, qui de hoc Iesu vaticinen
tur, ut jam demonstratum.

2. Et proinde doctrina Iesu eos non oppugnet, sed stabiliat.

3. Neque se morari, quid de morte Iesu, & mundi adversus En
angelium odio dicatur, utrumque enim à Spiritu Sancto per Davi
dem

prædictum : & proficiſci partim à ſtultitia carnis, quæ non ſa-
quæ Dei, partim ab immani Satanæ furore ac odio adverſus fi-
Dei.

4. Neque ſe genti ſuæ ullam injuriam facere, quando eam erroris
trati ſceleris commonefactam, etiam cum periculo capitis ſui
tam cupiat.

5. Neque levitati verti poſſe, quod relicto pernicioſo errore veri-
ceſſerit : imo nihil eſſe, de quo plus doleat, quam Domini ſer-
oris ſui inimicum fuiſſe.

6. Tantum vero abeſſe, ut ullis periculis moveatur, aut propter
ores & opes hujus ſeculi officium deſerere velit, ut pro ſervatore
immolari ſibi glorioſum ducat : ſcilicet ſurſum cogitans, unde
vatorem exſpectet &c.

VI. Concluſio addit πάθος, ut Gamaliel in cæteris præceptor
erandus, hic diſcipulo, imo ſummo prophetæ ac maximo regi
Chriſto cedere, & in ſalutem ſuam, quam extra Dominum Je-
nuſquam inventurus, conſulere velit.

XVI. *Conſulitur amicus de peſte fugienda.*

I. Queritur de peſtis in civitate ſua graſſantis violentia.

II. Dubitationem ſuam exponit ; fugere quidem ſe velle, ſed eſſe
en quod impediat : nimirum quia fuga ejuſmodi

1. Diffidentiam quandam habeat protectionis divinæ.

2. Labefactet aliorum fiduciam.

3. Nemo queat manus Dei effugere.

III. Petit conſilium.

XVII. *Amicus reſpondet.*

I. Orditur à ſympathia ſua.

II. Docet quibus fugere non liceat, videlicet qui officii ratione
is diſtricti ſunt : ut Magiſtratus, Eccleſiarum Paſtores, Medici
blici, & ſimiles : quibus aut manendum, aut eorum, quorum in-
reſt, conſenſu ſubſtituendi alii, qui ipſorum vices præſtent.

III. Affert rationes, quod amico & ſimilibus alio concedere li-
at, quia

1. Omnis natura eſt conſervatrix ſui.

2. Ipſe Deus juſſit ſeparari leproſos, ut intelligeretur, contagio-
morbos vitandos eſſe.

3. Conceſſum eſt alia pericula fugere, ut bellum, famem, d vium, incendium.

4. Intereſt reipub. non omnes contagione abſumi.

IV. Diluit ſe rupulos objectos, quod

1. Deus non tentandus, ſed nec media oblata reſpuenda.

2. Non ſit in poteſtate noſtra, quod alii judicent, aut pro ſca lo accipiant: pio animo ſat eſſe vacare culpa.

3. Amor proximi non evertat amorem noſtri.

4. Dei providentia non tollat uſum mediorum.

V. Concludit duplici monitione: 1. ut precibus ſe & ſuos committat, nec omnem ſpem vitæ ſervandæ in fuga habeat: quem relinquat amicorum, ei officium ſuum committat.

CAP. XII.

In materiis monitionum, ſuaſionum, hortationum: quæ Claſſis altera generis Delib.

I. *Senator quidam monetur, ne cum plebe contra ordinem ſuum conſpiret, & turbet rempub. Vide Cic. Phil. 1.*

1. QVeritur de repub., plus ſatis diffidentia & diſcordia civi turbata.

II. Narrat rumores de ſenatore ſparſos, quibus tamen fidem hibere nolit.

III. Monitionem exprimit & confirmat his rationibus.

1. Ab officio boni civis, qui in repub. ſua omnia pacata eſſe v

2. A prioribus ſenatoris laudabilibus conſiliis.

3. Ab exemplo majorum.

4. A pœna & miſerabili exitu eorum, qui otium & pacem pu licam turbant.

4. A judicio poſteritatis.

IV. Concludit cum quadam ἀποσιώπησις.

II. *Simili modo moneri poteſt Theologus, ne propter ceremoniarum diverſitatem Schiſma faciat.*

1. Exordii loco itidem querela eſſe poteſt de ſtatu Eccleſiæ ſa miſero.

II. Hinc narretur, quid de amico auditum, quanquam incerto
store.

III. Tum subjiciatur admonitio cum suis argumentis.

1. Ab officio pii Theologi, qui in religionis negotio tantum à
bo Dei pendet: nec suam, sed Domini gloriam quærit: denique
clesiæ ædificationi studet, quantum potest.

2. A studio atque opera hactenus ecclesiæ navata.

3. Ab exemplo majorum, qui ut pro religione non dubitarint de
gue & fortunis periclitari, tamen ceremonias non habuerunt eas-
m.

4. A pœna atque exitu eorum, qui schisma excitant, & concor-
iam Ecclesiæ turbant.

5. A judicio piæ posteritatis.

IV. Conclusio sit cum ἐυλπιδίᾳ & comprecatione.

III. *Lutherus scribit civitatibus Saxoniæ, ut contra pontificios conjungant se cum principe suo.*

I. Queritur de artibus Diaboli, qui accensam Euangelii lucem
ultis modis, & inprimis discordia & factionibus exstinguere nititur.

II. Hortatur ad concordiam in resistendo Papæ, argumentis, qua-
a sunt pro lege Manilia.

1. Quia agitur gloria Iesu Christi, cujus hostes sunt pontificii,
ui Ecclesiæ caput Papam faciant, & justitiæ laudem suis meritis
ribuunt.

2. Agitur puritas Euangelii, quam iidem multis superstitionibus
ontaminant.

3. Agitur libertas conscientiarum, quam tot traditionibus & sa-
isfactionibus plusquam servilem faciunt.

4. Agitur salus piorum omnium, quos illi ad cædem & suppli-
ium jam pridem destinarunt.

III. Concludit voto pro pia concordia.

IV. *Hortatur adolescentem, ut in Schola patria aliquandiu adhuc maneat, quemadmodum Cic. Trebatium, ut in provincia. 2. ep. 6. Vide etiam Plin. 4. ep. 13.*

I. Orditur à studio suo erga adolescentem.

II. Proponit consilium suum. Cujus hæ sunt rationes:

1. Quod nondum ad eam eruditionem pervenerit, ut cum com-
modo suo mitti alio possit.

2. Quod minori ſumptu apud ſuos vivere poſſit.

3. Quod multum interſit ſolidum doctrinæ fundamentum in u loco jacere.

III. Monet ut præceptoris quoque judicium & auctoritat conſulat.

V. *Scribit amico, ut in patriam, unde propter religionis periculum aliquandiu abfuit, redeat: quemadmodum Cicero Marcello, ut Romam revertatur.* 4. *Epiſt.* 9.

I. Excuſat ſcribendi officium hactenus propter tempora inte miſſum.

II. Faſſus nondum tranquilla ſatis eſſe omnia, ſuadet tam amico, ut redeat, quia

1. Sævitia perſequutionum aliquantum deſierit, & hoſtis æqui orthodoxis factus, nulli propter religionem vim faciat.

2. Non multo major moderatio ſit in noſtris hominibus, ſim atque rerum potiuntur.

3. Metuendum, ni redeat, ne in periculum omnium fortunaru ſuarum veniat.

4. Eccleſia amici operam deſideret.

5. Ea nunc ſit temporum ratio, ut ferendum aliquid ſit, ubicun que locorum ſimus.

III. Concludit voto pro amico & tota patria.

VI. *Hortatur ad diligentiam in literis, ſicut Cic. Curionem ad ſtudium virtutis.* 2. *Epiſt.* 1.

I. Excuſat ſilentium.

II. Gratulatur profectum in literis.

III. Hortatur ut gnaviter pergat propter 1. ſpem parentum & totius familiæ, 2. votum præceptorum, 3. uſum patriæ, 4. proprium emolumentum.

IV. Oſtendit patrem brevi ipſum revocaturum domum, & de profectu in literis coram cogniturum.

VII.

VII. *Penolope hortatur maritum Vlyſſem peregre ceſſantem, ut domum redeat. Ovid. 1. Heroid.*

I. Deteſtatur bellum Troianum, cujus cauſa vir abfuit.

II. Hortatur ut primo quoque tempore revertatur, quia

1. Bellum jam confectum, & reliqui principes jam pridem reverſi.

2. Ipſa non poteſt diutius ferre deſiderium viri, maxime propter improbitatem procorum.

3. Poſtulat id fides conjugalis.

4. Ni quam primum redierit, ipſa, pater Laertes, Telemachus filius, totaque familia in periculo erunt.

III. Addit πάθος de pietatis officio erga tam cara capita.

VIII. *Phœnix ſcribit Achilli veteri diſcipulo, ut cum Agamemnone in gratiam redeat, & periclitantibus Græcis ſuccurrat. Vide Iliad. 1. & 9.*

I. Auctoritatis cauſa commemorat, quid à patre Achillis Peleo in mandatis acceperit de eo monendo, ſicubi aberret: quo officio Phœnix hactenus fideliter functus.

II. Narrat quid de infelici diſcordia duorum ſummorum principum Agamemnonis & Achillis ad ſe delatum.

III. Suadet reconciliationem, quia

1. Numen ipſum exorari ſe patitur:

2. Similem ſenſum habent omnes egregii viri:

3. Rex Agamemnon offert ſe ad reconciliationem.

4. Nec injuria ereptæ mulierculæ tanti viri ira digna.

5. Totus exercitus deprecatur, cui honeſte & ſine magna offenſione deeſſe non poſſit.

6. Si ita pergat, hoſtibus voluptatem, Græcis autem irreparabile damnum eſt conflaturus.

7. Denique cogitet Agamemnonem regem eſſe, & fulmen habere in manibus.

IV. Addit πάθος ab officio viri magnanimi in ira moderanda, & hujus rei laude æterna.

IX. *Antenor Priamo auctor est, ut Helenam Menelao restitui curet. Vide Dictyn Cretens. & 7. Iliad Homer.*

I. Benevolentiæ causa meminit veteris cum Priamo amicitiæ.

II. Cum dolore narrat facinus filii Paridis, qui Menelai regi spartani & sui hospitis uxorem abduxit.

III. Suadet ut Priamus auctoritatem suam interponat, & filium cogat Helenam remittere: quia

1. Honeste eam retinere nequit.

2. Græci decreverunt eam omnibus viribus repetere.

3. Quod bellum Græcis quidem grave, sed Trojanis calamitosum futurum: ubi tanquam vates prædicit, quæ post Troja experta est.

IV. Respondet ad fiduciam de auxiliis: nimirum ut Trojanis Asianas, sic Græcis Europæas gentes auxilio futuras: (Vide Catalogum Iliad. 2.) & quod caput rei est, ipsum Deum non defuturum justæ causæ: quem in finem addit de portentis quibusdam, quale fuit Draconis, qui passeres devoravit, Iliad. 2.

V. Addit πάθος ds officio boni regis in pace & commodis civium suorum defendendis.

X. *Phavorinus Philosophus hortatur mulierem nobilem, ut filiolum suo sibi lacte alat. Vide Gell. lib. 12. cap. 1. Plutarch. de educat.*

I. Benevolentiæ causa gratulatur matri de nato filiolo.

II. Narrat quid de nutrice accersenda inaudiverit.

III. Fatetur quidem educationem liberorum rem esse admodum molestam, sed tamen non esse propterea deserendum officium.

IV. Rationes affert, cur mater ipsa filiolum suum lactare debeat: 1. quod hoc ipsum cum natura conveniat: 2. cum lacte instilletur amor erga nutrices: 3. imo harum etiam virtutes & vitia transmittantur.

V. Addit πάθος de pietate matrum in filios.

XI.

XI. *Demea hortatur fratrem Mitionem ad Aeſchinum filium ſeveriore diſciplina coercendum. Terent. in Adelph.*

I. Invidiæ fugiendæ cauſa utitur prolepſi, quod filium quidem adoptandum fratri dederit; attamen (quæ natura parentum) animum ſemper de eo ſollicitum habeat.

II. Narrat quid acceperit de moribus Æſchini, & recens admiſſis flagitiis. Vide fabulam.

III. Hortatur & obſecrat fratrem, ut in poſterum filium ſeverius habeat: quia 1. id officium ſit patris: 2. metuendum ne hæc licentia filio tandem male vertat: 3. idque cum totius familiæ & cognationis ſuæ dedecore: 4. quod inimicis voluptati futurum.

IV. Contendit, ut ſi aut frater monitis locum dare, aut filius obtemperare nolit, eum ſibi remittat rus: ibi habiturum quod agat.

XII. *Mitio reſpondet.*

I. Ignoſcit ſollicitudini paternæ.

II. Negat ſibi placere peccata Æſchini, quod contra bonos mores ſint, & exemplum præbeant malum.

III. Addit excuſatiunculam tum ſui, quo inſcio ea patrata: tum filii, quod lapſus ſint humani, & iſti ætati non inſoliti, denique emendabiles, & qui compenſari queant.

IV. Monet fratrem, ne nimis rigidus ſit in filium; quod nec ipſi adoleſcentes ab omni vitio puri fuerint: & quod præſtet amore, quam metu liberos in officio retinere. Vide ſcen. 1.

V. Facit eidem bonam ſpem de filio propter indolem minime malam, & ſuam in eo regendo fidem & ſtudium promittit.

XIII. *Eunomia auctor eſt fratri jam ſeni Megademo, ut uxorem ducat, & quidem filiam vicini Euclionis. Plaut. in Aulular. Act. 2.*

I. Præoccupat ſuſpicionem curioſitatis muliebris.

II. Suadet conjugium: 1. ut communem familiam & genus ſobole aliqua ſuſcepta ſervetur: 2. ut ſenectutis adjutricem habeat.

III. Nominatim pro uxore commendat Euclionis vicini filiam: 1. quod ea pauper quidem ſit, honeſte tamen educta: 2. quod ea obſequen-

sequentiore usurus, quam si dotatam duceret: 3. quod dote non ege ipse sat dives: 4. quod aliis pauperculis puellis ea res incitamento futura virtutis domesticæ.

IV. Addit πάθος de vita sterili ac desolata mutanda.

XIV. *Linus adolescentem Herculem ad virtutem exstimulat. Xenoph. lib. 2. de memorabilibus Socratis. Cic. 1. Offic.*

I. Exponit causam scriptionis, quæ est amor erga veterem discipulum: quamquam initio ætatis disciplinæ impatientem.

II. Gratulatur quòd præter spem nunc bene se gerat, & virtut commendet; hortaturque ut sic pergat: 1. quia patre & gente natu clarissima: 2. magnam de se exspectationem fecerit: 3. multos invi dos habeat, quos glorioſius & melius ulciſci nulla ratione possit: 4 initio quidem id durum futurum, post vero quietem & gloriam sempiternam allatarum.

III. Obtestatur eum per indolem & genium suum; per pietatem & erga parentes & præceptorem; per propriam salutem; ut tam fidelibus monitis parere velit: addit tandem voto, ut Deus honesta cæpta secundare dignetur.

XV. *Pater hortatur filium, ut Philosophiam de moribus discat ex Ciceronis libris de officiis: quemadmodum Tullius Marcum suum 1. Offic.*

I. Exordii loco est prolepsis: etsi non desint præceptores, qui filium moneant; se tamen præ amore paterno non posse, quin currenti stimulum addat.

II. Ponit summam hortationis, ut cum reliquis disciplinis conjungat eam quæ est de honestis moribus, & quidem uti à Cicerone ea est descripta.

III. Confirmationis argumenta sunt: 1. quod in iis libris auctor omnium ordinum, ætatum, temporum, & personarum officia complectitur: 2. quod genere dicendi utitur eleganti & puro: 3. quod Stoïcos sequutus, quæ secta omnium castissime & rectissime de virtutibus sensit.

IV. Iubet salutari præceptores & hospites, addens πάθος de fructu adolescentiæ recte collocatæ.

XVI.

XVI. *Ioſephus ſcribit patri Iacobo, ut cum familia ſua ad ſe in Aegyptum migret. Gen. 45.*

I. Lætatur parente adhuc ſalvo.

II. Narrat fatalem vitæ ſuæ curſum: ut in Ægyptum venerit: ut ſervierit: in quibus fuerit periculis: ut tandem mirabili modo liberatus ad ſummas opes & honores pervenerit; quam Dei erga ſe indignum miſericordiam ſatis prædicare non poſſit.

III. Orat, hortaturque, ut pater ad ſe primo quoque tempore veniat cum familia omni; quia

1. Fames per biennium jam experta adhuc quinquennis futura:

2. Ipſe interea temporis patri & fratribus abunde daturus, unde honeſte vivant:

3. Sibi nihil jucundius accidere poſſit, quam cariſſimum patrem præſentem habere, & participem facere gloriæ ſuæ: nec patri quoque putet quicquam gratius fore, quam filium, cujus vitam jampridem deſperarit, in tanto faſtigio conſtitutum & florentem videre:

4. Meminerit oraculi avo ſanctiſſimo Abrahamo dati. Vide Geneſ. 15.

IV. Mittit in ſubſidium itineris commeatum, currus, & alia neceſſaria: & in ſolatium ſupellectilium amittendorum, non ſuo duntaxat, ſed ipſius etiam regis nomine promittit ſatisfactionem ampliſſimam: poſtremo addit παῦλαν deſiderii paterni, & voto pro felici itinere concludit.

CAP. XIII.

In materiis diſſuaſionum, dehortationum, recuſationum: quæ g. delib. Claſſ. 3.

I. *Dehortatur amicum à conſiliis ſeditionis: quemadmodum Cicero Domitium. 6. Epiſt. 22.*

I. NArrat quid de perturbato ſtatu patriæ nunciatum.

II. Monet ne ſeditioſis conſiliis plebis ſe adjungat: 1. quod ita ſibi & toti familiæ ſit nociturus: 2. Deus & omnes boni id improbent: 3. ſpes ſit reconciliationis cum magiſtratu: 4. plebs inconſulta & inconſtans.

III. Addit παῦλαν de nævis magiſtratus, ut parentum, ferendis.

II.

II. *Dissuadet principi suo fœdus cum pontificiis: ut Cicero cum Antonio lib. 10. Epist. 6.*

I. Occasionem scribendi sumit ex literis amici.

II. Improbat consilium de fœdere cum pontificiis: quia 1. pius magistratus pro lege & grege pugnet: 2. pontificii sint idololatræ & omnium orthodoxorum hostes: quippe quos pro hæreticis habent & sive vi, sive dolo subvertere conantur: 3. melius sit justum bellum quam pax turpis, & conscientiam violans: 4. turpe fuerit, nec sine scandalo, agnitam veritatem videri deseruisse.

III. Addit πάθος de infelici eventu societatis papisticæ.

III. *Plato dehortatur Dionysium à tyrannide, argumentis, qualia nonnulla sunt 2. Offic. Cic. Vide Iustin. lib. 21. & Diogen. Laertium in vita Platonis.*

I. Insinuat se regi virtutes ejus prædicando, quibus hoc unum obstet, quod inclementius tractet subditos: quod quia purpurati ejus monere non ausint, philosophum has partes sumpsisse.

II. Modeste subjicit rationes, cur mitius rex cum civibus agat, ut 1. quod sævitia multum odii sibi concitet, quæ pestes regni & familiarum: 2. benevolentia civium regnum firmet: 3. rex sit tanquam pater civium: 4. Deus omnium regum rex & dominus bonus & clemens sit: 5. nihil ad gloriam, quam regia majestas maxime velit, accommodatius.

III. Bene de rege sperans, vota facit pro salute ejus.

IV. *Atticus monet Ciceronem, ne in Antonium ita acerbe invehatur. Vide Plutarchum & Ciceronis Philippicas.*

I. Dolens narrat se legisse Philippicas Ciceronis, in quibus moderationem solitam desideret.

II. Hortatur, ut Cicero tam inconsulta scripta flammis det, & in posterum ab ejusmodi virulentia temperare velit. quia 1. virum gravem & jam senem non deceant convitia: 2. non usque adeo cul-pandus Antonius, quod Cæsaris cognati sui, & certe principis ma-nime mali, necem ulciscí laboret: siquidem vera, quæ ipse Cicero de moderatione & clementia Cæsaris in orationibus suis ante scripsit,

Vide pro Marcel. 3. Cicero Antonio contra Catilinam fideli collega usus: 4. Octavio, cui nimium Cicero nunc fidat, Antonius facile reconciliari queat, & cum eo rempub. invadere: unde Cicero in summum discrimen venturus. Hic exemplum proscriptionis & tabularum Syllæ renovet.

III. Petit, ut consilium fidele sequi, nec calcitrare contra stimulum velit.

V. *Amicus juveni scholastico dissuadet conjugium.*

I. Miratur, quòd studiorum causa à parentibus ablegatus, matrimonii consilia captet.

II. Rationes affert cur id facere non debeat: 1. quod conjugium res sit plena molestiarum: scilicet propter uxorem, (quamvis bonam) liberos, & victum: 2. nunquam res se pejus habuerint, quàm hac tempestate, de qua consilium Apostoli sequendum 1 Corinth. 7: 3. parentes non consentiant: 4. in studiis suis nondum eo usque progressus, ut inde se ac familiam alere possit.

III. Addit παίγνιον, ne se præcipitem agat, unde nunquam resurgere possit.

VI. *Chremes scribit Critoni Andro, ne propter hæreditatem Chrysidis Athenas veniat. Terent. in Andr. 1. Act. scen. 5, & 4. act. scen. 5.*

I. Narrat vitam & obitum Chrysidis, quam intellexerit cognatam fuisse Critonis.

II. Ostendit, non facturum operæ precium, si propter bona Chysidis Athenas veniat.

1. Quia hæreditas sit exigua:

2. Glycerium pro sorore demortuæ habeatur.

3. Eaque sponsum habeat Simonis, hominis gratia, auctoritate, & opibus potentis, filium:

4. In peregrinis locis litem sequi difficile.

III. Adjunctis quibusdam domesticis, salutatione concludit.

VII. *Crito Socratem monet, ne in carcere exspectet sententiam judicum, sed data occasione erumpat. Diogen. Laërt.*

I. Præfatur de sympathia sua propter tam cari viri tempora: ubi excursus in collationem prisci & præsentis status civitatis.

II. Consilium dat, ne, exspectatis extremis rerum suarum, spem ponat in judicibus, sed simul atque occasio tulerit, è carcere effugiat.

1. Quia sine causa justa in eum conjectus:

2. Respub. jam sub tyrannis sit, qui offensi non sint quieturi, nisi nece Socratis. Huc pertinent exempla Alcibiadis, & Theramenis, qui propter similem suspicionem interfecti. Nihil enim metuere, qui metuit, nec tyrannidem subsistere, ubi cæpit.

3. Amici ipsum commeatu & aliis necessariis adminiculis juturi sint.

4. Vivus multis commodo esse possit.

III. Addit votum pro consilii successu, & πάθος de animi sui anxietate, quamdiu Socrates in squalore isto maneat.

VIII. *Socrates ex carcere respondet. Vide I. Tuscul. Ciceron.*

I. Gratias agit pro consensu pio.

II. Recusat consilium, quod

1. Fruatur solatio bonæ conscientiæ:

2. Sit in potestate magistratus, cui, licet indignissimo, parendum:

3. Philosophi non sit mortem formidare: præsertim ubi pro religione & justitia pugnandum.

4. Mors aditus sit ad superos & vitam meliorem, ubi bonis viris bene futurum.

5. Fuga ista uxori & amicis, tanquam conscriis, apud injustos judices sit fraudi futura:

6. Non possit ulla re civibus suis plus commodare, quam exemplo constantiæ.

III. Addit πάθος, quod paratus sit ferre quicquid fatum, aut mortales velint: hoc etiam atque etiam persuasus, viro bono nunquam male esse posse.

IX.

IX. *Cicero M. Marcello auctor est, ut mutata sententia perpetui exilii, Romam redeat. Vide 4. Epist. 7.*

I. Queritur de perturbatione reipub. propter bella civilia.

II. Narrat quid de amico audiverit, eique opponit suam sententiam, cujus rationes sunt: 1. quod Pompeiani victores multo crudelius fuissent sævituri: 2. quod Cæsari clementissimo principi reconciliari possit: 3. quod bona sua & dignitatem hac ratione recuperaturus: 4. quod nullus locus sit, ubi contra Cæsarem tutus esse queat: 5. quod in patria esse præstet qualicunque etiam conditione: 6. quod hæc sit consentiens vox fratrum & amicorum omnium.

III. Offert operam suam & totius senatus in Cæsare placando. Vide pro Marcello.

X. *Callicratides conatur Socratem è Schola ad rempub. perducere. Xenoph. in memorabil. Cic. 1. Offic. in fine.*

I. Laudat diligentiam Socratis in docenda juventute.

II. Ostendit eum rectius tamen facturum, si rempub. capessat: quod

1. Vir sapiens sit, & peritus rerum civilium:
2. Sibi & opes & gloriam majorem quærere possit:
3. Et civibus quoque plus commodare:
4. Non desint juventuti præceptores, sed respub. bonos rectores desideret.

III. Addit πάθος de repub. eum vel invitum pertractura.

XI. *Socrates respondet.*

I. Miratur stultitiam Callicratidis, qui tam inconsiderate scribat.

II. Rejicit ejus consilium propter has causas:

1. Quod Scholis, quam reipub. regendæ aptior sit.
2. Quod respub. sub tyrannis sit, cum quibus aut colludendum in perniciem reipub., aut concertandum cum suo periculo: cujus rei testis sit Theramenes.
3. Quod amplissime de rebuspub. mereantur, qui sementem reipub. juventutem recte curent.

4. Quod

4. Quod has opes, & hanc gloriam maxime dignam ducat Phi
ſopho.

III. Relinquit hanc aleam aliis, rogans ut amicus potius v
faciat pro meliori ſtatu patriæ.

XII. *Tutor caſtigat Pupilli ferociam erga præceptorem.*

I. Narrat quo concilio præceptori ſit commendatus, & quid
petulantia ejus nuncietur.

II. Monet ut ſe corrigat, & præceptori obtemperet. quia

1. Præceptores de diſcipulis bene merentur:

2. Et quidem cum magno ſuo incommodo:

3. Sunt loco parentum, imo ipſius Chriſti, qui ad ſe hanc cont
maciam referet:

4. Tandemque graviter puniet, ut eſt in lege Dei, & exemp
comprobant:

5. Ipſe Servator obedivit, non tantum patri cœleſti, ſed etia
Mariæ & Ioſepho.

6. Magni principes ſubmiſerunt ſe præceptoribus:

7. Nec ullus ordo conſtare poteſt, ubi ὁ δεὶς ὁδηγὸς ἀχθή.

III. Vt in rem ſuam conſulat, tales olim alios habiturus, qualet
ipſe nunc ſuis ſe ductoribus præbeat.

XIII. *Cicero monet Quintum fratrem, ne ita facilem iram excandeſcat, nec tam ſuperbe tractet provinciales. Vide Epiſtol.*

I. Laudat ceteras ejus virtutes.

II. Narrat quid vulgatus rumor ei iracundiæ & ſævitiæ cauſa vi
tio det.

III. Hortatur ut hac in parte ſibi temperet: quia

1. Temere iraſci levitatis ſit: ſævire tyrannorum.

2. Hinc facile in odium venire poſſit: quod non ipſi tantum, ſe
reipub. etiam & patriæ nociturum.

3. Humanitas & clementia fundamenta ſint amoris & conſtanti
regiminis.

IV. Petit ut admonitioni liberiori ignoſcat, & præturam ſuam
cum bona fama & ſubditorum benevolentia gerat.

XIV.

XIV. *Atticus castigat junioris Ciceronis intemperantiam.*

I. Causam scribendi sumit à necessitudine sua cum patre.
II. Narrat quid de ἀπαιδίᾳ adolescentis vulgo feratur.
III. Hortatur ut se corrigat, & ad frugem redeat.
1. Ab exemplo patris:
2. Quod fœdum & plane brutum vitium sit intemperantia:
3. Quod pestis sit ingenii, venenum vitæ, dedecus famæ, occa- plurimorum vitiorum:
4. Quod pater multos inimicos habeat, quibus summæ voluptati rum, habere eum degenerem filium.
IV. Addit πάθος à sollicitudine & mœrore patris.

XV. *Tiro eundem vult mutare acediam & ignaviam.*

I. Prædicat patris consilium, qui eum studiorum causa Athenas iserit.
II. Dolet non satisfieri spei paternæ, sed tempus & sumptus fru- ra consumi.
III. Hortatur, ut ad majorem diligentiam se excitet, & utatur ccasione. quia
1. Nihil desit ipsi: non ingenium, nec præceptor, nec sumptus.
2. Radices doctrinæ sint amaræ, fructus autem dulces.
3. Exemplum domesticum habeat in patre, qui virtute sua omnia mma consequutus.
IV. Addit πάθος, ut vestigiis patris insistat, & ejus ingravescen- em ætatem voluptate potius, quam dolore afficiat.

XVI. *Samuel emendare studet filios Elis improbe se gerentes.* 1 *Sam.* 3.

I. Excusat libertatem monendi. prædicando patris in se merita.
II. Narrat peccata eorum, ut sunt scortatio, publica vis, & pro- natio sacrificiorum.
III. Suadet mentem meliorem: quod
1. Patrem habeant sacerdotem, cui dehonestamento sint:
2. Offendunt Ecclesiam, & multis sint scandalo.
3. Deum habituri sint vindicem: imo patrem, & totum popu- em secum perdituri: id quod oraculo sibi jam denunciatum.
IV. Addit πάθος de ira Dei intolerabili, ubi semel accensa.

CAP. XIV.

In materiis petitionum. Quæ g. Delib. Claſſ. 4.

I. *David à Nabale petit viaticum.* 1 *Sam.* 25.

1. SVſpicionis tollendæ cauſa exponit cauſam exilii ſui.
11. Petit ſe juvari viatico aliquo, quia
1. Vir opulentus ſit, qui ſine incommodo ſuo id poſſit.
2. Ipſe cum militibus ſuis de Nabale meritus.
3. Meliore ſuo tempore beneficium hoc ſit compenſaturus.
111. Addit πάθος ab officio, quod exulibus & injuſtam vim patientibus debeatur.

II. *Nabal proterve reſpondet.*

1. Vtitur convitiis, Davidem fugitivum, nebulonem, graſſatorem vocitans.
11. Negat viaticum, quod 1. domi ſat pauperum: 2. id ſibi apud Regem fraudi futurum; ubi exemplum Achimelechi cap. 21: 3. non indigeat opera Davidis, cum ſuis ſe viribus defendere queat.
111. Minatur indicium apud regem & vincula, ni faceſſat.

III. *Iacobæi petunt, ut pater pro ipſis intercedere velit apud Ioſephum.* Gen. 37, 45, 50.

1. Cum dolore & lacrymis fatentur culpam, cujus jam ultionem ſentiant, gravioremque metuant.
11. Rogant patrem, ut ſe deprecatorem interponere velit, quia
1. Pater ſit:
2. Qui multum apud filium poſſit:
3. Alioquin viſurus tot liberorum interitum:
4. Omni pietate & obſervantia offenſam ſuam ſint compenſaturi.
111. Addunt πάθος à metu & cruciatu conſcientiæ ſuæ: quo ut liberentur, per promiſſum rogant mundi ſervatorem.

IV. *Iacobus ſcribit pro filiis ſuis.*

1. Gratias Deo agit, quod filium, cujus vitam deſperaverat, per tot annos ſalvum & florentem habuerit, & quidem domus ſuæ columen.

II. Deplorat injuriam ipsi à fratribus factam.
III. Rogat ut iis ignoscere velit, quod
1. Deus omnia in bonum verterit:
2. Caro ejus sint:
3. Et religionis ac populi ejusdem:
4. Et inter Ægyptios, qui nunc quidem propter tempora amici, olim gentem suam gravissime sint vexaturi: id quod proavo Abramo divinitus revelatum:
5. Clementia ista ei omnibus seculis glorioſa futura:
6. Ex aliquo fratrum Messias venturus.
IV. Addit πάθος, quod sibi jam seni, & brevi hinc migraturo illum officium gratius accidere possit.

V. *Iosephus fratribus respondet.*

I. Narrat quid ipsorum causa pater secum egerit.
II. Non tantum offensiones suas condonat, sed amplius etiam de is vult mereri, quia
1. Errore, non malitia peccatum putet:
2. Deo rem in melius vertente:
3. A quo in Ægyptum missus, & tantis opibus auctus, non ut pereat, sed ut sublevet fratres.
4. Quos animitus diligat, non tantum propter communem parentem, cujus reverentiæ etiam vitam suam impensam velit:
5. Sed quia magna pars Ecclesiæ sint, & ejus populi, à quo secundum promissiones majoribus suis factas servator mundi oriundus.
III. Iubet fratres bono animo esse, & de ipso omnia bona sperare.

VI. *Novellus quidam doctor petit à patrono, ut sibi adjumento esse velit in consequendo canonicatu vacante: quemadmodum Cicero Miloni consulatum petit. 2. Epist. 5.*

I. Prædicat beneficia accepta, narratque quo consilio lauream theologicam acceperit.
II. Petit ut apud Episcopum causam suam agere velit, quo vacantem jam dignitatem consequi possit: quia
1. Sic professionem & vitæ genus, quod elegerit, tueri & ornare rectius possit.
2. Competitoribus suis non injuria se prælatum iri speret.
3. Patronus multum apud præsulem possit.

4. In hac promotione salus sua vertatur.

III. Promittit animum gratum.

VII. *Cicero exul scribit Miloni, ut sibi reditum in urbem curet. Vide Plutarch.*

I. Præfatur fiduciam suam de Milone.

II. Petit quod dictum. quia

1. A factione Clodiana præter jus & æquum huc miseriæ sit compulsus.

2. Milo sit tribunus, & præterea multum utatur consulibus, Pompeio civitatis principe.

3. Omnibus bonis rem gratam facturus.

4. Ipsique Miloni hoc officium glorioſum futurum.

III. Spondet suo & amicorum nomine gratum animum.

VIII. *Milo respondet.*

I. Præ se fert dolorem ex temporibus Ciceronis.

II. Narrat quomodo id quod Cicero petiit, effectum dederit, adjutus potissimum Pompeii opera: quantaque inde lætitia publice orta: in cujus rei fidem transmittit senatusconsultum.

III. Monet, ut securus redeat, senatum & populum obviam habiturus. Vide orat. post redit. ad Quirit. & in Senatu.

IX. *M. Manlius orat M. Fur. Camillum Veiis exulantem, ut patriæ à Gallis captæ auxilio veniat. Vide Liv. lib. 5.*

I. Fatetur Camillo injuriam factam, quod in exilium ab ingratis civibus pulsus: hujusque rei nunc justam pœnam dare civitatem: id quod prudentissimus vir Camillus in abitu jam divinavit.

II. Narrat quomodo urbs à Gallis ex improviso capta, deprædata, & cremata sit, civibus partim profligatis, partim occisis, partim in arce obsessis: quamque desperato loco nunc res Romana sit, præter hostem etiam fame præmente.

III. Petit ut Camillus oblitus offensionum suarum patriæ succurrat. quia

1. Patriæ, ut parentum, injuriæ ferendæ.

2. Alioquin actum fuerit de nomine Romano, quod ante istam tempestatem longe celeberrimum fuerit.

3. Ro-

3. Roma deleta, periculum Vejos ad ipsum Camillum sit ventu-
m, quandoquidem barbara gens Gallorum finem grassandi nesciat.
4. Non præsentes tantum cives eum de pietate ista amaturi, sed
nis posteritas tanquam alterum urbis conditorem prædicatura.
IV. Vrget petitionem, quod non patiatur moram: ubi πάθος
fame obsessorum, & inaudita hostium ferocia.

X. *Camillus respondet.*

I. Dolet calamitate patriæ.
II. Non tantum condonat, sed heroico animo etiam excusat in-
riam sibi factam: quod paucorum culpa fuerit, eorumque suspicio-
aliqua deceptorum.
III. Promittit auxilium, idque in primum quemque diem. Eum
nim se esse, qui pro patria nihil non velit.
IV. Monet, ut rem clam habeant, & Gallos spe deditionis in
aucos dies distineant.

XI. *Filius petit à patre sumptus ad peregrinationes.*

I. Modeste exponit, quousque in studiis sit progressus, quoque
nunc consilio exteras Academias visere velit.
II. Petit eam ad rem à patre sumptus. quia
1. Hactenus sumptibus non pepercerit.
2. Peregrinationes homini Scholastico, & ad usus patriæ educan-
do non solum utiles, sed necessariæ quoque.
3. Speret se absoluto curriculo studiorum olim parentibus & pa-
triæ usui fore.
4. Non recuset, si ita necesse sit, hos sumptus in patrimonium
suum ferri.
III. Votum facit pro incolumitate parentum.

XII. *Pater respondet.*

I. Non improbat consilium filii, & sumptus pollicetur, sed mo-
dicos.
II. Vult 1. eum primo peregrinari in Germania: tum in Gallia:
Italiam sibi ob periculum libidinis, veneni, & hæresios, non pla-
cere: 2. ut ab aliquo præceptorum literas commendatitias petat: 3.
de honesto comitatu provideat: 4. ut Deo se commendet, & ubique
sit cautus & circumspectus.
III. Concludit voto pio.

XIII. *Sannio petit à Syro, ut apud herum Aeschinum adjumento sibi sit, quo pecuniam de puella debitam accipiat. Terent. Adelph. Act. 2. scen. 2. 3.*

I. Narrat quam indigne acceptus sit ab Æschino.

II. Petit, ut pecuniam promissam curare sibi velit: quia 1. justum: 2. alioquin ipse injuriam acceptam ad patrem, aut ad Are pagitas sit delaturus.

III. Promittit se gratum & memorem futurum.

CAP. XV.

In materiis consolationum. Quæ g. d. Classis 5.

I. *Eliphas consolatur Iobum de fortunis & filiis amissis. Iob. 2. sicut Servius Ciceronem de filia. 4. ep. 5.*

I. NArrat dolorem suum de tam tristi & insperato casu.

II. Exponit quid se, quid Iobum consoletur. ut

1. Quod totum hoc à Deo.
2. Iobus res secundas bene tulerit.
3. Filii non amissi, sed in locum beatiorem præmissi.
4. Nihil in hunc mundum attulerimus, nihil etiam elaturi.
5. Aliis piis viris similia contigerint.
6. Altera vita omnia abunde compensatura.

III. Promittit se brevi venturum, & de omnibus plenius acturum.

II. *Obadias consolatur Eliam exulem. 1 Reg. 17, & 18. Similis est Ciceronis epist. 3. lib. 3.*

I. Queritur de tyrannide regum suorum, quam non Elias tantum, sed ipse quoque & multi alii pii experti.

II. Iubet vatem bono animo esse, quod

1. Domini causa eum persequuntur.
2. Multi pii Deum pro ipso orent.
3. Achabus cum sua impia Iesabele secundum verbum Domini per ipsum Eliam denunciatum brevi perituri.
4. Piis doctoribus non alia præmia à mundo exspectanda.
5. Deus ei cœlum daturus.

III.

III. Offert pro tenuitate sua viaticum; dummodo scire liceat, ubi & qua ratione id vati reddi possit.

III. *Nahumus consolatur Manassem Babyloniæ catenis constrictum. 2. Paralipom. 33.*

I. Narrat quæ de regis mœrore ob peccata sua, & præsentem miserabilem statum audiverit.

II. Hortatur ut pœnitentiam agat, & Deum delictorum veniam roget, de cætero bene sperans: quia

1. Deus clemens & misericors erga peccatores resipiscentes:

2. Id ipsum ex fedele cum majoribus icto pateat de semine benedicto, in quo faustæ dicendæ omnes familiæ terræ; de quo multa cognatus regis Esaias:

3. Hinc indulgentia illa in Aaronis, Davidis, & aliorum peccatis tolerandis:

4. Pœna præsens regi saluti futura, ne æternum pereat:

5. Rediturus in regnum, dummodo suppliciter apud Deum instet.

III. Monet ut tam paternam castigationem patienter ferat, & liberatus Deo gratias agat, simulque de Ecclesia & repub. reformanda cogitet.

IV. *Esaias consolatur Hiskiam ægrotantem. Esai. 38.*

I. Testatur de fide sua erga regem.

II. Hortatur ut dolores mortis patienter ferat: quia

1. Morbus iste à Deo:

2. Et ad bonum Regis:

3. Qui jam omnia consequutus, quæ princeps optare possit:

4. Et si moriendum, spes sit beatioris vitæ in cœlo.

III. Hortatur ut si Dominus eum ex hac vita evocare velit, mature rem domesticam constituat.

V. *Socrates cicutam bibiturus consolatur uxorem Xanthippen. Laert. in vita. Cic. 1. Tuscul.*

I. Laudat pietatem uxoris, quod audito nuncio de supplicio sibi denunciato graviter commota fuerit.

II. Opponit argumenta consolatoria: quia

1. Nullo suo merito damnatus: scilicet quod de numine, & de statu patriæ religiosius & liberius in Schola sua loquutus:

2. Respub. sub tyrannide sit, eaque nunc tempora reipub. ut mori satius sit, quam vivere.

3. Plures excellentissimi viri ab ingrata patria simili modo o pressi: Alcibiades, Aristides, Phocyon, Theramenes.

4. Meno, Crito, & alii amici viduæ non sint defuturi.

5. Deus ultor futurus tyrannorum, idque brevi: superesse adh Thrasybulum & alios strenuos viros, qui aliquid ausuri pro patri & pro salute communi.

6. Non moriatur, sed corporis duntaxat exuvias deponat, ips id est animus suus in cælum abiturus.

III. Ostendit se forti animo sententiæ pariturum, monens ut vi ri sui exemplum sequi velit.

VI. *Matthatias consolatur Hierosolymitanos ab Antiocho miserè vexatos.* 1 *Macchab.* 2.

I. Communem indicat dolorem de miserabili statu Ecclesiæ.

II. Iubet in defendenda religione patria, & tolerandis istis persequutionibus forti animo esse. quia

1. Peccatis suis pœnas istas meriti.

2. Quantum vero ad tyrannum, patiantur propter piam causam in qua adjutorem & vindicem habituri sint Deum.

3. Omnibus temporibus pii sub cruce fuerint.

4. Finis lætus futurus, id quod ex Daniele scire liceat.

III. Aperit consilium suum de armis contra tyrannum pro salute fratrum capiendis, rogans, ut, precibus, consiliis, viribus communem causam juvare velint.

VII. *Lælius solatur Scipionem Africanum propter vexationes tribunitias Linterni exulantem.* *Liv. d.* 4. *l.* 8.

I. Laudat magnitudinem animi in Scipione, qui carere patria maluit, quam pessimis civibus supplex fieri.

II. Monet, ut porro tempora sua fortiter ferat. quod

1. Talis animus virum fortem, & tot provinciarum debitorem deceat.

2. Similia præcessoribus suis Romulo, Coriolano, Camillo, Fabio, & aliis ab ingratissima patria obvenerint.

3. Brevi cum sua gloria & inimicorum dedecore revocandus.

4. Interim oblectet se suis studiis, liber à molestiis & oneribus publicis.

5. Vt-

5. Vtcunque res ceciderint, Scipionis nomen immortale manſurum.

III. Promittit ſe brevi eum inviſurum, & pluribus coram actuum.

CAP. XVI.

In materiis judicialibus, & accuſationum, expoſtulationum, objurgationum.

I. *Iſraëlitæ expoſtulant cum Rubenitis de altari erecto. Ioſ. 22.*

I. REpetunt Ioſuæ ad abeuntes verba & adhortationes pias.

II. Dolent, quod tam ſubito defecerint, & altare Idololatricum erexerint, idque contra expreſſam Dei legem: 2. cum ſcandalo fratrum ſuorum: 3. & ſuo ipſorum malo: 4. quod exempla tum majorum, tum recentia ſatis conteſtentur. Deut. 13.

III. Hortantur ut ab inſtituto deſiſtant, cum denunciatione belli, niſi pareant.

II. *Rubenitæ ſe purgant.*

I. Laudant fratrum piam ſollicitudinem.

II. Fatentur de altari condito, vetum memoriæ, non cultus cauſa, idque firmant jure jurando.

III. Deprecantur bellum; 1. cujus ut cauſa nulla neceſſaria, 2. ita nec eventus bonus ſperandus.

IV. Promittunt conſtantiam in religione & concordia cum fratribus.

III. *Tarquinius Collatinus exprobrat Sexto vim uxori ſuæ Lucretiæ illatam. Liv. lib. 1.*

I. Invehitur in patrem Sexti: ut regnum acceperit per parricidium Soceri: ut Gabios dolo in poteſtatem redegerit: ut cives, ut cognatos tractarit.

II. Cum indignatione recenſet recens Sexti facinus: ut domum ſuam venerit: ut ab uxore optima fœmina exceptus: ut non ancillam vel aliam levem mulierculam, ſed hoſpitis, & agnati ſui, uxo-

rem, castissimam matronam, scelerata vi compesserit: ut denique seram illam ad mortem compulerit.

III. Denuntiat ei vindictam suo, ac populi Romani nomine.

IV. *Chremes castigat Menedemi filium Cliniam, quod impatiens disciplinæ paternæ in militiam confugerit. Terent. in Heautontimor.*

I. Excusat severitatem patris, quam Clinia prætendere possit, argumento à causa, quod mores Cliniæ non aliter coerceri potuerint.

II. Reprehendit fugam adolescentis: quod 1. optimum patrem gravissime offenderit: 2. vitam istam dulce-literariam cui à patre destinatus erat, commutarit cum barbara, inope, periculosa: 3. invisum se reddiderit cognatis, condiscipulis, coætaneis omnibus: pater alium hæredem instituere velit, ni redeat & veniam petat.

III. Hortatur ut primo quoque tempore revertatur, & cum patre reconciliari se curet: quam ad rem suam operam offert.

V. *Paulus expostulat cum Corinthiis de mœcho non castigato.* 1. *Cor.* 5.

I. Exponit sollicitudinem suam pro Corinthiis, ut filiis, propterea quod norit, quas insidias Satan piis moliatur.

II. Cum dolore refert, quid inter cætera flagitia, quæ Corinthi tolerentur, audiverit de cive quodam, qui novercam suam vitiarit; quod scelus 1. non tantum cum verbo, 2. sed etiam cum natura 3. & moribus gentium pugnet.

III. Vitio dat Corinthiis, ad tantum scelus conniventibus; quia 1. piorum cœtum à talibus inquinamentis purum esse deceat; 2. malum istud in exemplum & mores abiturum: 3. gentes offendat, iisque Euangelium calumniandi occasionem præbeat: 4. Deus propter talia scelera totum cœtum punire soleat.

IV. Iubet mœchum excommunicari.

VI. *Lacrymæ Hellanices sororis Clyti ad Alexand. M. propter fratrem crudeliter interemptum. Iustin. lib.* 12. *Curt. lib.* 8.

I. Queritur de orbitate sua, quod paulo ante in prælio apud Miletum duos filios, nunc etiam fratrem, [reliquum vitæ suæ solatium] amiserit.

II. In-

II. Invehitur in regem auctorem orbitatis suæ: quod 1. homo arrogantissimus ex invidia laudis paternæ, 2. inter pocula, 3. meritissimum virum, 4. nutricis suæ fratrem, 5. ob verbulum imprudentius elapsum, 6. non dicta causa, 7. ut fera bestia, carnificis ministerio occupato, trucidarit: 8. qualem gratiam etiam Parmenioni, Attalo, Philotæ, imo ipsi parenti Philippo, (cujus filium dominari pudori sibi ducat) retulerit.

III. Præ doloris impatientia contendit: 1. ut in se quoque, utpote vitæ jam pertæsam, ferrum acuat; id enim jam superesse: 2. inde tandem crudeli ac superbo regi pœnas à numine comminata, epistolam abrumpit.

VII. *David exprobrat Achitopheli perfidiam. 2 Sam. 16. Simile quiddam est apud Ciceronem. 5. Epist. 5.*

I. Commemorat quantis eum beneficiis ornarit.

II. Invehitur in scelus hominis: 1. qui cum filio: 2. eoque insano, 3. contra Dominum suum, 4. clementissimum & meritissimum, conspirarit, 5. eique pessimorum flagitiorum auctor fuerit.

III. Impreçatur ei dignum factis exitium. Vide Psal. 69.

CAP. XVII.

In materiis excusationum, & purgationum.

I. *Alexander Amyntæ filius excusat se Bubari præfecto Persico de legatis regiis. Justin. lib. 7.*

I. Insinuat se apud præfectum, fretus ipsius æquitate & justitia.

II. Narrat rem gestam: quid legati postulaverint: quomodo à patre Amynta accepti: quam libidinose illi se gesserint; non ætatis, non sexus, non dignitatis ratione habita: tum quid ipse tam effreni petulantia motus, & juvenili (casto tamen) ardore accensus fecerit: ubi aliqua facti defensio, ut 1. quod legati contra jus gentium, & jura hospitalitatis, 3. ipsam honestatem, 4. denique contra dominii sui auctoritatem egerint.

III. Petit ne res ea patri seni fraudi sit: se pœnam, quam deprecari nequeat, ipsum luiturum: 2. offert præfecto affinitatem cum sorore, & dotem regiam.

II. *Mephibosetus purgat se regi Davidi contra servi sui Sibæ calumnias.* 2. *Sam.* 9, 16, 19.

I. Gratulatur regi victoriam & reditum in regnum, cum prædicatione regis erga se clementiæ.

II. Queritur de fraude Sibæ, qua nequiter desertus, & apud regem per calumniam defectionis delatus, bonis suis exciderit: ubi ad innocentiam suam arguendam habitudinem corporis & luctum repræsentat.

III. Commendat se fidei & tutelæ regis, de cætero arbitrium rei faciens, cum voto prosperitatis perpetuæ.

III. *Cicero Iunior excusat se patri de pecunia insumpta. lib.* 16. *Epist.* 21.

I. Fatetur errata ætatis, & quod paulo licentius vixerit: jam vero monitum à parente & præceptore, rediisse ad frugem, præsertim cum damno quoque suo edoctus sit.

II. Rogat patrem, ne de pecuniis quasi temere prodactis suspicari velit: 1. quod Athenis propter hominum frequentiam magna sit rerum necessariarum caritas: 2. more aliorum adolescentum nobilium præceptores alat non tantum in literis, sed etiam in palæstra & musicis: quæ studia ipse pater commendare solitus: 3. nonnulli quoque sumptus erogandi ad tuendum decus familiæ Tullianæ, ut quod Symbola danda, & alia, qualia humanitatis officia ex Terentio, & ipsius patris libris de officiis didicerit: 4. quæ omnia præceptoris Cratippi, & tabulis quotidianis probare possit.

III. Patri bonam spem facit de suis studiis, simul rogans, ut ipsius pace Rhodum & alia Græciæ loca celebriora videre liceat.

IV. *Quintus Fabius Maximus excusat cunctationem Senatui Romano. Liv. lib.* 20.

I. Queritur de fortuna magistratuum, qui omnium, etiam infimorum invidiæ ac calumniis expositi: id quod ipsi quoque usu venerit.

II. Narrat quid à suo magistro equitum Minutio & militibus propter cunctationem pugnandi passus.

III. Causas consilii sui exponit: 1. quod Annibalis exercitus tot victoriis elatus ad pugnandum alacri & forti animo sit: 2. contra suus miles toties cum ducibus suis victus timidus sit, & proinde antequam

quam in aciem ducatur, assuetudine confirmandus: 3. Minutius magister equitum cum damno suo expertus, quantum in bello calida consilia noceant: 4. hostis nulla ratione melius vinci possit, quam otio & luxuria: 5. bello trahendo hostem defecturus sit tandem commeatus, & aliæ res necessariæ.

IV. Rogat senatum, ne de fide sua dubitet, vel alium sibi surroget: se aliis consiliis molem belli sustinere non posse: nec nihil actum putandum, quod Romani vinci desierint: quicquid tandem senatus velit, se nunquam commissurum, ut rumoribus victus salutem militum periclitari patiatur.

V. *Senatus Romanus excusat Volscianis in Hispania moram suam in ferendis auxiliis Saguntinis. Liv. lib. 21.*

I. Cum indignatione regerunt ferox responsum, quod Volsciani ipsorum legatis dederant.

II. Causam narrant auxilii dilati: 1. quod Romani fœdus cum Carthaginensibus habuerint, quod minime violandum rati: 2. omnia ante tentanda, quam ad arma devenirent: 3. tum si æquum obtineri non posset, bellum ante denunciandum: 4. quod vero interim à perfidis Pœnis delusi, & fideles socii perditi, id populus Romanus vehementer doleat, omnibusque modis ulciſci velit.

III. Rogantur Vosciani, ut consilium senatus non eventu, sed rationibus ponderent: & causam, non fortunam sequi velint: non dubitare Romanos, quin justus Deus perfidiam Punicam sit ulturus.

VI. *Martinus Lutherus Leoni Papæ causam scribit Ecclesiæ suæ reformatæ. Iohan. Sleidan. lib. 1.*

I. Testatur de reverentia sua erga pontificem & ecclesiam.

II. Narrat cum dolore 1. occasionem de statu Ecclesiæ diligentius cogitandi, quam Sycophantæ quidam dederint, indulgentias Romanas impudenter, imo blaspheme & impie venditantes. 2. quales postea errores & abusus in omnibus propemodum religionis partibus deprehenderit: in doctrina legis & Euangelii, Sacramentis, precibus, ipsaque disciplina & moribus sui ordinis.

III. Rogat pontificem, ut Ecclesiæ succurrere velit, & tum doctrinæ tum moribus puritatem suam reddere.

VII.

VII. *Moses exul fratri Aaroni scribit de Aegyptio à se occiso. Exod. 2. Act. 7.*

I. Deflet miserabilem populi statum apud Ægyptios.

II. Narrat rem gestam.

III. Defendit quoque 1. quod justum duxerit Israelitæ & frat inopi contra vim injustam succurrere: 2. Israelitæ non habeant quum injuriarum suarum judicem: 3. ipse ad ultionem divino quo dam zelo abreptus sit, animo majus aliquid præsagiente: scilic liberationis non longe abesse tempus, quantum ex oraculo patriar chæ Abrahamo facto conjicere possit.

IV. Additis paucis de præsenti rerum suarum statu, jubet fratrem bono animo esse, & communem salutem Deo precibus commen dare.

CAP. XVIII.

In materiis supplicationum, deprecationum, intercessionum.

I. *Philostorgus quidam intercedit pro filio prodigo. Luc. 15.*

I. NArrat quam flebiliter se filius gerat, quod decocto patrimo nio optimum patrem offenderit.

II. Deprecatur, & veniam petit: 1. quod filius pœnam jam sati gravem dederit stultitiæ suæ: 2. adolescentia sit inconsulta: 3. ho modo edoctus deinceps frugi futurus: 4. ni recipiat, verendum n quid ipse in se gravius committat: 5. pater sit: 6. & filium lucrari sibique obsequentissimum reddere possit.

III. Addit πάθος pietatis, seque fidejussorem offert.

II. *Iudas causam agit Benjaminis propter furtum poculi retracti apud Satrapam Aegyptiorum. Gen. 41, 44.*

I. Petit veniam deprecandi.

II. Laudata præterita vita & moribus Benjaminis, deplorat re cens erratum, nesciens quomodo commissum.

III. Petit ei parci: 1. quod puer sit: 2. & hoc ejus primum de- lictum

ium: 3. patrem habeat senem: 4. cui videlicet adeo carus, ut sine vitam acerbam habiturus sit: 5. præsertim cum ante aliquot an- alterum filium incerto fato amiserit: 6. Nihil principem magis mmendet, quam clementia, erga eos maxime, qui errore aliquo mano, non ex malitia deliquerint.

IV. Petit, ut cæteris suis maximis laudibus, quibus per tot reg- nclaruerit, hanc addat, aut sese pro fratre ad pœnam deposcat.

III. *Paulus pro fugitivo Onesimo orat Philemonem. Vide similem epistolam apud Plin. 21. lib. 9.*

I. Gratulatur Philemoni de fide in Christum Dominum & apud um intercessorem nostrum.

II. Fatetur culpam Onesimi, & petit veniam: 1. quod in Chri- frater suus sit: 2. delicti pœniteat: 2. in sui gratiam ei ignoscat.

III. Addit παίγνιον ab indulgentia, qua supremus Dominus er- nos servos suos utitur.

IV. *Plinius secundus intercedit apud Trajanum Imperatorem pro Christianis. Vide lib. 10. Epist. 101.*

I. Narrat imperatori diligentiam suam in conquirendis & punien- Christianis hactenus usurpatam.

II. Exponit quid tandem crescente indies periclitantium numero, rebus interim melius consideratis deprehenderit, nimirum nihil equam dari eis crimini posse, præterquam quod Deum suum, m Christum vocant, & generis humani assertorem credunt opti- m maximum, colant: in cæteris innocentes, casti, morigeri, mani plusquam cæteri mortales.

III. Rogat, ut sibi cum miserrimis istis mitius agere liceat: 1. quod quum videatur propter errorem mentis (si error dicendus, pro de capite & fortunis periclitari non recusent) tam atrociter ire: cum rationibus potius & argumentis refutandi essent: 2. nu- rus Christianorum sit major, quam ut sine jactura reipub. tolli nes possint: 3. hæresin suam iis miraculis tueantur & probatam fa- nt, qualia à Diis patriis nunquam audita, nec ab ullis aliis mor- libus præstari queant: 4. in multis jam locis vetera oracula desi- nt, quasi antiqui omnes Dii huic novo Deo cedere velint.

IV. Dubitat quid agendum: consultissimum tamen putat rem mpori committere, posteaque ex eventu consilium capere.

V.

V. *Studiosus à magistratu Scholastico petit relaxationem carceris.*

I. Modeste veniam scribendi præfatus.

II. Narrat cum dolore qua occasione tumultus nocturnus, i
quo ipse deprehensus, extiterit, idque cum quadam sui excusatioo

III. Petit se dimitti: quod 1. ea res patrem virum gravem, ne
apud suos contemnendæ auctoritatis, pessime habitura: 2. ipse no
de industria, sed partim injuria provocatus, partim exemplo seducti
partim juvenili fervore & incogitantia abreptus peccarit: 3. ho
primum sit delictum suum, cum hactenus mediocriter se præceptori
bus probarit: 4. quod in posterum cautior futurus: 5. pater totaqu
familia sua hoc clementiæ beneficium summa gratia compensaturi.

IV. Offert se ad damnum datum compensandum, & æternam er
ga præceptores observantiam.

VI. *Esthera Regi Assuero supplicat pro gente sua. Esth. 6.*

I. Insinuat se regi, clementiam ejus erga se servam prædicans.

II. Narrat consilia & acta Hamanis.

III. Suppliciter orat, ut edictum jam promulgatum rescindatur:
quod 1. Haman illud dolo malo extorserit: 2. Et quidem contra ho
mines innocentes, & pro salute majestatis regiæ quotidie sacra fa
cientes: ubi Mardochæi nuper à rege honorati pietatem allegat: 3.
quod mera ducatur superbia & invidia ex regia beneficentia inflam
mata: 4. quæ insolentia multis aliis bonis viris & fidelibus subditis
suspecta & invisa: 5. ipsique tandem Regi intolerabilis futura: ub
ex historia patria, imo ipsis archivis regiis exempla affert; quid mi
nistri improbi suis Dominis, à quibus plurimum honorati & ditati
fecerint.

IV. Πάθος addit à se ipsa, quod è gente Iudaica nata, mortem
jam ante oculos videat, nisi sub umbra sceptri regii latere detur.

VII. *Esthera libellus supplex pro Mardochæo. Esth. 3, 5, 7.*

I. In genere queritur de improbitate parasitorum aulicorum, qui
regia bonitate plerunque ad alios premendos abutuntur.

II. In his numerat Hamanem, narrans 1. quomodo à rege su
maximis honoribus ornatus: 2. quam inde superbus & insolens factus,

adeò

adeo ut tanquam numen adorari voluerit: 3. quam ſuperbum & crudele facinus cum toti genti Iudaicæ, tum in primis fideli miniſtro Regis Mardochæo intendat.

III. Invocat auxilium Regis: 1. quod Mardochæus nihil peccarit, neque in rempub., neque in ullum mortalium: niſi quod ſuperbo & inflato homunculo divinos honores negarit, idque ex reverentia legis Dei patrii: 2. idem de rege non male meritus: 3. nec Iudæi quicquam in Regem, aut ſtatum regni deliquerint: 4. horrenda & inaudita ſit crudelitas, tot innocentium hominum millia ad unius deteſtandi capitis libidinem trucidare: aut tam bonum & pium ſenem indicta cauſa tam atroci ſupplicio afficere: 5. nec id ſine majeſtatis regiæ ſaltem apud poſteritatem infamia: 6. nec ſine detrimento regni.

IV. Addit παράδειγμα: 1. quod ipſa Regina quoque in perduellium numero ſit deſignata, quanquam præter culpam: 2. quod Numen ſit, cujus ultio metuenda: 3. unde implorat fidem regis, ne ſe innoxiam perire ſinat.

VIII. *Ioabus ſupplicat Davidi Abſolonis exulis cauſa. 2 Sam. 13, 14.*

I. Excuſat conſilium ſupplicandi ab amore ſuo & debita obſervantia erga familiam regiam.

II. Breviter & quaſi invitus recenſet flagitium Ammonis: & quomodo Abſolon caſto quodam zelo impulſus iſtud ultus ſit.

III. Obſecrat Regem, ut filio ignoſcere velit. Argumenta ſint: 1. Abſolonis fervor juvenilis: 2. Regis in alios, nedum in filium clementia & moderatio, 1 Sam. 14: 3. Filii lacrymæ, dolor, miſeria: 4. ſua, fidelis ſervi, & totius familiæ regis, imo aulæ, & ſubditorum omnium, propter heroicam indolem adoleſcentis, deprecatio: vide pro Ligario & Milone circa finem: 5. Vſus tam egregii & fortis hominis in bello & pace.

IV. Concludit epiphonemate à laude Clementiæ.

CAP. XIX.

In materiis querelarum & lamentationum.

I. *Patriota quidam queritur de ſtatu patriæ.*

I. CAuſam ſcribendi facit, quod amicus ſcire velit, quomodo res civium ſuorum habeat.

II. Exponit 1. quo conſilio præſidium principis receptum: 2. quæ clades in prælio poſt accepta: 3. quomodo oppidum mox ab hoſte ad deditionem ſollicitatum, tum obſidione cinctum, & multis vicibus acerrime oppugnatum: 4. poſtremo ad quas auguſtias tandem pervenerint, omnibus auxiliis humanis deſperatis.

III. Petit ut miſeris ſubvenire velit precibus ſuis, & ſi qui viri ex tantæ mortis faucibus erumpere queant, eos non deſertos patiatur.

II. *De ſcriniis à quodam hoſpite compilatis.*

I. Occupat culpam temeritatis, quod hominem ignotum ſuſceperit.

II. Narrat 1. qualem & quibus motus cauſis acceperit: 2. quam benigne per complures dies tractarit: 3. quam ſubdole & nefarie ille ſe geſſerit, nocturno tempore ſcriniis ſuis fractis & ſpoliatis: 4. qua calliditate effugerit: addito epiphonemate de multorum, qui ſe pauperes & exules fingunt, malitia.

III. Rogat, ut ſi iſtic nequam forte lateat, aut quid rerum furtivarum vendat, ſe certiorem facere velit.

III. *Apelles ad amicum de calumniatore ſuo Antiphilo. Lucianus de non temere credendo calumniæ.*

I. Orditur à theſi, quod aulæ multos adulatores & calumniatores habeant.

II. Id propria experientia probaturus, narrat quomodo calumnia Antiphili apud regem Ptolemæum in ultimum vitæ diſcrimen deductus ſit: ubi 1. quid Antiphilum moverit: 2. quæ capita accuſationis fuerint, nempe de conjuratione cum Theodota, & de defectione Peluſii: 3. quam graviter Rex inde commotus, qnodque ſibi periculum

lum paratum: 4. postremo quomodo Deo ita providente, ipsorum conjuratorum confessione liberatus: ubi epiphonema de diritate calumniæ.

III. Mittit amico picturam calumniæ, memoriæ causa à se expressam, cum declaratione imaginum, quas usurpavit.

IV. *Cicero scribit Sulpitio de Tulliola sua mortua. Plutarch. in vita, & 4. Epist. Cicer. 6.*

I. Causam scribendi facit: quod non possit, quin lacrymas suas in sinum amici effundat.

II. Narrat, quam bella & sibi cara fuerit filia, quo morbo correpta, quamque diu: qui medici adhibiti: qui vitæ exitus. ubi excursus de mœrore suo. quod 1. unica fuerit: 2. in flore ætatis & spe honesti matrimonii extincta: 3. quod nec publice, nec privatim habeat, quo se consoletur: 4. & noverca Publia hoc ipso casu lætior videatur; quam exinde etiam data occasione repudiare cogitet.

III. Invitat Sulpitium, ut Romam redeat, colloquiis suis suavissimis ejus tristitiam levaturus.

V. *Paulus Corinthiis de falsis fratribus. 2 Cor. 10, 11, 12.*

I. Reprehendit Corinthiorum φιλίαν & fastidium, qui cum Apostoli fidelem operam satis exploratam haberent, tamen putidissimis calumniis falsorum fratrum aures præbuerint.

II. Recenset quid tandem sit, quod in se desiderent: scilicet nec scientia mysteriorum sacrorum, nec eloquentia: nec virtute miraculorum, nec auctoritate apud ecclesias eum cum cæteris conferendum esse: ubi 1. causam talium calumniarum attingit, quod videlicet Diabolus non tam ministros, quam ipsum Euangelium ista ratione in contemptum ducere conetur: 2. tuetur se testimonio experientiæ. Vide Epistolam inscriptam.

III. Monet Corinthios, ut missis his vanitatibus carnalibus, Apostolicum ministerium veritate doctrinæ, & virtute spiritus, ac fide ipsis abunde probata, metiantur.

VI. *Philoponus queritur cum homine aulico & veteri amico de moleſtiis vitæ Scholaſticæ. Vide Buchanani ea de re elegiam, & multas epiſtolas Camerarii, Eobani Heſſi &c.*

I. Prædicat felicem amicum, qui ſplendidiorem locum nactus.

II. Deplorat ſuam ſortem: quod 1. in pulvere Scholaſtico vitam terere cogatur: 2. inter pueros brutos, & beſtiarum inſtar ferocientes: 3. aſſidue laborando: 4. parentibus ingratis, & ſæpe cum nepotulis iſtis colludentibus: 5. in paupertate: 6. inglorius.

III. Petit filio locum aliquem in tabulario principis.

VII. *Reſponſio Aulici. Vide Dialog. Ludov. Vivis.*

I. Præmittit theſin de ingenii humani faſtidio.

II. Amicum ſe cenſet beatiorem, ſcilicet quod ad vitæ facilitatem, tranquillitatem, ſecuritatem: ubi 1. pueris opponit ſycophantas & paraſitos aulicos, ipſorumque principum faſtum: 2. ſanctiſſimis laboribus Scholaſticis inanes vigilias, curas, & anxietates ſuorum hominum: 3. mediocritati vitæ Scholaſticæ offenſiones & pericula aulica; ſententiis & exemplis idoneis ad utranque rem allatis.

III. Hortatur, ut ſortem ſuam æquo animo ferat, filium in bonis literis inſtituere pergat, quo is quoque aliquando Eccleſiæ aut Scholis uſui eſſe poſſit, nec vanitates aulicas moretur.

FINIS LIBRI SEPTIMI.

2 IV 58

EXER-

EXERCITATIONVM RHETORICARVM

LIBER VIII.

Habens materias & disposiciones orationum formandarum in quatuor classes distributas, secundum ordinem generum causarum.

PRIMA CLASSIS,

Continens materias Didascalicas.

CAPVT I.

In sententiis & imaginibus Sacris de hominis miseria.

I. *Omnia vanitas. Eccles.* 1.

1. EXORDIVM sumi potest ex Psal. 32. Spiritus Sanctus monet, ne simus tanquam equus & mulus, qui ratione carent; quibus verbis significat, excitandam esse rationem, & judicia Dei animadvertenda, ut inde cautiores fiamus.

II. Propositio talis esto:

Quare, cum hisce temporibus orbis terrarum graviter affligatur bello, fame, peste: quid ego in communi omnium dolore meditatus sim, vobis exponam. Summa redit ad illud Solomonis: Quod Omnia sint vanitas.

III. Confirmationis loci sint 3.

1. A pronunciatis & testimoniis similibus, quorum pleni sunt libri non tantum sacri codicis, sed etiam Philosophorum, Poëtarum, Historicorum, Oratorum.

2. Ab inductione rerum humanarum, quæ ut maxime preciosæ videantur, incertæ tamen & caducæ sunt: ut divitiæ, gloria, amici, forma, robur, voluptas, imo ipsa sapientia & virtus: tum

urbes & imperia: quibus si exempla inseras Crœsi opulentissimi, Primi fortunatissimi, Goliathi robustissimi, Absolonis formosissimi Solomonis sapientissimi, Davidis piissimi, & similium, magnus dicendi campus aperietur.

3. A causa tum Efficiente, quæ est peccatum & rerum bonarum abusus, (vide testimonia & exempla) tum Finali, ut cognita fragilitate humana, 1. modestiam discamus: 11. nec in his caducis rebus defixi subsistamus, sed animum sursum tollamus, eaque quæramus bona, quæ mentem explere, nec ulla ratione amitti queant. 111. Postremo ut utamur bonis nostris, dum in potestate nostra sunt ad Dei gloriam & commodum proximi.

4. Epilogi loco sit gratiarum actio, quod nos Deus per verbum suum in spem melioris vitæ regeneravit: 2. preces, ut quod cœpit, perficere in nobis dignetur.

II. *Cunctæ res laboriosæ. Eccles.* 1.

1. Exordium potest fieri à detestatione ingenii humani, quod semper inquietum, nec unquam sat habet.

11. Propositio sit: Cui malo ut remedium detur, operæ precium fuerit Solomonis judicium audire: Cunctæ res inquit laboriosæ, nec potest quisquam eloqui. Mens Regis est; omnia quæ agimus, labore constare magno, & tamen varia aç irrita esse.

111. Confirmatio tria habeat.

1. Testimonia & dicta similia è sacris & profanis.

2. Exempla 1. Oeconomica rusticorum, negociatorum, & opificum, ubi de difficultate quærendi victus, & opum facili jactura, item de molestiis in educatione liberorum, qui tamen sæpe degenerant: 11. Politica regum & principum; ubi de difficultate regnandi & eventu sæpe tristi: 111. Scholastica: ubi de difficultate quærendæ veritatis, & scientiarum imperfectione: 1v. Castrensia: ubi de molestiis & periculis hominum militarium: v. Ipsorum qui in ocio & voluptatibus ætatem agunt: ubi de miseria & anxietatibus eorum, qui se libidinibus dediderunt. Vide Eunuchum Terent.

3. Triplex παθος paræneticum. 1. Vt causam tot molestiarum & tantæ vanitatis expendamus & doleamus. 2. Vt modesti simus, & nostra sorte contenti, ne miserias & labores ipsi nobis augeamus. 3. Vt pertæsi rerum humanarum, sitiamus cœlestes, & hæreamus in summo bono Deo.

IV. Epilogus 1. repetat ſummam orationis, 2. concludat petitione, qualis eſt Pſal. 90.

III. *Peregrinus ſum apud te & advena ſicut omnes patres mei. Pſal. 39.*

I. Exordium fac à præcepto Domini de quærendo ante omnia regno Dei. Matth. 6.

Bene ſervator monet, ut ante omnia quæramus regnum Dei, & juſtitiam ejus.

Hoc enim ſummum eſt bonum, præ quo reliqua nihil ſunt.

Tametſi homines hujus ſeculi aliter affecti ſunt: quorum alii beatitudinem ſuam in divitiis, alii in honoribus, alii in voluptatibus ponunt: quibus fallacibus rebus ita ſe aſtringunt, ut facile eos oblivio cœli capiat.

Quod cum ita ſit, ut mentes noſtras ab his ſordibus terrenis ad ſplendorem æternorum bonorum elevemus, commentabor vobiſcum illud Davidis; quod Pſal 39. legitur: Peregrinus ſum apud te, inquit, & advena, ſicut omnes patres mei.

II. Propoſitio ſit bimembris.

Duo autem pertractabimus; primum cur hujus vitæ curriculum vir ſanctus peregrinationem vocet: tum quomodo unuſquiſque in eo ſe gerere debeat, ut tandem aliquando in cœleſtem patriam venire queat.

III. Expoſitio prioris partis fieri poteſt per 1. exempla, 2. cauſam, 3. & antitheſin.

1. Non David tantum, ſed omnes pii ita de hac vita judicarunt. De Abrahamo notum eſt, quod Apoſtolus ſcribit Hebr. 11. Idem profitetur ejus nepos apud regem Ægyptium, Gen. 47. & Apoſtolus 2 Cor. 5. 1 Cor. 7. Philip. 3.

2. Patria noſtra, unde animam habemus, cœlum erat: quam peccato amiſimus: hinc nihil ſtabile habemus: nihil, in quo animus acquieſcere poſſit. Interim impii hæc terrena pro ſuis venditant.

3. Gratia ſit ſervatori noſtro, qui aditum nobis recluſit ad patriam recuperandam, quæ eſt illa cœleſtis Hieroſolyma. quæ I. à Deo; II. & quam gloria Dei illuſtrat: III. ubi rex eſt ipſe Dominus de cœlo; IV. & cives angeli & ſancti homines: V. ubi nihil mali: VI. ſed omnia bona, VII. eaque æterna.

Huc omnes pii contendunt, terrena hæc pro quiſquiliis habentes.

Expoſitio ſecundæ partis 1. recenſeat difficultatem curri noſtri: 2. addat modum ſuperandi.

1. Intellexiſtis, cur hæc vita pro errore & exilio habenda: a cipite porro, quid faciendum ſit iis, qui ad beatam illam civitate de qua dixi, pervenire volunt. 2. Notum eſt ex poëtis, quam mu impedimenta objecta ſint Vlyſſi, quo minus expeditum reditum Ithacam ſuam haberet: Iratus Neptunus, abblandiens Calypſo, l tos prodigioſa, Cyclopes immanes, venefica Cire, & alia viro o ſtabant. 3. At in hoc itinere & plures & graviores ſunt remoræ: Adverſatur Satan iratus: 11. Cui ſe jungit fallax mundus: 111. In noſtra ipſorum caro non parum moratur. 4. Modi quibus non imp diunt ſunt varii: ſpes, metus, lætitia, triſtitia. Vide exempla pi rum, quorum alii aliis modis tentati. 5. Quare opus eſt animo vig lante, & pectore firmo. Ante omnia in oculis habendus eſt dux it neris Dominus Ieſus, ejuſque virtutes viatoriæ ſequendæ; prudenti vigilantia, patientia, manſuetudo, beneficentia, innocentia, tem perantia, continentia. 6. Hac methodo uſi ſunt omnes ſancti. Vid Paulum & alios.

1v. Epilogus ſummam colligat per formam hortationis, ut con temto mundo cœleſtia quæramus. 2. addat precationem ad itineri ducem filium Dei.

IV. *Dies annorum noſtrorum 70. anni, aut ad ſummum 80. anni: è quibus quod optimum eſt, moleſtia & labor eſt, tranſituſque celer & avolantium.*

1. Exordium ſumatur à definitione Philoſophiæ Platonica, quod ſit commentatio mortis: quæ cum omni ætati, tum maxime juventuti neceſſaria: ut hac ratione à peccandi licentia, quo nimium propendet, abſtrahatur. Eccleſ. 7. Addatur amplificatio à tempore præſenti, quo, bello, fame, peſte cujuſvis ætatis homines promiſcue exſtingui quotidie videmus.

11. Propoſitio ſit duplex. In hunc finem ſumam verſum ex Pſal. 90. qui Moſi populi Iſraëlitici legiſlatori ſapientiſſimo tribuitur. cujus hæc verba ſunt: Dies annorum &c. Duo autem dicam: quantula & qualis noſtra vita ſit: & quis hujus meditationis uſus.

111. Expoſitionis pars prior de conditione hujus vitæ tria tractet: quod brevis, quod difficilis, quod denique fragilis & incerta.

Brevitatem vir ſanctus definit ſpacio annorum 70. vel ad ſummum 80. Addatur amplificatio 1. à diſſimilitudine vitæ patrum antedi-

te diluvium, & paulo post, additis causis, cur deinceps vita contractior facta: 2. ab Antithesi vitæ destinatæ ni homo lapsus fuisset: 3. à similitudinibus, è sacris & profanis literis, quibus vitæ nostræ brevitas depingitur, quales in hoc ipso Psalmo longe evidentissimæ sunt: 4. A testimoniis aliis.

Difficultatem Moses indicat, cum, quod in vita præstantissimum sit, plenum molestiæ & laboris esse dicit: nimirum hæc conditio vitæ nostræ est, quam nemo deplorare satis potest. Hoc amplificetur 1. testimoniis è sacris literis, Philosophis, Poëtis, oratoribus. 2. Inductione quadruplici. Prima sit ipsarum partium naturæ humanæ, quæ pulchræ quidem præ cæteris animalibus homini datæ, verum anima tot perturbationibus & ægritudinibus, corpus tot morbis & imbecillitatibus obnoxium. Secunda sit bonorum hominis, ut sunt sapientia, virtus, opes, honores: quæ ut sint maximi precii, certe immenso labore, anxietate & periculo tum parantur, tum conservantur.

Tertia sit ætatum, in quibus ut excellit virilis & matura, ita præ cæteris laboriosa & ærumnosa est.

Quarta, vitæ generum. In vita œconomica primæ debentur patribus & matribus familias: sed quantis illi exercentur curis & molestiis, tum propter rem familiarem, tum propter liberos & familiam? In Scholastica & Ecclesiastica vita doctores & præceptores merito honorantur: sed quantum his sudandum, quantum laborandum, quantum ab ingratis discipulis & auditoribus offensionum devorandum? Vide exempla Socratis, Senecæ, Prophetarum, Apostolorum, ipsiusque Domini servatoris. In politicis magistratus eminet. Sed quid hoc ordine solicitum magis, quid ærumnosius & periculosius? Hæc omnia illustrentur convenientibus sententiis & exemplis in utramque partem; tum quantum ad excellentiam, tum quantum ad miseriam.

Postremo quam fragilis & incerta sit vita, inde liquet, quod cum transitu & volatu comparatur.

Hæc illustra 1. aliis dictis & sententiis: 2. exemplis eorum, qui insperato aliquo casu obruti perierunt. Vide Plinium, Valer. & promptuarium exemplorum.

Secundæ partis expositio tres usus hujus meditationis evolvat. Primus est, ut atrocitatem peccatorum agnoscamus, propter quæ Deus homini iratus, vitam ejus sic restringit & exercet. Vide testimonia. Alter est, ut vitemus securitatem & superbiam, cum tam misere ab omnibus rebus humanis comparatum sit. Tertius est, ut

ad cœleſtem vitam ſuſpiremus, quam nec tempora finient, nec labores aut dolores ulli inquietabunt.

IV. Perorationis loco ſit precatio ex hoc ipſo Pſalmo 90.

V. *Omnis caro fœnum, & univerſa gloria ejus ut flos agri. Eſai. 40. 1 Petr. 1.*

I. Exordium ſumatur à more ingenii humani, quod facile ſecundis rebus inſoleſcit, adverſis deſperat: quibus vitiis alii alia remedia quæſivere, è quibus illud eſt præcipuum, quod à meditatione inconſtantiæ rerum humanarum ſumitur.

II. Propoſitio. 1. Huc pertinet, quod ex mandato Sancti Spiritus vates Eſaias concionatur: Omnis caro fœnum eſt, inquit, & ſicut flos agri univerſa gloria ejus: 2. Illuſtris profecto rerum humanarum imago: 3. Cujus meditatio duo ſubjicit: 1. quam inconſtans & lubrica ſit ratio hominis: II. ad quid hæc conſideratio conducat.

III. Confirmationis pars prior conſtet inductione, ubi ad ſingula genera, cauſæ incertitudinis addi poſſunt, & exempla. Genera hæc ſint:

1. Bona externa, ut opes, auctoritas, amici. Cauſæ inconſtantiæ ſunt mortalium ſtultitia, invidia, fraudes, tum caſus varii, incendia, naufragia. &c. Exempla ſunt Crœſus, Themiſtocles, Dionyſius Syracuſanus, Scipio Africanus, Balthaſar Babylonicus, Perſeus. Vide quoque ſacra exempla, ut Samſonis, Abſolonis, Solomonis, Hamanis, ruſtici divitis ap. Lucam. &c.

2. Bona corporis, ut forma: valetudo, robur. Cauſæ fragilitatis ſunt intemperantia, morbi, & infiniti caſus humani. Exempla ſunt Milo, Alexander Magnus: Pauli Æmylii filii &c.

3. Bona animi, ut prudentia & virtus. Cauſæ mutationis ſunt naturæ corruptio, prava exempla, Satanæ inſidiæ, qui nunc ſpe, nunc metu nos tentat: ut 1. aut à bene agendo nos avocet, II. aut ne recta ratione, & debita diligentia agamus, III. aut ut de bene actis ſtolide extollamur. Exempla ſunt Alexander M., Imperator Nero, Manlius Capitolinus, Gracchi, David, Solomon, Apoſtolus, Petrus.

Confirmatio partis ſecundæ triplicem uſum oſtendat; 1. Modeſtiæ coram Deo & proximo, in rebus ſecundis; II. Fortitudinis & bonæ ſpei, contra potentiorum odia & perſecutiones; 3. Deſiderii ejus vitæ, unde tales mutationes & caſus abſint.

IV. Epilogi loco ſit precatio probona mente in quavis fortuna, qualis eſt Proverb. 30.

VI.

VI. Πᾶσα σὰρξ ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσεται. *Eccleſ. 14. Eſa. 50.*

I. Exordium ſumatur ex hiſtoria Xerxis, qui licet fideliter ab amico Artabano admonitus, ut à bello non neceſſario abſtineret, tamen fiducia opum ſuarum eo ivit, ubi maximi regni vires contrivit. Ita enim comparatum eſt cum homine, ut facile rebus ſecundis inſolescat, & conſiliis audacibus ſe ipſe perdat.

II. Propoſitio. Quare ne idem nobis accidat, ſed quoties veſte aliqua tegimur, ſimul occurrat animo imbecillitas noſtra, operæ pretium erit illud Sirachi meditari, Omnis caro, ut veſtimentum, veteraſcit.

III. Expoſitio ſit in perpetua comparatione veſtimenti cum homine primum infante, deinde puero & adoleſcente, poſtremo viro & ſene. In protaſi primæ partis explicetur vilitas materiæ, & moleſtia panni conficiendi, quod ex rudi lana fiat, in qua polienda & texenda, dum pannus fiat, multorum manus defatigantur. Apodoſis oſtendet, è quam corrupto ſemine homo naſcatur, & quantis cum moleſtiis & curis educandus, maxime ubi pedibus uti cœpit, ne vel lapſu, vel curſu, vel alio caſu humano de valetudine periclitetur.

Proximæ partis protaſis oſtendat, quomodo rudis adhuc & impurus pannus primum fullonia opera contuſus & purgatus, poſtea carminariorum & tinctorum arte expoliatur, quoad veſti faciendæ ſit idoneus. Apodoſis oſtendat, ad eundem quoque modum pueros à nutrice educatos ad pædagogos & magiſtros aſperos (uti videntur) mitti, ſub quibus artium rudimentis imbuti, ad uſum aliquem vitæ præparentur, nec ſine cœli & peregrinationum injuria.

Protaſis tertia veſtis jam factæ mutationem & varietatem exponat: quam facile vel attactu pinguium tincta, vel perfuſa, vel clavo aut ſentibus implicata, vel canum morſu lacerata, perdatur: vel ſenſim ipſo uſu ſic teratur, ut quo plus purges aut reſarcias, hoc minus proficias, quin tandem plane conficiatur. Apodoſis ſimilem conditionem pertractet ejus, qui tum aliorum, tum ſuis laboribus ac moleſtiis eo pervenit, ut uſui aliis eſſe poſſit: quomodo vel ſua, vel temporum culpa vitiatus, aut malevolorum morſibus laceratus, omne decus amittat, aut ut res ſecundæ maneant, tamen ætate ipſa contabeſcat, tandemq; moriatur. Illuſtrentur hæc ſententiis & exemplis variorum caſuum humanorum. Vide Valer. Max. & promtuarium exemplorum.

IV. Epilogus 1. labores & moleſtias vitæ breviter concludat:

2. De-

2. Deinde ad timorem Domini & patientiam auditores cohortatus, 3. consolabitur eosdem spe illius vitæ, quæ omnium difficultatum & periculorum expers, nos perpetua lætitia beabit.

VII. *Sunt tanquam somnus. Psal.* 90.

I. Exordium duci potest ex comparatis: sunt quidem multæ passim imagines, quæ vitæ hujus statum nobis eleganter depingunt: ac plurimum afficit me illa, qua hominis vita à sanctissimo viro Mose, somno assimilatur; Somnus, inquit, sunt; quam loquendi figuram scriptura sæpe usurpat.

II. Propositio: Ostendam igitur, quæ similitudo sit inter somnum & nostram vitam.

III. Expositio constet comparatione causarum, accidentium, & effectorum.

1. Somnus est donum Dei: itemque vita.

2. Dormientium alii in lecto molli & splendido cubant, aliis ne quidem fasciculus graminis sternitur. In vita quoque alii lautiore, alii tenuiore fortuna utuntur.

3. Suavius sæpe aliquis sub dio dormit, quam quibus mollissimus subjicitur lectus. Sunt etiam qui in sua penuria & obscuritate mollius acquiescunt, quam alii in suo splendore & abundantia.

4. In somno nunc gaudemus, nunc terremur temere. In vita nec gaudium solidum est, & inani sæpe metu cruciari accidit.

5. Somnus aliis brevior, aliis longior est. Ita & vita.

6. A somno alii recreati surgunt, alii pejus habent. Post hanc vitam aliis melius, aliis pejus erit.

7. Vt suaviter dormias, abstinendum est ab iis, quæ id impediant, adhibendaque quæ suavitatem concilient; cœna moderata, jucunda colloquia, Musica. Viri caveant, quæ ab æterna illa suavitate in extremas ejus angustias detrudant, ut sunt avaritia, intemperantia, injustitia, &c.

IV. Epilogus, iteratis præcipuis similitudinis partibus, ad vitam hortabitur piam & innocentem, quæ æternæ promissionem habet.

VIII. *Dives, ut flos herbæ, peribit. Iacob.* I.

I. Exordium sumatur à circumstantia temporis verni, multarum rerum pulcherrimas imagines afferentis.

II. Propositio per formam prolepsis. Hujus generis est illud Iacobi, Dives ut flos agri peribit: Quo etsi ad incertitudinem duntaxat divi-

divitiarum reſpexiſſe videatur: nihil tamen obſtat, quin ad univerſam opum conſiderationem comparatio extendatur.

III. Expoſitio ſit in triplici comparatione.

Prima uſus & commoda conferat. 1. Vt flores fragrantia ſua reficiunt, 2. copiaque ac pulchritudine ſua delectant, 3. denique ad valetudinem faciunt: ſic divitiæ 1. ad comparandam ſcientiam, II. ad conciliandam auctoritatem, III. & aliis beneficiendum, IV. denique ad neceſſitatem & vitæ uſum conducunt.

Altera comparatio eſſe poteſt incommodorum. Sicut nimius florum uſus cerebrum vaporibus noxiis replet, eorumque abundantia non raro in cauſa eſt, cur totus hortus luxuriet & vaſtetur: ſic immodicum ſtudium divitiarum, cauſa eſt plurimorum ſcelerum, ipſæque opes pariunt inſolentiam & injurias, & non raro dominis ſuis exitio vergunt.

Poſtrema comparatio incertitudinis ſit. Quemadmodum flos herbæ variis modis corrumpitur, imo vel leviſſima tempeſtate affectus marceſcit: ſic divitiis in vita nihil magis eſt inſtabile. Hæc omnia declarari poſſunt teſtimoniis & exemplis.

IV. Concluſio ſit in paræneſi ad modeſtiam & liberalem opum uſum.

IX. *Quid eſt homo, quod memor es ejus? Pſal. 8.*

1. Exordium ſumatur à commendatione modeſti & erga Deum grati animi.

II. Propoſitio: Cui rei cum inſerviat illud Pſalmi; Quid eſt homo, quod memor ejus es? paucis in eo explicando morabor.

III. Expoſitio ſit trimembris.

1. Quanta ſit vilitas hominis 1. ſi comparetur cum univerſitate, cum angelis, cum Deo: II. ſi conſideretur in ſua infirmitate: nihil enim ex ſeſe habet, nihil poteſt: III. ſi in pravitate ſua: qui Dominum & factorem ſuum blaſphemat, & conſortem ſuum odit.

2. Quanta majeſtas Dei: 1. à quo; & in quo; & cujus cauſa ſunt omnia: II. qui nullius indiget, in ſeſe omnibus numeris perfectus ac bonus: III. cujus potentia & bonitas infinita: IV. cui omnes creaturæ, ipſique angeli ad nutum miniſtrant.

3. Quomodo is memor ſit hominis 1. dando ei ſuam imaginem: II. faciendo eum omnium creaturarum ſuarum dominum: III. lapſum ejus redimendo per filium ſuum: IV. communicando ipſi de ſuo Spiritu: V. quotidie peccantem tam patienter ferendo:

VI.

VI. Prospiciendo ei de omnibus; non tantum quæ necessaria, sed etiam quæ ad voluptatem: VII. Adjungendo ei pro custodibus angelos: VIII. Adoptando eum in suum filium & cohæredem omnium bonorum cœlestium.

IV. Epilogus sit instar exordii in paræneſi ad humilitatem & obsequiosum cultum Dei: quibus carmen eucharisticum addi potest, quale est in Psal. 103.

CAP. II.

In sententiis & imaginibus sacris ad fidem & consolationem pertinentibus.

I. *Cœli enarrant gloriam Dei.* Psal. 19.

I. EXordium sumatur ab apophthegmate cujusdam Eremitæ, qui interrogatus cur nullis libris uteretur, admodum scite respondisse dicitur: Hæc mundi spectacula sibi pro libris esse. Nihil enim in hac rerum universitate tam minutum, tam vile aut abjectum est, quod non doctrinæ aliquid homini afferat, idque cum admiratione & voluptate incredibili. Hinc tot figuræ & monitiones à rebus creatis petitæ, passim apud scriptores occurrunt.

II. Propositio bimembris. Quod ut magis appareat, consideremus in præsentia cum Davide, quid mundi, & inprimis cœli contemplatio de Deo, & quid exinde de officio quenque suo moneat: quæ duo sapientiæ homine dignæ præcipua capita sunt, & ut Creatori suam gloriam tribuamus, hortamenta gravissima.

III. Confirmatio primæ partis ad hanc summam collimabit: cœlos reliquamque naturam Scholam esse, in qua discimus 1. Deum esse, eumque 2. summe sapientem, 3. potentem, 4. & bonum. Id probetur 1. testimoniis sacrarum literarum, sanctorum Patrum, Philosophorum, Poëtarum, Oratorum. Vide Lactantium, Mornæum & alios pro veritate religionis Christianæ ex hoc naturæ libro contra paganos disputantes. 2. Ab Inductione. 1. Deum esse hæc fabrica convincit, quæ nec condi nec regi ab alio, quam ab æterno numine possit. Vnde Stigelius:

Præsentemque refert quælibet herba Deum.

2. Sapientiam creatoris, varietas infinita, ac ordo & series rerum pulcherrima loquitur. 3. Potentiam testatur tot tantarumque rerum

rum ex nihilo productio, ac per tot secula conservatio. 4. Bonitatem perfectio, & usus singularum optimus arguunt. Hæc specialius exsequi potes per singula rerum genera. Vide Cicer. 2. de Natura Dei: imo te ipsum; & Deum videbis.

Pars altera ostendat, quomodo etiam de officio nostro per cœlum & cæteras naturas moneamur.

1. Mundus tanquam magna civitas est: cujus rex Deus in cœlo thronum suum habens: cives angeli & homines: cæteræ res tanquam supellex & peculium hominum. Videndum igitur, ut huic summo regi ac domino nos cum sancta reverentia ac humilitate probemus. Vide Augustinum de civitate Dei.

2. Forma & pulchritudo cœlorum integritatem & decorum, quod in rebus omnibus tenendum, commendat.

3. Inferioris mundi vices de rerum humanarum fragilitate docent: unde modestia, & cœlestis patriæ, à qua hic exulamus, desiderium excitabitur.

IV. Epilogus repetat summam orationis, addita commonefactione, ut hanc Davidicam philosophandi rationem, qua in cœlo & cæteris rebus creatis Deum & officium nostrum spectemus, & Philosophiam cælitus (quod de Socratis Schola fertur) nostras in domos vocemus, hoc est, ad vitam & mores sanctos transferamus, commendatam habeamus.

II. *Quo ibo à Spiritu tuo? Psal.* 139.

1. Exordium sumatur à commendatione universæ cognitionis Dei ex dicto Christi Ioh. 17. addita prolepsi de salutari cognitione. 1. Dignissima est servatoris sententia, quæ notissima sit omnibus: Hæc est (inquit in precibus suis ad patrem cœlestem) vita æterna, ut te solum agnoscant verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. 2. Fieri enim non potest, ut aliunde, quam à vero Deo salus veniat, nec datur ea aliis, quam qui Deum norunt. 3. Sed notandum diligenter eam cognitionem à Domino intelligi, quæ fidem & pietatem spirat. Neque enim impurissimi etiam spiritus notionem aliquam Dei non habent: at fides est quæ agnitionem Dei salutarem facit, eaque notitia pietatis est, qua de Deo meditantes totam vitam nostram ad ipsius voluntatem & similitudinem conformamus.

II. Propositio sit tanquam consectarium præcedentium, cum illustratione ex fine.

1. Quæ cum ita sint, visum est hoc tempore illud Davidicum, quod

quod est in Psalmo 139. de infinita Dei præsentia, vobiscum ponderare: Quo ibo à Spiritu tuo, & quæ sequuntur. Nihil enim puto ad peccata fugienda efficacius esse, quam Deum præsentem cogitare: tametsi pauci id attendant.

III. Expositio sit duplex. Prima pars varios modos divinæ præsentiæ indicabit: unde alia universalis & secundum essentiam, de qua hoc loco; alia particularis & secundum gratiam ac inhabitationem: quæ rursus alia in Christo est, alia in aliis.

Atque hi modi ex libris catecheticis adducti, suis singuli testimoniis & exemplis sacrarum literarum declarentur: tum præcipue ad universalis illius præsentiæ explicationem reversus, eandem Ethnicorum quoque consensu confirmabis.

Pars altera usum hujus meditationis docebit, qui fidei & pietatis sit.

Ac fidei quidem ratio præcipue ea commendabitur, qua in omnibus ærumnis divinæ præsentiæ fiducia nos consolemur, nec moremur callidas hostium adversum nos machinationes, cum Deus illas videat, & prout ipse vult, disponat. Hæc confirma testimoniis & exemplis.

Tum reliqua pietatis praxis in remedio esto adversus peccata, multo efficaciori, quam Epicuræorum & Stoicorum imaginatio de viro aliquo honesto, qua peccandi libidinem coërceri putabant posse. Vide Senecam.

IV. Epilogus sit in paræneſi ad Deum tum recte cognoscendum, tum pie colendum.

III. *Puer natus est nobis, & filius datus est nobis.* Esa. 9.

I. Exordium sumatur ex 1 Petr. 1. v. 10, 11, 12. quibus verbis significat Apostolus, 1. prophetas veteres ex revelatione Sancti Spiritus, alios aliud de generis humani servatore accepisse & piis patefecisse, donec quod hactenus in mysterio & tanquam per umbram eminus visum, tandem in clara luce refulserit, filio Dei in carnem misso. 2. Quod ita esse ex historia probabis. Primis parentibus persona & officium (quanquam obscurius) intimatur. Abrahamo nominatur gens, è qua Christus oriundus. Iacobo tribus: Davidi familia: Danieli tempus: Michæ locus. Rursum David & Esaias personam Domini & universum redemptionis negotium pertractant.

II. Propositio trimembris sit. Inter vaticinia illa omnia familiam ducit illud genethliacum Esaiæ: Puer, inquit, natus est nobis, & filius datus est nobis: quod, festivitate præsenti monitus, paucis declara-

clarabo, tria dicturus: 1. Quis ille sit puer, illeque filius, de cujus natalibus Propheta sibi ac toti Ecclesiæ gratulatur: 2. Tum quibus ille natus datusque sit: 3. Quid boni de ipso sperandum.

III. Expositionis pars prima.

1. Quod ad primum, quando vates puerum natum & filium datum ait, sciamus personam servatoris describi: nempe quod & puer sit, id est, verus homo, & filius, Dei videlicet, atque adeo verus Deus. Hic ex catechesi 1. proba servatorem verum hominem esse, inde quod ei nomina, partes, affectus & proprietates humanæ attribuuntur: II. doce, verum Deum esse, nempe quia divina nomina, attributa, opera, & cultus ei assignantur, imo quia est filius Dei, Deus à Deo genitus: III. Causas affer, cur mediatorem θεάνθρωπον esse oportuerit.

2. Vbi sic de persona pueri Iesu egisti, perge ad alterum, ostendens quibus ille natus & datus sit; Nobis, inquit vates. Duo hic dices: I. Quod omnes mortales hoc puero gaudere possint: vide promissiones Abrahamo & aliis datas: item angeli concionem ad pastores: II. Quod ut frui hoc puero possimus, conditio fidei requiratur, qua quisque firmiter statuat, eum sibi datum, natum, passum, mortuum, resuscitatum, & assumptum in gloriam esse. Vide testimonia de fide, qua Christus apprehendendus.

3. Superest, ut ostendas, quid boni puer iste afferat. Nobis enim cum natus & datus dicitur, intelligis in ipso salutem tuam positam esse. Itaque hic ostendes, 1. Quam miserabilis fuerit hominis status extra Christum: II. Quod hic puer pro peccatis nostris satisfaciendo, pœnam eorum sustulerit, & amissam justitiam & vitam restituerit. Vide testimonia.

IV. Epilogus 1. paucis repetat, quæ dicta. 2. addat gratiarum actionem ad Deum pro dato in salutem nostram filio ipsius, eidemque præsentem statum Ecclesiæ commendet.

IV. *Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Ioh.* 1.

1. Exordium sumi potest ab elogio, quo servator Iohannem ornat, Matth. 11. quando eum ipsis prophetis, imo cunctis ab hominibus natis præfert: nimirum ei datum fuit legi & prophetis finem imponere, & tot seculis exspectatum, & ceremoniis legis, & oraculis designatum servatorem mundi repræsentare, & concionibus suis Ecclesiæ commendare: ut taceam quæ de ejus natalibus, educatione, visionibus, totoque ministerio, quo constanter & summa cum fide defunctus est, legimus.

II. Propositio post generalem complexum sit triplex.

Non est vero instituti præsentis, omnes divini hujus viri conciones, ne dum vitam universam prosequi: sed unicum duntaxat ejus apophthegma, tanquam doctrinæ & concionum omnium nucleum, in præsentia pertractabimus: quando postero die, quum expediviſſet Synedrii Hierosolymitani legatos, de persona ejus & officio ejus rationem postulantes, Dominum ad se venientem, hac acclamatione populo intimat, & quasi digito demonstrat, Ecce agnus ille Dei, tollens peccata mundi! Quæ verba ut rectius intelligantur, tria considerabimus: 1. cur Dominum vocet, & quidem Dei agnum: 2. Quid beneficii divinus hic agnus mundo attulerit: 3. Quid particula Ecce moneat.

III. Expositio primæ partis recenseat tria. 1. Loca alia scripturæ, ubi itidem nomen Agni servatori datur: ut 1 Petr. 1. Apocal. 13. 2. Rationem nominis duplicem. unam à typo agni Paschalis, de quo Exod. 12. ubi analogia agni designandi, mactandi, comedendi, & cruore ejus liminaria ædium tingendi, evolvi potest. alteram à similitudine innocentiæ, conditionis, patientiæ, mansuetudinis, & in homine pascendo & vestiendo beneficii agnini. 3. Specialem rationem, cur agnus Dei dicatur: 1. Quia Dei filius & unicæ deliciæ: II. Virtute Spiritus Dei homo factus: III. A Deo clementissimo ex mera gratia ante secula destinatus, qui pro nobis instar agni mactaretur: IV. Quod mysterium idem etiam Deus mundo notum fecit, obscurius quidem antecedentibus seculis; cum multa vero luce, agno isto in mundum edito.

Expositio secundæ partis tria videat. 1. Beneficium ipsum, ubi exponendum, quid peccati nomine Baptista intelligat; nempe & culpam tam originalem, quam actualem, & omnem peccati pœnam, ut sunt vitæ ærumnæ, tyrannis Satanæ, mors, & æterna condemnatio: II. Quomodo hic agnus peccatum tollat: nempe pro eo satisfaciendo; ex fidelium animis per Spiritum suum renovatis eo eradicando: defendendo nos contra auctorem peccati Satanam: denique pœnas peccati abolendo, & reddendo vitam ac beatitudinem æternam: III. Qui sufficere passio & mors Domini ad tanta beneficia possit: Scilicet 1. propter dignitatem personæ, quæ Filius Dei: 2. & magnitudinem pœnæ, quam animo juxta, ac corpore luit in omnibus & per omnes tentatus: 3. denique propter modum patiendi sanctissimum, utpote in quo ardentissima spectata caritas, perfectissima obedientia, profundissima humilitas, inconcussa patientia, fortissima constantia, mansuetudo mitissima. Adde his πλήρωμα, quod præ

præ hoc beneficio cætera omnia, quæ Deus nobis contulit, quantacunque ea sint, vilescant, & quod sine eo nullum aliud nobis prosit.

Tertiæ partis expositio 1. in genere mentem Baptistæ notet: quod hac particula nos ad crucem Christi contuendam vocatos velit, & in ea complementum meditari sacrificiorum veterum, de quibus Heb. 9: 2. commendet triplex seculum hic intuendum, & quidem cum singulari animi intentione.

1. Ecce enim primo quanta ira Dei propter peccata: quæ non potuit sedari, nisi tam tristi exemplo in carissimo illo & unigenito filio suo statuto. Hinc excurre ad quædam specialia: ut sunt superbia, hypocrisis, luxus: quæ Christi humilitas, corpus transfixum, paupertas & sitis extrema expiarit. Πάθος quoque hic sit timoris Dei, & odii in peccandi licentiam.

2. Ecce porro, quanta caritas Dei: ut qui propter salutem nostram non pepercit filio suo. Confer alia beneficia non hominum tantum, sed ipsius Dei, quæ hujus amplitudine obruuntur. Πάθος hic sit fiduciæ collocandæ in Deo, cujus in nos tam illustre documentum amoris, & tam sanctum pignus habemus. Hoc est, quod universum vult Euangelium, quod itidem sacramenta: ut in Deo firmam spem habeamus: atque hic oratio quasi triumphare potest propter nostram in Christo victoriam, beatitudinem, gloriam. Vide Rom. 8.

3. Postremo Ecce quale exemplum tibi dux fidei dederit. Hinc vocamur oves Christi, ut ejus tanquam pastoris caritatem, humilitatem, innocentiam, patientiam & cæteras virtutes in cruce conspicuas sequamur. Hic Πάθος sit studii & fervoris in Domino imitando.

IV. Peroratio 1. summam repetat orationis: 2. Gratias Deo agat pro beneficio liberationis à peccato: 3. petat constantiam fidei, & vitæ ad servatoris exemplum instituendæ.

V. *Absit à me ut glorier, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi: per quem mundus mihi crucifixus est, & ego mundo. Gal. 6.*

1. Exordium sumatur à tempore.

Agitur nunc in Ecclesia de passione & morte Domini. Non igitur ab re est futurum, si ad ardentiorem hujus rei meditationem illud Pauli Apostoli, quod est Galat. 6. vobiscum expendam: Absit à me, inquit, ut glorier, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi: per quem mundus mihi crucifixus est, & ego mundo.

11. Propositio tripartita. Tria Apostolus his verbis indicat: primum quid ipse de cruce Domini sentiat: tum quid idem de mundo: postremo quid vicissim de eo mundus: quæ si probe perceperimus, intelligemus in cruce Christi nobis esse omnia: atque ut mundi fastum contemnemus, sic nec minas ejus multum metuemus.

111. Expositio. Quod ad primam partem, 1. mens Apostoli excutiatur: 2. afferantur rationes.

1. Mens ita habet: Absit à me, inquit, ut glorier, ut me efferam, gaudeam, aut sat habere putem in ulla re: sive sapientia sit, sive virtus aliqua, sive nobilitas generis, sive opes, sive honores, sive hominum favor & amicitia, sive deliciæ & voluptates, sive denique vita ipsa, aut si quid aliud mundo magnum, amplum, glorioſum videri possit: mihi omnia ista putida, inepta, (dicam verbo,) nihil sunt. Crux crux (inquam) Domini mei Iesu Christi est, de qua gloriari libet: illa illa ipsa (inquam) crux, in qua Dominus, ut maledictum, dependit, & exantlatis doloribus & contumeliis inexplicabilibus spiritum emisit: Hanc nosse sapientia mea est: hac niti justitia: hac frui, beatitudo; hanc ostentare, gloria: tristis hæc crux mea lætitia: amara crux, mihi dulcis: exsecranda crux mihi osculanda, amplectenda, veneranda: crux, quæ aliis offendiculum, aliis insania, mea salus est, in qua lætor, triumpho, acquiesco: non mundum, non mortem, non orcum, non ipsum iratum Deum metuens, evado vinco, salvus persto & inviolabilis.

2. Rationes pertinent partim ad dignitatem, partim ad utilitatem crucis Christi.

Dignitatis argumenta sunt:

1. Ipse Deus inde ab homine lapso pios ad hoc unicum salutis recuperandæ medium remisit, idque nunc viva voce, ut Gen. 3. 15. & alibi, nunc figuris sive hominum, ut in Isaaco, Iosepho, Samsone, Davide, Iona: sive rerum, ut in agno paschali, æneo serpente, sacrificiis, (iisque quotidianis, sabbatinis, menstruis, anniversariis) lotionibus.

2. Idem faciunt omnes prophetæ. Vide Iob. 19. Psal. 19, 22. Act. 4. Luc. 24.

3. Eodem spectant conciones filii Dei, Ioh. 3, 5. &c.

4. Nec Apostolis, eorumque successoribus usque ad finem mundi, aliud Euangelium prædicandum datum. Matth. 28. Marc. 16. Heb. 1. Gal. 1.

5. Postremo crux est non nudi hominis ejusque sanctissimi & integerrimi, non angeli, sed ipsius Filii Dei, qui plenus majestatis & glo-

& gloriæ, sic me amavit tamen, ut ad tam probrosam mortem propter me se demiserit: quod mihi summe glorioſum. Vtilitatis est, quod à cruce Christi universa nostra salus pendet. Hinc triplex specialis usus crucis Domini deducatur.

Primus est ἐπιστημονικὸς. Est enim crux Christi Schola salutaris sapientiæ, docens quales nos, & qualis Deus sit.

Nobis magnitudinem peccati, & miseriæ nostræ retegit; unde tam triste spectaculum in filio Dei.

Indidem Deum cognoscimus, tum justum & peccati acerrimum vindicem: tum bonum & clementem erga hominem: quippe quem tam precioso λύτρῳ redemtum voluit. Confer alia exempla tum iræ, tum clementiæ divinæ quæ ad hoc non accedunt.

Alter usus est παρακλητικὸς. Eadem enim crux fons est consolationis & constantiæ contra peccatum, iram Dei, vitæ ærumnas, mortem, orcum, denique contra mala omnia. Deo enim per mortem filii sui reconciliato, bene habent cetera: peccata sunt remissa; adversitates sunt materia amplioris salutis; finis est vita æterna. Vide testimonia scripturæ, & confer consolationes humanas, quæ in tentationibus & æstu animi nimis facile evanescunt.

Postremus usus παραδειγματικὸς est. Christus enim in cruce pendens perfectissimum exemplum reliquit maximarum virtutum: ut obedientiæ erga Deum, caritatis erga alterum, humilitatis in summa gloria, mansuetudinis in atrocissimis injuriis & contumeliis, constantiæ imperterritæ, ubi fides & officium agitur.

Confer simulacra virtutum aliorum hominum.

Addatur apostrophe pathetica ad Christum sapientissimum magistrum, fidelissimum dominum, & ducem præstantissimum. Vide Muretum in commendatione Theologiæ.

Partis secundæ expositio eodem modo tractetur.

1. Sensus Apostoli is est.

Audivistis quam alte & magnifice de cruce Christi sentiendum sit, audite nunc porro quid de mundo statuendum.

1. Per quem (Christum puta crucifixum) mundus mihi crucifixus est, inquit. Per mundum cum Iohanne (1. Ep. 2.) intelligit cupiditatem carnis, libidinem oculorum, fastum vitæ, & si quid aliud mortalibus precioſum. Hæc omnia (ait) sibi crucifixa esse, id est, non tantum ut vana & inutilia contemnenda, sed etiam ut noxia & pestifera abominanda videri: idque ideo, quia Christus crucifixus est, ut intelligas, totum mundum in malo jacere, & per crucem Christi exsecrabilem fieri, imo in nihilum recidere.

2. Causa hujus judicii est quadruplex.

1. Mundus, id est, hominis superbia & libido Dominum gloriæ ad crucis necessitatem pertraxit, & tam dirorum cruciatuum ei causa exstitit. Πάθος hic sit in detestatione fastus & concupiscentiæ carnalis.

2. Ea ipsa res omnibus seculis est & manet peccandi & Dei offendendi causa: atque sic quasi renovat servatori dolores suos, eumque ad crucem revocat; quod indignissimum.

3. Indidem manat hypocrisis, & propriæ justitiæ inflata persuasio, & contemptus ac odium crucis Christi. Vide primum hypocritam Cainum; Vide ejus progeniem, Pharisæos, Philosophos, nostros itidem monachos.

4. Postremo tantum abest, ut ulla res humana vel corpori, vel animæ constantem opem ferre possit, ut impeditiorem & difficiliorem potius salutis viam faciat.

Addatur πάθος de fugiendo mundo per hypotyposin Christi in cruce pendentis, & mundi noxam tam diris suppliciis luentis.

3. Simili modo pertexatur expositio tertiæ partis.

1. Sensus verborum. Ita pii affecti sunt erga mundum: quid vero mundus! Per quem (inquit Apostolus Christum intelligens) & ego mundo sum crucifixus, id est, (ut alibi scriptura loquitur) mundus non tantum spernit, sed odit quoque pios, non aliter atque furciferos ac anathemata.

2. Causa rursum est Christus in crucem sublatus, cui pii adhærent, impii contradicunt.

Hoc illustretur quintuplici antithesi, exemplis etiam additis.

1. Christus in Euangelio condemnat omnem carnis sapientiam, justitiam, & potentiam: mundus vero in his fiduciam suam habet, & superbit.

2. Christus ambulare nos vult in luce & operibus Spiritus: Mundus tenebras & opera carnis amat.

3. Christus humiles & desperatos ad se vocat: eos mundus subsannat, potentibus & magnatibus adhærens, quibus adulatur, & de favore eorum se effert.

4. Christus ad consortium crucis nos vocat: mundus delicias & voluptates quærit.

5. Christus minatur pœnas incredulis, & non resipiscentibus: mundus odit judicia Dei, & quantum in ipso, perfringere vult.

Hinc illud implacabile odium adversus Christum & ejus servos:

cujus

cujus experimenta omnes ætates inde ab Abele uſque ad nos dederunt. Vide hiſtoriam piorum martyrum.

Ignem hunc accendit & auget Satan Dei & piorum hoſtis.

Addatur παθος de Sanctorum patientia, & in fide Chriſti perſeverantia: ſcilicet 1. quia oportet nos conformes fieri filio Dei in cruce: 2. ut participes fiamus ejuſdem gloriæ: 3. neque fas eſt, ut ſervus ſortem Domini ſui recuſet.

IV. Epilogus 1. gratias agat filio Dei pro nobis crucifixo: 2. petat ab eodem ſpiritum ſapientiæ, humilitatis, & perſeverantiæ adverſus tot fidei offendicula.

VI. *Memento Ieſum Chriſtum reſurrexiſſe ex mortuis.* 2. *Tim.* 2.

I. Exordium ſumatur à comparatis.

Magnæ curæ Græcis & Romanis fuit, ut qui pro patria rem bene geſſiſſent, eorum memoriam immortalem facerent. Vide Hiſtorias,

Multo Magis nos memoriam Ieſu Chriſti celebrare oportet, qui mortuus eſt propter peccata noſtra, & reſurrexit propter juſtitiam noſtram. Rom. 4.

II. Propoſitio bimembris fiat.

Hoc eſt quod Apoſtolus Timotheum ſuum monet: Memento, inquit, Ieſum Chriſtum reſurrexiſſe ex mortuis.

Duo autem vult: primum ut reſurrectionem Domini pro certiſſima habeamus: alterum ut in ea conſolationem & ſpem noſtram poſitam eſſe cogitemus.

III. Confirmatio. 1. Certitudo reſurrectionis Domini probetur.

1. A vaticiniis Moſis, Davidis; & aliorum, per quos loquutus divinus Spiritus.

2. A typis Iſaaci, Ioſephi, Ionæ, & ſimilibus.

3. A præſtantia perſonæ θεανθρώπε, quæ in morte teneri non poteſt.

4. Ab officio mediatoris inter Deum & homines perpetuo.

5. A teſtimoniis angelorum, piarum matronarum, Apoſtolorum, ipſorumque hoſtium Iudæorum.

6. Ab experientia tum miraculorum nomine & virtute Chriſti reſuſcitati editorum: tum Eccleſiæ puſillæ & inermis turbæ, inter tot & tantas potentiſſimorum & infenſiſſimorum hoſtium perſecutiones, beneficio Domini in hoc uſque tempus conſervatæ, unde in cantico ſpinæ inter roſas comparatur.

2. Fructus reſurrectionis prædicetur duplex. Vnus ad ipſum

pertinet Dominum, qui per resurrectionem 1. depositis prioris vitæ infirmitatibus, 2. ingressus est in gloriam suam, & declaratus filius Dei. Hoc illustretur 1. antithesi status humilis & glorioſi, ut est Philip. 2. 11. digressione in consolationem Ecclesiæ militantis, ut tanto domino & capiti confidat.

Alter fructus noster est. Hinc enim dependet 1. plena victoria Christi de suis & nostris hostibus; peccato, morte, inferno, diabolo, mundo: 2. renovatio ad novam vitam per Spiritum Sanctum: 3. resurrectio corporum nostrorum ad vitam immortalem. Hæc omnia è sacris literis, & locis catecheticis plenius exsequere.

IV. Epilogus 1. summam repetat hortationis Apostolicæ: 2. addat παίγνιον tum consolatorium contra præsentes persequutiones: tum hortatorium ad vitæ sanctimoniam & patientiam: 3. desinat precibus.

VII. *Quos præscivit (Deus) etiam præstituit conformes fieri imagini filii sui. Rom. 8.*

1. Exordium sumatur à commendatione generali exempli Christi, in hanc sententiam. Perfectissimum exemplum est imitandum. Christi exemplum est perfectissimum. Hoc igitur imitandum. Major illustrari potest comparatione imparium, ad hunc modum: Cum magna vis est exemplorum in omni re, tum vero longe plurimum ea in vita possunt. Talis enim quisque evadit, qualis is est, quem sibi delegit ad imitandum. Istud cum ita sit, utile profecto est, optimorum exemplorum documenta in illustri posita momento imitari, unde tibi tuisque, quod imitari velis, capias.

Minor amplificetur inductione.

Potestne vero perfectius, omnibusque numeris absolutius vitæ quam rectissime transigendæ exemplar dari, quam est Domini ac servatoris nostri Iesu Christi? in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & cognitionis divinæ: cujus vita ab omni labe pura, tam Deo, quam recte judicantibus hominibus probatissima fuit: qui per omnia exercitatus, tot fortiter toleratis malis, de Diabolo & universo mundo triumphavit, tandemque ad Deum abiit, divino honore ac gloria coronatus.

Conclusio augeatur collatione dissimilium.

Quare habeant pagani Philosophi suos Socrates, Platones, Aristoteles, Zenones, Epicuros, quos sequantur: politici referant Cimones, Aristides, Fabricios, Decios, Catones, Scipiones: nos illum

illum ſequamur ducem, quem non Apollinis, non Deæ Ægeriæ, aut alterius portenti figmento, ſed veri ac vivi Dei auctoritate cœlitus nobis commendatum ſcimus: qui cum ſit via & veritas, nunquam errabunt, hujus vocem qui audient, atque ad exemplum totos ſe component.

II. Propoſitio ſit duplex.

In hunc finem conſtitui nonnihil dicere de ſententia illa Paulina: Deum quos prænovit, prædeſtinaſſe conformandos imagini filii ſui. Quibus verbis Apoſtolus duo ſignificavit: oportere nos vitam Domini imitari: tumque fore, ut & gloriæ ejus participes reddamur. Veſtrum erit de tam piis & ſanctis rebus diſſerentem benigne audire.

III. Confirmatio.

1. Pars de vita Domini præcipue attingat ejus pietatem, temperantiam, juſtitiam, caritatem, fortitudinem: quas Chriſtiani imitari debent. Protaſis ita habeat.

Principium vitæ recte degendæ ſervator petiit à pietate erga Deum. Etſi enim ipſe erat in forma Dei, patrique æqualis, tamen quia ad nos venerat ut inter Deum & homines ſequeſter, officia fecit hominis, ut homini favorem Dei acquireret. Quamobrem patrem religioſe & ex animo coluit.

In convictu cum aliis quam fuit temperans, ſuavis, humanus!

Quam in obeundo munere diligens & aſſiduus!

In honorandis parentibus, ſacerdotibus, magiſtratu pius, religioſus, modeſtus!

In tribuendo ſuum unicuique juſtus & æquus! Quam in audiendo facilis, in juvando amplus, in conſolando ſuavis, & una patiens: in exhortando gravis: in cedendo paratus, in tolerando aliorum non tantum nævos, ſed etiam atrociſſimas injurias patiens, mitis, longanimis!

Quid dicam de divino animi ipſius robore, & invicta conſtantia, cum nullum malorum genus ſit, quod ipſe non fortiter ſuſtinuit?

Hæc illuſtra teſtimoniis ſcripturæ, & ſingularibus effectis ſeu experimentis ex hiſtoria ſacra depromptis.

Apodoſis talis eſto:

Hanc vitæ rationem ſervator ad extremum uſque halitum conſtanter tenuit: cui noſtram reſpondere decet. Etſi enim fieri non poteſt, ut ad tantam perfectionem, quanta in exemplo propoſita eſt, aſpiremus, tamen contendere oportet, ut ſaltem imago ejus aliqua in nobis reluceat.

Quare ante omnia nobis curæ sit vera religio, ut Deum recte agnoscamus, agnitumque pie colamus.

Ad quem modum cum erga Deum affecti simus: tum inter homines vita composita esse debet temperantia, modestia, innocentia, humanitate, caritate, mansuetudine.

Denique quicquid crucis Deus immiserit, id quoque forti & constanti animo perferamus.

Neque enim aliter, quam per multas adversitates ingredi in cœlestem gloriam datum est.

Atque sic apodosis quoque habeat: quo si accesserint illustrationes à testimoniis & exemplis, à causis pie sancteque vivendi, (videlicet, propter Deum, propter nos, propter proximum) à causis crucis piorum, postremo à Symbolis sacramentorum Baptismi & Cœnæ, quibus talem vitam Dominus à nobis stipulatus, oratio amplissima efficietur.

2. Pars de exaltatione Domini, & vitæ sanctæ præmiis ad eundem modum tractetur.

Protasis.

Intellexistis quomodo ad exemplum Domini vivere nos oporteat: agite consideremus jam, quæ & quanta præmia sic viventibus ejusdem servatoris exemplum promittat.

Hunc pater ex morte suscitatum, collocavit ad dexteram suam, deditque ei nomen quod est supra omne nomen &c. Amplifica hæc antithesi humilis & glorioſi status Domini. qualis est Phil. 2.

Apodosis.

Tam felicem eventum labores Domini habuerunt: at nobis eadem consolatio, eadem præmia posita sunt. Consortes erimus gloriæ Domini, qui hic afflictiones cum eo sustinuimus.

Accedat huc amplificatio 1. à certitudine salutis nostræ in Christo, 1. capite, 2. Domino, 3. fratre, 4. ac sponsore nostro, jam demonstratæ: 11. ab antithesi hujus ærumnosæ, & alterius beatæ vitæ, qualis est Sapient. 3, & 5. 1 Cor. 15. 111. denique effectu hujus spei in piis.

Cum enim Christus caput nostrum sit, fieri non potest, quin nos membra sua ad se trahat.

Nec conferenda sunt quæ hic patimur, cum immensa gloria, qua sumus afficiendi.

Hac spe omnes pii ærumnas suas consolati, per multas tribulationes ad Dominum perruperunt.

1v. Epilogus 1. resumat usum hujus commentationis in exhortatione

tione ad pie vivendum, & patienter ferendas res adversas, argumentis repetitis ab exemplo Domini, & militiæ nostræ præmiis: 2. Addita ad extremum precatione pro dono perseverantiæ.

VIII. *Virtus mea in infirmitatibus perficitur.* 2 Cor. 12.

I. Exordium sumatur ab antithesi Dei & hominum, quorum ille humilia amat & juvat, hi spernunt & premunt.

II. Propositio: 1. Hoc est, quod Dominus servum suum Paulum, quiritantem de angelo Satanæ, & sub laborum onere gemiscentem monebat: Sufficiat tibi gratia mea, inquit; nam virtus mea in infirmitatibus perficitur: 2. quo benignissimo alloquio Apostolum, & omnes, qui grave aliquod munus sustinent, conscii interim infirmitatis suæ, bene sperare jubet: scilicet Dominum per invalida instrumenta res magnas efficere: 3. quod ita esse, & quæ hujus œconomiæ divinæ causa, paucis explicabo.

III. Confirmatio.

1. Τὸ ὅτι exemplis declaretur quadruplicibus.

1. A natura, ut sunt, gemmæ, frumentum, vitis, apes; res certe non specie, sed usu magnæ.

2. A politiis: ita Iosephus, Gideon, David, Cyrus, & alii, ex tenui initio ad summa pervenerunt.

3. Ab Ecclesia, cui plurimum commodarunt vilissimi homines, prophetæ, apostoli, martyres.

4. Licebit quoque de institutione Scholastica, de ipso Euangelio & similibus rebus, specie tenuibus, at divinæ virtutis & efficacitatis, addere. Vide typum in virga Aaronis. Num. 17.

2. Τὸ διότι, hoc est, cur Deus per infirma & abjecta organa tantas res efficiat, tribus causis docebitur.

1. Vt sic innotescat Dei tum potentia, tum gloria.

2. Vt pudefiat mundi fastus & confidentia.

3. Vt illa ipsa contempta organa plus in Domino Deo suo fiduciæ habeant, & vel ipso orco invito, rerum gestarum gloria nobilitentur.

IV. Epilogus partim hortabitur eos, qui excellentibus donis sunt præditi, ne alios contemnant: partim eos consolabitur, qui munus aliquod honestum ineuntes, imbecillitatis suæ sensu premuntur.

IX. *Arca fœderis.* Exod. 25.

I. Exordium sumatur à fine universarum ceremoniarum veteris populi, in figurando Christo & Ecclesia.

II. Pro-

II. Propositio. Hoc inter cætera demonstrat arca oracularis, de qua in præsentia.

III. Expositio bimembris sit.

Primo describatur arca, ex sua materia, forma, usu.

Materia fuit lignum cedrinum, puro auro intus, & extus obductum.

Ad formam pertinent annuli aurei in angulis, & vectes per hos trajecti ad arcam portandam, denique operculum duobus Cherubinis adversis insignitum.

Vsus erat in servandis tabulis legis; & audiendis oraculis.

Deinde mysteria arcæ excutiantur tria.

Primum est Christi. cujus 1. personam θεάνθρωπου materia duplex, cedrina & aurea notat: 2. beneficia usus innuit. Cristus enim est: qui legem ipse exacte implevit, eamque inscribit cordibus nostris; & ad quem in omnibus necessitatibus tuto fugiamus, denique per quem se pater nobis aperit. Psal. 40. Ier. 31. Hebr. 10. Rom. 3.

Alterum mysterium est verbi divini, quod in vetus & novum testamentum, in Legem & Euangelium distinctum, ad unum Christum nos mittit. Hæc figurantur tum tabulis legis, quæ in arca, & Cheruborum se mutuo contuentium forma.

Tertium est fidelium. 1. Hi enim sunt electi illi Sacerdotes, quos arcam gestare decet, & profiteri nomen Domini: 2. Annuli aurei & vectes sunt fides, qua Christum tenemus, eique perpetuo adhæremus: 3. nec manibus profanis sacra tractemus, sed mente casta & religiosa: 4. denique inter duos Cherubos, hoc est ex vetere & novo testamento, ex lege & Euangelio erudiri nos, & de voluntate Dei doceri curemus.

IV. Epilogus 1. repetitis, quæ ex typo, exposito de Christo, verbo divino, & nostro officio dicta, 2. gratias Deo agat pro luce Euangelii, 3. utque in ea magis magisque ad ipsius laudem, & nostram salutem proficiamus, oret.

X. *Examinet homo se ipsum, & tunc demum de hoc pane edat, & de hoc vino bibat.* 1 Corinth. 11.

I. Exordium sumatur à pœna arcæ sacræ irreverenter & contra legem habitæ, 1 Sam. 5, & 6. & 2 Sam. 6. scilicet velle Deum, ut ab usu nominis & sacramentorum suorum abūt omnis profanitas.

II. Propositio bimembris esto. 1. Cum similem pœnam Corinthiis propter cœnam Domini profanatam accidisse Apostolus testetur,

tur, ſequamur ejuſdem conſilium pium. Examinet homo ſe ipſum, ait, & tum demum de hoc pane edat, & de hoc vino bibat. Examen vero illud eſt duplex: fidei, & vitæ.

III. Confirmatio.

1. Quod ad fidem, conſideranda ſunt quinque.

1. Quis & quantus ſit, qui hanc cœnam inſtituit? ubi πάθος reverentiæ propter majeſtatem Domini.

2. Quando? ubi πάθος amoris erga Dominum propter amorem ejus erga nos, quem ſua morte, & hoc monimento mortis ſuæ teſtatus.

3. Quid in hac cœna detur? Nempe panis & vinum, ut ſymbola, media & pignora, & corpus & ſanguis Domini, ut res ipſa & vera alimonia animæ.

4. Quomodo accipiantur? nempe illa reverenter ſumendo, edendo, bibendo, juxta mandatum Domini: hæc firmiter credendo, quod uti Dominus promiſit, ita daturus ſit. Eph. 3. Credamus igitur 1. Dominum ſuum corpus pro nobis in mortem dediſſe, & fudiſſe ſanguinem ſuum, quemadmodum verba inſtitutionis clare ſonant: quæ ſenſu peccati & metu pœnæ meritæ deficienti, unica, multoque efficacior refectio eſt, quam, in fame & ſiti corporis, panis & vinum: 2. Eundem vere adeſſe in cœna, ſecundum teſtimonia Exod. 20. Matth. 18, & 28. 3. & nos participes facere 1. tum ſui ipſius, qui eſt panis vitæ, Ioh. 6, & 15. 1 Cor. 10. Eph. 4. 1 Ioh. 1. 2. tum meriti ſui, hoc eſt remiſſionis peccatorum, juſtitiæ, & vitæ æternæ, Rom. 3, & 4. 3. tum denique efficaciæ in vivificando & ſanctificando, 1 Ioh. 3. Πάθος præcipuum hic ſit fiduciæ & conſolationis adverſus peccata, de quorum remiſſione ſumptio cœnæ ſanctiſſimum pignus & ſignaculum eſt.

5. Ad quid? ubi de recordatione Domini, quæ eſt quintuplex. 1. ἱστορική, quando in uſu cœnæ de Domino recordamur, quæ in ſymbolo de eodem confitemur: 2. δοξαστική in ſervatore redamando, profitendo, celebrando: 3. παρακλητική, qua conſolamur & confirmamus animum adverſus peccata, ut jam dictum: 4. παραδειγματική in diligendo proximo ad exemplum Chriſti, & cæteris virtutibus imitandis: 5. παραπομπαστική ad reditum Domini, vivorum & mortuorum judicis.

2. Quod ad vitam;

1. Peccata ſunt agnoſcenda, deploranda, deteſtanda: ut quæ Chriſto has ærumnas crearunt. Inprimis vero renunciandum eſt odiis & diſ-

& discordiis, quæ pugnant cum dilectione, & Schisma faciunt in mystico corpore Christi.

2. Excitanda fiducia erga Dominum, qui pro te mortuus est, & se totum tuum facit.

3. Emendanda vita; quia in Christo mortui sumus peccato, & resuscitati ad novam vitam; ideoque nos vicissim ei offerre debemus.

IV. Epilogi loco precatio sit, ut ipse Dominus dignos convivas mensæ suæ efficere nos velit.

XI. *Vos ipsos tentate; an sitis in fide.* 1 Cor. 11. & 2 Cor. 13.

1. Exordium in deploratione miseriæ hominis, qui tanquam ovis facile aberrat: carne, mundo, & Diabolo (qui transferre se in angelum lucis potest) eum decipientibus.

II. Propositio: Vigilemus igitur, & probemus nos ipsos, an simus in fide, ut monet Apostolus.

III. Expositio tres notas fidei tradat.

Prima est constans fiducia in Deo, (tanquam 1. Patre benignissimo propter Christum: 2. & Domino potentissimo: 3. & in cunctis promissionibus suis veracissimo:) sic ut nec peccatum, nec ulla alia res animum frangat: nimirum quia Deum à te habes: Rom. 8.

Altera est purus amor Christi, qui se pro te in mortem dedit. Itaque 1. eum lucrari, maximæ tibi certissimæque divitiæ erunt: 2. In eo oblectari, purissima & dulcissima voluptas: 3. eo gloriari, honos & decus amplissimum: 4. pro ejus gloria omnia periclitari, facinus laudatissimum. Ioh. 14. 1 Ioh. 1.

Tertia, obedientia Spiritus, Rom. 5. scilicet 1. in mortificando, quicquid de carne est: libidine, avaritia, ambitione: 2. & in excitando, quod Spiritus est; castimonia, caritate, modestia. Gal. 5.

Hæc omnia dictis scripturæ, & piorum exemplis declarari possunt.

IV. Epilogi loco precatio esse potest pro tali fide consequenda.

CAP. III.

In sententiis & imaginibus sacris, ad piam vitam facientibus.

I. *Initium sapientiæ timor Domini.* Psal. 111.

I. EXordium sumatur à causa, cur labores Scholastici apud multos successu careant: scilicet quia pietas & cultus Dei negligitur.

II. Propositio: Ne igitur & nos in cassum laboremus, ostendam vobis utilem perficiendi methodum, ex illo Davidis: Initium sapientiæ timor Domini.

III. Confirmatio duo præstet.

1. Mentem sententiæ explicet: quod hic non servilis timor intelligatur; qualis est servorum, impiorum, diabolorum: sed filialis, quo non tam metu pœnæ, quam puro amore Dei peccata fugimus: scilicet quia bonus est, & omnem iniquitatem odio habet: quia prior dilexit nos; quia maximis affecit beneficiis; denique plura etiam additurus, si obedire ei pergamus. Talis timor caput est omnis salutaris scientiæ.

2. Abeat in hortationem, ut cuicunque studio & disciplinæ operam aliquis dare velit, Deum ante oculos habeat, amando, venetando, invocando, & prædicando sanctum nomen ejus.

Rationes sunt: 1. quia is & optimus & maximus: 2. sine quo omnis labor irritus: 3. denique ab eo sapientia demanat: 4. quo non benedicente, aberrat & infatuatur omnis sensus carnis. Vide Rom. 1.

IV. Epilogus 1. repetita summa hortationis: 2. finem faciat precibus pro sapientia & Dei timore, quales sunt Ecclesiast. 33. & in fine.

II. *Spiritus tuus bonus deducat me in terram planam.* Psal. 143.

I. Exordium sumatur à simili. Multum prodest habere ducem viæ, præsertim si ea ignota. Nostra quoque vita peregrinatio est, in qua ductore destituti, facile periclitamur.

II. Propositio. Eum vero monstrat nobis David, quando conscius errorum suorum ad Deum se convertit: Spiritus tuus bonus, inquit, dedu-

deducat me in terram rectam. Quæ precatio ut rectius intelligatur, tria dicam: 1. Cur David se deduci petat: 2. A quo duci velit: 3. & quomodo.

III. Expositio.

1. Quod ad causam petendi, 1. constat ex hoc ipso Psalmo & aliis locis, Davidem, se sequentem, sæpius in consiliis aberrasse: nunc ex ira & indignatione: nunc ex metu & diffidentia: nunc ex præcipitantia & inconsideratione: nunc ex luxu & libidine: nunc ex superbia & arrogantia: Vnde etiam graves pœnas expertus in se, in liberis, in ipsis subditis. Vide Psalmos pœnitentiales & historias ipsas, 1 Sam. 21, 25. 2 Sam. 11, 16, 24.

His adde πάθος: Quid nobis quoque non metuendum, qui præ tanto viro vix umbra sumus? Vnde intelligetur, majore vigilantia & ardentioribus precibus opus fore.

2. Quod ad ducem, non ut Philosophi, rationem, (ea enim in multis cæcutit, in pluribus succumbit libidinibus, non raro etiam socors & negligens est) nec quem ex magistris, consiliariis aut amicis suis, quos ipsos etiam aut error, aut pravus animus abripuerit, sed bonum Spiritum Dei pro duce petit.

Hic doce. 1. Quod Spiritum Sanctum intelligat, qui in ordine Deitatis tertius est, à Patre per Filium procedens; id quod probabis ex sacris literis & locis Theologicis: 2. Quod hic omnis tum consilii, tum successus felicis dux & author: id quod non tantum scriptura, sed ipsa experientia & exempla evincunt. Vide igitur gravissimas offensiones, quæ in omni vita contigere, in Schola, Ecclesia, Oeconomia, Repub., bellis, simul atque hujus ducis vestigia disparuere. Vide ipsos poëtas: Homerum in Odyssea, & Comicos omnes, ut & Tragicos.

Adde πάθος, ut hunc Spiritum bonum ante oculos habeamus, ejus ductum sequamur, ne peccato aliquo aut pervicacia eum offendamus, uti de impiis Iudæis prophetæ queruntur, & de primo mundo Moses, quod exacerbarint Spiritum Dei, nec eum audire sustinuerint.

3. Quod ad modum, duci vult per terram planam, duo intelligens, quæ Spiritus ille bonus ei commodet: unum, ut consilia sint recta, hoc est, conformia legi & voluntati divinæ, atque adeo Deo grata, & hominibus salutaria: alterum ut successus sint felices, minimeque impediti, turpes, calamitosi. Hæc amplifica 1. antithesi difficultatum, quæ in curriculo vitæ objiciuntur tanquam à latronibus & insidiatoribus, ut sunt invidia & fraudes hominum, diaboli

boli perpetuæ insidiæ & tentationes, ipsiusque carnis nostræ imbecillitas, nunc oscitantis, nunc metuentis, nunc ferocientis: II. Exemplis aliorum sanctorum, qui idem beneficium petierunt, suæ prudentiæ & virtuti minime fidentes: III. Πάθος adde, quod nunquam magis hoc duce opus, quam in via salutis æternæ, & extremo itinere ad cœlestem patriam; quia tum pericula maxime intendantur: quodque hanc ob causam maxime tum fervore mentis & intimo desiderio hic dux implorandus.

IV. Epilogus, I: Oratione ad summam vocata, desinat precibus, quæ hujus formulæ Davidicæ quasi paraphrases sint, rebus pertractatis conveniens.

III. *Gentes habent opus legis in cordibus ipsorum inscriptum. Rom. 2.*

I. Exordium sumatur ex hujus meditationis usu.

Multa sunt, quæ religionem Christianam propugnent, antiquitas, miracula, ipsum genus doctrinæ, nihil nisi Sanctum & divinum spirans, martyria sanctorum, & Ecclesiæ omnium temporum confessio & testimonium.

Non parum quoque huc confert totius humanitatis cum ea vivendi ratione, quam sacræ literæ tradunt, consensus.

Quod enim ubique justum rectumque habetur, id tale quoque oportet esse. Arist. 5. Eth.

II. Propositio: In hunc finem sumam illud Pauli, quod est Rom. 2. Gentes habere opus legis inscriptum ipsorum cordibus. Duo autem declarabo: Quid legis gentiles habuerint; &, Vnde.

III. Expositio primæ partis doceat, totius legis aliquam notitiam habuisse homines gentiles, idque per inductionem.

1. Sciverunt de Deo uno, æterno, justo, rerumque omnium auctore & moderatore sapientissimo: deque cultu ei tribuendo, non tam externis sacrificiis & donariis, quam ipsius animi pietate & castimonia.

2. Nec ignorarunt officia mutua parentum & liberorum, magistratus & subditorum, præceptorum & discipulorum.

3. De justitia, fide, benehcentia & cæteris virtutibus ad humanitatem tuendam pertinentibus, præclare senserunt.

4. De sobrietate, castitate, verecundia, atque adeo de omni prava libidine frænanda nihil eos fugit.

5. Postremo de præmiis bonorum, & malorum pœnis, non in

hac duntaxat, ſed in altera quoque vita, non obſcuram præſenſionem habuerunt.

Vide teſtimonia poëtarum, oratorum, Philoſophorum, Hiſtoricorum: in primis Ciceronis & Senecæ.

III. Expoſitio ſecundæ partis tres cauſas hujus notitiæ recenſeat.

1. Eſt uniuscujuſque mens, quæ quid facere, aut intermittere debeat, ſuggerit: quod teſtatur omnium populorum confeſſio, & vis conſcientiæ, recte agentes tranquillans, & delinquentes urens. Vide Ariſt. 6. Eth. Cic. 2. Parad. item pro Amerin.

2. Contemplatio mundi, qui velut ſpeculum eſt ſapientiæ, bonitatis & potentiæ divinæ, quam homo civis Dei revereri & adorare debet. Huc pertinet homo ipſe, cujus admirabile regimen, & varii caſus teſtantur de Dei in juvandis bonis, & puniendis malis providentia.

3. Vicinitas & commercia cum civibus Eccleſiæ. Hinc fuerunt è ſanctis, qui inter gentes omnem ætatem egerunt: Melchiſedechus & reliqui patriarchæ: item Iobus, Ioſephus, Moſes, Daniel: imo tota ſæpe Eccleſia apud gentiles hoſpitata fuit: in Ægypto, Babylonia, Perſia: & contra non pauci ex gentilibus, ſanctorum familiaritatem expetierunt: Abimelechus, Hiramus, Sabæorum regina, Pythagoras, Plato, &c. Vide Hiſtorias.

His addatur correctio: præclaram quidem eam cognitionem fuiſſe, ſed nequaquam ſufficientem ad ſalutem: quod 1. ea imperfecta & multis erroribus contaminata: 2. inefficax propter non datum Spiritum Chriſti: 3. quod tantum peccatores inexcuſabiles præſtet.

IV. Epilogus hortetur ad gratias Deo agendas, pro majori luce in verbo ejus accenſa: ad eundemque rogandum, ut tam precioſum theſaurum nobis eſſe velit perpetuum: addatur etiam precatio, ut eſt in fine Pſal. 19.

IV. *Humiliamini ſub potenti manu Dei, ut vos in tempore extollat.* 1 Petr. 5.

I. Exordium ſumatur à tribus peſtibus vitæ, ut ſunt libido, avaritia, ambitio.

II. Propoſitio. Cum omnibus mederi uno tempore non poſſim, in præſentia contra ſuperbiæ & ambitionis vitium contendam, illud Apoſtoli conſideraturus: Humiliamini ſub potenti manu Dei, ut vos in tempore extollat.

Primo

Primo videamus, quid sit humiliare se coram Deo: deinde quæ hujus rei debeat esse causa.

III. Expositio primæ partis sex proprietates & officia humilitatis pertractet. Ea sunt:

1. Agnoscere infirmitatem cum omnium mortalium, tum inprimis suam.

2. Si quid boni adsit, id ad fontem suum, hoc est, ad Deum referre, eique pro eo gratias agere, nec ullo modo abuti.

3. Si quid adversi contingat, subjicere se ut peccatorem, & qui plus meruerit, voluntati divinæ, & patienter onus impositum ferre.

4. Continere se intra metas officii demandati, nec curiositate aut ambitione aliqua alios turbare.

5. In aliis quoque agnoscere dona Dei, eisque honorem debitum habere.

6. Patienter & humaniter nævos aliorum ferre, nec quenquam traducere aut contemptum velle.

Secundæ partis expositio sex causas humilitatis afferat. Quæ sunt:

1. Mandatum Dei.

2. Iudicia sapientum & exempla Sanctorum, quorum caput ipse Dominus.

3. Rerum humanarum imperfectio & fragilitas.

4. Potentia ac majestas Dei tremenda.

5. Præmia humilitatis.

6. Pœna superbiæ.

IV. Epilogus concludit 1. paræneſi, 2. additis precibus pro corde modesto & humili, ex Psal. 131.

V. *Ante confractionem superbia. Proverb. 16.*

1. Exordium sumatur à causa dicendi, quæ sit hominum in rebus secundis insolentia: quam coercere perutile sit.

Sapienter & recte præcipiunt, qui monent, ut quanto superiores simus, tanto nos geramus summissius. Cic. 1. off.

Sed cum omnia præclara rara, ut est in proverbio, tum hæc moderatione animi nihil rarius est.

Quotus enim quisque est, qui non in secunda fortuna insolescat? Vide exempla, in quibus ipse David, pius alioquin rex, ut ipse fatetur: Psal. 30.

Quare sicut feroces equos domitoribus tradere solent, qui his faci-

lioribus volent uti: sic homines secundis rebus effrenatos, sibique præsidentes, in gyrum rationis & doctrinæ duci oportet, ut perspecta rerum humanarum imbecillitate, & adversus eos qui elato spiritu sunt, horrendis judiciis Dei, modestiores fiant.

II. Propositio bimembris esto.

In hunc finem constitui explicare illam longe gravissimam sententiam, quam in Solomonis proverbiis legimus: Ante confractionem præcedere superbiam. Quibus verbis duo significat: Primum, hominem secundis rebus efferri solere: tum quod hoc ipsum interitus & pœnæ ejusdem argumentum sit certissimum. De his dicentem benevole audietis.

III. Confirmatio utriusque partis sumatur ex causis, ubi imitari licebit methodum oratoris, 2. Off. quibus rebus hominum studia concilientur, aut abalienentur.

Primum rebus prosperis hominem plerumque superbire, sic probabis.

Qua re homo ita excæcatur, ut nec se, nec Deum, nec alterum amplius noverit, ea facile insolescit. Rebus secundis excæcatur ita. E. & insolescit facile. Complexio in oratione præcedat in hunc modum.

Quod igitur primo loco proposuimus, de humana è rebus secundis insolentia, utinam tam demonstratu difficile esset, quam illud (pro dolor) communi experientia notum est.

Major sit secundo loco illustrata oppositis.

Quid enim mirum est eum qui sic mente & judicio est excæcatus, ut cum vitiorum & miseriæ sit plenus, se tamen admiretur & felicem putet? cum nihil habeat, nisi divina indulgentia commodatum, suæ omnia sapientiæ ac virtuti asscribat? cum quovis momento labi possit, eundem sibi in perpetuum successum spondeat? denique cum æque servus inutilis sit, in alterum dominari velit, & cum vix paria possit, multo majora sibi arroget? quid (inquam) est mirum, cum, qui sic mente affectus est, superbum & arrogantem fieri?

Assumptio simili modo tractetur.

Quid igitur fortuna? nonne excæcat quos complexa est? &c.

Denique minor cum complexione jam conjuncta, illustretur duplici inductione: una rerum, ob quas superbiri solet: ut sunt, sapientia, virtus, fama, ætas, divitiæ, auctoritas, honores, amici. Altera exemplorum, ut Nebuchodonosoris, Absolonis, Sennacheribi, Ajacis, Alexandri M., Goliathi, Ciceronis, Pompeii, Cæsaris & aliorum.

Hinc

Hinc transitio fiat ad partem alteram.

Cum igitur nihil frequentius inter homines sit, quam, secundis rebus & ad voluntatem suam fluentibus luxuriare; ponenda ante oculos est horrenda pœna, quam Solomon dicto loco superbis comminatur, quando sequi ait contritionem & ruinam.

Ratio hoc Syllogismo constet.

Qui propter injustitiam Deo & hominibus sunt exosi, eos ruere necesse est.

Superbi, sunt ob injustitiam Deo & hominibus exosi.

E. eos ruere necesse est.

Propositio explicetur è contrariis.

Quemadmodum enim Deus amat justos, quod 1. ad eum proxime accedant, 2. ipsique laudem acceptorum omnium referant, 3. eaque in bonos usus impendant: & sicut homines non possunt non eos complecti, qui suum cuique tribuunt, & unicuique consultum volunt, ita qui hæc violant, ut odio habeantur necesse est.

Assumptio demonstretur ex ante dictis.

Quæ omnia quam recte dicantur de superbis, jam patet. Primo enim Deo suum non tribuunt, nec ei pro acceptis gratias agunt: tum beneficiis & bonis commodatis abutuntur ad suam libidinem. Deinde in homines quoque sunt injusti, omnia jura & officia, publica & privata confundentes: unde merito in Dei hominumque odium incurrunt.

Complexio illustretur testimoniis & exemplis.

Dubitasne ergo superbos tandem Deo & hominibus pœnas dare? Quis nescit, propter superbiam Satanam cœlo deturbatum &c.

IV. Epilogus cohortatione ad modestiam concludit.

VI. *Num sicut de nobis male loquuntur, & sicut quidam aiunt nos dicere, Faciamus mala, ut eveniant bona? quorum damnatio justa est. Rom. 3.*

1. Exordium sumatur à more hominum.

Vsitatissimum est inter homines, ut pericula imminentia malis artibus depellant.

Hoc augeatur inductione.

Sic pueri ne pœnas parentibus & magistris dent, comminiscuntur mendacia: multi ut egestatem fugiant, turpes & illiberales quæstus faciunt: multi regni causa fidem fallunt, jura violant: sunt etiam

qui ingenii & doctrinæ famam absurditatibus hæreticis vel artibus magicis venantur.

II. Propositio: Quod quam infelix, & quam vehementer sit abominandum, Paulus docet, negans facienda mala, ut eveniant bona, quod damnatio id facientium justa sit. Num, inquit, (ut de nobis quidam male loquuntur, utque nos dicere aiunt) mala faciamus, ut eveniant bona? Et mox ipse respondens, quorum, ait, damnatio justa est.

III. Confirmatio duas rationes adjungat:

1. A turpi, quod quidvis potius periclitandum, quam ut prave agendo offendatur Deus, 2. lædatur conscientia, 3. contaminetur fama, 4. scandalum præbeatur proximo. Vide Cicer. 3. offic. & Parad. 1.

2. Ab eventu tristi. Tantum enim abest, ut peccando homines quod volunt consequantur, ut pœnam & maledictionem sibi attrahant. Vide exempla, Pharaonis, Saulis, Davidis, & aliorum, qui res & famam suam pravis consiliis tueri conati, in contrarium præcipitarunt, vehementerque decepti sunt. Addi & potest antithesis eorum, qui cum Deo se committerent, & in officio faciendo constanter perseverarent, auxilium & benedictionem Dei experti sunt. Vide rursum Davidem, Danielem & alios.

IV. Confutatio sit duarum objectionum.

1. Proverbii; E duobus malis minus eligendum. Hoc enim locum tantum habet; vel ubi incommoda cum peccatis contendunt, quorum illa suscipienda, hæc fugienda; vel ipsis incommodis: in peccatis vero nulla datur electio.

2. Exemplorum, ut Israëlitarum qui spoliarunt Ægyptios: Rachabæ, Michalis, & aliorum, qui simulando alios servarunt. Nisi enim aut singulare Dei mandatum sit (is enim ut mundi judex semper judiciorum suorum causam justam habet) aut ratio eludendi tyrannos probabilis, aut similis verbo Dei concessa circumstantia, non exemplis, sed legibus agendum

V. Epilogus sit in hortatione, ut fraudes & scelera fugiamus, quamvis magna spes lucri affulgeat: 2. roget Deum, ut is cæcutientes mentes nostras regere suo Spiritu dignetur, ne in peccata labamur.

VII.

VII. *Filii hujus ſeculi prudentiores ſunt filiis lucis in generatione ſua. Luc. 16.*

I. Exordium ſumatur à ſcriptura remittente nos ad bruta animalia; formicas; boves, aſinos, & alia, tanquam vitæ & officiorum magiſtros.

II. Propoſitio bimembris. Servator pro exemplo nobis homines carnales æmulandos proponit. Filii, inquit, hujus ſeculi prudentiores ſunt filiis lucis in ſua generatione. Primum igitur videamus filios hujus ſeculi: tum adjungemus filios lucis.

III. Expoſitio. Prima pars doceat, 1. Quinam hujus ſeculi filii dicantur, nempe qui caducis hujus ſeculi rebus addicti ſunt, una cum ipſis olim perituri: 2. Quanta illorum ſolertia & induſtria ſit in his rebus comparandis: id quod exempla oſtendunt tum honeſta; ut agricolarum, opificum, mercatorum, militum, Philoſophorum; tum turpia, ut latronum, furum, amatorum, avarorum, ſeditioſorum: 3. Qua de cauſa: quia I. ſenſu ducuntur, qui in hac caligine & infirmitate rationi prævalet: II. res mortales capere poſſunt: III. denique exempla habent plurima.

Altera pars ſimiliter videat, 1. Quinam ſint filii lucis, nempe qui à Spiritu Sancto regeniti cœleſtia profitentur, & in luce apud Deum vivere cupiunt: 2. Quæ eorum ſocordia & ignavia in ſcrutandis & proſequendis bonis cœleſtibus: 3. Quæ cauſa, I. quod caro obluctetur Spiritui: II. quod res ſectentur arcanas & à ſenſu remotas: III. denique quod raro exempla pro ſe, plurima contra videant.

IV. Epilogus ſit, qualis eſt 7. Rom., in deploratione infirmitatis noſtræ, & precibus, ut Deus nobis ſuccurrat.

VIII. *Sua cuique rei tempeſtivitas eſt. Eccleſ. 3.*

I. Exordium petes ex fabula de Horis, quæ Iove & Themide natæ, cœli portis præſint, & moderentur tempora, ſemperque novi aliquid afferant. Natal. lib. 4. cap. 16.

II. Propoſitio ſit bimembris. Id magis perſpicue docet concionator ſanctus, inquiens: Sua cuique rei tempeſtivitas eſt, habetque tempus quicquid ſub cœlo eſt. 1. Quod ita eſſe paucis docebo: 2. Addamque cui uſui hæc conſideratio temporum eſſe debeat.

III. Expoſitionis pars prima fiat 1. per Inductionem rerum tum naturalium tum civilium: quæ ſua habent initia: incrementa, de-

crementa, finem: qualis inductio est apud ipsum auctorem: adjungi etiam possunt specialiora è natura rerum, & hominum vita & casibus desumpta: 2. per causam, quæ non est casus, nec astra, nec materia prima, ut Philosophis visum, sed Dei, qui per filium condidit secula, providentia & ordinatio.

Expositionis pars altera quadruplicem usum commendet.

Primus est prudentiæ, ut utamur tempore, & nos ad omnem eventum præparemus, Oeconomi, Politici, Studiosi, denique pii omnes.

Alter est modestiæ, quandoquidem nihil perpetuum est, sed omnia fluxa & temporibus suis concluſa.

Tertius patientiæ est, quandoquidem mala quoque omnia finita ac brevia sint.

Postremus est spei æternitatis, quam in altero illo mundo hæc corruptibilitas spondet.

IV. Epilogi loco sint preces: ut hic recte nos geramus, & postea in cœlo cum servatore æternum vivamus. Tit. 2.

IX. *Pacem colite inter vos.* 1 *Thess.* 5.

I. Exordium habeat querelam de præsentium temporum offensionibus & dissidiis.

1. Multum nunc (pro dolor) passim discordiæ est: 2. Vnde tot mala per totum terrarum orbem: 3. Quibus nulla alia ratione occurri potest, quam ut injuriarum oblivione sancita, ad piam concordiam redeatur: 4. Quod ipsum etiam Apostolus vult, quando inquit: Pacem inter vos colite.

II. Propositio: Cujus præcepti vis ut rectius accipiatur, duo considerանda erunt: Cur & quomodo paci & concordiæ studendum.

III. Expositio prima VI. rationes afferat pro concordia Christiana.

1. Quod ea divinitus commendetur. Vide Psal. 34.

2. Quod bonis & æquis hominibus grata.

3. Quod φιλησυχία indicium sit moderati & bene compositi animi.

4. Quod perutilis Ecclesiæ, Scholis, Rebuspub., domibus.

5. Quod discordia omnia turbet & dissipet.

6. Quod ipsa rerum natura pacem commendet. Vide Cicer. in Læl.

IV. Expositio altera totidem gradus & partes concordiæ tractet. Vt sunt:

1. A-

1. Amor Dei, qui cunctis bene vult.

2. Amor societatis humanæ.

3. Amor uniuscujusque: ut qui est imago Dei: & pars humanitatis, & tanquam membrum communis corporis: denique qui nobis quoque commodare pro sua virili potest; opera, consilio, precibus.

4. Consensus in doctrina sana.

5. Innocentia.

6. Humilitas & patientia.

Hæc illustrentur testimoniis aliis & exemplis.

IV. Epilogus, collecta summa orationis, preces pro concordia dicat.

X. *Alii aliorum onera portate. Gal. 6.*

I. Exordium sumi potest à proverbio: Virtus unita fortior est divisa: vel à fabella de asino, qui oneri succubiturus ab equo se sublevari petit: sed neglectus obrutusque, universum onus equo relinquit.

II. Propositio: Ego, ut ostendam, quam longe aliter socios & Christianos facere oporteat, illud Apostoli considerandum proponam: Alii aliorum onera portate.

III. Expositio 1. mentem Apostoli declaret: videlicet non tantum studia nostra ad aliorum utilitatem esse conferenda: sed vitia quoque dissimulanda, ferenda, resarcienda esse. 2. Causas suasionis afferat quatuor.

1. Ab æquitate, quod sub uno capite Christo membra simus ejusdem corporis. Rom. 12. 10. 1 Cor. 12.

2. A necessitate, quod nemo officium suum præclare sine alterius ope præstare possit. Vide oratores, opifices, magistratum, doctores Ecclesiarum & Scholarum, milites.

3. Ab utilitate privata, nempe gloria & fama, quam quis juvando & ferendo consequitur.

4. Ab utilitate publica, quod etiam ab imbecillibus multa queant egregie effici, totaque vita bene habeat, quam alioquin contentiones & æmulationes misere conturbent.

Hæc cum omnium ordinum demonstratione tractaris, addes etiam exempla & imagines formicarum, apium: item fabulam de claudo & cæco.

IV. Epilogus repetat de mutuis officiis parænesin, & urgeat vehementius.

XI. *Ne inebriemini vino, in quo est ἀσωτία. Eph. 5.*

I. Exordii loco querela sit de moribus horum temporum, in quibus etiam ebrietas; juxta vaticinium servatoris. Matth. 24.

II. Propositio: Vt igitur me ipsum & commilitones contra seculi nostri corruptelas muniam, excutiam illud Apostoli ad Ephesios: Ne inebriamini vino, in quo est ἀσωτία: profusio ac perditio turpis.

III. Confirmatio ex dicto Apostolico duas rationes deducat, quæ à peccato ebrietatis deterreant.

Prima est auctoritas Apostoli: cui adde alia dicta scripturæ & sapientum.

Altera est ebrietatis damnum voce ἀσωτίας significatum. Etenim ebriosus 1. perdit rem, 2. famam, 3. valetudinem, 4. mentem, quam obtundit, imo etiam peccatis multis inquinat, 5. vitam & salutem æternam. Hæc illustra testimoniis & exemplis appositis.

IV. Epilogus concludat vituperatione ebrietatis, & commendet sobrietatem.

XII. *Fugite scortationem. 1 Cor. 6.*

I. Exordium sume ab insidiis quas Satan incautæ juventuti struit, quando alios arrogantia & audacia inflat, alios ira exstimulat, alios voluptate inescat. &c. In his etiam est impurus amor, malum tam periculosum, quam jucundum.

II. Quare ne nos quoque hoc hamo capiat ætatis nostræ hostis, consideremus ex verbo Dei, quam fædum & Deo invisum peccatum sit scortatio, & subinde insonet in aures nostras illud Sancti Apostoli: Fugite scortationem.

III. Confirmationis loci sint:

1. Quod hoc peccatum passim in verbo Dei gravissime prohibeatur.

2. Ex membris Christi faciat membra scorti.

3. Et ex templo Spiritus Sancti cloacam impuri Dæmonis.

4. Et multorum peccatorum causa sit, ut patet in exemplis, Samsonis, Davidis, Solomonis, Achabi: item extraneorum, ut Paridis, Ægysthi Philippi, Macedonis, Alexandri M. &c.

5. Corpus quoque inficiat varia lue.

6. Deus non privatim tantum scortantes puniat: sed ob hanc causam sæpe totas Respub. & regna evertat. Vide exempla primi mun-

mundi, Sodomæorum, Benjamitarum, Trojanorum. Hinc abeas in antitheſin, docens, quam pulchra in Dei, angelorum & hominum oculis virtus ſit caſtitas, ubi pro exemplo ex Sanctis hominibus adoleſcentem Ioſephum, ex ethnicis P. Scipionem, condiſcipulis commendabis.

IV. Epilogus quædam remedia libidinis recenſeat. ut ſunt 1. cogitatio præſentiæ Dei & angelorum: 2. vitatio occaſionis, ut familiaritatis cum impudicis, otii, ebrietatis, librorum & colloquiorum obſcœnorum: 3 recordatio pacti, quod cum ſervatore in baptiſmo & uſu cœnæ factum: 4. repræſentatio noviſſimorum; ut mortis extremi judicii, quo gehenna aut cœlum obtinendum: 4. Preces, ubi pro concluſione pia exemplo præibis.

XIII. *Obedite ductoribus veſtris, & obſecundate. Hebr.* 13.

I. Exordium ſumatur à communi vitio adoleſcentum in recuſanda diſciplina: unde pravis moribus aſſuefcunt, tandemque peſſum eunt.

II. Propoſitio per prolepſin: Quod etiamſi eo animo ſis, ut ne vultu quidem offendere præceptores velis, ſimilique modeſtia ſint condiſcipuli: tamen ut te & illos in pio ſtudio confirmes, in præſentia paræneſin Apoſtoli expendere velis, quæ ad Hebræos legitur his verbis: Obedite ductoribus veſtris & obſecundate &c. Vide totum verſum 17.

Dices autem tria: 1. Quos ductorum nomine Apoſtolus intelligat: 2. Quid illis debeamus: 3. Quæ hujus pietatis cauſæ ſint.

III. Expoſitio primi membri doceat, ductorum nomine intelligi, qui aliis regendis præſunt: cujuſmodi ſunt parentes, hoſpites, patres & matres familias, præceptores, paſtores, magiſtratus, imo quicunque conſilio juvare poſſunt.

Secundi membri tractatio duo officia commendabit, quæ ductoribus noſtris debeamus.

Vnum eſt τὸ πείθεσθαι: monitis ipſorum, ut ſapientiorum, fidem habere:

Alterum ὑπείκειν, cedere & parere tanquam dignioribus.

Tertiæ partis methodus quinque rationes obedientiæ afferat.

1. Ab eorum dignitate, quia ſunt Duces, nempe in via ſapientiæ & virtutis; (excute metaphoram in voce Ducis) & quidem non humana tantum ſed etiam divina auctoritate nobis præfecti: ideoque eos contemnere, eſt ipſam ſapientiam & virtutem, omniaque

que simul jura, divina juxta & humana, spernere. Præcipue autem hic urgebis mandatum & ordinem Dei, quem ipsa etiam natura loquitur.

2. A beneficiis eorum: excubant pro animabus nostris. Hic expende 1. curas parentum, præceptorum, pastorum, magistratus, pro suis: 2. quæ Deo laboribus benedicente commoda inde existant, tum corporalia, tum maxime spiritualia, & quæ animæ salutem coacervant. Itaque hic urgebis necessitatem & æquitatem obedientiæ.

3. A magnitudine muneris, quod sustinent: quippe rationem reddituri, parentes familiæ, præceptores Scholæ, pastores Ecclesiæ, magistratus Reipub., omnes autem Deo: imo iis ipsis etiam, quibus præsunt. Hic πάθος movebis, nimirum si duces officium fecerint, futurum, ut coram omnibus bonis, tandemque ipso Deo, illi quidem sint excusabiles, contumaces vero gravissimam pœnam subituri.

4. Ab utili, quod ductoribus gaudium creet obedientia suorum: contumacia vero dolorem & lachrymas. Hic exprime πάθος ducum nostrorum in utramque partem: Exempla dabunt Noa, Lothus, Moses, Prophetæ, Christus.

5. A pœna contumacium, & benedictione obedientium: quo pertinet, quod vicissim auctoritatem habeant apud alios. Vide exempla in utramque partem: ut sunt ab una parte Chamus, Roboamus, pueri Bethelenses, Sodomæi, Dathan & Abiron, Iudæi: ab altera Sem, Isaacus, Iosephus, David, &c.

IV. Epilogus 1. accommodet orationem ad Scholasticos, ut auscultent præceptoribus suis: 2. precetur à Deo Spiritum modestiæ & frugalitatis.

XIV. *Quisquis potestati obsistit, Dei ordinationi obsistit: qui vero obsistunt, ipsi sibi condemnationem auferent. Rom. 13.*

I. Exordium sumi potest à fabula de gigantum insano conatu: quibus similes sunt, qui ordinem divinitus institutum convellere atque evertere conantur.

II. Propositio. Contra ejusmodi ordinis divini perturbatores meditandum est illud Pauli, quod est in epist. ad Rom. Qui potestati resistit, Dei instituto resistit: qui vero resistunt, sibi ipsis judicium capessent.

III.

III. Confirmatio duo argumenta è propoſita ſententia eliciat, cur non recuſandum imperium ſuperiorum.

1. Quod Deus ſapientiſſimo conſilio vitæ ordines ſanxerit: domeſticum, Scholaſticum, Eccleſiaſticum, Politicum: addito mandato, ut liberi parentibus, diſcipuli præceptoribus, parochi paſtoribus, ſubditi magiſtratibus obtemperent. Vide de ſingulis teſtimonia ſacra & profana.

2. Quod pœnam daturi, qui ſecus faciunt. Vide exempla ex hiſtoriâ ſacra & profana.

IV. Confutatio impiæ obedientiæ in rebus illicitis, qualis fuit Bileami, Doëgi, Iudæ, Iſchariotæ, & aliorum tyrannidis miniſtrorum: quibus opponenda regula Petrina: Deo magis auſcultandum eſſe quam hominibus.

V. Epilogus eſto paræneticus, qualis eſt Hebr. 13. v. 17.

XV. *Ex eadem ſententia diſpoſitio alia.*

I. Exordium ſumatur ab ἀναρχία & confuſione noſtri temporis. 1. ubi in omnibus fere vitæ partibus auctoritas vileſcit, & Fertur equis auriga, nec audit currus habenas, ut Poëta ait: 2. Quæ res multorum malorum cauſa eſt.

II. Propoſitio. Ne vero ad nos quoque hoc commune quaſi contagium perveniat, utque præceptoribus noſtris prout par eſt, obtemperemus, placet illud Apoſtoli vobiſcum expendere: Qui divinæ ordinationi reſiſtunt, ſibi ipſis judicium accerſent.

III. Expoſitio ſit trimembris.

1. Quid per ordinationem divinam intelligendum? nempe auctoritas ſuperiorum; ut parentum, præceptorum, paſtorum, magiſtratus, ſeniorum. Hi ſunt illi ordines, quos ipſe Dominus honorabiles eſſe vult. Vide teſtimonia ſacra & humana.

2. Quid ſit his reſiſtere? Videlicet 1. illos in animo ſpernere: 2. facere nolle quod imperant: 3. carpere apud alios authoritatem eorum: 4. iis ipſis imperare, eoſque in numerum cogere velle.

3. Quam pœnam tales daturi? Temporalem & æternam. Vide exempla iræ Dei adverſus contumaces liberos, diſcipulos, auditores, cives, juniores.

IV. Epilogus ſit in ſpeciali paræneſi de non offendendis præceptoribus: quod caveri poteſt amore, obedientia, cæteriſque piis erga illos officiis.

XVI.

XVI. *Memento noviſſimorum tuorum, & non peccabis. Eccleſiaſt. 7.*

I. Exordium ſumatur à ſtultitia mortalium, qui aut nimis confidunt, aut metuunt: quorum illud ſecuritatem, hoc deſperationem gignit.

II. Propoſitio. Quæ vitia cum nuſquam magis metuenda ſint, quam in mortis conſideratione, pauca de ejus meditatione dicemus, Sirachi conſilium ſequentes: Memento, inquit, noviſſimorum tuorum, & non peccabis. Summa erit: nec ſecurum, nec timidum nimis hic eſſe oportere.

III. Expoſitio rationes afferat contra utrumque vitium.

Primo, contra ſecuritatem facit mortis meditatio. videlicet

1. Quod mors incerta; id quod experientia conſtat:

2. Tempus autem, locus, & modus incerta. Affer exempla eorum, quos non opinantes mors oppreſſit. Recenſeri etiam poſſunt cauſæ: ut occultus aliquis morbus, non ſperatus caſus, vis improviſa. Ita Eli, Nabal, Abſolon, ille dives ruſticus, periere. Vide theatrum Hiſtoricum.

3. Sequuturum judicium, poſt quod bene, aut male homini erit in æternum. Id confirmetur 1. rationibus, & à natura & immortalitate animæ; à Dei immota juſtitia & benignitate; à teſtimonio conſcientiæ; à prodromis & exemplis judiciorum divinorum etiam in hac vita: 2. teſtimoniis ſacrarum literarum, Philoſophorum, Poëtarum: 3. neceſſitate in complendo officio Ieſu Chriſti ſervatoris noſtri.

Addatur his παθος paræneticum ab iis quæ primo quoque tempore facienda.

1. Emendetur vita, & renuncietur peccatis.

2. Conſtituatur res domeſtica.

3. Tollantur omnes offenſiones & inimicitiæ.

4. Animus totus extollatur ad Deum & res cœleſtes.

Secundo, contra metum ac deſperationem facit meditatio communionis, quæ nobis eſt cum Chriſto Domino. Itaque

1. Peccato opponamus gratiam & juſtitiam Ieſu Chriſti, qui pro peccatis noſtris ſatisfecit.

2. Contra mortis terrorem conſolemur nos vita Chriſti, qui mortem noſtram in ſomnum, & aditum ad vitam meliorem vertit.

3. Condemnationem & inferni metum vincamus patrocinio Chri-

Christi, & fiducia vitæ & beatitudinis immortalis, quam Christus suo ad orcum descensu, & glorioso ascensu in cœlum meruit.

Hæc omnia certo nobis polliceri possumus.

1. E promissionibus Euangelii, quæ quotidie meditandæ.

2. Ex usu sacramentorum, quæ sunt testimonia infallibilia de spe, quam Deus nobis fecit.

3. Ab exemplis pie defunctorum.

IV. Epilogus 1. repetita summa hortationis, 2. vertatur in precationem, qualis est Psal. 90.

XVII. *Eadem sententia hoc modo tractari potest.*

I. Exordium sumi potest à præceptis Philosophorum, qui in rebus agendis considerari volunt finem, & media seu rationes finis obtinendi.

II. Propositio: ad hunc sensum etiam trahi posse sententiam Sirachi, qua meminisse nos vult novissimorum nostrorum, ut ne peccemus.

III. Expositio sit.

1. Generalis, ut in omnibus rebus consideremus finem. id est 1. Intentionem, quæ semper honesta esse debet, ideoque media quoque eligenda, facilia quidem, sed nunquam turpia: 2. Eventum, qui anceps est; ideoque semper præparandus animus est aut ad patientiam, aut moderationem & modestiam; ita adversa leviora, secunda minus invisa fore. Vide Cicer. 3. Tusculan.

2. Specialis de fine vitæ. ubi tria semper in omnibus actionibus nostris consideranda:

1. Quod moriendum.

2. Quod veniendum in judicium Dei, ubi rationes de omnibus rebus dandæ.

3. Quod sententia auferenda aut vitæ aut mortis sempiternæ.

Hic πάθος duplex movebis: unum ut peccata, quæ æterno exitio luenda, caveamus: alterum, ut in rectis consiliis, propter spem æternorum præmiorum, constanter perseveremus. Repræsentabis etiam, majoris motus causa, ex Apocalypsi & libro Sapientiæ, statum tum condemnatorum, tum beatorum.

IV. Epilogus, post recapitulationem dictorum, preces dicat pro consequendo Spiritu pietatis in vita, & beata migratione ad Servatorem.

XVIII.

XVIII. *Lazarus Scholasticus. Luc. 16.*

I. Exordii loco sit prolepsis de parabola ad ordinem Scholasticum traducta.

Nota est parabola Servatoris de paupere Lazaro & divite epulone: qua etsi proprie id agit, ut pios pauperes consoletur, & divites improbos terreat; tamen non male etiam ad nostram, hoc est, Scholarum & Ecclesiarum conditionem, quam præ hominum hujus seculi splendore ac felicitate obtinent, accommodari potest.

II. Propositio. Lazari enim sunt doctores in Ecclesiis & Scholis: Epulones, canonici, politici, & alii in hac vita homines fortunati; quod paucis planum faciam.

III. Expositio in comparationis ἐξεργασίαν, indeque deducta paræneſi sit.

Ἐξεργασίας pars de Lazaro quatuor evolvat, ejus paupertatem, infirmitatem, contemptum, & refectores canes: eaque postea applicet magistris jam dictis: scilicet quibus nihil in hoc orbe est miserius, laboriosius, contemptius, & consolandis vix canes relicti sunt, hoc est, infimæ feeis homines, iique ipsi minime abundantes.

Pars de Epulone, hominis notet opulentiam; ignaviam, luxuriam, fastum, immisericordiam: quibus consimilia perstringat in nostris canonicis & politicis, qui non tantum de suo nihil in Ecclesias & Scholas conferunt, sed auferunt etiam, quæ in earum usum à piis majoribus sunt donata; ipsi interim tanquam proci Penelopes ætatem agentes, & pias doctorum operas ludibrio habentes, ipsis profecto canibus, id est, objectissimæ sortis hominibus in humanitate & tenacitate pejores.

Paræneſis ex eadem allegoria duplex ducatur: una ad miseros doctores; altera ad istos divites epulones.

Doctores in munere suo exemplo pii & constantis Lazari sunt consolandi & confirmandi: videlicet 1. quod consortes habeant Iesum Christum, omnesque Prophetas & Apostolos: 2. Labores eorum Deo sint grati, & Ecclesiæ ac Reipub. utiles: 3. Præmium eos maneat Lazari, proque eo, quod à lurconibus contemptui habentur, & mercede justa defraudantur, ministraturi ipsis sint angeli, atque hic inopia, curis & laboribus afflicti, in sinu beato Abrahæ, thesauros cœli, immortalem gloriam, & delicias perennes habituri.

Epulones & Sybaritæ nostri moneantur, ut de arrogantia & luxu suo remittant, afficiantur cura Ecclesiæ & Scholarum, reddant quæ per

per sacrilegium abstulerint; nisi cum tyranno illo Babylonico, aut cum Baaliticis sacrificulis, aut cum hoc ipso epulone, severa Dei judicia, & æternarum flammarum vindicias subire velint.

Vide in Historiis exempla punitæ immisericordiæ, luxus, rapacitatis, sacrilegii &c.

IV. Epilogi loco precatio sit pro Ecclesia & Scholis.

XIX. *Saul inter Prophetas.* 1 *Sam.* 10, & 19.

I. Exordii loco narratio sit historiæ, quomodo Saul bis conciderit in turbam prophetarum: semel cum à Samuele rex designatus esset: iterumque cum Davidem insano livore percitus insequeretur.

II. Propositio sit: Quod historia ista, ut omnis sacra scriptura, multa mysteria contineat, ut non sine causa res in dicterium abierit. Vnde unum atque alterum nunc explicandum.

III. Confirmationis partes sint duæ.

Prima fundamentum jaceat dissertationis: quod videlicet cœtus isti prophetici, homines Scholastici fuerint, quorum dux & rector tum temporis Samuel: quales alibi dicuntur pueri & filii vatum, ut in historia Eliæ & Elisæi.

Altera pars quadruplici commonefactione constet.

1. Quod qui rem administrent publicam, prius ad Scholas mittendi sint, ut illic sapientiam & virtutes magistratu dignas discant. Sic Iosuam Moses, Saulem Samuel, Solomonem Nathan, reges Persarum Magi, reges Ægyptiorum Sacerdotes: Græcorum duces Philosophi instituerunt.

2. Quod perturbationes & prava consilia principum per vates corrigenda: quibus proinde audiendis vacent, cumque iis prophetent, res divinas commententur.

3. Commendatur hic magistratui inspectio & cura Scholarum.

4. Habes exemplum mirandæ providentiæ Dei, in tyrannorum conatibus moderandis, ut ipsi sese exarment, & ceu oves mitescant: quæ omnia testimoniis & exemplis illustrari possunt.

IV. Epilogus preces dicat pro ordine Scholastico & Politico.

XX. *Qui seminant cum lachrymis, cum exultatione metent. Psal 126.*

I. Exordium tres ambitus habeat.

1. Generatim commendet usum imaginum in figurandis vitæ officiis, unde iis non tantum Hieroglyphici & Philosophi (ut Pythagoras & Plato) sed ipsi etiam Prophetæ, Servator & Apostoli plurimum usi.

2. Referat aliquot similitudines ad vitam pertinentes, quarum aliæ brevitatem, aliæ difficultatem & molestias, aliæ vigilantiam, aliæ aliud depingunt: ut quando vita nostro assimilatur somno, militiæ, stadium currenti.

3. Præ cæteris prædicet, quæ à rebus rusticis depinguntur, qualis hæc præsens est, & similes passim in sacris literis occurrunt. Esa. 19. Luc. 8. 2 Cor. 9.

II. Propositio sit bimembris. Duo igitur dicam: de sementi vitæ præsentis, & de messe postea secutura.

III. Expositio primæ partis sit in quadruplici collatione.

Prima sit agricolæ industrii & hominis pii.

Altera agri, qui non pateat viatoribus & bestiis, nec sit saxeus aut spinosus, sed bene septus, mollis, expurgatus, cum animo lege Dei emollito, & humiliato, discendi cupido, & à cura rerum mundanarum depurato.

Tertia sementis tum puræ, tum copiosæ, & fidei veræ ac caritatis pro cujusque loco & conditione exercendæ.

Quarta laborum rusticorum in arando, stercorando, averruncando, denique orando à Deo benedictionem cum hominis religioti officiis in Oeconomia, Schola, Repub. obeundis, iisque pie, sollicite & cum magna patientia & perpetua invocatione numinis.

Pars altera conferat messem cum præmiis pietatis.

Illa agricolis & aliis victum præstat, & quidem cum lætitia: hæc nobis & aliis, quos Christo hic lucramur, immortalem gloriam & voluptatem dabit.

IV. Epilogus hortetur ad bonam piorum officiorum sementem faciendam spe propositæ vitæ æternæ: 2. concludat invocatione, ut Deus laboribus benedicere dignetur.

XXI.

XXI. *Omnia probate, quod bonum est, retinete.*

I. Exordii loco querela sit de sectis & dissensionibus nostræ memoriæ, quibus Ecclesia, tanquam navis in procelloso mari à ventis & tempestatibus miserrime concutitur; id quod jam pridem Basilius quoque questus. Accommoda quæ de Stoicorum supercilio, Academicorum epocha & levitate, Epicureorum atheismo & licentia (sunt enim etiam nunc) feruntur.

II. Propositio sit bimembris. Contra tam periculosa tempora nihil melius est, quam ut consilium Apostoli sequamur, omnia probari jubentis, & retineri quod bonum est. Dicam igitur primum de probandis controversiis: Deinde addam de delectu.

III. Expositio primi membri quatuor habeat.

Primum sit reprehensio eorum, qui præjudiciis occupati, cæterorum hominum opinionibus pertinaciter adhærent, & se quasi mancipant: quod Apostolus quoque in Corinthiis improbat; vel qui nihil certi habent, ipsam religionem ceu vanam superstitionem videntes. Deinde sectarum probandarum necessitas ostendatur, quod sine fide Deo nihil placeat, nec quisquam servari possit. Tum pro norma probandi & tanquam Lydio lapide commendetur verbum Dei, quod est indubitata veritas: quod Deus ipse nos sequi jubet: quo denique omnes Prophetæ, ipse Servator & Apostoli, eorumque successores doctrinam suam defenderunt. Vide exemplum Beroënsium in Actis. Postremo defendatur auctoritas verbi divini contra objectiones de ejus obscuritate & repugnantia. ubi duo dicantur: 1. Quod scriptura in iis, quæ ad salutem necessaria, satis perspicua sit, licet de cætero multa ænigmata & mysteria complexa: 2. Adjumenta intelligentiæ esse 1. cognitionem linguarum; 2. Iudicium Logicum, contextui & Analogiæ fidei insistens: 3. Animum purum & ab omni præconcepta opinione & fermento humano liberum: 4. Preces ad Deum pro illuminatione mentis.

Pars altera 1. Bonum definiat, nimirum quod Deus in verbo suo à nobis postulat, sive id credendum, sive faciendum; 2. Modum ostendat retinendi: nempe ut ipsi id amemus & velimus: ut aliis commendemus & communicemus: denique ut pro eo ad mortem usque pugnemus: 3. Causas afferat: I. Quia Deus id vult: II. Et ejus agitur gloria: III. Nostra aliorumque salus.

IV. Epilogus repetat summam eorum quæ dicta, addita precatione pro pace & concordia Ecclesiæ, & nostra in bono retinendo conservatione.

CAP. IV.

Habens methodos ſacras de hominis miſeria.

I. *Baculus Moſis.*

I. EXordium ſumatur ab ipſa hiſtoria, per comparationem cum virga Mercurii.

Notum eſt, quod de caduceo Mercurii fingunt poëtæ, quo is multa ſtupenda fecerit. (Vide Natalem.) Sed relinquamus poëtis fabulas ſuas. Quæ de Moſis baculo ſacræ literæ tradunt, ea ut mirabilia, ita & vera eſſe ſcimus. Hæc eſt illa virga, qua vir divinus tot plagas Ægyptiis immiſit, qua mare diviſit, aquas è petra excitavit.

II. Propoſitio bipartita. Mihi in præſentia conſtitutum eſt de hoc baculo duo explicare: Primum, unde ei tanta vis contigerit: Alterum, quid omnibus temporibus Dominus per eum mortales monitos velit.

III. Expoſitionis pars prima tractetur antitheſi falſæ opinionis & veritatis.

Non ſine cauſa aliquis quærat, num baculus iſte in ſeſe tam prodigioſam vim habuerit? Non eſt ita, Auditores, ut multi ſuperſtitioſe credunt, & præſtigiatores etiam præ ſe ferunt; quas fraudes non eſt dubium Satanam ex hac ipſa Hiſtoria κακοζηλίᾳ quadam confinxiſſe; quemadmodum multa alia ex divinorum operum calumnia veterator iſte commentus eſt. Declara hæc inductione de ſacrificiis, oraculis, ſacramentis, virgula divina, & ſimilibus. Vide Peucerum de divinatione, & Natalis mythologias.

Quid ergo? Ex mandato & inſtitutione Dei tantorum prodigiorum vim baculus Moſaicus habuit. Illuſtra hæc aliis miraculis Prophetarum Eliæ, Eliſei, Eſaiæ: quo pertinet etiam Cithara Davidis, qua Sauli medetur.

Inprimis vero locus erit dicendi de Sacramentis, vim ſuam ex inſtitutione Domini habentibus, quod ex ſacris literis probare non erit difficile.

Pars altera duplicem uſum baculi Moſaici oſtendat.

Primus eſt in confirmanda fide noſtra de veritate, potentia, & bonitate Dei: qui uſus in ſacramentis potiſſimum meditandus.

Alter eſt in figuranda lege per Moſen tradita. Vt enim duces baculo utuntur, partim ad tuendum & regendum, partim ad caſtigandum

dum & plectendum; quomodo Therſiten Homericum tractat Vlyſſes: Iliad. 2. Ita Deus lege data vitam & mores noſtros regit, & delinquentes graviter exinde arguit & caſtigat. Hinc tot calamitates in vita, de quibus nunc totus orbis loquitur.

Hoc è ſcriptura plenius demonſtrato, abibis in deplorationem noſtri ſeculi, quo tum majorum noſtrorum, tum propriorum ſcelerum pœnas damus.

IV. Epilogus ſit in hortatione, ut de baculo Moſis cogitantes, expaveſcamus iram Dei, emendemus vitam, & rogemus Deum, ut miſereri noſtri velit; qua in re precandi formulam præibis.

II. *De lege leproſorum, ex 13. & 14. Levit.*

I. Exordium ſumatur à generali commendatione typorum Moſaicorum; utpote in quibus maxima divinæ ſapientiæ vis, & univerſæ religionis noſtræ myſteria lateant.

II. Propoſitio. Quod cum aliunde, tum maxime è lege de leproſis conſtat: de qua in præſentia.

III. Narratio Hiſtoriam legis habeat, hæc capita attingens: de lepræ cognoſcendæ ratione: de ſeparatione leproſorum, & de Sacerdotum in ea re cura & diligentia: tum quo ritu à lepra ſanati, recipiendi fuerint: quæ primo privata, tum publica eorum expiatio debuerit eſſe. Vide præter textum ſacrum, Carolum Sigonium de republica Hebræorum.

IV. Expoſitio quadruplex myſterium tractet.

1. Ipſa lepra eſt figura peccati.

2. Sacerdos oſtendit Eccleſiarum paſtoribus & doctoribus officium ſuum in auditorum peccatis notandis, corrigendis, conſolandis.

3. Sacrificia Chriſtum denotant.

4. Expiatio leproſi pœnitentiam adumbrat peccatoris, in agnoſcenda, deprecanda & emendanda culpa.

V. Epilogus ſit in commendatione doctrinæ de pœnitentia, quæ ex Moſe perpetuo inculcanda, ritu tantum ſublato, ſignificatione eadem manente.

Addatur precatio pro ſeria pœnitentia.

III. *De peste Davidis. 2 Sam. 24. & 1 Paral. 22.*

I. Exordium sumatur de tribus plagis, nunc passim mortales affligentibus, ut sunt bellum, fames, pestis.

II. Propositio. Nunc de uno genere nempe de peste verba faciam, materiam suppeditante Historia Davidis, ex qua & causam pestis, & ei opponenda antidota cognoscere licebit.

III. Narratio attexet Historiam pestis ex libris Samuelis & Chronicorum. ubi 1. Occasio & causa pestis in regis peccato. cujus causæ pacatus status regni, (vide Psal. 144.) Satan superbiam Davidi inspirans, & vindex angelus. 2. Ipsa vis pestis & clades in populo facta. 3. Finis. ubi Davidis preces & sacrificium.

IV. Expositio primæ partis de causa pestis: tum naturali in corruptione aëris, cujus variæ causæ à Philosophis afferuntur: astra, terræ motus, eluviones, pluviæ continuæ, cadavera insepulta: tum divina, per angelos peccata hominum vindicantes.

Hæc illustra testimoniis tum Philosophorum, tum sacrarum tabularum. Afferri etiam possunt exempla. ut sunt in sacris literis pestis Ægyptia, qua una nocte omnia primogenita periere: Assyria, qua in exercitu Sennacheribi tot millia necata: & hæc ipsa Davidica: apud alios scriptores, pestis Attica, lib. 2. Thucyd. Norica, Virg. 3. Georg. &c. Hinc digredi licebit in querelam de peste præsenti, cujus causa certissima ira Dei propter hominum scelera.

Pars altera de antidotis 1. Naturalia quædam proponet: (vide libros Medicorum, ut Fernelii, Alexandri Benedicti, Ioachimi Schilleri, &c.) 2. Per correctionem Davidica remedia commendabit. quæ sunt. I. Pœnitentia., II. Preces sacrificio Servatoris nixæ, & III. Liberalitas erga pauperes, Scholas, Ecclesiam. Vide Psal. 91.

V. Epilogus habeat preces pro remissione peccatorum, & pœnæ mitigatione.

IV. *De longævitate patrum ante diluvium. Gen. 5.*

I. Exordium sumi potest à querela Mosis de vita hominis post contracta, in Psal. 90. vel ab apophthegmate patriarchæ Iacobi ad regem Pharaonem de sua tum brevi, tum ærumnosa vita. Gen. 47.

II. Propositio: Longior fuit hominum vita ante diluvium &c. cujus rei causas explicabo.

III. Expositio tres causas afferat.

I. Est

1. Est natura fortior, quæ postea paulatim defecit: id quod non tantum in plantis, animalibus, & cæteris rebus naturalibus, sed etiam in civilibus, (ut sunt mores, familiæ, Respub., regna) contingit. Vide Virgil. in Georg. Salust. Catilin. ubi de Reipub. Romanæ decrementis disserit.

2. Temperantia & victus tum simplicior tum salubrior. Vide Macrob. 7. Saturn. 4. Marsilium Ficinum de vita producenda: Matthiæ Flacii comment. de vita & morte: Guilielmum Insulanum Menapium de ratione victus salubris.

3. Dei providentia. Is enim secundum numerum & mensuram, quæ ipsi videntur, creat & ordinat. Nominatim autem hoc pacto consulere voluit generis humani propagationi, & religionis, artium, aliarumque rerum ad usum vitæ pertinentium culturæ & certitudini. Hinc duplicem excursum facies. Primo in antithesin vitæ brevioris, quæ postea subsequuta: quia 1. natura ipsa cum tempore se exhaurit: 2. intemperantius vivitur: 3. crescit malitia hominum, unde Deus gravius offenditur. Vide Psal. 90. Deinde in prædicationem bonitatis divinæ propter literas invèntas; & in scribendi instrumenta, chartam, pennas, typos, atramentum, quibus memoria hominum & disciplinæ conservari & produci possunt.

IV. Epilogi loco triplex paræneſis sit: 1. Vt sobrie vivamus, nec ipsi nobis mortem immaturam accersamus: 2. Cogitemus nihil longum esse, quod tandem finem habet; ideoque ad illam beatam & immortalem vitam, de qua in Euangelio, contendamus: 3. Vt quantulumcunque vitæ detur, bene collocemus, nullius rei parciores, quam temporis.

CAP. V.

In Methodis fidem & consolationem firmantibus.

I. *Vaticinium Iacobi: Gen. 49. Alligabit viti asinum suum, & generoso palmiti asinæ suæ pullum: vestem suam vino, indumentum sanguine uvarum lavabit, oculis vino rubentibus, lacte dentibus candidis.*

1. EXordium sumatur à diversis modis interpretandi scripturam, quando alii τὸ ῥητὸν & literam, alii allegoriam & ἀλληγορίαν, alii utrunque modum sequuntur.

11. Propositio. Exemplo inter alia esse potest vaticinium Patriar-

chæ Iacobi, quod extat Gen. 49. in hanc ſententiam: Alligabit viti aſinum ſuum. &c. Quod vaticinium cum alii de Meſſia, alii de terra Iudaicâ accipiant, ego, quæ mea ſit ſententia, paucis declarabo.

III. Expoſitionis membra duo ſint.

Primum oſtendat, quid in receptis ſententiis deſiderari poſſit.

Nam qui nihil niſi de Chriſto hic agi putant, non ſatis attendunt, Patriarcham de univerſa Iudæ poſteritate agere; cui etiam conveniunt quæ alibi de terræ Chananææ fertilitate legimus.

Contra qui de Iudæa ita interpretantur, ut nihil majus ac divinius de Chriſto cogitent, non obſervant, quæ præcedunt, unde hæc continuantur: nec meminerunt, cujus rei typus univerſæ res Iudaicæ fuerint.

Declara hoc exemplis, maxime è Pſalmis, qui de Davide ſimul & Chriſto agunt.

Alterum membrum pleniorem afferat ſententiam, tum typum, tum antitypum complectens.

Quod ad typum, palam eſt de terræ promiſſæ fertilitate agi: quæ inter cætera jumentorum, vini, & lactis abundantia commendatur tanta, ut nobiliſſimas vites inſtar ſentium, ad quas jumenta numero propemodum dubia alligent, & gratiſſimum vini liquorem pro aqua, qua veſtium ſordes purgent, habituri ſint; & ex frequenti uſu lactis pene albedinem quandam veſcentium dentes attracturi.

Hoc & veritas Hiſtoriæ atteſtatur: & comparatio cum reliquis, quæ idem Iacobus cæteris filiis pollicetur, evincit: Conſule Plinium, Ioſephum de bello Iudaico, & Iunii Parallela.

Quod ad antitypum, ut univerſæ terræ promiſſio cæleſtis patriæ typus fuit, quem pluribus locis ſacræ tabulæ commendant: (Vide Hebr. 11.) ſic ad ejus nos ſimul vitis conſiderationem patriarcha vocat: 1. quæ una precioſiſſima Chriſtus eſt: (Ioh. 15.) 2. deque ejus vitis uvis, hoc eſt, ſanguine, quo peccatorum ſordes abluuntur, commonet: (1 Ioh. 1.) 3. Et hujus ſimul veſtem, id eſt, corpus cruentum indigitat; atque ita de morte & paſſione Domini vaticinatur, & noſtram cum eo communionem figurat.

1. Chriſtus enim eſt, qui nobis alimentum & potum præbet vitæ æternæ, ſed ipſe prior triſtem calicem pro peccatis noſtris exhauſit.

2. Lavat ille nos, & non ſine ſui ipſius baptiſmate, quando divinæ iræ torcularia ſolus calcavit, ſanguine totus madens.

3. Et lac dat purum ac copioſum Euangelii, cujus uſu dentes noſtri, peccati rubigine infecti, viciſſim in laudem Dei albeſcunt.

4. Denique Chriſtus eſt, ad quem aſina ſimul, aſinæque *pullus* addu-

adducendi, ut & Iudæi & extranei uni viti inſerantur: quod & Zacharias vates, & ipſe Dominus ſuo illo in urbem Hieroſolymam ingreſſu notare, atque hoc velut antitypo declarare atque interpretari voluit.

IV. Epilogus 1. commendet ſapientiam Dei in myſteriis veteris ſcripturæ latentem; 2. gratias agat Deo pro luce Euangelii, & Chananæa cœleſti.

II. *Quomodo promiſsio de Meſsia poſt plura demum ſecula ex virgine edendo, ſignum eſſe potuerit regi Achaſo præſtandæ liberationis ab hoſtibus? Eſa. 7.*

I. Exordium ſumatur à tempore præſenti, quo natalem Domini celebramus.

Quam ad rem multum facit, vaticinia de Meſſia cum ipſius adventu pie conferre.

In quibus vaticiniis non poſtremum eſt, quod Eſai. 7. legitur: Dat Dominus ipſe vobis ſignum: Ecce virgo concipiet & pariet filium; & vocabis nomen ejus Immanuelem.

De hoc loco corrumpendo & calumniando multum laborant Iudæi, de prophetæ uxore & filio, non de Domino, ejuſque matre virgine interpretantes: nimirum quia abſurdum videatur, Deum liberationem, quam Regi promiſerat, ſigno confirmare voluiſſe rei, quæ longo tempore poſt primum præſtanda.

II. Propoſitio igitur, ut Iudæorum cavillationibus occurramus, & fidem noſtram de Chriſto, ſecundum dictum oraculum jam tot à ſeculis exhibito, confirmemus, oſtendam, quomodo promiſſio de Meſſia ſimul argumentum liberationis ab impendente tum periculo Achaſo eſſe potuerit.

III. Narratio ipſam Hiſtoriam ex capite dicto breviter recenſeat: 1. In quanto metu Rex & Hieroſolymitani propter Rezinum & Pecum fuerint: 2. Quomodo Eſaias ex Dei mandato eos conſolatus ſit, ſpe facta liberationis, in cujus beneficii fidem ſignum peterent: 3. Denique quomodo Achaſo petere renuenti Deus ipſe pro ſigno eſſe voluerit, quod Virgo olim conceptura & paritura eſſet filium.

IV. Confirmatio conſtet quatuor argumentis.

1. Quod aliis quoq; locis legamus rei propinquæ longinquum adhibitum ſignum, ut Deut. 18. 21. 1 Sam. 2. 34. 1 Reg. 22, 25. & 28. 2 Reg. 6. 35. Ierem. 44. 30.

2. Quod textus, & inprimis nomina, quæ puero venturo tribuun-

buuntur, omnia de Messia intelligenda, ipsis etiam Iudæis non diffitentibus. Hoc enim vult oraculum: tam certam futuram liberationem ab hostibus tum bellum parantibus, atque primam illam promissionem de mulieris semine primis parentibus factam, omniumque piorum patrum fide comprobatam.

3. Quod utramque promissionem eventus comprobarit.

4. Quod Searjasubus Prophetæ filiolus incredulo regi pro altero pignore additus, siquidem illa prior & ad totam Ecclesiam pertinens promissio, non videretur satis. Vide Parall. Iunii.

Hinc duplicem excursum facies: 1. Quod certa sit fides nostra de Christo exhibito, ut in quo omnia vaticinia jam completa: 2. Quod certo quoque eventurum quod supereſt, ut Ecclesia militia sua jam defuncta aliquando etiam cum Christo in cœlo triumphet: Quippe quod hoc ab eodem Deo promissum. Atque hic πάθος movebis consolationis contra persequutiones præsentes.

v. Epilogus gratias agat filio Dei, qui homo in salutem nostram factus, eidemque miſellum suum populum commendet.

III. *Christum vere in carnem venisse.*

1. Exordium sumatur ab exemplo Ecclesiæ, quæ hoc tempore memoriam Christi nati magno cum gaudio celebrat: quod exemplum homines Scholasticos imitari condecet.

11. Propositio. Cum vero hæc materia copiosior sit, quam ut una oratione pertractari possit: hac vice tantum probabo, Christum priscis temporibus promissum eum ipsum esse, in quem Christiani credunt, quique ante secula, quæ numerant, natus, & proinde Iudæos hodiernos frustra alium Messiam exspectare.

111. Confirmatio sumatur à collatione vaticiniorum cum suo complemento. Etenim vaticinati sunt de Messia omnes prophetæ, alii aliud scrutati: nimirum de ejus persona, tribu, familia, matre, patria, natalibus, educatione, doctrina, miraculis, certaminibus, sacrificio, morte, sepultura, resurrectione, ascensione in cœlum, regno seu Ecclesia, hostibus: quæ omnia sic eveniſſe Historia Euangelica, & Ecclesiæ in hunc usque diem praxis comprobat. Vide locum Theologicum de Servatore, unde singulis inductionis partibus sua ex utriusque testamenti tabulis testimonia appones.

1v. Epilogus 1. πάθος habeat in Iudæos, qui tantisper Messiam veniſſe negent, dum eum in nubibus ad judicium redeuntem oculis suis videant: 2. Gratias agat filio Dei, cujus beneficio nunc audire

dire & videre liceat, quæ tot reges & prophetæ tam solicite exspectarunt: 3. Roget eundem, ut nos totamque Ecclesiam sibi curæ habeat.

IV. *Quid sit Incarnatio Domini.*

I. Exordii loco ipsa propositio sit: Condiscipulus evicit, vere incarnationem Domini factam: meæ partes sunt, quid ea sit, ostendere.

II. Explicationis ambitus sint sex, iique ex catechesi petiti.

1. Nomen declaret. Vox Incarnatio est à verbo Ecclesiastico incarnare, sicut ἐνσάρκωσις ab ἐνσαρκόω. Sed ipsum vocabulum Caro in sacris late patet. 1. Corpus partem hominis atque adeo ipsam substantiam carnis significat, ut 1 Cor. 3. & 15. 2. Humani generis universitatem, Psal. 67. 3. Hominem non regeneratum, & naturam depravatam, Ioh. 3. Rom. 7. 4. Naturam fragilem & caducam, Esai. 40. 5. Totum hominem ex animo & corpore compositum, in quo significatu Euangelista accipit, cum ait: Verbum caro factum est.

2. Doceat, quis incarnatus sit, nempe Filius Dei, quem Euangelium Verbum vocat. 1. Quia est verbum promissionis, quæ inde ab initio piis facta: 11. Est orator & interpres cœlestis patris, per quem decernit & patefacit quæ vult: 3. Vt hominis verbum in mente nascitur, sic hoc divinum verbum in mente patris gignitur modo inexplicabili.

Hoc verbum eundem cum Patre Deum esse, probant ejus in sacro codice nomina, attributa, opera, & cultus, uni Deo competentia, imo ipsa ratio & natura Filii.

3. Exponat quid filius Dei factus: Homo videlicet verus & integer, caro autem in Euangelio dictus, partim propter veritatem naturæ assumptæ, partim propter humiliationem, quando etiam servus, & communi infirmitati (peccato tamen excepto) obnoxius fieri dignatus est.

Esse autem Servatorem verum & perfectum hominem, arguunt nomina, partes, accidentia & actiones humanæ, de quibus in Euangelio.

4. Indicet unde naturam humanam filius Dei habeat: Ex carne & sanguine Virginis Mariæ, & quidem virtute Spiritus Sancti.

5. Addat quomodo incarnatio facta. Naturis divina & humana personaliter unitis, ut qui Deus, idem homo, & qui homo, idem

Deus

Deus sit, salvis utriusque substantia & proprietatibus: unde mirabilis illa communio, quam sacræ literæ indicant.

6. Postremus ambitus 1. definitionem colligat: quod Incarnatio Filii Dei illud admirandum opus sit, quo is naturam humanam ex carne & sanguine virginis Mariæ, cooperante Sancto Spiritu, conceptam induit, cumque illa se in unitatem personæ ita conjunxit, ut una persona sit, unusque generis humani redemptor Deus & homo: II. per præteritionem valere jubeat hæreticos: Arrium, Marcionem, Nestorium, Eutychen, & alios de hoc mysterio perperam sentientes.

III. Epilogus addat πάθος: Esse hoc mysterium imperscrutabile, quod in altera demum vita rectius intelligetur: 2. Quo omni studio contendendum.

V. *Cur Verbum oportuerit carnem fieri?*

1. Propositio. Intellectum est quid incarnatio Domini sit: ego, quam ob causam Servatorem generis humani tum Deum tum hominem esse oportuerit, exponam.

II. Expositio bimembris sit.

1. Quod hominem esse oportuerit, quia homo peccarat, nec justitia divina dignum erat, alium quam hominem pro peccato humano plectere. Nota hic locum de rigore justitiæ divinæ, quem tamen stulti peccatores non attendunt: licet ipse lapsus hominis, & tot præterea exempla judiciorum divinorum testes sint.

2. Quod eundem Deum esse decuerit: I. Vt sufferre in carne molem iræ divinæ: II. Et sufficiens λύτρον præstare: III. Denique amissam justitiam & vitam homini restituere posset: IV. Quo accedit quod in Psalmo est ut invidiam Diaboli ulciscceretur, hominem tantopere honore dignatus, qnantum ne in statu quidem integritatis habuisset.

Hic locus est de φιλανθρωπία Dei, tum aliunde, tum maxime ex hoc beneficio conspicua: qua de re ipsi angeli quoque nobis gratulantur.

III. Epilogus addat πάθος de admirabili Dei sapientia in negocio salutis nostræ curando. Vide Rom. 11. & Eph. 1.

VI.

VI. *De fructu incarnationis Domini. ex cantico angelico. Luc. 2.*

I. Propositio. Commilitones rationem incarnationis Domini exposuerunt: ego de ejus fructu pauca addam, canticum sequens angelicum: Gloria in excelsis Deo: & in terra pax: & in hominibus beneplacitum.

II. Expositio agat de fructu triplici.

Primus est gloria Dei, quæ malitia Diaboli & hominis contumacia obscurata, per hoc vero beneficium mirifice vendicata, illustrataque: ut omnis jam fateri lingua cogatur, consilia Domini rata esse, utcunque res cadant, illiusque bonitatem, sapientiam, & potentiam immensam. Itaque distincte hic docebis: I. Quo consilio Deus hominem condiderit: II. Quomodo Diabolus Dei consilium irritum facere voluerit: III. Quam sapienter Deus contra venerit, quam paterne hominis misertus, quam graviter ultus Satanam.

Adde πάθος admirationis, majestatis & gloriæ divinæ.

Alter fructus est pax nostra, hoc est salus & felicitas æterna. Omnia enim habet, qui Christum habet, & cum Christo vincit omnia.

Itaque pax nobis est 1. cum Deo non irato amplius, sed per filium nobis reconciliato: 2. cum animo & conscientia nostra, alioquin misere vexata, nec usquam quietem inveniente: (vide primos parentes & homines desperatos.) 3. cum angelis & creaturis omnibus, nos antea propter rebellionem adversus communem auctorem & Dominum aversantibus. Vide Gen. 3. Rom. 8. 4. cum Iudæis nos homines profanos capitali odio persequentibus. Eph. 2. 5. ab omnibus malis, nunc in materiam majoris salutis & gloriæ versis. Rom. 8.

Adde πάθος consolationis adversus hæc tempora.

Tertius fructus est mutua benevolentia 1. inter Deum, qui propter unum hunc filium nos quoque filiorum instar amat: 2. & inter nos, qui antea Deum ut severum judicem metuentes, nunc cum unigenito illo uniti, vicissim Deum, ut carissimum nostrum patrem diligamus & veneremur: 3. denique inter nos ipsos, qui ut fratres mutuo diligamus, omnique odio & inimicitiis viam præcludamus.

Adde πάθος parænetieum de Deo & proximo redamando: illo, qui summe bonus, qui nos prior dilexit, qui tot tantisque beneficiis nos dignatus, qui denique cumulum additurus cœlestis beatitudinis & gloriæ: hoc, qui eundem nobiscum Deum & patrem, eundem fratrem & mediatorem, eadem sacramenta, eundem inhabitan-

rem

tem Spiritum, denique eandem hæreditatem & gloriam habet.

III. Epilogus 1. habeat gratiarum actionem ad filium Dei, qui carnem noſtram induere, & mori pro nobis dignatus eſt: 2. eundemque roget, ut ſcintillam fidei in animis noſtris augeat, quo hoc tantum beneficium grata mente agnoſcamus, & in hac & in futura vita prædicemus & celebremus. 1 Tim. 1.

VII. *De Iohanne Baptiſta ex patre muto & ſurdo nato. Luc. 1.*

I. Exordium ſumatur à circumſtantia temporis, quo nobis renovatur memoria Baptiſtæ præcurſoris Domini: unde officii tui ſit aliquid de tanto viro in medium afferre. Eum enim divinitus excitatum fuiſſe, præter ſacrarum literarum auctoritatem, ipſi Iohannis parentes, nomen, & officium, per Sanctos vates & angelos, celebrata, evincunt.

II. Propoſitio. 1. Non autem totam nunc Hiſtoriam te pertractaturum: 2. Sed cauſas tantum expoſiturum, cur Deus hunc filii ſui præconem, & primum novi fæderis interpretem, ex patre muto ſurdoque naſci voluerit. 3. Ita enim mutum factum eſſe, ut illi ſunt, qui auribus ipſis inde ab ineunte ætate capti fuerunt, ex rei circumſtantiis patet, quod non rogare licuerit, ſed innuendo neceſſe habuerint cognoſcere, quid puerum appellari vellet.

III. Expoſitio quinque cauſas recenſeat.

1. Zachariæ incrudelitas eſt. Luc. 1. Vnde locus de hoc peccato fugiendo. Vide ſimilia in primis parentibus, uxore Lothi, equite Samaritano, & aliis.

2. Vt hoc miraculo veritas doctrinæ, quam Iohannes prædicaturus eſſet, confirmaretur. Hic locus de uſu miraculorum.

3. Vt ſciremus, excellentes doctores etiam ex ineptiſſimis & viliſſimis parentibus divinitus dari. Vide hic 1. vulgus de filiis ex parentum indole & conditione judicare ſolitum: 2. Dei morem per inſtrumenta viliſſima res maximas gerentis, quod exempla teſtantur Moſis, Gideonis, Iephthæ, Davidis, omniumque adeo Prophetarum & Apoſtolorum.

4. Vt typus eſſet ejus rei, quam poſtea Dominus interpretatus eſt Matth. 11. Omnes, inquit, prophetæ & lex uſque ad Iohannem. Hic locus eſt de uſu & fine ceremoniarum veteris populi, ut erant agnus paſchalis, tabernaculum, ſacrificia, lotiones, quibus figuris omnibus Chriſtus cum Euangelio ſuo ſilentium & finem impoſuit.

5. Vt

5. Vt figura esset hominis primum integri, tum lapsi, postremo per gratiam Euangelii restituti. Confer hic cum Zacharia adhuc sano hominem recens conditum; cum muto & surdo eundem jam lapsum, & certe per idem offensionis genus, incredulitatem: denique cum restituto, per Euangelium hodiernum ad Christum conversum: ubi locus de efficacitate doctrinæ & Spiritus Christi.

IV. Epilogus habeat gratiarum actionem pro luce Euangelii data, & pro conservanda preces.

VIII. *De passione Domini.*

I. Exordium sumatur 1. à tempore, quo in Ecclesia de passione & morte Domini agitur: 2. id quod Dominus quoque in usu Sacræ cœnæ nos monitos voluit: 3. quo agnus paschalis, omnesque propemodum typi veteres spectarunt: 4. fuitq; hoc præcipuum caput, quod in concionibus suis tum prophetæ tum apostoli tractarunt: 5. nec est aliud, è quo homo peccator fiduciam & consolationem haurire possit.

II. Propositio sit bimembris: quod primo Historiam, deinde usum passionis Domini considerare velis.

III. Expositio Historica quatuor evolvat.

1. Quis passus? Filius Dei, sed in carne, cui divinitas vires & dignitatem meriti dedit.

2. Quando & Quid passus? Per totam quidem vitam omnis generis mala, paupertatem, exilium, infamiam, famem, sitim, vexationes ab inimicis, amicis, &c. Sed maxime in vitæ extremo inenarrabiles exagitationes, diras lacerationes corporis, cruciatus & angustias animæ infernales, denique probrosam & maledictam mortem crucis. Vide Historiam, & Psal. 22.

3. Quomodo passus? cum ardentissima caritate, promptissima obedientia, profundissima humilitate, inconcussa patientia, constantia fortissima, mente mitissima. Demonstra hæc ex singulis actibus passionis; in horto, in curia pontificum, in senatu, in prætorio Pilati, in cruce, in ipso sepulchro.

4. Quo fine? ut patri λύτρον præstaret pro peccatis nostris, & nos à pœna peccatorum liberaret. Esai. 53.

Hic locus est de discrimine inter crucem aliorum hominum; quæ aut est τιμωρία, pœna & castigatio peccati patrati, aut δοκιμασία seu tentatio & probatio fidei & constantiæ, aut deniq; μαρτύριον & testimonium de veritate doctrinæ: (vide exilium Davidis propter Absolonem, carcerem Iosephi, supplicium Baptistæ, Pauli & aliorum:) &

inter

inter crucem Domini, quæ sola est λύτρον & satisfactio pro peccato. Addi quoque potest πάθος indignationis in eos, qui non acquiescentes in hac sanctissima victima, ipsi etiam suis putidis officiolis mereri gratiam Dei, blasphemo & impio ausu volunt.

Expositio practica quintuplex sit.

1. Primus usus est ἐπιστημονικὸς. Facit enim 1. hæc meditatio ad confirmandam veritatem propheticam & apostolicam: 2. atque adeo ad admirandam sapientiam sancti Spiritus, in vaticiniis & ipso rerum eventu conspicuam: (vide Luc. 24. 1 Petr. 1.) 3. denique ad certitudinem religionis nostræ contra paganos, Iudæos, omnesque atheos defendendam.

2. Alter est μετανοητικὸς & pœnitentialis. Testatur enim de ira Dei adversus peccata, quæ expiari non potuit, nisi per tam tristem & acerbam mortem unigeniti filii sui. Deploremus igitur lapsus nostros, & inposterum ab omni pravitate abstineamus, nisi iterum crucifigi velimus Dei filium. Hebr. 3, 4, 6.

3. Tertius est ἐλπιστικὸς & consolatorius in lucta conscientiæ propter peccata & metum condemnationis, cum sciamus nihil esse damnabile iis, qui sunt in Christo Iesu, cujus sanguis expiavit omnes offensas nostras. Rom. 3, 5, 8.

4. Quartus est τυπικὸς, ĕ Domini fortuna & passione, Ecclesiæ conditionem, quam in hac militia sua habet, spectandam proponens.

5. Vltimus est ἐνδεικτικὸς, ut nostram quoque crucem patienter feramus, & de omnibus etiam inimicis nostris bene mereri studeamus, cum omni humilitate & mansuetudine. 1 Petr. 2.

IV. Epilogi loco gratiarum actio fit ad Filium Dei, qui pro nobis mori dignatus, addita petitione, ut hoc beneficium nobis solatio cedat in omnibus tentationibus, & simul invitamentum sit ad ipsum & proximum nostrum sincere amandum.

IX. *De signis fidelium. Mar. 16. vers. 17, 18.*

1. Exordium sumatur à præcepto Pauli, ut unusquisque se probet, an sit in fide.

1. Fide hominem servari, Christianis extra dubium est.

2. Sed non omnes de fide recte sentiunt. In papatu ita à fidei veritate ad operum studia avocantur, ut parum admodum de Christo cogitantes, à suis ipsorum meritis pendeant. Nostri cum fide audiunt hominem justum censeri, studium piorum operum prorsus neg-

gli-

gligunt, quasi fides ea vera sit, qua eadem non pii & sancti reddantur.

3. Artificium hoc est singulare Satanæ, homines ita perpetuo seducentis, ut vel in hanc vel in illam partem declinent potius, quam quod erat medium teneant.

4. Sequamur igitur consilium Apostoli, & diligentius cogitemus, quomodo de fide nostra esse certi queamus.

II. Propositio tanquam ex genere speciem inferat.

1. Nec est quod longius abeamus: videatur ea Christi oratio, qua universum docendi munus, & doctrinæ Euangelicæ summam Apostolis suis ad hunc modum concludit: Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur: In nomine meo dæmonia ejicient: linguis loquentur novis: serpentes tollent: & si quid mortiferum biberint, non eis nocebit: super ægrotos manus imponent, & bene habebunt.

2. De his credentium signis nonnihil dicendum erit.

III. Expositionis partes sint duæ, una literalis, altera mystica.

Literalis ita habeat:

Vulgo hæc verba de illis duntaxat miraculis exponuntur, quæ proxime ab ascensione Domini sunt edita ad doctrinæ Euangelicæ confirmationem, postea vero cessarunt.

Vt enim fides crescceret, miraculis tanquam aqua fuit nutrienda, cum fixa radix est, à rigando cessamus. (Verba sunt Gregorii in Homil.) De dæmoniis ejectis legimus Act. 16. de linguis Act. 2. & 10. de serpentibus sublatis, Act. 28. de venenis citra noxam haustis, in historia Macii Euangelistæ: de ægrotis per impositionem manuum revalescentibus, passim in Actis & in Epistola Iacobi.

Allegorica seu mystica tractatio quatuor habeat ambitus.

1. Probet præter illa Apostolorum miracula etiam amplius quid intelligendum: quandoquidem in hac clausula servator de omnibus credentibus aliquid agit, 2. & eam judicandi normam præscribit, quæ ipsa tam diu duret, donec salutis eadem doctrina maneat.

2. Doceat spiritualia signa hic intelligi, quorum similitudo sit quædam in illis externis, & quæ nihilo sint leviora; id quod ratio universa arguat, & testimonia alia demonstrent.

3. Accommodet hunc sensum fidelibus per inductionem.

Primo, dæmonia ejiciuntur, cum per digitum Dei à Satanæ tyrannide liberamur, atque ita in regnum lucis transferimur, ut mundum, universaque diaboli opera valere jubeamus. Ioh. 8.

Secundo, istud quoque est linguis loqui novis, cum missa dicacitate

& αἰσχρολογίαι impura, de Deo & rebus piis loquimur, Deumque magnifice celebramus. Act. 2. & 11.

Tertio, istud est viperas & serpentes tollere, cum malitiam è nostris & aliorum cordibus auferimus; & vim ac contagium Satanæ longissime à nobis propulsamus, & ab impiorum commercio nobis cavemus. Matth. 3. Luc. 3.

Quarto, pocula mortifera sine vitæ jactura haurimus, cum persequutiones & pericula spe æternæ vitæ superamus. Matth. 10.

Quinto, ægrotis manus salutares imponimus, cum afflictos & infirmos roboramus exemplo, ope, precibus: idque ad exemplum Servatoris, Ioh. 15, 16, 17. ubi toties pro nota fidei caritas paterna commendatur.

4. Postremus ambitus commendet hoc fidei examen, tum quod omnino necessarium sit; tum quod difficile, scilicet miracula requirens tanto majora, quanto spiritualia majora, & non corpora, sed animos afficientia.

1 v. Epilogus sit paræneticus de professione & fide ita instituenda, ut ejus virtutem ipsa re demonstremus: quod Dominus Deus largiri nobis velit.

X. *De Samuele excitato.* 1. *Sam.* 28.

1. Exordium sumatur à νεκρομαντίας descriptione, quam cum multis aliis erroribus ex paganismo acceptam defendunt pontificii: scilicet ut impia pro defunctis sacra faciendi consuetudo ipsis quæstui sit. Vide Hom. 11. Odyss. Virg. 6. Æneid. Macrob. in Saturn. Peucerum de divinatione.

11. Narratio sumatur ex 1 Sam. 28. scilicet quia inter alia argumenta, quibus huic superstitioni fidem faciunt, etiam hac Historia abutuntur.

Capita erunt: 1. Quam fideliter Samuel, dum vivus, Saulem monuerit de officio suo, quamque hic opinione majestatis inflatus, salutaria consilia omnia proterve spreverit, tandemque tyrannus evaserit: 2. In quas angustias propter bellum Philistæorum venerit: 3. Quomodo tandem desperato Dei auxilio ad Pythonissam se contulerit, mortuum consulturus, quem vivum non audiverat: 4. Quid responsi à spectro datum.

111. Propositio per antithesin.

Hanc larvam pontificii ipsum Samuelem fuisse contendunt, indeque probare volunt, vere apparere mortuos, & Deum per eos voluntatem

tatem suam vivis patefacere. Ego non Samuelem vatem, sed ipsum fuisse diabolum sub persona Samuelis latentem demonstrabo.

IV. Confirmationis argumenta sint quatuor.

1. Quod Deus mortuos vetuerit consuli: contra quod interdictum piam Samuelis animam aliquid commisisse nullo modo suspicandum. Levit. 20. Deut. 18. & parabola de Epulone.

2. Quod Samuelis anima in cœlo, omnium piarum mentium domicilio fuerit, ubi incantatorum carminibus inquietari non potuerit: corpus vero jam biennio ante sepultum & putrefactione deformatum, magnificam illam speciem, qua simulatus ille Samuel se ostentavit, habere non potuerit.

3. Quod nemo, nec angelus, nec homo, suscitare possit mortuos: Deum vero ad libidinem impiæ sagæ, & contra suam legem egisse, dictu blasphemum est.

4. Quod tales elusiones Satanicæ non novæ. Vide apud Peucerum de Pausania, M. Bruto, Pompeio, Lipara, Iove Elysio.

V. Confutatio sit triplicis objectionis.

1. Quod Historia ipso nomine Samuelem vocet. Vide quoque Syracid. 46. nimirum ex sensu improborum Pythonissæ & Saulis. Vide similia loca, ubi scriptura ex hominum opinione, non ex rei veritate loquitur, ut eo acerbius stultitiam mortalium patheticis ironiis notet.

2. Quod species Samuelis visa, & vox audita. Non enim est diabolo difficile transformare se in angelum lucis, & sanctorum hominum loquelis abuti: quod Deus ideo permittit, ut qui verum audire non sustinent, falsi mendaciis se perditum eant. 2 Cor. 11. 2 Thes. 2.

3. Quod responderit eventus: Minister mortis est Satan, ideoque scire potest judicia divina, quorum ille debet exsecutor esse. Vide Heb. 2. 1 Reg. 22.

VI. Epilogus post exhortationem, ut missa ejusmodi vanitate pro fidei vitæque regula verbum Dei habeamus, precatione concludat, ut nos Deus in veritate sua conservet, & à tam periculosis erroribus clementer defendat.

XI. *Infernus pontificius.*

1. Exordium sumatur à comparatione papismi cum gentilismo, tum quod ad errandi causam, tum quod ad subsequutam formam religionis.

Causa est, quod utrinque discessum à verbo Dei, & figmentis

hominum locus datus, idque non sine astu Satanæ, κακοζηλίᾳ quadam divinorum operum mortales dementantis, & arrogantia præstiti cultus inflantis.

Religio consequuta idololatrica, superstitiosa & servilis. Compara hic utrorumque divos, sacerdotia, vota, sacrificia & similia, quæ cæca credulitas temere & sine auctoritate divina, opinione ac spe cultus, confinxit.

II. Propositio tripartita.

Quia vero non omnia uno tempore pertractari possunt, in præsentia agam de inferno pontificiorum, tanquam reliquæ superstitionis & impostura nervo, tria dicturus: Quid ii de inferno doceant: unde hoc figmentum ortum suum habeat: denique quam sint omnia vana & commentitia.

III. Expositionis pars prima describat infernum, quatuor quasi regionibus distinctum.

Prima est patrum veteris populi, qui illic (impune tamen) usque ad adventum Christi concluſi manserint. Vocant illi limbum patrum.

Altera est infantium, qui sine baptismo decedunt, resurrecturi quidem in judicio, sed ætate & forma perfecta. Hic limbus est ignorantiæ, itidem sine sensu cruciatuum.

Tertia dicitur purgatorium, ubi ad tempus alii longius, brevius alii, duris pœnis afficiantur illi, qui licentius vitam degerunt, non tamen sine notabili impietate, donec sacris factis, precibus, eleemosynis, aliisque piis officiis, maxime sacerdotum & liberalium amicorum, liberentur.

Quarta ipse tartarus est, ubi atrocioribus sceleribus conspurcati, pœnis mactentur sempiternis. Vide Chemnizii examen concil. Tridentin.

Altera expositionis pars auctores commemoret, unde hæc Theologia, & inferorum fabrica orta. Vide Platonis Phædonem, Homer. II. Odyss. Virg. 6. Æneid. Macrobium in somn. Scipion. Ciceroniani. Limbum patrum pagani campos Elysios dictitabant, de quibus ita Poëta.

Devenere locos lætos, & amœna vireta
Fortunatorum nemorum, sedesque beatas.
Largior hic campis æther &c.

Idem de limbo infantium.

Continuo auditæ voces, vagitus & ingens,
Infantumque animæ flentes in limine primo. &c.

De

De purgatorio sic Anchises:

Ergo exercentur pœnis, veterumque malorum
Supplicia expendunt: &c.

De orco extremoque pœnarum loco hæc Æneæ visa:

--- --- --- Sub rupe sinistra
Mœnia lata videt triplici circumdata muro,
Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis &c.

Pars tertia hoc figmentum refutet à testimonio sacrarum literarum, quæ

1. Duplicem tantum viam post hanc vitam agnoscunt: unam quæ ad cœlum pias animas, alteram, quæ ad locum cruciatuum impias ducit. Luc. 16.

2. Negant ullum hinc ad superos transitum concedi, Luc. 16.

3. Quod ad patres, unam eandemque asserunt salutis consequendæ rationem, tam in veteri, quam novo Testamento, Act. 4. & 15.

4. Quod ad infantes, sunt illi æque ac adulti formula fœderis divini comprehensi, cujus signaculum, non causa, baptismus est. Gen. 17. Act. 2. Rom. 4.

Adde his examen ratiuncularum, quibus pontificii purgatorium suum tegunt, ex Calvini 3. Instit. cap. 5. Sect. 6, 7, 8, 9, 10. & Chemnizii Exam. p. 3.

IV. Epilogus sit in detestatione superstitionis pontificiæ, addita gratiarum actione pro meliore luce veritatis.

XII. *Circumcisionem non minus, quam baptismum, prædicationem fuisse pœnitentiæ.*

I. Exordium sumatur à tempore.

Illuxit nobis hic dies, quo veteres mutuo benè precari, & optare solebant, ut sibi perennare liceret.

Precemur & nos Scholæ, cujus alumni sumus, & nobis mutuo, hunc & sequentes annos felices.

II. Propositio. Quod ut eo ardentius & fructuosius fiat, pauca dicam de circumcisione, & ostendam, eam æque ac nostrum baptismum, Symbolum pœnitentiæ fuisse. Pœnitentibus non omnia fausta.

III. Expositio partim generalis, partim specialis esto.

Generalis ostendat analogiam Sacramentorum utriusque fœderis, quod ad auctorem, rem significatam, & finem: tametsi vetera cum nostris collata 1. obscurius agant, 2. & Christum venturum spon-

deant, 3. eumque certo tantum populo, 4. ac Symbolis diversis.

Specialis accommodetur gradibus pœnitentiæ piæ.

1. Vt baptismus ablutione, sic circumcisio amputatione, naturæ impuritatem & reatum arguit, & sic dolorem & contritionem in animo peccatoris movet.

2. Qui credunt, baptizantur in remissionem peccatorum: similiter & circumcisio erat signum justitiæ fidei, quo Iudæi profitebantur fidem suam, in venturum semen mulieris, id est Christum, cujus satisfactio ipsis à Deo pro justitia imputaretur.

3 Vt baptismus habet stipulationem vitæ novæ, sic circumcisio monebat, ut præcisis illicitis voluptatibus, caste & innocenter viverent.

Hoc in partes ducatur.

Oculos circumcidit, qui eos avertit, ne videant vanitatem: Os, qui cavet, ne in eo inveniatur dolus: Aures, qui eas obstruit ad voces improborum: Cor, qui non meditatur malum: Rationem, qui sapit ad sobrietatem, refugitque ita scrutari majestatem, ut opprimatur à gloria: Memoriam, qui obliviscitur injuriarum: Amorem sui, qui eum amori Dei postponit: Vitam ipsam, qui eam pro gloria Dei periclitatur, ut meliorem in futuro seculo lucretur: Opes, honores, amicos, qui iis propter Christum renunciat.

IV. Epilogus vertatur in hortationem ad resipiscentiam, tandemque pro puritate sacramentorum & verbi in Ecclesiis & Scholis nostris conservanda preces addat.

XIII. *De Imagine Dei. Gen. 2.*

I. Exordium sumatur à proverbio, quod jubet, ut quisque se ipsum norit.

II. Propositio. In hunc finem videamus, qualem Deus hominem initio condiderit. Id vero nos docet Moses, quando ait Gen. 1. Creavit Deus hominem ad imaginem sui: quod quomodo intelligendum, collatio hominis cum Deo ostendet.

III. Expositio sit in quadruplici collatione hominis cum Deo.

Prima est naturæ simplicis & spiritualis. Gen. 2. Ioh. 4.

Secunda, virtutis; ut intelligentiæ & voluntatis sanctæ, justæ, bonæ. Esa. 6. 2 Cor. 3. Col. 3. Eph. 4.

Tertia potestatis & imperii in res creatas. Psal. 8. & 24.

Quarta gloriæ ac beatitudinis sempiternæ: quæ omnia in Deo per-

perfectiſſima & ſumma, in homine habent aliquid ſimile. Pſal. 102. Iob. 33. Eccleſ. 15.

IV. Epilogus 1. prædicet φιλανθρωπίαν Dei ex Pſal. 8. 2. hortetur ad imitandum, ut quam proxime ad Deum opificem noſtrum aſſurgamus, illique in vita & moribus ſimiles nos præſtemus.

CAP. VI.

In Methodis piæ vitæ.

I. *De bonis operibus.*

I. EXordium ſumatur à reprehenſione duorum periculoſiſſimorum errorum de bonis operibus. quorum unus eſt hypocritarum, qui nimium fidunt ſuis qualibuscunque virtutibus, iiſque juſtitiam & vitam æternam venantur: quæ opinio in paganiſmo olim fuit Ethnicorum non omnino impiorum, & in Iudaiſmo Scribarum & Phariſæorum, nunc in papiſmo eſt Monachorum & Ieſuitarum, &c. alter profanorum, qui ſalutari Dei gratia ad libidinem abutuntur, in peccatis & ſceleribus porcorum inſtar ſeſe volutante. 2. Hoc duplici opinionum genere Diabolus majorem partem hominum ſeducit. 3. Vnde divinitus accidit, ut duo excellentiſſimi Dei ſervi contra ſcripſerint: Paulus contra hypocritas, pro juſtitia fidei: & Iacobus adverſus Epicureos & Libertinos: pro ſanctimonia & juſtitia bonæ conſcientiæ.

II. Propoſitio: Quare ne & nos in hanc vel illam partem aberremus, agam hac vice de bonis operibus, tria explicaturus: Primum cur bona opera facienda: deinde quænam ſint bona opera: poſtremo quomodo præſtari à nobis queant.

III. Expoſitio primæ partis triplicem cauſam afferat: nempe à conſideratione Dei, noſtri, & proximi.

Rationes à Dei parte ſunt: quia 1. Is mandavit. Deut. 4. & 10. 1 Theſſ. 4. 2. Creati ſumus ad imaginem Dei, qui cum ſanctus ſit, nos quoque tales eſſe decet. Gen. 2. Eph. 4. 3. Redempti ſumus à Filio Dei populus ſanctus. Tit. 2. 1 Pet. 2. Rom. 6. 4. Idem vult in nobis habitans Spiritus Sanctus. Gal. 5. Rom. 8. 1 Cor. 3.

Rationes à noſtra parte ſunt: 1. Quod peccato mortui ſumus. Rom. 6. 2. Nova creatura in Chriſto facti. 2 Cor. 5. 3. Quibus ut filiis lucis ambulandum. Eph. 4. 4. Vt de vocatione & fide noſtra certi ſimus. 2 Pet. 1. 1 Ioh. 3. 5. Nec excutiamus Spiritum San-

ctum, & incurramus in pœnas, Rom. 6. 6. Sed potius benedictione ſua nos Deus impertiat, Exod. 20. Deut. 28. 1 Tim. 4.

Denique ad proximum pertinet, 1. ne ſcandalum ei præbeamus, 2. vel doctrinam Euangelii ſuſpectam faciamus, Luc. 6. Rom. 2. ſed integritate noſtra eum Chriſto lucrifaciamus. Matth. 5. 1 Petr. 3.

His ita dictis, tollatur non cauſa, nempe opinio meriti, duplici argumento:

1. Quod opera noſtra ſint impura & imperfecta, Eſai. 64. Luc. 17. Rom. 7. qualia juſtitiam & vitam æternam mereri non poſſunt. Deut. 27.

2. Quod juſtitia & vita æterna beneficia ſint unius Domini Ieſu Chriſti pro nobis mortui, Ioh. 3. Act. 4. Rom. 3. 1 Cor. 1. Apocal. 4.

Secundæ partis expoſitio tres conditiones bonorum operum requirat:

1. Vt proficiſcantur ex fide. Rom. 14.

2. Vt fiant ſecundum legem Dei. Deut. 5. Ezech. 20. Matth. 15.

3. Vt ad unius Dei referantur gloriam, 1 Cor. 10. Reprehendantur hic opera, 1. Quæ vel dubitante fiunt conſcientia, 2. vel duce carent fide, 3. vel ſuperſtitione vana nituntur, 4. vel ambitionem & arrogantiam habent.

Expoſitio tertiæ partis triplex bene agendi adminiculum proponat.

1. Vt agnita infirmitate noſtra, invocemus aſſiduis precibus auxilium Spiritus Sancti: ut is & intellectum illuminet: ut quid deceat, videre poſſit: 2. & animum flectat, quo ſequi velit, quod bonum: 3. denique perficiendi det facultatem. Rom. 7. & 8. Phil. 2. Ierem. 15. 1 Cor. 12. Pſal. 25, 119, 144, & alibi.

2. Vitemus omnem occaſionem peccandi, & inprimis familiaritatem cum improbis. Pſal. 1. & 119. 1 Cor. 15.

3. Excitemus animum quotidiana meditatione ſacrarum literarum, & conſtanti uſu virtutis: 1 Cor. 9. Vide etiam Philoſophorum præcepta de comparando habitu.

1 v. Epilogus repetita ſumma orationis, precationem addat ad Sanctum Spiritum, qui nos in omni virtute ducat & confirmet. Vide Pſalm. 119. literam ſecundam.

II. *De Pace.*

I. Exordium dabunt tempora noſtra, quibus cum totus orbis tumultuetur, omniaque bellis & armis perſtrepant: non alienum fuerit ab homine Scholaſtico, id eſt, ad ocium & pacem placidam colendam deſtinato, ut de tam dulci & jucundo bono verba faciat.

II. Propoſitio triplex. Dicam igitur de triplici pace: ſpirituali, civili, & quam poſt hanc vitam in cœlo habebimus.

III. Expoſitio pacis ſpiritualis quinque ambitus habeat. Vt ſunt:

1. Definitio. Eſt enim pax, quam cum Deo habemus, reconciliati ipſi per ſanguinem filii ipſius. Rom. 5. Coloſ. 1.

2. Contrarium, cum propter peccatum filii iræ eſſemus, quo nihil triſtius. Eph. 2.

3. Auctor pacis Chriſtus pro nobis mortuus. Neque enim aliter ſedari potuit ira Numinis. Tam atrox res eſt peccare, & Deum offendere.

4. Fructus, qui eſt tranquillitas & gaudium mentis. Vide locum de conſcientia.

Hæc pax hominem acquieſcere facit in Deo, Pſal. 73. & in ipſis flammis & diris cruciatibus invictum præſtat, Rom. 5. & 8. Vide exempla ſeptem fratrum cum matre in Hiſtoria Maccabæorum. Stephani, Act. 7. aliorumque piorum martyrum.

5. Quibus detur? Nempe ſolis fidelibus, Rom. 5. & 8. Impiis enim non eſt pax, Eſa. 57. ſed eorum animi tanquam furiis quibuſdam flagellantur, & ceu Euripus aliquis, æſtuant, tandemque veniente tempeſtate aliqua, facile de gradu dejiciuntur, ac deſperant, (vide Cainum, Achitophelem, proditorem Iudam, Franciſcum Spiram, & alios) imo ne in abundantia quidem & proſpero rerum ſucceſſu acquieſcere poſſunt. Vide locum de avaritia & ambitione: item exempla Alexandri M., Cæſaris, Pompeii, &c.

Pax civilis eſt, qua homines inter ſe tranquille vivunt. Hic videantur

1. Subjectum, ut ſunt domus, collegia, Reſpub.

2. Cauſæ, cur colenda: quia 1. Deus mandavit: 2. Homo ad ſervandam, non diſturbandam ſocietatem natus: 3. Vnum Deum, unum ſervatorem, eadem ſacra, eandem ſpem habemus: 4. Deus & omnes boni amant pacem: 5. In pace omnis proſperitas eſt: augentur opes, florent artes, valent boni mores, viget religio, leges, judicia: 6. Bella & diſcordiæ ſentina ſunt omnium malorum: 7. Vita

per se satis afflicta & difficilis, non est dissensionibus & concertationibus acerbior reddenda.

3. Adjumenta pacis, ut justitia, mansuetudo, preces.

Pax cœlestis tria continet. Quæ sunt:

1. Liberatio ab omnibus malis, quæ hanc vitam inquietant; ut sunt peccatum, mundus, Satan, mors; cum quibus, dum in carne sumus, pugnandum. Esa. 25.

2. Contemplatio Dei, à quo omnia in nos bona radiabunt, ut nihil ultra sit requirendum. Psal. 16.

3. Suavissima & indissolubilis conjunctio cum Sanctis Angelis & beatis hominibus: quibus nihil amabilibus. Confer amicos hujus seculi.

IV. Epilogi loco sint pro hac triplici pace preces.

III. *De communicatione cum peccato alieno.*

1 *Tim.* 5. *v.* 22.

I. Exordium sumatur à variis modis delinquendi.

II. Propositio. In his etiam est, quando alterius peccatum facimus nostrum. qua de re duo dicam: quomodo id fiat, & cur cavendum.

III. Expositio.

Prima pars recensеat modos aliquot communicandi. Vt quando peccatum

1. Suademus, ut serpens Evæ, Achitophel Absoloni.

2. Mandamus, ut Saul Doëgo.

3. Consentimus, ut Aaron in idololatriam populi, Abner & cæteri aulici in cædem Sacerdotum.

4. Provocamus & incitamus, ut Chamus fratres ad parentem irridendum, & socii Davidem adversus Saulem.

5. Laudamus, ut Democles Tyrannum Dionysium; & adulatores omnes faciunt, ut qui scandalum præbent, & occasionem peccandi aliis dant.

6. Reticemus, ut Achanis furtum domestici. Ita improba familia cum liberis herilibus colludit, & inter se petulci Scholastici.

7. Non punimus, ut Eli Sacerdos.

8. Non reprehendimus, ut Mitio Æschinum.

9. Opera nostra juvamus, ut Pilatus & Herodes, itemque Pharisæi injustum supplicium servatoris.

10. Defendimus, ut Baalitæ idololatriam, & rabulæ forenses causas injustas.

Hos

Hos modos complectuntur sequentes versiculi: 1. Consulo, 2. præcipio, 3. consentio, 4. provoco, 5. laudo: 6. Causor, 7. vel taceo, 8. non punio, 9. non reprehendo: 10. Participo, 11. tueorque: meum in caput ista redundant.

Altera pars causas afferat, cur cum aliorum peccatis non debeamus nos dictis modis adjungere, quia

1. Deus id vetuit. Psal. 1. & Esa. 5.
2. Sat ipsi quotidie peccamus.
3. Isto modo etiam pœnam nobis attrahimus.

Vide exempla Choræ ac Dathanis, Achanis, Elis, Abneri, Achitophelis: Benjamitarum, Iudæorum, Spartanorum, Romanorum.

IV. Epilogus sit in precatione, ut Deus nos regat Spiritu suo, ne vel ipsi delinquamus, vel cum aliis prave agentibus societatem habeamus.

IV. *De oratione seu precibus.*

I. Exordium sumatur à tempore, quod pia vetustas totam illam septimanam, in quam incidit festum ascensionis Domini, publicis precibus destinavit, quibus ipsi quoque in cœlum ascendamus, & cum Deo colloquamur.

II. Propositio. Ad quod pietatis exercitium, ut eo paratiores veniamus, hæc ipsa materia erit, de qua in præsentia verba facturus. Duo autem dicentur: cur orandum, & quid in oratione, quæ Deo placeat, observandum.

III. Expositio.

Primo causæ propter quas orandum, hæ sunt: quia

1. Deus mandavit. Psal. 50. Matth. 7. & 26.
2. Promisit exauditionem. Psal. 91. Ioh. 14. Luc. 18. Matth. 6.
3. Precatio est præcipuus cultus Dei, quo ei tribuimus gloriam omniscientiæ, omnipotentiæ, & infinitæ bonitatis.
4. Tutissimum medium avertendi, aut saltem mitigandi pœnas meritas, & impetrandi bona necessaria.
5. Precibus in necessitatibus suis usi sunt omnes Sancti, ipseque adeo servator & Dominus noster.

Huc refer laudationes orationis apud veteres; ut quando eam vocant clavem cœli, orantis subsidium, Dei sacrificium, gaudium angelorum, Dæmonum flagellum.

Vide etiam exempla sanctorum, qui res stupendas precibus confecerunt: Moses mare dividit, & populo victoriam impetrat contra

Ama-

Amalecitas: Ioſua ſolem ſiſtit: Samuel tonat: David tot hoſtium exercitus ſternit: Elias cœlum claudit & aperit, excitat mortuum, deducit cælitus ignem: Ezechias angelum pro ſe pugnantem facit, & decumbens ſolem retrahit: apoſtoli terram movent, aperiunt carceres &c.

Altera expoſitis ita precandi cauſis, perge ad præcepta & precandi artem, qua nullum opus difficilius eſſe Eremita quidam dixit. Docebis autem tria: I. A quo: II. Quid: III. Quomodo petendum.

1. Mens orantis dirigenda eſt ad unum Deum, qui eſt Pater, Filius & S. Spiritus: is enim unus & vult & poteſt nobis ſuccurrere: & proinde ſe ſolum vult invocari. Matth. 4. & 28. Pſal. 45. Hebr. 2. Matth. 8. Act. 7. 1 Cor. 13. Apocal. 1.

Non igitur invocandi ſunt angeli vel ſancti: quia 1. nullum ea de re mandatum vel exemplum in ſcriptura legitur: 2. imo damnatur, Eſa. 8. Col.. 2. 3. ipſique hunc honorem repudiant, ut Act. 10. Apocal. 19. 4. nec audire & juvare mortui poſſunt, Eſa. 63. Eph. 3. 5. nec Deus alium mediatorem vult, quam ſuum filium, ab ipſo nobis commendatum, Matth. 3. 1 Cor. 8. Hebr. 4, 7, 9. &c.

Multo minus reliquiæ Sanctorum, aut ullæ imagines. Exod. 20. Eſa. 40. Ezech. 32.

2. Petenda ſunt bona neceſſaria tum animo, tum corpori; & deprecanda mala: ſcilicet ad exemplar precationis, quam ipſe Servator præſcripſit, & ad normam decalogi, quam ſequi in omni praxi pietatis convenit. Talia ſunt vera Dei agnitio, conſolatio & gubernatio Spiritus Sancti, patientia in cruce, alimentum neceſſarium, remiſſio peccatorum, ſucceſſus in officio, defenſio contra Satanam & mundum, liberatio aut mitigatio ærumnarum, felix ac beatus exitus ex hac vita. Hæc nobis & aliis petemus, etiam hoſtibus noſtris: 1 Tim. 2. Num. 16. 1 Cor. 16. Vide exempla Servatoris, & aliorum Sanctorum.

3. Precatio 1. ſit humilis & cum patientia; propter majeſtatem Dei, & noſtram infirmitatem, Ioh. 9. Ezech. 18. Pſal. 2, 28, 51, 145. Eſa. 6. 2. ſit ardens & intenta, itidem propter reverentiam Dei & noſtram neceſſitatem, Ioh. 4. 3. plena ſpei & fiduciæ, Ioh. 14. Rom. 8. Iacob. 1. Scilicet quia Deus, qui exauditionem promiſit, eſt verax, & potens, & propter Chriſtum nobis bonus ac propitius, Ezech. 18. Ioel. 2. Rom. 3. Luc. 1. Ioh. 14, & 15. Dan. 9. Rom. 8.

Plus enim vult Deus dare, quam nos accipere; plus miſereri, quam nos ex miſeriis eripi, ut Auguſtinus ait.

Quod

Quodsi differtur exauditio, instandum est, & indesinenter orandum, Exod. 17. 1 Cor. 10. Psal. 27, 73, 123, 130. 2 Paralip. 20. Luc. 18. Eph. 6. 1 Thes. 2. Abacuci 2. Iudith. 8.

Potes hic etiam causas attingere tardioris auxilii: videlicet 1. ut probetur patientia & constantia piorum: 2. fides & invocatio fiat ardentior: 3. liberatio glorioſior: 4. & bonis divinis auctior.

IV. Epilogus 1. summam orationis colligat: II. subjungat consilium ardentius precandi, videlicet ut ante preces 1. excitemus nos lectione verbi divini: 2. expendamus nostram, & fratrum miseriam: 3. recordemur dulcissimarum promissionum Dei: 4. denique mentem ab omnibus aliis rebus sevocatam, ad Deum in cœlum evehamus, eumque oculis fidei spectemus: III. invocet Spiritum Sanctum, ut ipse preces in nobis formet, & infirmitati nostræ succurrat.

CAP. VII.

Habens sententias & imagines Ethicas.

I. Ἀρχὴν ἀπαύλων καὶ θέλγω ποίει θεόν. Nazianz. *A Iove principium Musæ. Virg.*

1. EXordium sumatur à dicendi occasione è nupero Euangelio de piscatura Petri.

II. Propositio. In hunc finem considerandum duxi carmen Nazianzeni:

Ἀρχὴν ἀπαύλων καὶ θέλγω ποίει θεόν. Ordire res, finique cum Deo tuas: ut tam pium consilium sequuti, eo felicius in studiis literarum progredi possimus.

III. Expositio è dicto versiculo quintuplex consilium deducat.

1. Vt quisque infirmitatem suam cognoscat, & proinde in rebus agendis auxilium petat à Deo.

2. Præferat terrenis rebus studium cœlestium.

3. Fretus ope divina labores vocationis fideliter & constanter obeat.

4. In omnibus consiliis & laboribus respiciat ad gloriam Dei, & aliquam ædificationem proximi.

5. Pro mediocri successu agat Deo gratias, & memor infirmitatis humanæ, gratiam ejus sibi continuari petat, nihil superbe ac arroganter cogitans, sed officio suo cum timore & tremore instans.

IV.

IV. Epilogus commendet carmen, addita precatione pro laboribus Scholasticis prosperandis.

II. Ὅσοις θεοῖς ἐπιπείθηται, μάλα τ' ἔκλυον αὐτοῦ. *Hom. Iliad.* I.

I. Exordium sumatur à necessitate favoris & auxilii divini; sine quo nihil est homini prosperum.

II. Propositio per prolepsin. 1. Etsi vero ratio Dei conciliandi omnium optime ex sacris literis discitur: nihil tamen obstat, quin & ratio recta audiatur. 2. In præsentia Achillis Homerici consilium audiamus, quando inquit:

Ὅσοις θεοῖς ἐπιπείθηται, μάλα τ' ἔκλυον αὐτοῦ.

Nam quicunque pie veneratur numina Divum, Præcipue exaudire solent hunc numina Divum. Quo ostendere vult heros, tum maxime cultum nostrum & preces Deo probari, si ipsi in officio faciendo obtemperemus.

III. Confirmatio ducatur 1. à testimoniis sacris & profanis: 2. Ab experientia omnium vitæ ordinum, Ecclesiastici, Oeconomici, Scholastici, Politici: quorum sacra precesque Deo grata fuerint, ubi officium factum.

Illustrari hæc possunt 1. specialibus exemplis, 2. etiam contrariis, 3. itemque dicteriis & fabulis.

IV. Epilogus hortabitur condiscipulos, ut si preces suas velint Deo acceptas esse, si feliciter in studiis proficere cupiant, ipsi diligenter officio suo fungantur.

III. Παιδεία τ' ἐν ἡμῖν μόνον ἐστὶν ἀθάνατον καὶ θεῖον. *Plutarch. de Educat.*

I. Exordium sumatur à vulgi de bonis artibus & studiis nostris temerario & iniquo judicio.

II. Propositio: Quæ res ne cursum studiorum nostrorum turbet, audiamus rectius judicantem doctissimum Plutarchum: Una (inquit) eruditio est ex iis quæ nobis suppetunt, res immortalis & divina.

III. Confirmatio resumat argumenta Plutarchi.

Primum quod res certa & immortalis sit, probetur tribus rationibus.

1. Quod

1. Quod non niſi cum vita auferri poſſit. Illuſtra hoc diſſimilitudine aliarum rerum. Vide ipſum auctorem.

2. Quod victum præbeat certum.

3. Et cultores ſuos immortalitati conſecret.

Alterum, eſſe etiam divinum quiddam, ſequentes rationes arguunt.

1. Eſt 1. munus Dei prorſus ſingulare, 2. nec obtinetur niſi precibus, 3. & ab hominibus divini ingenii, ac ſtudii indefeſſi.

2. Perficit mentem, quæ divina pars in homine.

3. Sapit res divinas & cœleſtes.

4. Ordines vitæ à Deo inſtitutos maxime ornat: ut domi patremfamilias, in Schola & Eccleſia doctores: in repub. magiſtratum.

IV. Addatur confutatio calumniæ, doctos eos ipſos eſſe, qui multa ſæpe pervertant: nimirum 1. quod hæc culpa hominis, non doctrinæ ſit: nihil enim eſt, quo non abuti poſſit: 2. quodque multi nomine docti ſint, non re. Nam quo quis doctior, eo humanior.

V. Epilogus παραινετικὸς ſit, ut adoleſcentes tam præclarum theſaurum magni faciant, & ad eum conſequendum omnem operam impendant.

IV. Ἀγεωμέτρητος μηδεὶς εἰσίτω. Plato.

1. Exordium eſto in commendatione Platonis Ciceroniana, 1. Tuſcul.

1. Quantus Philoſophus fuerit Plato, vel Ciceronis auctoritate conſtat, tantum ei tribuentis, ut errare cum eo malit, quam cum aliis bene ſentire.

2. Nec temere forte. Nam eum ſingulari eloquentia, multipliciſque doctrinæ laudibus ita ornatum fuiſſe conſtat, ut, quantum homini datum, verum indagare, tantum ille ingenio & diligentia aſſequutus eſſe videatur.

3. Inter cætera magni fecit diſciplinas mathematicas: unde in Scholæ ſuæ foribus hoc lemma habuiſſe accepimus: Nemo non Mathematicus introëat.

II. Propoſitio fiat cum brevi explicatione lemmatis.

1. A qua philoſophandi ratione cum multi ita diſſentiant, ut nobiliſſimis his ſtudiis parum duci videantur, placet ad nos excitandos hoc Scholæ Platonicæ Symbolum explicare.

2. Volunt vero quidam, Platonem hoc inſigni à Schola ſua, tan-

tanquam pollutos, arcere voluiſſe, Mathematum imperitos, ſeu potius oſores. Alii ſtatuunt eos excludi, qui diſciplinæ impatientes proportionem Geometricam conturbent, nec ad æquabilitatem & harmoniam vitæ ducí ſe patiantur.

3. Nos utrumque hominum genus ejectum conabimur demonſtrare.

III. Confirmationis pars prima proſequatur utilitatem Mathematum, tum in diſciplinis, tum in vita: qua de cauſa ab iis diſcendi initium Philoſophus fieri voluit.

Explicetur hoc inductione.

1. Ad Logicam exercendam itemque ad Phyſicam prodeſſe, probatur auctoritate Ariſtotelis, qui non tantum exemplis, ſed etiam principiis Mathematicis hic utitur.

2. Aſtronomia eſt partim numeratio motuum cœleſtium, partim globorum & ſtellarum dimenſio.

3. Ethicis diſcendis prodeſſe Platonis Politica, quæ Mathematicum lectorem requirunt, & moralia Ariſtotelis, in quibus princeps liber de Iuſtitia totus fere Mathematicus, argumento ſunt.

4. Medicinæ diſcendæ (ut ad ſupremas diſciplinas veniamus) quam neceſſaria Mathefis ſit, ſola teſtimonia Hippocratis & Galeni evincunt. Ille enim præcipit Theſſalo filio, ut Arithmeticam & Geometriam non ſolum ad ſplendorem vitæ, ſed etiam ad Medicinæ uſum ſtudioſe perdiſcat: Arithmeticam quidem ad morborum intentiones, remiſſiones, periodos, mutationes, judicia: Geometriam vero, ad oſſium ſitum, ordinem, luxationem, repoſitionem, exemptionem, affectionem denique omnem atque curationem. Galenus ſequutus exemplum Hippocratis, Athlethæ, inquit, plerique in Gymnicis ludis coronam expetunt, conſequendi tamen laborem nullum adhibent: ita Medici Hippocratem mirifice extollunt, omnia tamen potius faciunt, quam Hippocrati ſimiles fiant. Hippocrates & Geometriam, & Aſtronomiam ſummo ad Medicinam adjumento cenſuit eſſe: at ii invehuntur in earum ſtudioſos, tantum abeſt, ut ſibi capeſſendas & cognoſcendas arbitrentur.

5. In jure civili quam neceſſaria ſit Mathematum intelligentia multæ leges & controverſiæ oſtendunt, quæ ſine his adminiculis dijudicari nequeunt.

6. Theologiam quoque Mathematicam cognitionem poſcere, arguunt inter alia Chronologiæ & Topographiæ paſſim inſertæ. Vide arcam Noæ, tabernaculum Moſaicum, civitatem ſanctam apud Ezechielem, & Iohannem, Iobi caput 38, ubi oracula Geometri-

trica, Optica, Astrologica, Geographica, Meteorologica.

7. Sed audiamus etiam popularem usum in vita quotidiana: ut 1. discendis Mechanicis: 2. permutationibus & divisionibus: 3. entiis dicendis de agrorum terminis: 4. militia ad aciem instruen-m, castra metanda, oppugnandas & defendendas urbes. Vide Li-um de Archimede Syracusano.

Pars confirmationis altera sumatur ab auctoritate Platonis & Ari-otelis, qui Mathematica exempla ad mores accommodabant. Ex-rre hinc in commendationem bonæ disciplinæ, sine qua in omni æ parte nihil recte fit: ut merito à cœtu Scholastico excludendus, disciplinam odit.

IV. Confutandum quoque est, quod de obscuritate hic dici solet: Quod ut initio difficilis mathesis, ita in progressu tandem facilis jucunda contingat: 2. Nunc præcepta habeamus multo, quam lim, planiora: 3. & ductores rei satis peritos, nec invidos esse opor-t. Quod vero ad disciplinam, eam initio quidem non assuetis avem videri, tandem tamen in morem abire, & fructus ferre plissimos.

V. Epilogus abeat in exhortationem ad mathesin discendam, tan-am reliquæ sapientiæ fundamentum: & disciplinam tanquam ani-m bonæ institutionis patienter ferendam.

V. *Omnia vincit amor. Virg.*

I. Exordium sumatur à defensione Epicuri, voluptatem pro sum-o habentis: sed non spurcam eam, quam libido gulæ & Veneris af-t; sed illam liberalem & sanctam, quæ ex fruitione Dei ac virtutis stit. Vide Laërtium.

II. Propositio. Ex hac Philosophia fluxit illud Poëtæ: Omnia cit amor: quod quem sensum habeat, explicabo.

III. Expositio. 1. Pro fundamento constituendo definiat Amo-m, quod sit affectio, qua rem tanquam bonam cupimus, ad eam-e omni nisu contendimus. ubi explicare licebit tum causam, tum m & affectum amoris. 2. Inductione probet, nihil esse, quod ta-n affectionem non assequi possit. Exemplo sint: 1. Artes. 2. Virtu-. 3. Educatio liberorum. 4. Negociationes, opificia, agricultu-, militia. 5. Magistratus. 6. Ipsa Christiana religio.

In quibus singulis 1. difficultates esse ostendas & molestias pluri-s: 2. deinde quomodo amor eas perferat ac vincat: 3. insertis suis is exemplis idoneis.

IV. Epilogus hortetur condiſcipulos ad amorem literarum, ii que pro mnemoſyno relinquat illud Iſocratis : Ἐὰν ᾖς φιλομαθὴς ἔσῃ πολυμαθής.

VI. Οὐδὲν ἄνευ καμάτου πέλει ἀνδράσιν ἄπαθὲς ἔργον. *Phocyl.*

I. Exordium ſumatur à diſſimilibus. Quam multi excellenti in genio præditi, & quibus ſumptuum affatim ſuppeditatur, tamen oci & ignaviæ dediti ſunt, è Scholis nulla eruditione inſtructi redeunt Cum contra alii, diligentes modo ſint, ejuſmodi dotibus longe inf riores, fine optato potiantur.

II. Propoſitio. 1. Vſque adeo verum eſt, quod Poëta canit: Nu la viris res eſt magno ſine prompta labore. 2. Quod ne cui dubium ſit, provehemur paulo longius, & ipſam vitam pro teſte advocab mus.

III. Confirmatio ſit in Inductione præcipuorum vitæ generum politici, domeſtici, ſcholaſtici: ubi diligentibus omnia facilia, negl gentibus contra difficilia: quæ exemplis & dictis aliis confirmat etiam exemplis brutorum (ut formicarum, apium, itemque cic darum & fucorum) illuſtrari poſſunt.

IV. Epilogus urgebit diligentiam & ſtudium in literis, utpo rebus omnium nobiliſſimis & jucundiſſimis.

VII. *Aurora Muſis amica.*

I. Exordium ſit à diverſa conſuetudine aliorum, quorum quida nimiis lucubrationibus ſe exhauriunt: quidam propter ignaviam ave li à lecto mane vix poſſunt.

II. Propoſitio. Vtile igitur erit meditari, quod eſt in veteri ſe mone: Aurora Muſis amica, quo monemur, matutinum tempus teris aptiſſimum eſſe.

III. Confirmatio ſit triplex.

I. A cauſa; quod mane ſpiritus ſint puriores: idque parti ob alimenta jam digeſta, partim ob circumſtans cœlum ſole adve tante expurgatum. Declara hoc antitheſi temporis veſpertini, u natura cibo coquendo occupata eſt, & cerebrum facile infeſtatur, lucubrationibus longioribus turbetur, imo ipſæ tenebræ aliquid ſ piditatis afferunt. Contra lux mentem illuſtrat & acuit: illæ fu rum ſtatum damnatorum, hæc beatorum figurat.

2. A similitudine plantarum, arborum, bestiarum, quæ sub vesperum quietem amant, rore vero matutino refectæ quasi reviviscunt.

3. A testimoniis & exemplis Demosthenis, Aristotelis, Ciceronis, Melanchthonis, P. Rami & aliorum, qui ipsum solem orientem matutina industria sæpe antevertisse perhibentur. Adde quod preces quoque mane ardentiores sint. Vide Psal. 5.

IV. Epilogus repetat consilium datum, tum admonitione de curanda veletudine.

VIII. Σοφία μόνη τῶν κτημάτων ἀθάνατον. *Isoc. ad Demon.*

I. Exordium sumatur à comparatis: homines de caducis rebus dies noctesque laborare. Quanto magis ad ea bona contendendum, quæ interire non possunt?

II. Propositio: Hoc esse quod Isocrates monet, ex omnibus rebus humanis solam sapientiam immortalem esse asserens.

III. Confirmatio sit in quadruplici αἰτιολογίᾳ hujus laudis.

1. Quod sapientia sit bonum animi.

2. Veniat à summo & æterno bono Deo, cujus lucis quasi radius quidam est hæc qualiscunque facula rationis.

3. Auferri nulla ratione possit.

4. Fructus edat immortales in animo illustrando & dirigendo: in societate humana juvanda: in gloria nominis excitanda.

IV. Epilogus sit in exhortatione ad studium sapientiæ, cum precatione pro eadem consequenda.

IX. *Veritas temporis filia. Gell. lib. 2. cap. 11. Eras. in proverb.*

I. Exordium sit à contrario.

Augustinus gravissimus Theologus ea etiam mendacia, quæ pro salute & commodo alicujus, non malitia, sed benignitate committuntur, in culpa esse dicit, etsi leviori.

Quid pronunciaturum ergo in eos putatis, qui lædendi causa mentiuntur?

II. Quod ne quis ausit, explicabo illud veteris Poëtæ, quod est apud Gellium: Veritas temporis filia.

III. Confirmatio sit bimembris.

1. Mens proverbii excutiatur.

Etsi veritas initio latet aliquando, tamen progressu tempori emergit atque innotescit.

Hoc primum de omnibus artibus & scientiis dici potest; siquidem eæ non nisi longissimo temporis spacio investigantur. unde illud: Posterior dies prioris magister. & Thales ait: Ὁ χρόνος σοφώτατον ἁπάντων. ἀνευρίσκει γὰρ τὰ πάντα.

Hic locus est dicendi de disciplinarum initiis & incrementis, donec ad hanc perfectionem ventum, quam Dei beneficio nunc habent. Vide Cic. Tuscul.

Deinde de ea veritate, quæ calumniis premitur, intelligere licet: quod in præsentia agemus.

2. Veritas hujus sententiæ probetur partim testimoniis, partim exemplis: ut Iosephi, Mosis, Davidis, Eliæ, Michæ, Servatoris, Fabii Maximi, Africani, & aliorum.

IV. Addatur confutatio, quod tamen multa à multis committantur, quæ hic non patefiant. Cui respondendum. 1. Honesta, non occulta bonis viris quæri; & ut servator ait, qui bene agit, amare lucem: tenebras, qui male: 2. Vt plurimum tamen etiam in hac vita verum vincere. Nihil est opertum, ait Servator, quod non revelandum, nihil occultum, quod non divulgandum. Vide Psal. 73. 3. Certe in altera vita omnia manifestatum iri: quo etiam hoc Virgilii:

--- Subigitque fateri
Quæ quis apud superos furto lætatus inani
Distulit in seram commissa piacula mortem.

V. Epilogus sit in hortatione: 1. ut in discenda veritate tempus & diligentiam adhibeamus: 2. ut candide & sincere agamus, ne quid spe celandi patremus, quod recta ratio non probet.

X. *Felix qui potuit rerum cognoscere causas. Virgil.*

I. Exordium sumatur ab imbecillitate naturæ, in doctrina & vita multis modis hallucinantis: idque inde, quod non attendantur rerum causæ.

II. Propositio. Audiamus igitur Poëtam, nos ad causas inquirendas invitantem, cum ait:

Felix qui potuit rerum cognoscere causas. Quod quam vere dictum sit, paucis ostendam.

III. Confirmatio sumatur à duplici fructu causarum cognitarum. Pri-

Primus est scientia certa & pura.

Addatur amplificatio 1. à similitudine lucis: 2. ab inductione per omnes disciplinas: 3. à distinctione inter vagam opinionem, & inconcussibilem scientiam.

Alter fructus est vita commodior. Prodest enim causarum notitia.

1. Ad tuendam valetudinem, cum causæ morborum & remedia constant.

2. Ad agriculturam & œconomiam, omnesque adeo vitæ partes, in toga & armis recte obeundas. Vide Xenoph. Arist. Oeconomica.

3. Ad itinera, in prævidendis tempestatibus. Vide Meteorologica, Mezaldi, & Virg. 1. Georg.

4. Denique ad vitam spiritualem, cognita causa salutis obtinendæ, & divina providentia, à qua pendent omnia.

IV. Epilogus hortetur, ne quid temere credamus aut faciamus, sed tantum probemus, ausimusque, quantum de causis rei certo constet.

XI. Μέμνησο ἀπιστεῖν. *Epicharmus.*

I. Exordii loco detestatio sit Sophisticæ, qua passim incauti, alii doctrina, alii in vita decipiuntur.

II. Propositio. Hoc erat de quo sapiens Afer monebat his verbis: Elemento diffidere. Etenim sapienti diffidentia nihil melius.

III. Confirmatio sit triplex.

1. Diffidentia arguit ingenium sagax, industrium & circumspectum: cum credulitas filia sit stultitiæ & ignaviæ.

2. Est calcar in investigando vero. Hinc ipse servator scrutari jubet scripturas, & caveri à falsis vatibus: & Apostolus vult probari spiritus, an sint ex Deo: & in Actis laudantur Beroënses, quod ad Euangelio prædicato consuluerint scripta prophetarum: & Philosophi prædicant τὸ ἐπέχεσθαι. Vide Cic. de Finibus.

3. Est fundamentum securitatis, cum ex credulitate pericula existant. Vide exempla incautorum, quibus ab astutioribus deceptis, facilitas sua noxæ fuit: in Ecclesia, Politiis, Oeconomiis: & Ciceronem ad Quintum fratrem.

IV. Addatur prolepsis de fide tamen iis habenda, quorum prudentia & probitas nobis satis perspecta. Cicer. 2. offic.

V. Epilogus repetita admonitione, Deum oret, ut is simplicitati nostræ consulat, & pravorum fallacias prohibeat.

XII. *Nil prodeſt, quod non lædere poſſit idem.* Ovid.

I. Exordium ſumatur ab Apologo Platonis de ſocietate & con gio perpetuo voluptatis & doloris: quo docere inſtituit, ex iiſd rebus bonum & malum exiſtere poſſe: unde nec ſecundis luxuri dum, nec adverſis deſperandum.

II. Propoſitio. Idem Poëta vult hoc carmine: Nil prodeſt, qu non lædere poſſit idem: quod ut rectius perſpiciatur, primo demo ſtrabo, quæ utilia ſunt, eadem etiam nocere poſſe: deinde quæ n cent, etiam prodeſſe.

III. Confirmatio de bonis per inductionem fiat: 1. Rerum nat ralium, ut ſunt ignis, aër, aqua, terra, vinum, &c. 2. Artiu & diſciplinarum, ut ſunt, Medicina, Eloquentia, Iuriſprudent Poëſis: 3. Bonorum humanorum, ut ſunt forma, robur, nobi tas, opes, amici, honores: 4. Ipſius verbi divini, quod aliis vit aliis mortis odor eſt. Cauſæ quod noceant ſunt 1. Iudicia Dei: Stultitia mortalium: 3. Malitia eorundem.

De malis eodem modo agat. 1. Sunt res naturales, ut herbæ animalia noxia: 2. Pœnæ & ſupplicia: 3. Mala humana, ut mor & alia corporis vitia, paupertas, inimici, exilia, mors ipſa. Vi Petrarcham.

Cauſæ quod proſint ſunt 1. Dei benignitas: 2. hominum prude tia & virtus.

IV. Epilogus hortetur, ut tum bonis, tum malis rebus conſule nobis diſcamus; prudenter, juſte, fortiter, moderate agentes.

XIII. Ἔπεα πτερόεντα. *Homer.*

I. Exordium ſumatur à conſuetudine Pythagoræ, qui novit diſcipulis quinquennii ſilentium imperavit: ſcilicet quia difficillimu putabat moderari linguæ, voluit ab his modeſtiæ experimentis inſ tutionis ſuæ initium facere. Vide Gell. 1. lib. 9.

II. Propoſitio. In hunc finem conſiderabimus Epitheton, qu paſſim apud Homerum poëtarum principem legimus, quando ver alata vocat, una voce & vim ſermonis, & prudentiam, qua in il utendum, complexus; ut non ſine cauſa tot docti homines, in etiam Reges & Monarchæ hunc Poëtam in ſummo precio habueri cum in una ſæpe voce (ne de toto poëmate dicamus) tantum ſapie tiæ lateat.

III. Expoſitio.

Pa

Pars prima de vi ſermonis, metaphoram explicet. Alæ ſunt proprie avium: quarum ſimile quiddam in ſagittis: & in legione alæ equitum dicuntur, quæ aciei latera muniunt. Hinc conſtat verba alata dici propter triplicem analogiam: velocitatis, efficacitatis, ſecuritatis. 1. Vt enim avem aut ſagittam cohibere potes, dum habes, dimiſſam revocare non potes: ita ſermo tacitus in tua poteſtate eſt, emiſſus non item, ſed brevi in rumorem vertitur, & totas ſæpe regiones permeat. Vide Virg. 4. Æneid. in deſcript. famæ. 2. Deinde ut telum in hominem, aut ſimile corpus molle incidens, id ipſum violat: in ſaxum autem aut aliud corpus durum impactum repercutitur, & ſæpe ei ipſi, à quo remittitur, damnum infert: ſic ſermo dicax & petulcus, aut ſaltem imprudentius elapſus, nunc alium, nunc ipſum authorem perdit. Vide epiſt. Iacobi cap. 3. Macrob. Saturn. fabulam de Tantalo, & alia. 3. Vt robur aciei eſt in alis: (vide Vegetium de re militari) ita vis mentis in ſermone. Vide Ciceronis Oratorem, & Valer. Max. de Eloquentia.

Pars altera triplicem paræneſin habeat de ſermone recte uſurpando.

1. Vt nihil loquamur, quod non neceſſarium: ubi digreſſioni locus in reprehenſionem garrulitatis & loquentiæ. Vide Eraſmi linguam.

2. Vt ſermo ad gloriam Dei & ædificationem proximi perpetuo collimet, impura & acerba dicteria fugiens. Vide Epiſt. Pauli.

3. Oremus Deum, ut is linguam moderetur. Vide Pſal. 39.

IV. Epilogi loco ſit precatiuncula pro lingua regenda, qualis eſt in fine Pſalmi 19.

XIV. Ὅτι ὁ ἀνὴρ ἀγαθὸς πτερόεις ἐστί.
Ariſt. in Ethicis.

1. Exordium ſumatur à commendatione Philoſophiæ Hieroglyphicæ.

Apud Ægyptios & alias gentes notas arcanas fuiſſe accepimus, quas Hieroglyphicas vocarunt, non literis, ſed ſculptis rerum animantiumque figuris, quod volebant, ſignificantes. Macrob. 1. Saturn. 21. Herodian. l. 3. in Hiſt. Cambyſ. cap. 14. ubi Scytharum munera ad Darium deſcribit.

Qua docendi ratione magnopere delectatus fertur Pythagoras. Laert. & in Adag. Eraſmi.

Nec Græcorum Philoſophi Plato, Ariſtoteles, & alii ab ejuſmodi ſymbolis abhorruerunt.

Quid quod sacræ literæ quoque multa per imagines docent?

Est enim ad erudiendum hominum vulgus nihil accommodatius quam per figuras oculis contemplandum objicere, quod aures difficilius caperent, memoriaque non satis fixum retineret.

II. Propositio.

Ad hanc Symbolicam rationem pertinet illa descriptio viri boni quam apud Platonem & Aristotelem legimus, cum virum bonum Quadratum dicunt.

Quod quale sit, operæ precium facturum me puto, si breviter edoceam: ut ex hac viri boni imagine judicium quisque de ipso sese facere possit.

Primum autem definitum, hoc est virum bonum, per sese videbimus: tum cur is quadratus dicatur, addemus.

III. Expositio.

Prima pars de viro bono tractetur per inductionem 4. cardinalium virtutum, quas Cicero tradit 1. offic. Virum bonum Philosophi intelligunt, quem eundem honestum & sapientem vocant.

1. In eo primum lucet illa recti dijudicatrix prudentia, qua inter verum & falsum, bonum & malum, sine errore distinguere novit, & quid in unaquaque re facto opus ac salutare sit, probe intelligit.

Hæc amplifica pleniore commendatione prudentiæ, additis causis & mediis, quibus comparetur.

2. Sed cum scientia, quæ est remota à probitate, calliditas potius quam sapientia sit appellanda, oportet ut qui vir bonus haberi velit, etiam justus sit.

Hæc est illa divina virtus, quæ Deo, patriæ, parentibus, liberis, amicis, denique uuicuique, quicunque is sit, suum tribuit: quæ honorem, dignitatem, cæteraque præmia confert dignis: sceleratos & improbos debitis pœnis afficit: in emendo, vendendo, omnibusque omnino rebus contrahendis fidem æquumque præstat.

Nec tantum facit, quod sine scelere intermittere non possit: sed liberali quoque mente alterius necessitati succurrit; consilio, opera, opibus, denique nulla non re.

Hæc persequere distinctus.

3. Ad quæ omnia cum animo opus sit magno, vir bonus etiam fortis est, sibique in officio constans.

Itaque non laborem, non pericula reformidat, ubi pro justitia pugnandum.

4. Postremo in viro bono quidam quasi ornatus vitæ, & temperantia & rerum modus cernitur.

Itaque

Itaque in secundis rebus est modestus: in ira & vindicta mansuetus: in totius vitæ cursu frugi, castus, sobrius, verecundus. Vide Cic. 1. off.

His ita disputatis, adde exempla. Talem virum disciplina Persica intendebat, de qua Plato: is est Philosophus ille, natus ad rempub. gubernandam, quem idem Plato designat: sed multo magis is est vir ille perfectus, ad quem Sanctus Paulus unumquemque aspirare jubet.

Tales apud Græcos pro suo modulo fuerunt Socrates, Aristides, Phocyon: apud Romanos, M. Aur., Camillus, P. Scipio Africanus, P. Æmylius.

Sed Ecclesia nobiliora exempla dedit: Abrahamum, Iosephum, Mosen, Iosuam, Danielem, & inprimis Servatorem, in quo omnis perfectio, cujus umbræ tantum & simulacra in aliis.

Nec defuerunt nostræ genti, qui talium virorum numero adjungendi: Carolus Magnus, Carolus Quartus, & Quintus, Rudolphus primus, Ferdinandus, Barbarossa, Otto tertius, Fridericus Elector Saxoniæ, qui in historiis sapiens dicitur, & aliis.

Altera pars, cur quadratus dicatur, explicetur simili, & inductione quadruplicis hostis, contra quem vir bonus tutus sit.

1. Intellexistis naturam viri boni: nunc statum & fortunam ejus porro cognoscite.

Τετράγωνος (inquit Philosophus) est.

Etenim sicut lapis quadratus semper habet firmam sedem, in quamcunque partem cadit: ita vir bonus in quamcunque incidit fortunam, semper habet firmum consilium recte agendi, nec quicquam est, quod expugnare divinam ejus mentem possit.

2. Ponite vobis ante oculos omnia tela, & omnes machinas, quibus Satan & pravi homines pugnant.

Primo irruit temeritas & præfidentia: contra quam prudentia excubat, suis se viribus metiens.

Succedit πλεονεξία & cupiditas opum & honorum: quam prosternit justitia sua sorte contenta.

Mox prælium facit metus & periculum, sed vincit fortitudo.

Gravissimum periculum minatur voluptas, superbiæ, iræ, vel libidinis alicujus flammas adhibens; sed exstinguit eas temperantia.

Hæc amplifica oppositione vitiorum & virtutum; atque adeo eorum qui vitiis occubuerunt, & qui superarunt.

IV. Peroratio repetat summam orationis.

Quæ cum ita sint, nemo non intelligit, quam pulchre vir bonus cum quadrangulo comparetur.

Est enim virtus altissimis defixa radicibus &c. Cicero 4. Philippica.

Addatur precatio pro incrementis & constantia in virtute, donec tandem coronam adipiscamur.

XV. *Neminem esse injurium in alterum, nisi prius talis in se ipsum sit. Plato referente Aristotele in Ethicis.*

I. Exordii loco querela sit de cæcitate hominum, nimis temere peccantium: cum tanta sit atrocitas peccati, ut ea dici satis non possit.

II. Propositio. Quod ut ostenderent Platonici, docuerunt, neminem injuriam alteri facere nisi sibi priori vi facta, ut recenset in Ethicis suis Aristoteles. Hoc ita se habere paucis evincam.

III. Confirmationis argumenta sint tria.

1. Ab objecto, quod in quovis peccato violatur. Istud est ratio, bonum hominis pulcherrimum.

2. A forma & modo, per inductionem.

Nemo seducit alterum, nisi jam seductus ipse: non lædit vitam alterius, nisi vita animæ suæ jam læsa: non famam, nisi sua jam prostituta: non opes, nisi opibus animi jam exsutus: non pudicitiam, nisi sua violata.

3. Ab effectis & pœnis, quæ peccata certissime consequuntur. Illustra hæc testimoniis & exemplis.

IV. Epilogus sit paræneticus de peccato propter ejus atrocitatem vitando: addita precatione, qualis est in Psal. 25.

XVI. *Magnum pondus conscientiæ.*

I. Exordium sumatur ab inductione aliarum rerum, quæ etiam magni momenti videantur: ut sunt valetudo, favor hominum, gratia principum, opes, fama bona.

II. Propositio. At nullius rei major ratio habenda, quam conscientiæ, cujus (ut est in veteri proverbio) magnum pondus.

III. Confirmationis argumenta sint duo.

1. A causa: quod conscientia sit internum mentis testimonium, à supremo maximeque tremendo judice Deo concitatum: in quo judice omnia sunt summa; sapientia, justitia, potentia.

2. Ab effectu in utramque partem: vel ad mortem, si male sis con-

conscius: vel ad vitam, si bene. Addantur testimonia & exempla in utramque partem: tum eorum, qui mala conscientia fracti desperarunt: tum qui bona suffulti tristissima quæque pertulere.

IV. Epilogus repetat, quod in propositione jam dictum, ne quid faciamus repugnante conscientia.

XVII. *Nullum officium referenda gratia magis necessarium. Cic. 1. offic.*

I. Exordium sumatur à typo ingratitudinis Iudæis dato.

Inter alia, quibus ex lege veteri populo vesci non licuit, interdixit Deus esu cuculi.

Non quod vel esui non esset, vel in abstinentia ejus avis sibi cultum poneret: sed ut ostenderet, quantopere pios ab ingrati animi vitio vellet abhorrere.

Notum est enim, quid de hujus avis in matrem impietate vulgatum. Vide Plin. & Ælian.

II. Propositio, Ab hoc vitio ad contrariam virtutem vos cohortaturus, exponam illud Ciceronis, quod nuper nobis commendatum meministis: Nullum officium referenda gratia magis necessarium.

Duo autem dicam: 1. In quibus grati animi officium consistat; 2. Cur tam necessarium illud judicandum.

III. Expositio.

Prima pars tria officia tradat gratitudinis. quæ sunt:

1. Beneficium acceptum in memoria rite tenere:

2. Magni facere illud, & prædicare:

3. Devinctum te tenere ad referendum: amore, precibus, & promptitudine studiorum & officiorum: & præstandorum quæcunque possis. Declara hoc gratorum hominum exemplis.

Altera pars causas afferat colendæ gratitudinis: quia

1. Pars est justitiæ & veritatis: contra ingratus, est injustus & mendax.

2. Mater reliquarum virtutum, ut religionis erga Deum, amoris erga patriam, observantiæ erga parentes, præceptores, magistratum, alioque bene meritos: denique officii & beneficentiæ erga proximum; nimirum propter Deum cujus gerit imaginem, & propter communem societatem. Vide Cic. pro Plancio.

3. Deo & hominibus accepta.

4. Prolicit studia hominum, tum nobis, tum aliis.

Con-

Contraria diei possunt de ingratitudine. Cic. 2. off.

IV. Epilogi vice sit ad hanc virtutem cohortatio, ubi exempli causa ipse Deo & præceptoribus gratias ages.

XVIII. Φιλέει ὁ Θεὸς τὰ ὑπερέχοντα πάντα κολούειν. *Herod. lib. 7.*

I. Exordium duci potest à fabula Gigantum, qui superbo conatu cœlum appetiere.

II. Propositio. Cum hoc figmento convenit, quod in consultatione de bello Græco apud Herodotum Artabanus Regi Xerxi, copiis & opibus suis nimium confidenti, subjicit inquiens: Solet Deus eminentissima quæque deprimere. Quod quam vere monitum sit, paucis ostendam.

III. Confirmatio sit triplex.

1. A causis propter quas Deus superbos ulciscitur; quia in ipsum sunt ingrati & impii: in mortales insolentes & iniqui: denique perturbatores omnis boni ordinis.

2. A testimoniis sacris & profanis.

3. Ab exemplis, in quibus hic ipse Xerxes est. Vide Herod. & Iustin.

IV. Epilogus hortetur ad modestiam.

XIX. Ἡ φιλοχρημοσύνη μήτηρ κακότητος ἁπάσης. *Phocyl.*

I. Exordium dabit apophthegma Laconis cujusdam in Athenienses. Memoriæ proditum, Athenis in theatro dixisse legatum Lacedæmonium; Athenienses scire quæ recta sint, sed facere nolle. Cic. in Catone.

Idem de nostris hominibus in multis rebus verum experimur.

Vt enim de aliis taceam, quotusquisque est, qui ignoret, fœdissimam rem esse avaritiam, & tamen nihil est hoc vitio frequentius.

II. Propositio. Quare ut vitium illud magis oderimus, audiamus Poëtam.

Mater (inquit) avaritia est cunctorum causa malorum: cum quo consentit hoc Apostoli: Omnium malorum radix avaritia est.

III. Confirmatio distribuat mala in ea quæ culpæ, & quæ pœnæ.

1. Nullum peccatum est, ad quod non impellat habendi libido.

Hoc illustra 1. inductione per decalogum: II. exemplis: III. sententiis.

2. Nec

2. Nec miseria est ulla, quam non importet.

3. Male consulit domui & familiæ suæ, cum opibus injuste partis iram Dei inferens.

4. Amittit famam.

5. Sæpe de vita periclitatur.

6. Vt idololatria damnatur.

IV. Epilogus sit in detestatione avaritiæ, & commendatione αὐταρκείας, & in alios beneficentiæ.

XX. *Prosopopœia Invidiæ. ex 2. Metamorph.*

I. Exordium sumatur à fabulosis laboribus Herculis, in quos nullus ei difficilior accidit, quam hydræ Lerneæ interemptio: 2. cujus bestiæ figmento sapientes poëtæ sine dubio invidiam, quæ & Herculi, & Herculis similibus præstantibus viris plurimum negocii facessit, notarunt. 3. vitium istud nunc præ cæteris dominatur: ut conspicuum est in omni vitæ genere.

II. Propositio. 1. Quod cum ita sit, ut hanc pestem magis fugiamus, contemplabimur jucundam picturam, & ipsam quasi formam invidiæ, poëtico stylo expressam.

2. Carmen ita habet.

Protinus Invidiæ nigro squalentia tabo
Tecta petit (Pallas) &c. reliqua adde.

3. Carmen ita habet, quo ad depingendam hanc furiam, ejusque virus toxicum detestandum, nihil afferri potest evidentius.

III. Confirmationis pars prima de turpitudine hujus vitii agat, quam Poëta tribus notis indicat.

1. Tribuit ei domum & sedem tenebricosam & fœtidam apud inferos. nimirum 1. Quia diabolicum crimen invidia est. 2. & Diaboli invidia mors invasit in hanc terram. Sapient. 2. 3. & diabolum imitatur qui invidet alteri. 4. id faciunt animi abjecti atque desperati. 5. sicut contra Deus benignus est. 6. omnesque bonæ indolis homines bene cupiunt aliis.

2. Non dignatur Pallas introire limen invidiæ, sed tantum extrema cuspide pulsat postes. Etenim nihil commercii virtuti cum livore est, sed hunc potius irritat & concitat. Est enim proprium invidentiæ alterius lætari rebus adversis, & dolere secundis.

3. Forma corporis tota ad malitiam composita. &c. Nihil enim acerbius, nihil virulentius, nihil ad nocendum propensius est homine livido: cujus unica recreatio alterius calamitas. Canes alendo man-

manſuefieri poſſunt: at nullis beneficiis placatur invidus.

Pars altera de incommodis invidiæ tria dicat.

1. Quod multis bonis obſit. Idque plerumque dolo, obtrectatione, calumnia: unde comparari ſolet cum pantheris, cancris, polypo, petris marinis. Vide auctores rerum naturalium: exempla in Caino, Ioſephi fratribus, Saule & aliis.

2. Quod ei etiam noceat, cujus opera ad alios evertendos utitur; quoſque in eandem ſecum naſſam pertrahit.

3. Quod ſibi ipſi incommodet, ſimilis rubigini, vipræ, & telis in rem duram impulſis. Vide Epigramma Virg.

Etenim invidus vitam ſibi reddit difficilem, alterius rebus bonis ſe afflictans: 2. fit apud bonos infamis: 3. tandemque Deo, cujus dona & ordinem aliis invidet, dat pœnas.

IV. Epilogus tria habeat: 1. Deteſtationem tam fædi vitii: 2. hortationem ad humanitatis officia: 3. conſolationem contra morſum invidiæ. Vnde concludi poteſt hoc Stygelii:

Paſcere livor iners odio, ſaturare furore:
Mors tua recta Deum facta colentis erunt.

XXI. *Pictura Calumniæ Apellæa. ex Luciani libello de non temere credendo calumniæ.*

I. Exordium fiat à dicto Baſilii: tribus damnoſum eſſe calumniatorem: ei quem petit; & qui fidem habet, & ſibi ipſi. Illi periculum creat, iſtum amico privat, ipſe probrum & dedecus aufert.

II. Propoſitio. Quæ omnia ingenioſa pictura expreſſit Apelles: quam recenſere & interpretari lubet.

III. Expoſitio. 1. Narrata occaſione. 2. picturam dividat, itaque tractet, ut 1. cauſam, 2. artem, 3. eventum calumniæ intelligere liceat.

1. Occaſio hæc fuit. Apelles ab Antiphilo quodam artis gratiæque ipſius æmulo reus agitur conjurationis in regem Ptolemæum, & defectionis Peluſii, damnatuſque pœnas dediſſet, niſi à quodam conjurationis ſocio fuiſſet excuſatus. Rex cognita innocentia Apellem donat centum talentis, addito in ſervitutem calumniatore. Igitur Apelles calumniæ tela expertus, eam depingit.

II. Imagines fuerunt hæ.

1. Conſidet quiſpiam auribus inſignis, cui adſtant Ignorantia & Suſpicio: is manum præbet advenienti Calumniæ.

Nimirum apud eos maxime locum habet calumnia, qui faciles fe-

les sese audiendo præbent, ipsi rerum ignari & suspicioſi.

2. Calumnia ipsa compta, vultu & gestu præ se fert rabiem: sinistra facem tenens flammantem, dextra capillis prehensum juvenem rapit Deorum fidem implorantem. Anteit Livor pallido colore: comitantur Insidiæ & Fallacia. Vide promptuar. exempl.

3. Mens picturæ hæc est.

Primum causam calumniandi vides, nempe livorem eorum esse, qui suæ virtuti diffidentes, aliorum commodis invident.

Deinde agnoscis etiam artem & agendi modum.

1. Simulat benevolentiam calumniator.

2. Ministris & consiliariis utitur insidiis & mendaciis.

3. Armata est maledicentia & impudentia.

4. Sinistre omnia interpretando concitat atque inflammat odia aliorum in eos quos vexare constituit.

5. Denique eos petit, qui in re aliqua excellunt, & quasi juventus & flos sunt: idque ita, ut nisi divinitus liberentur, nullius hominis fides ipsis affutura sit.

6. Postremo eventum quoque vides tristem; quia sequitur pullata pœnitentia, capite in tergum reflexo, cum lacrymis & pudore procul venientem veritatem excipiens.

Tertio, hic est eventus: sero quidem, sed tamen prodit veritas: quæ tam iis qui locum dederunt calumniis, quam ipsis calumniatoribus pudorem & lacrymas affert.

Hæc omnia appositis testimoniis & exemplis declarari possunt.

IV. Epilogus tria moneat: 1. Ne calumniemur: 2. Ne fidem tribuamus calumniantibus: 3. Vt Deum rogemus, qui ab ejusmodi toxicis linguis nos custodiat. Vide Psal. 120.

XXII. *In voluptatis regno virtus non potest consistere. Cic. in Catone.*

I. Exordium sumatur ab Hercule Xenophontis per comparationem cum universis adolescentibus.

1. Herculem Prodicus dicit (ut est apud Xenophontem) cum primum pubesceret, exiisse in solitudinem, atque ibi sedentem diu multumque dubitasse, cum duas cerneret vias, unam voluptatis, alteram virtutis, utram ingredi melius esset. Tandem, re ponderata, virtutis viam elegisse. Cic. 1. off.

2. Vtinam eodem ingenio, eademque mentis constantia semper esset ætas nostra, ut spretis voluptatum illecebris, virtutis viam, seque-

sequeretur! Sed jam ea est apud plerosque imbecillitas consilii, ut ante implicentur aliquo certo genere cursuque vivendi, quam potuerint, quod optimum est, judicare.

3. Itaque memorabile est, quod ad Masaniſſam Scipio, juvenis ad juvenem, (referente Livio) ait: non est (mihi crede) tantum ab hostibus armatis ætati nostræ periculi, quantum ab circumfusis undique voluptatibus: qui eas sua temperantia frænavit ac domuit, multo majus decus, majoremque victoriam sibi peperit, quam nos Syphace victo habemus.

II. Propositio. 1. Quod cum ita sit, decrevi apud vos verba facere de graviſſima sententia, quam ex oratione Architæ Tarentini Cicero recitat: Virtutem in voluptatis regno non posse consistere.

2. Primum autem ostendam, quid regnum voluptatis hic vocetur: Deinde cur in tali regno virtuti locus esse nequeat.

III. Expositio.

1. Regnum voluptatis describatur distinctione.

Principio sciendum, voluptatem non unius modi esse. Sunt enim honestæ & turpes voluptates. Honestas dicimus, quæ cum recta natura conveniunt. Tales sunt voluptates ex agnitione Dei & naturæ: è studio virtutis: à bona valetudine: à bene habentibus liberis, cognatis, amicis. Pravæ voluptates sunt, quæ dignitatem hominis dedecent, ut gulæ, & spurcæ veneris.

Harum intemperantia regnum voluptatis dicitur, quando iis ita quis obnoxius est, ut servi dominis.

Amplifica hæc aliis sententiis & exemplis, ut Sardanapali, Epicuri, Epulonis in Euangelio, &c.

2. Dissidium voluptatis & virtutis probetur effectis, inductione, qualis est 3. offic. & exemplis.

Quare cum animadverteritis, quæ voluptates, & quodnam regnum hic intelligendum: consequens est, ut ostendam, cur voluptate dominante, virtus consistere non possit: neque longius abire necesse est, cum demonstratio in promptu sit.

1. Considera naturam virtutis, & videbis eam per voluptatem everti. Primum quid ipsa virtus est aliud, quam recta ratio, cum & mens intelligit, & voluntas expetit, quod rectum. Quid hic voluptas? nonne omne animi lumen exstinguit? nonne consilia & studia recta inquinant fœdissimæ libidines? Quid corpus? quod virtutis instrumentum esse debebat, nonne vas faciunt impurissimum, tandemque enervant, & effætum reddunt.

Quid virtutis nervi, opes & facultates? in quos conferuntur usus?

Quare

Quare cum voluptas mentem è sede & statu suo dimovet; cum animum corrumpit, corpus affligit, pecunias profundit; quid ea magis detestabile? quid virtuti pestiferum magis?

2. Quod ut clarius eluceſcat, agite singula genera contendere faciamus.

Num ubi prudentiæ locus dabitur, cum mens voracitate, ebrietate, libidinibus obbruteſcit?

Iam qui ipse ita se prosternit, ut nihil inter eum & quadrupedem intersit, apud eum quem tandem locum fortitudo habebit?

Quomodo temperantiam colet is, qui totus libidinibus diffluit?

Quid justitia fiet, cum nullum scelus, nullum magnum facinus sit, ad quod suscipiendum non libido voluptatis impellat? Cic. 3. off. in Catone. 1. Paradox.

3. Quæ si obscuriora adhuc videantur, ad exempla abeat; ipsumque consulat experientiam.

Quid Alexandrum perdidit? Annibalem fregit? M. Antonium vicit? &c. Quid illa ipsa in Sancto populo lumina, Samsonem, Davidem, Solomonem tam miſere afflixit? &c.

IV. Epilogus sit paræneticus ad commilitones, ut spretis voluptatibus caste & sobrie vivant; Ioſephum, Danielem, Scipionem, & alios honestos juvenes imitantes: & quemadmodum Vlyſſes ad insulam Sirenum delatus, aures sociorum cera illitas obturabat, seque ipsum ad malum navis alligari jubebat, ne suavitate cantus allecti perimerentur: sic illi virtutis præceptis animos confirment, & ad malum rationis alligent, ne à voluptatibus dementati pereant.

XXIII. *Οὐκ ὠνοῦμαι μυρίων δραχμῶν μετα-μέλειαν. Demoſth. apud Gellium l. 1. c. 8.*

1. Exordium sumatur à corruptione naturæ, quæ non tam quid utile, quam quid jucundum sit, requirit, ut sæpe magno sumtu interitum suum mereatur.

Testes sunt amatores, qui hoc dulce malum non tantum pecunia, sed sæpe etiam valetudine & vita impensa sectantur.

II. Propositio. Quod ne nobis quoque contingat, placet illud Demosthenis expendere: Non emo, inquit, decem millibus drachmarum (talentum faciunt) pœnitentiam.

III. Expositio sit trimembris.

1. Occasionem dicti narret: quod Laide pro sui copia talentum poscente, Demosthenis tum mulieris petulantia, tum pecuniæ

magnitudine ictus, tanti se non empturum responderit, cujus postea pœnitere posset.

2. Causas afferat pœnitentiæ, ex enumeratione malorum, quæ scortatio affert.

1. Offendit Deum.
2. Lædit famam.
3. Corrumpit valetudinem.
4. Officit animo.
5. Exhaurit opes.
6. Profligat Sanctos Angelos.
7. Reum facit æternæ condemnationis.
8. Ipsam posteritatem sontem facit.
9. Nocet Reipublicæ.

3. Consilium addat, quomodo scortatio vitari possit.

1. Ponantur ante oculos incommoda jam dicta: ubi præ cæteris repræsentetur defædatio corporis, fuga angelorum, & supplicium infernale.

2. Vitentur ebrietas, ocium, & colloquia ac commercia prava.

3. Invocetur Spiritus castitatis.

IV. Epilogus formam talis precationis habeat.

XXIV. *Solem è mundo tollit, qui amicitiam tollit. Cic. in Lælio.*

I. Exordium sit à commendatione sententiæ, quod inter multas laudationes amicitiæ hæc familiam ducat, quippe quæ verbo rem expediat, amicitiam soli comparando.

II. Propositio. Quod ut intelligatur, duo ostendam: 1. quomodo suavitas, 2. & usus amicitiæ imagine solis innuatur:

III. Expositio bimembris: siquidem cum luce consilia: cum calore consolationes, hortationes & auxilia: cum pulchritudine ornamenta amici, conferri possunt: primum & ultimum est suavitatis: medium, utilitatis.

1. Suavitas amicitiæ cum luce conferatur.

Sol est causa lucis, quæ quam jucunda sit oculis, quam ad colorum differentias distinguendas necessaria, quam contra in tenebris horroris ac periculorum omnia plena, res loquitur. Ad πάθος excitandum repræsententur hic ex libro sapientiæ tenebræ Ægyptiæ, de quibus in Exodo.

Similiter vide, quam suavis & jucundus sit conspectus amici, quam grata

grata cum eo de rebus communicatio, quam denique horrida & insuavis homini vita futura, amico omni ac socio destituto. Vide Cic. 1. off. in fine.

2. Vsum amicitiæ è calore solis intelligi facies.

Sol calore suo vitam rebus impertit, maturat, gignit, fovet, & recreat plantas, pecudes, homines. Vide Aristot. de generatione.

Ita amicus est quasi anima & vita alterius: sine qua nec privatim, nec publice quicquam præstiteris: nec adversas nec secundas res recte tuleris. Vide Arist. in Ethic. & Cic. in Læl.

IV. Epilogus cautiones addat de amicis candidis comparandis, iisque bona fide colendis. Invocetur & Deus, ut is bonorum & fidelium hominum animos tibi conciliet, secundum admonitionem Sirachi.

XXV. *Non cuivis dexteram injicias. Pythagor. Vide proverb.*

I. Exordium sumatur à commendatione Scholæ Pythagoræ: cui inter cætera solenne fuit vivendi præcepta symbolice proponere: scilicet 1. memoriæ, 2. admirationis, 3. & vitandi periculi causa.

II. Propositio. 1. Hujus generis illud est, quod discipulos monuit, ne cuivis dextram injicerent. 2. Significans non cum omnibus colendam esse amicitiam. 3. Ad cujus pleniorem intelligentiam tria dicemus: 1. Non debere aliquem esse ἄφιλον sine ullo amico: 2. Nec πολύφιλον & amicum cujusvis: 3. Denique amicitiam recte initam firmiter tuendam esse.

III. Confirmatio.

Prima pars tres causas afferat, cur aliquem amicum habere oporteat: quod 1. hoc ipsum honestum & decorum sit: 2. Ad usum vitæ commodum: 3. in omni fortuna jucundum.

Altera pars doceat, tantum cum bonis amicitiam colendam esse.

1. Quod Deus & omnis honesta ratio id jubeat.

2. A bonis melior, à malis pejor reddatur.

3. Improbi ne secum quidem conveniant, tantum absit, ut alteri animum sincerum probent. Arist. 9. Eth. cap. 4.

Tertia pars mutua officia amicorum recenseat. ut sunt:

1. Dilectio sincera.

2. Concordia & consensus animorum.

3. Convictus & familiaritas.

4. Liberalis communicatio studiorum & officiorum.

5. Patientia & æquitas in ferendis amici nævis & infirmitatibus.

6. Libertas in monendo & castigando, ubi opus.

7. Preces pro prosperitate amici.

IV. Epilogus 1. vertatur in hortationem ad condiscipulos, ut in admittendis amicis sint cauti: 2. addito voto, ut Deus à pravo sodalitio custodire omnes velit.

XXVI. *Honestus rumor alterum est patrimonium. Publ. Mimus.*

I. Exordium sumatur à sententia Chrysostomi.

1. Memorabile est illud Iohannis Chrysostomi: Conscientia propter te, fama propter alterum est necessaria.

2. Etenim conscientia nos Deo, fama hominibus probat: illa intus, hæc foris afficit.

3. Quanquam sunt usque adeo improbitate excæcati, & impudentes, ut nec Dei nec hominum de se judicia curent.

4. In quorum numero nos esse minime debemus, sed demus operam, ut Deo & hominibus grati simus.

II. Propositio bimembris esto. In hunc finem placet illud P. Mimi exponere: Honestus rumor, ait, alterum patrimonium.

Considerandæ autem sunt duo: Quinam rumor honestus habendus, & quantum ei tribuendum.

III. Expositio primæ partis agat de causis honestæ famæ, tum in genere, tum quod ad adolescentes in specie.

In genere commendetur virtus, eaque sincera, non simulata, aut cum alterius injuria.

1. Honesta fama est bonorum de aliquo existimatio bona.

2. Hujus unicum fundamentum est virtus, quam fama comitatur, ut umbra corpus.

3. Sed virtutem puto ingenuam & sinceram, non fictam & simulatam. Qualis enim quisque vult haberi, talis sit oportet.

Hoc declara inductione famæ, qualem Philosophus, Ecclesiæ pastor, magistratus, paterfamilias, miles, aut alius quisquam captet.

Addi etiam possunt exempla eorum: qui tales & habiti sunt, & fuerunt.

4. Non vero obtrectando, sed bene agendo bene audimus. Is mihi videtur amplissimus, inquit Orator, qui sua virtute in altiorem locum

locum venit, non qui ascendit per alterius incommodum & calamitatem.

5. Sed laudari virtus cupit à bonis & recte judicantibus; vulgi temerariam & inconsideratam vocem spernit. Ea jucunda laus est, quæ ab his proficiscitur, qui ipsi in laude vixerunt, inquit cum Hectore Nævio Tullius: Contra qui ab errore imperitæ multitudinis pendet, hic in magnis viris non est habendus, teste eodem.

6. Postremo multum ad famam & auctoritatem pietas facit: Honorantes me, inquit Dominus, honorabo. Sit igitur boni nominis amans, religiosus erga Deum, & ab eo consilia & successus rerum suarum petat. Nam (ut est in proverbiis) ut oculus videat, & auris audiat, Dominus facit utrumque. Hinc poëtæ majestatem juxta Iovem collocant. In specie addantur etiam rationes, quibus adolescentes famam & gratiam consequantur. Hæ sunt:

1. Verecundia & pudor ingenuus.
2. Modestia & observantia erga majores.
3. Patientia laborum in rebus laudabilibus.
4. Suavitas morum & officiositas.
5. Familiaritas cum viris honoratis. Vide Cic. 2. offic. Galatzum, Erasmum & alios de moribus.

Addantur & exempla adolescentum, qui his artibus emerserunt.

Expositio secundæ partis quatuor rationes afferat, cur famam instar patrimonii amemus.

Audivistis unde nomen honestum petendum veniat. Sequitur ut causas exponam, cur famæ serviendum. Alterum patrimonium est, inquit Mimus. Quo quid velit, paulo altius repetamus.

1. Constat, cujusque ingenui & liberaliter educati hominis proprium esse, bene velle audire. Nam negligere quid de se quisque sentiat, non solum arrogantis est, sed etiam omnino dissoluti. Cic. in offic. & pro Archia.

2. Omnium rerum humanarum præstantissimum est bonum nomen, quo amisso nullus eris. Opes amissæ, fama integra, reparari possunt: fama semel perdita irrecuperabilis est, quantumvis opes suppetant.

3. Quid? quod fama est auctoritatis apex, & nervus rerum gerendarum.

4. Postremo fama hominem præstat immortalem. Vide pro Milone & Marcello.

IV. Epilogus vertatur in hortationem ad studium honestæ existimationis ob causas dictas. Tandemque hac Epicteti sententia desi-

nat: Si bene vis audire, discito bene loqui: Et cum bene loqui didiceris, recte facere conator; hoc enim modo bonam famam acquires. Adde θεόθεν, ut Deus utrunque largiri velit.

XXVII. *Pandora Hesiodi. ex l. de dieb. & operib.*

I. Exordium sumatur à generali commendatione fabularum poëticarum, ut quæ res utilissimas jucundissimis verborum involucris, & pulcherrimis imaginibus proponant. Natal. in mytholog.

Hoc declaretur tum aliis exemplis, tum eo, quod de Pandora habet Hesiodus.

II. Narratio summam fabulæ complectatur.

1. Prometheus ignem Iovi surripit.

2. Hic mulierem fieri curat specie pulcherrima, unde & Pandora dicta, quod omnibus dotibus ornata videretur.

3. Abest peregre Prometheus; suscipitur mulier à fratre Epimetheo, cum pyxide omnibus malis referta.

4. Qua aperta,

--- Totum exiliere per orbem
Curarum infestæ species: Spes sola remansit
Intus, & in labris ima sub parte resedit.

III. Propositio. Hæc fabula est, quæ quid velit, paucis indicabo; ut intelligatis, qui illi Prometheus & Epimetheus sint, quæque illa prodigiosa Pandora cum arcula sua, de qua auditum.

IV. Expositio mythologica fiat per capita.

1. Prometheus est homo, rationis usu adhuc valens.

2. Hic fit elatior & cœlum conscendit, hoc est, ultra sortem suam se effert, & appetit, quod ei non datum.

3. Sed furatur ignem, nihil aliud efficiens, quam quod vitam urit & inquietat.

4. Itaque non amplius domi est Prometheus, sed Epimetheus, cui facile Pandora illa fatalis obtruditur cum ærumnosa theca sua: hoc est: pro rectis & sanis consiliis stulta & temeraria placent: unde difficultates & mala infinita in omnem vitam proruunt, subsequente dolore & pœnitentia.

5. Vt vix spes aliqua remaneat errores istos corrigendi, eaque non aliunde, quam ex singulari Dei misericordia.

Hæc declarari possunt tum sententiis, tum exemplis. ut 1. primorum parentum, 2. Philosophorum gentilium, de quibus Rom. 2. 3. Politicorum. (in quibus sunt Nabuchodonosor, Cyrus, Xerxes,

Xerxes, Alexander M., Craſſus, Cæſar, Pompeius, Pauſanias, Demoſthenes, Cicero.) 4. poſtremo hæreticorum, ut Arrii, Neſtorii, Mahometis, &c.

v. Epilogus 1. ſit in deteſtatione curioſitatis, ſuperbiæ, voluptatis: quibus opponantur cura proprii officii, modeſtia, temperantia: ſumptis argumentis ab incommodis, aut commodis, quæ illinc aut hinc exiſtant: 2. tandemque excurrat in preces pro conſiliis & laboribus noſtris proſperandis.

XXVIII. *Rota Seſoſtris.*

1. Exordium ſumatur ab ipſa hiſtoria.

Seſoſtris rex Ægyptius pro jumentis ad currum uſus fertur regibus captis; è quibus unus ſubinde ad rotam reſpectans, & cur id faceret interrogatus, ſe commentari inquit rerum humanarum imaginem.

II. Propoſitio ſit in dicti approbatione.

III. Confirmatio petatur ab analogia rotæ ſurſum deorſum vergentis, & ſortis humanæ: quæ nunquam conſtans, ſed modo ſecunda, modo adverſa eſt, extollens, deprimens hominem: id quod declaretur 1. exemplis tum eorum, qui è ſumma proſperitate ad extremam miſeriam devenere: tum qui contra miſerrime agentes, tandem feliciſſime defuncti ſunt: 2. à cauſis, cur Deus nunc premat, nunc extollat mortales; nimirum propter peccata, & ut diſcant modeſte agere, & à ſeſe averſi, ab ipſo uno Deo pendeant, eique gloriam omnem tribuant.

IV. Epilogi loco ſit hortatio ad moderationem animi in utraque fortuna.

XXIX. *Stulte quid eſt ſomnus, gelidæ niſi mortis imago? Ovid.*

1. Exordium ſumatur à re ipſa, quod paſſim in ſacris literis mors ſomnus dicatur, & mortui dormientes.

II. Propoſitio. Idem de morte judicat Poëta, inquiens: ſtulte quid eſt ſomnus, gelidæ niſi mortis imago? Quamobrem quæ ſimilitudo ſit inter ſomnum & mortem, paucis declarabo.

III. Expoſitio ſit in ſextuplici collatione.

1. Somnus ſæpe corripit non præſentientem; idem & mors facit.

2. Somnus feſſis & ægris eſt gratus: & mortem optant, qui ærumnarum hujus vitæ pertæſi.

3. Corpore ſopito, operatur adhuc anima; id quod ex ſomniis & aliis apparet. Poſt mortem corporis vivit tamen anima.

4. Dulcior fit & placidior ſomnus victu moderato & piis meditationibus, colloquiis & precibus præmiſſis. Mors iis facilior accidit, qui animum non gravant curis hujus vitæ, meditantur ex verbo Dei res ſacras, & Deo ſe totos commendant, ac in ejus paterna voluntate ſuaviter acquieſcunt.

5. Somnus recreat hominem, ut poſt quietem expeditior & alacrior fiat ad res agendas. Mors finit curas vitæ, liberat à peccato, & piis januam aperit ad vitam meliorem.

6. Dormientes non ſentiunt tædium temporis: Et qui in ſepulchris dormiunt placide quieſcunt, à turbis hujus mundi ſecuri.

Hæc illuſtrari poſſunt teſtimoniis & exemplis in loco poſitis.

IV. Epilogus 1. Paræneticus eſto, ut quoties cubitum imus, vel cubitu ſurgimus, ut pro ſomni placidi, ſic & pro vitæ tolerabilis beneficio Deo gratias agamus: 2. & de hoc extremo ſomno cogitantes, præparemus nos ad beatum exitum: 3. pro qua re & preces fiant, ut ſunt in Pſal. 13, & 90.

XXX. *Omnium rerum viciſſitudo eſt. Terent. Eunuch.*

I. Exordium ſumatur à more ingenii humani, quod rebus ſecundis facile inſoleſcit, adverſus deſperat: quæ duo vitia multorum peſſimorum conſiliorum cauſa ſunt.

II. Propoſitio. Remedium autem optimum videtur eſſe meditatio inconſtantiæ rerum humanarum, de qua Terentius, Omnium (ait) rerum viciſſitudo eſt: quod in utramque partem verum eſſe paucis docebo.

III. Confirmatio ſit duplex. Una à cauſa, quæ eſt Dei providentia, ſuperbos dejicientis, & extollentis humiles: Altera ab experientia. Vbi de præcipuis rebus humanis diſſerendi locus: ut ſunt divitiæ, honores, amici, forma, valetudo, vita, ipſaque adeo virtus, & ex adverſo paupertas, contemptus, inimici, invaletudo, mores pravi: quæ omnia ſuas vices & varietatem habere exemplis evinces. Addi etiam poteſt de viciſſitudine regnorum, itemque naturæ in diebus & noctibus, tempeſtatibus, & cæteris.

IV. Epilogi loco hortatio ſit, ut cum nihil hic perpetuum ſit, neque in ſecundis rebus efferamur, nec adverſis nimium metuamus: ſed ad cœlum ſuſpiremus, & eam quæramus vitam, quæ æterna & conſtans.

CAP.

CAP. VIII.

Habens ſententias & imagines Oeconomicas.

I. Οὐκ ἀεὶ Ζεὺς ἔστιν. πυκάσδε καλιάς. *Heſiod. l. 2.*

I. EXordium pete à tempore verno, quod inter cætera naturæ induſtriæ exempla etiam volucres proponit. Quo reſpiciens Poëta, hanc memorabilem paræneſin edidit: Non ſemper vobis æſtas: componite nidos.

II. Propoſitio præmiſſa occupatione ſit bimembris.

1. Quod præceptum quidem patribus familias, & nominatim ruſticis præſcribitur: qui & ipſi exemplum avicularum ſequi, & familiæ ac operariis, æſtate potiſſimum, commendare debent: & nos idem quoque nobis dici, atque mandari putemus, quod aves natura, & agricolas res docet.

2. Sunt autem duo quæ monemur: obſervantia occaſionis, & conſideratio finis.

III. Expoſitio protaſi conſtet & apodoſi in utraque parte.

Prima pars ex analogia ætatis doceat, quomodo occaſio obſervanda: quid & quo tempore fieri oporteat: ſi minus, quæ ſequatur fruſtratio.

Itaque protaſis avicularum ſolertiam tractet in obſervando tempore, & nidificando: additis etiam apium, formicarum & ſimilium exemplis. Vide proverb. & Virgil. 1. & 4. Æneid.

Apodoſis 1. in genere agat de patribus familias, qui officia domeſtica temporibus, locis, & perſonis accurate diſtribuant; ubi etiam ad antitheſin venies, ſtultæ ac inertis Oeconomiæ damnis recenſitis. Vide Ariſtot. Xenophont. in Oeconom.

2. In ſpecie ruſticos videat, qui ſtata habent tempora ſtercorandi, arandi, ſerendi, occandi, averruncandi, metendi &c. Vbi conſimiliter ignavos ruſticos repræſentare licebit, miſeros videlicet, & vix atrum panem habentes. Vide Virg. Georgica, & de re ruſtica Catonem, Columellam, Parrhaſium, & alios.

3. Poſtremo conferat rationem ſtudiorum, & totum eorum curſum proponat, oſtendendo, quid, quo tempore, quibus annis conveniat diſcere, quantæque ſint oportunitates noſtri ſeculi; quæ occaſio niſi probe obſervetur, fruſtra tuam te olim deploraturum ignaviam.

Secunda pars ex analogia Nidorum, finem & fructum laborum oſtendat.

Itaque in protaſi docebis, quam ſollicitæ ſint aviculæ in nidis ſuis conficiendis, ut commodum habeant locum, ubi & ipſæ degant, & pullos ſuos excludant.

In Apodoſi conſimilem rationem monſtrabis: primum in patribus familias & ruſticis, qui labores ſuos omnes eo referunt, ut ſe & ſuos honeſte alant; tum quoque in Scholaſticis; qui certum ſtudiorum finem ſpectare, & veluti nidos conſtruere debent, quibus ſibi & aliis olim proſint.

Vtraque pars exemplis & teſtimoniis varie illuſtrari poteſt.

IV. Epilogus è propoſito exemplo naturæ & rei domeſticæ urgeat prudentiam & laborioſitatem Scholaſticam, tandemque concludat dicto Catonis; non tantum negocii, ſed etiam ocii reddendam eſſe rationem.

II. *Solius temporis honeſta avaritia. Senec. de brevit. vitæ.*

I. Exordium ſumatur à ſententia Plutarchi in Antonio, quam in Scholæ ſolario legimus; Πολυτελὲς ἀνάλωμα ὁ χρόνος.

1. Cogitanti mihi de tempore, quo commode ex hoc loco verba facerem, index temporis, quem Scholæ noſtræ hortus habet, hoc lemma offert: Πολυτελὲς ἀνάλωμα χρόνος:

2. Quo monemur, ut nihil tempore precioſius eſt, ſic nec diſpendio ejus carius & precioſius quicquam perdi.

3. Etenim ſi nihil homini dulcius eſſe vita ſua poteſt, quæ non pro maximo theſauro tempus, in quo ipſa vita vertitur, habeamus?

4. Tametſi multi ætatem degant male agendo, plures nihil, maxima pars aliena agendo, ut Seneca ad Lucilium ſcribit.

II. Propoſitio bimembris. Quod ne à nobis quoque fiat, proponamus nobis illud Senecæ: Solius temporis honeſta avaritia eſt: duo conſiderantes: Quid ſit temporis avaritia: & quam ea honeſta ducenda.

III. Confirmationis pars prima protaſi & apodoſi conſtet ad evolvendam metaphoram.

Protaſis deſcribat triplex hominum cupidorum avarorumque genus; ut ſunt avari ſic proprie dicti, ambitioſi, amantes.

1. Avaritiæ nomen late patet, cum Cicerone teſte ſic dici poſ-

sit quævis vehemens & penitus insita de re non expetenda tanquam expetenda opinio: præcipue autem hoc nomine libido diteſcendi intelligitur: cum quis nulla de re magis ſollicitus eſt, quam ne nummus ſibi pereat; nec ullam occaſionem rem augendi negligit, adeo ut ſæpe etiam famæ, non raro vitæ ac valetudini vim faciat. Vide locum de avaritia.

2. Huic morbo non abſimilis ambitio eſt, ſive potentiæ & honorum cupiditas, qua nihil animum acrius cruciat.

3. Eodem refero inſanum amorem: cujus quanta ſit vis, adoleſcentes apud Comicum fatentur.

Illuſtra hæc exemplis, ſive hiſtoricis, ſive fabuloſis: ut Euclionis, Alexandri, Didonis, aut Pyrami.

Apodoſis agat de avaritia temporis, eam effectis & exemplis deſcribendo.

Accommodemus hæc ad inſtitutum.

Temporis avarus mihi eſt, qui de eo lucrando & bene collocando ſollicitus eſt: & quidem eo mentis fervore, quo avarus opes, ambitioſus honores, libidinoſus voluptatem proſequitur.

Primum igitur amat tempus ceu rem inæſtimabilem.

Deinde illud frugaliter collocat, non diem, non horam, non momentum præterire ſinens, cujus uſus non probe conſtet.

Poſtremo utens tempore, ſemper aliquid honeſtum & utile intendit.

Declara hoc inductione, quid diligens agat Eccleſiæ paſtor, quid juventutis præceptor, quid magiſtratus, quid paterfamilias. 2. Inſere ſingulis membris exempla. ut Moſis & Pauli: Ariſtotelis & Cleanthis: Cyri & Scipionis: Catonis, Penelopes, Lucretiæ. 3. Adde παράθεσιν paræneticum ad commilitones, qui ſic juventutem collocent, ut viri uſui ſint reipub.

Confirmationis pars altera quinque cauſas afferat temporis recte uſurpandi.

1. Ipſe Deus accurate tempora diſponit, idemque fieri à nobis vult. Eccleſ. 1.

2. Natura cum tempore agit.

3. Omnis ſapientum vox ſuadet, ut utamur occaſionibus.

4. Tempore nihil volabilius, aut neglectu ejus damnoſum magis. Vide quid præcipiat ruſticis Virgilius; Imperatori Livius; auditoribus verbi divini Spiritus Sanctus. Pſal. 95. & Proverb. 1.

5. Denique nihil ad famam & conſcientiam, ad rem publicam privatamque tuendam utilius.

IV. Epilogus resumat hortationem ad diligentiam in studiis, & ad extremum addat παθος de cogitando illo tempore, quo omnium temporum rationes dicendæ, nec tempus aliud sequetur.

III. Ἔρδοι τις, ἥν ἕκαστος εἰδείη τέχνην. *Euripid. apud. Cic. I. Tuscul.*

I. Exordium sume à curiositate mortalium in rebus curandis alienis, & sæpe cum magno suo malo.

II. Propositio recitet carmen cum explicatione sententiæ. Tales ne & nos simus expendamus illud Euripidis: Quam quisque novit artem, in hac se exerceat. Quo etsi potissimum vult, non esse judicium vel administrationem rerum imperitis commitendam: tamen latius id accipere possumus, ut intelligamus, quarum rerum vel studio destinati, vel etiam periti simus, in his tractandis tantum versandum: quas vero ignoremus, eas doctioribus concedendas esse.

III. Confirmationis argumenta sint quinque.

1. Ab utili privato. Etenim si sedulo in una aliqua arte laboremus, & discere eam rectius, & exercere eam fructuosius licebit, idque quovis loco. Τὸ γὰρ τέχνιον πᾶσα γαῖα τρέφει. Affer eorum exempla; qui opibus exuti artium præsidio sese ab inopia defenderunt, ut Biantis, Aristippi, & similium.

2. Ab utilitate publica. Singulis enim suo negocio occupatis, omnes ordines in rebus pub. florent.

3. Ab inutili, si quis sua arte neglecta tractet aliena, aut judicare sustinet de rebus, quas non intelligit. Vide locum de πολυπραγμοσύνη, & percurre omnes ordines vitæ, & plus satis invenies, quod dicas.

4. Ab honesto, id est à laude & favore eorum, qui in sua arte vel discenda vel exercenda industrii sunt, nec immiscent se alienis.

5. A turpitudine & odio eorum, qui in officio suo negligentes, judicium sibi de ignotis sumunt; ut audiendum illis sit illud Apellis: Ne sutor ultra crepidam.

IV. Epilogus addat consilium de genere vitæ & studio suscipiendo, cui par sis: ubi præter naturam & facultates, audiendi sunt sapientes. Cic. I. offic.

IV.

IV. *Nec vero rei familiaris amplificatio nemini nocens vituperanda, sed fugienda semper injuria est. Cicer. 1. offic.*

I. Exordium sumatur à contrariis moribus hominum avarorum & prodigorum.

II. Propositio. 1. Mediam quandam viam docet orator in suis officiorum libris, quando ait: Nec vero rei familiaris amplificatio nemini nocens vituperanda; sed fugienda semper injuria est. 2. Duo orator complectitur: unum de parsimonia, quam colamus: alterum de injusto lucro, quod fugiamus.

III. Confirmatio prima de de frugalitate peti potest ex usu opum quadruplici.

1. Serviunt necessitati privatæ:
2. Beneficentiæ in proximum:
3. Honori & existimationi:
4. Vsibus publicis.

Adde locis singulis testimonia & exempla convenientia.

Altera pars contra injustam opum corrasionem & avaritiam contendat.

1. Est contra leges divinas & humanas.
2. Non ditat, sed recte etiam partas opes absumit:
3. Lædit conscientiam.
4. Obest famæ.

IV. Epilogus repetat monitionem de medio tenendo inter profusionem & avaritiam, addita precatione pro victu honesto, cujusmodi in Proverb. Solomonis est.

V. *Contentum suis rebus esse, maximæ sunt certissimæque divitiæ. Cic. Parad. 6.*

I. Exordium sit à contrariis moribus hominis avari, qui semper eget, appetit, metuit.

II. Propositio. Quam mentis intemperiem ut fugiamus, utile est considerare illud Ciceronis, quod est Parad. ultimo: Contentum, inquit, suis rebus esse, maximæ sunt certissimæque divitiæ.

III. Confirmatio sit triplex.

Primo ab effectis αὐταρκείας.

1. Deo præstat obedientiam acquiescendo in statu ab ipso assig-

assignato : quod nolle, evertit ipsos angelos & homines.

2. Temperat ab injuriis proximi, cui sua integra relinquit, nec sui commodi causa turbat pacem & ocium publicum.

3. Fruitur mente tranquilla & læta.

4. Apud homines habet favorem & existimationem bonam.

5. Præstat securitatem à multis peccatis & periculis, quibus avari & ambitiosi implicantur.

Secundo à testimoniis & exemplis hominum continentium.

Tertio à contrariis exemplis eorum, qui plus ambiverunt, quam par erat, cum sui & aliorum ruina.

IV. Epilogus 1. repetat laudem modestiæ: 2. addat precationem pro vitæ ratione mediocri, qualis est Proverb. 30.

VI. Σφόδρ' ἐστὶν ἡμῖν ὁ βίος οἴνῳ προσφερὴς
Ὅταν ᾖ τὸ λοιπὸν μικρὸν, ὀξὺς γίνεται.
Antiphanes apud Henr. Stephan.

I. Exordium sumatur à proverbio : Nosce te ipsum.

1. Bene monet vetus proverbium, ut quisque se ipsum norit:

2. Quid enim prodest multa scire, & se ipsum ignorare.

3. Plurimum autem huc faciunt similitudines & imagines; quibus homines sapientes vitam nostram describere, & tanquam vivis coloribus exprimere studuerunt.

4. In his merito numeratur illud Antiphanis veteris poëtæ, quo hominem vino similem esse ait.

Est nostra vino vita quam similima:
Acescit, est cùm reliqua parva portio.

II. Propositio quadruplex.

1. Quod argumentum cum non ingratum sperem fore: dicam quam eleganter pueritia vitium culturæ: adolescentia musto: constans ætas vino firmo ac consistenti, senectus denique vino annoso & acescenti respondeat.

III. Expositionis pars prima cum vitium loco, adjunctis arboribus, & cultura reliqua conferat indolem, sodalitium, & educationem puerorum.

PROTASIS.

1. Principio in vitibus serendis ante omnia soli delectus habendus est.

2. Tum nec omnibus arboribus vites ut conserantur, aut innitantur, utile est: corylum respuit, populo quasi maritatur vitis.

3. Po-

3. Postremo culturam & diligentiam magnam requirunt in fodiendo, stercorando, ablaqueando, putando, pedando, pampinando, fulciendo, denique uvis ipsis demendis & calcandis. Vide Virg. 2. Georg. Catonem & alios de re rustica.

APODOSIS.

1. Eodem modo in puerorum informatione ante omnia ingeniorum ratio habenda est.

2. Deinde nec quorumvis familiaritas & convictus iis concedendus.

3. Labores vero in ipsis docendis, monendis, castigandis (ut eorum ingenium, mores, vox, stylus, memoria & cætera recte excolantur) infiniti sunt. Vide Plutarch. de educat.

Pars secunda sit de natura, vitiis, & effectis Musti; quorum similia demonstrentur in adolescentibus.

PROTASIS.

Sed de prima hominis ætate plus satis: sequitur adolescentia, quam non minus eleganter cum musto comparabis.

1. Etenim in musto multa inest vis aërea.

2. Vnde vi facto exitu è doliis facile erumpit.

3. Potum vero in ventre fluctuat, eumque inflat: & licet dulcedinem habeat, tamen ad sanguinem generandum ineptum est: imo ob fecis commistionem obstruit meatus venarum, & aquam intercutem generat. Vide Plinium.

APODOSIS.

1. Sic adolescentiæ innata est temeritas.

2. Vnde fit, ut impetu agatur, & facile extra metas vagetur.

3. Est inconstans, arrogans, superba: & licet promptitudinem quandam præ se ferat, tamen ad res magnas agendas, & danda consilia plerumque non valet: imo quia affectibus indulget, voluptates sequitur, pravis sodalitiis implicatur, evadit vitæ pestis & familiarium dedecus. Vide Horat de arte, & Arist. 2. Rhetor.

Pars tertia vinum defæcatum comparet cum ætate virili: quantum ad naturam & effecta utriusque.

PROTASIS.

Quanto autem melior est constans ætas, quæ haud incommode cum defæcato & consistente vino comparatur. Protasis.

Hoc enim multas magnasque utilitates affert ad necessitatem, recreationem, ad medicinam. Vide Plinium.

APODOSIS.

Ita ætas matura, quæ jam deferbuit, & mediocritatem tenere didicit

dicit, consilio; auctoritate, opera rebus gerendis plurimum con ducit. Horat. in arte. Cic. in Caton. Arist. 2. Rhet.

Postrema pars sit in comparatione vini annosi cum senectute, e utriusque vitiis.

PROTASIS.

Postremo ubi annosum cæpit esse vinum, vires paulatim perdit dum tandem in acetum & vappam degeneret. Cato, Columella Parrhasius de re rustica.

APODOSIS.

Eadem senectutis ratio est: destituitur ea viribus, frigescit anim & corpore, metuit multa, suspicatur multa, tandemque in tristem quandam morositatem & acidam iram abit. Vide Arist. Cicer. Hora tium locis dictis.

IV. Epilogus revocet orationem ad finem ab initio propositum ut ita vinum & similes rerum nostrarum imagines, quæ passim i natura occurrunt, contemplemur, ut inde se ipsum quisque nosse vitia sua emendare, & bona excitare connitatur. Quibus addantu preces ex Psalmo 39.

VII. *Qui studet optatam cursu contingere metam, Multa tulit fecitque puer, sudavit & alsit: Horat. in arte.*

I. Exordium sit à diversis: quod nemo non in vita honestum aliquem locum optet: at molestias & labores, qui cum honestis studiis conjuncti, plærique subterfugiant.

II. Propositio. 1. Hi velim Poëtam audiant: Qui studet optatam cursu contingere metam, Multa tulit, fecitque puer, sudavit & alsit. 2. Quibus verbis ducet, qui in re aliqua honesta & laudabili excellere vult, ei à puero opus esse patientia & diligentia. 3. Quod ita esse, paucis probatum faciam.

III. Confirmationis argumenta sint tria.

1. Quia Deus ita ordinavit. Vide testimonia sacra & profana.

2. Idem omnis natura testatur exemplo laboriositatis suæ.

3. Probat quoque experientia. Vide rusticos, opifices, mercatores, milites, & qui ad honores contendunt in rebuspub., denique nostri ordines homines: ubi exaggeranda, quæ à magistris, quæ à vulgo, quæ ab hospitibus perferenda, & quanto labore vel exigua doctrina comparetur. Vide exempla apud Valerium Maximum & alios.

IV. Epilogus sit consolatorius à consequenti utilitate, dignitate, & voluptate.

VIII. *Ver ex anno sublatum. Pericles apud Thucydid.*

I. Exordium sumatur ab ipso apophthegmate: ad exemplum proœmii, quod est 3. Tusc.

1. Pericles cum in laudem eorum, qui in prælio pro patria occubuerant, concionem funebrem haberet, inter cætera conquestus fertur: Ver ex anno sublatum fuisse: 2. quo significavit, sicut ver est florentissima pars anni, ita ætatem pulcherrimam esse juventutem: & sicut vere ex anno sublato, universa natura laboratura esset; ita nunc rempubl. Athenienses male habere, juventute sublata.

II. Propositio. Quod ut magis percipiatur, de istâ veris & juventutis comparatione paucis agam: juvenis scilicet cum juvenibus.

III. Expositio sit ab utriusque tum suavitate tum utilitate.

Protasis prima de suavitate ver describat inductione voluptatum, omnes prope sensus suaviter afficientium.

Etenim qui sensus est, qui hoc tempore in hortis deambulanti non suavitate aliqua afficiatur? 1. Pascuntur oculi colorum varietate, & contemplatione admirandæ rerum generationis: quæ res in animis etiam multarum gravissimarum rerum meditationem exhibet; de Dei creatoris sapientia, bonitate, potentia: de corporum nostrorum resurrectione: de mutuis officiis vitæ. 2. Auditum reficit concentus avium. (vide Plin. de Philomela.) 3. odoratum, 4. & tactum auræ suaviter aspirantes.

Apodosis similem vel majorem in adolescentia excitet suavitatem.

Quæ cum magna veris suavitas est, tum major illa, quam juvenilis ætatis decus habet: quo nihil neque jucundius, neque gratius.

Hoc explicetur 1. Inductione bonorum juventutis; cum corporis, tum animi: 2. Exemplis Iosephi, Davidis, Solomonis, Alexandri, Scipionis, & similium.

Huic enim ætati flos vitæ, pulchritudo corporis, robur virium, motus agilitas, & promptitudo: huic εὐπρέπεια, fortitudo, verecundia, humanitas, externa morum elegantia ac suavitas: quæ dotes huic ætati, nisi corrupta sit, solent fere propriæ esse.

Altera protasis de utilitate 1. ostendat, quomodo Ver aëris salubri temperatione mirificum excitet vigorem & alacritatem, cum in animantibus omnibus; tum maxime in hominibus; agricolis, nautis,

tis, bellatoribus, Scholasticis: 2. quod à verno tempore omnium fructuum copia pendeat.

Apodosis similiter exponat 1. vigorem in juventute, quo hæc ætas, nisi intemperantia opprimatur, ad quosvis labores perferendos apta est: 2. ætatum reliquarum felicitatem ac præstantiam juventuti, quæ mollis & flexilis, tribuendam esse arguit.

Quod vero de cupiditatibus juvenilibus objici posset, 1. beneficio educationis honestæ excusabis, qua data perturbationes istæ cos virtutis fiant: 2. & quod nulla non ætas suos nævos habeat.

IV. Peroratio 1. πάθῳ habeat, quod ver elapsum redeat, juventus vero non item: 2. unde exhortatio de ætate florida recte collocanda: 3. Precatio, qualis est in Psal 25. 7. Ps. 119. 9. Ps. 144. 12.

IX. *Hirundinem sub tectum ne recipias. Pythag. in Adagiis Erasmi.*

I. Exordium sumatur à laude hospitalitatis, de qua etiam in sacris literis.

II. Propositio: Attamen ut omnia, ita hoc quoque prudentiæ temperandum, ne quod Pythagoras vetat, hirundinem sub tectum recipiamus, hoc est, hospitem similem hirundini.

III. Confirmationis membra sint duo.

Primum describat hirundinem.

1. Est enim avis garrula.

2. Quæ ubi tecto nostro pullos suos educavit, abit: nulla relata gratia pro hospitio.

3. Tum vere ineunte insinuat sese, hieme adventante avolat.

4. Nec unquam convictu cum hominibus mansuescit, utpote semper diffidens & metuens.

5. Denique impura avis est, subinde stercora, eaque nonnisi egerens.

Altera pars totidem hominum genera numeret, quibus hospitium non dandum. ut sunt:

1. Loquaces.
2. Ingrati.
3. Leves & inconstantes.
4. Intractabiles.
5. Impuri ac libidinosi.

Hæc illustra causis & exemplis ex Ethicis & Historia conquisitis.

IV. Epilogus solicitus sit pro hospitio bonorum, & qui humani-

tatis officiis sunt digni. Vide Plutarch. de nota Pythagorica, qua hospitem Hirundinem recipi nolebant.

X. *Inter os & offam. Gell. & Erasm. exorat. Caton.*

I. Exordium sumatur à veritate consiliorum humanorum, quæ sæpe leviculus aliquis casus interturbet: id quod passim Sacræ & profanæ literæ, ipsaque adeo experientia comprobat.

II. Propositio. Idem testatur Proverbium, Inter os & offam, seu ut poëta reddidit: Multa cadunt inter calicem supremaque labra. Quod paucis declarare lubet.

III. Confirmatio sit triplex.

1. Mens proverbii explicetur. Videlicet sicut intervenire aliquid potest, quo offa apposita, aut calice propinato minus fruamur: sic multa esse, quibus prohibemur, quod minus optatis potiamur. Vide varios casus in promptuario exemplorum.

2. Hoc ipsum probetur inductione consiliorum omnis generis, & exemplis eorum, quorum conatus destituit successus optatus: præcipue autem in solatium horum temporum ex historia docebis, quam mirabiliter Deus superba & crudelia tyrannorum consilia confuderit.

3. Adjungatur quadruplex paræneſis. 1. ut nihil mali suscipiamus: 2. ut bene agendi occcasionem urgeamus: 3. ut nihil ex præsidentia virium nostrarum agamus, sed omnia cum timore & invocatione Dei, ut sanctus Iacobus monet cap. 4. 4. Vt semper memores simus novissimorum nostrorum. Sirach. 7.

IV. Conclusionis loco sit precatio pro officio faciendo; & rerum nostrarum eventu tolerabili. Vide Psal. 90.

XI. *Formica magistra prudentiæ & diligentiæ. ex Proverb. 6.*

I. Exordium sumi potest, à genere cum comparatione dissimilium.

Defendunt multi idola & imagines, quod imperitis in templis sint pro libris, quodque ex eis multa discere liceat.

Sed profecto, si præter sacras literas quæ solæ certissimam & compendiosissimam ad salutem viam ostendunt, alius insuper liber quærendus, is ipse sit mundus, in quo degimus: ubi multo plura habemus, quæ discamus ac miremur, quam in omnibus sculptis pictisque simulacris.

II. Hinc inferatur propositio.

Sed cum totius universitatis amplitudo major sit, quam ut non dicam horula, sed tota vita nostra percurri possit, in præsentia ad formicas ibimus, earumque ingenia, mores, & totum œconomiam contemplabimur, unde multa pulcherrimarum virtutum exempla, & vere (quod aiunt Græci) ἀγαθῶν μνεμηκιὰν, capere licebit. Quod ne cui nimis vile aut sordidum videatur, agite ducem sequamur magnum regem Solomonem, qui his verbis ad hoc iter nos invitat: Vade ad formicam, piger, vide vias ejus, & sapiens esto: cui non sit dux, nec præfectus, nec dominus, tamen parat in æstate cibum suum: congregat in messe escam suam. Hæc verba sapientissimi doctoris agite expendamus diligentius.

III. Expositio in dicta paræneſi quinque expendat:

1. Quis invitet:
2. Quos discipulos:
3. Ad quos magistros:
4. Quid illi profiteantur:
5. Et qua methodo ac ratione.

IV. Qui invitat, Solomon est: rex non minus sapiens, quam potens. Excurre hinc in elogium sapientiæ Solomonis ex 1. Reg. 3, & 4.

CAP. IX.

In Sententiis & imaginibus politicis.

I. Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω.
Vlyss. apud Homerum. Iliad. 1.

I. EXordium sumatur à commendatione ordinis politici, propter 1. hospitium Ecclesiæ & Scholarum, 2. & administrationem juris & justitiæ, 3. denique unius cujusque securitatem & salutem.

II. Propositio. Verum cum tres politiæ gradus & formæ sint; Democratia, Aristocratia, & Monarchia; ego cum Vlysse facio Homerico, hanc cæteris præferendo.

--- Haud expedit unquam
Multorum imperium: nobis rex unicus esto.

III. Confirmatio sit ab effectu: quod ut domi, ita & in republ. omnia belli & pacis tempore rectius uno imperante administrentur. Id declara collatione.

In Democratia hoc desideratur: 1. Quod suis curandis magnam tem-

temporis partem consumunt: 2. rerum ignari multa sine judicio agunt: 3. unde sæpe turbæ & pericula magna: 4. Denique si mera plebs regnet, imperium eo sævius existit, quo illa affectuum impetu magis regitur.

In Aristocratia 1. præterquam quod ipsi quoque rebus suis impediti tardius consultant, 2. in publicis deliberationibus multum æmulationis & altercationis suboritur, unde odia & simultates, tandemque seditiones & bella civilia: 3. denique si in Oligarchiam degeneret, hoc gravior est, quo plures uno tyrannidem exercent majorem.

In Monarchia vero recte constituta 1. semper agitur & consultatur quod in rem sit: 2. consilia celerius successum habent: 3. postremo si in tyrannidem abeat, sævitia erit tolerabilior unius, quam plurium: 4. Quo accedit, quod Monarchia 1. durabilior est, 2. & reliquis degenerantibus, aut maximo aliquo periculo instante, uni plena auctoritas & rei gerendæ arbitrium committi solet: denique divinum quid præ cæteris habet.

Hæc declara testimoniis & exemplis. Vide Herod. in histor. Darii, Aristot. in Polit. Feneſtell. de Dictatorib. Roman.

IV. Epilogus Monarchiæ commendationem concludat, addita tamen duplici correctione: 1. ut Monarchiæ certis legibus & publico consilio circumscribantur, exemplo Persarum, Græcorum, Romanorum, Germanorum: 2. ut suam quisque reipubl. formam amet & tueri conetur. Cic. 1. offic. Hinc precatione pro magistratu, qualis est Psal. 20, concludatur.

II. *Tum demum beatas futuras respublicas, cum aut sapientes regnare, aut reges sapere cœperint. Plato 6. de Republ. Cic. ad Q. Fratr.*

I. Exordium sit à querela de nostro seculo, ubi non virtus, sed opes honorantur. juxta illud Poëtæ:

Aurea nunc vere sunt secula; plurimus auro
Venit honos: auro conciliatur amor,

II. Propositio. Longe aliter de magistratibus constituendis judicavit Plato, quando 6. de Repub. Tum demum respubl. beatas fore scribit, cum aut sapientes regnare, aut reges sapere cæpissent.

III. Confirmatio sit trimembris.

1. Laudet hanc sententiam ut Philosopho dignam.

2. Explicet: scilicet in principe seu magistratu omnino requiri sapientiam & gubernandi scientiam: quo pertinet scientia religionis,

juris, & morum, in quibus omnibus illum recte informatum esse oportet.

3. Probet hoc ipsum 1. ab affectis: quod sapientia fons sit omnium sanorum consiliorum tum in divinis tum humanis rebus: in toga, in armis: contraque inscitia & temeritas omnia evertat: 2. A simili in re nautica, œconomica, architectonica. Vide dial. Ludovic. Vivis. 3. A testimoniis sacris & profanis: ab exemplis sapientum ac stultorum principum, quorum illi feliciter, hi infeliciter gubernarunt. Ea vero innumera dabunt respub. & regna Hebræorum, Chaldæorum, Persarum, Græcorum, Romanorum; & hæc nostra ætas sua quoque addet. Vide Orat. Mureti de laudibus literarum.

IV. Epilogus approbata sententia Platonica tria moneat: 1. ut commilitones, qui Reipub. se destinarunt, mature ea discant, quæ tum ubi clavum acceperunt, scire oportebit: 2. ut adultiores & jam facti viri in magistratibus eligendis, non quos natales, opes, aut vulgi applausus, sed quos sapientia & virtus commendent, spectent: 3. ut omnes pro sapienti magistratu dando, conservando, regendo, Deum oremus: qua in re tuis precibus præibis.

III. *Virtute decet, non sanguine niti.*
Baptist. Mantuan.

1. Exordium sumatur à querela vulgi de incerto rerum eventu.

Multæ passim querelæ audiuntur, quod res aliter cadant, atque speratæ essent.

Neque id mirum: cum fiduciam omnem in opibus & similibus rebus, quæ fluxæ & commutabiles sunt, positam habeant. Virtutem vero, quæ una, certa & immortalis est, contemnant.

Hinc in rebus secundis tanta insolentia, in adversis trepidatio & mœror cernitur.

II. Propositio.

De his fallacibus rebus cum etiam Poëta moneat, sic aiens:

--- Virtute decet, non sanguine niti:

duo oratione prosequar: Vnum, quo juxta Poëtam niti non deceat: alterum, quo deceat: Illud sanguis, hoc virtus est.

III. Expositio tractetur per prolepsin, duplici objectione & solutione distinctam.

Objectio 1. de natalibus.

Sanguinem cum dicit, sine dubio intelligit nobilitatem generis, & cognatorum amicorumque præsidium: de quibus ne aliter, quam opor-

oportet, sentire videar, fateor magnum Dei beneficium esse, bonis ortum esse parentibus, & cognatos amicosque habere, quorum non pudeat. Nam ut prius de natalibus agamus.

1. Sunt sponsor bonæ indolis. Nostis enim illud: Fortes creantur fortibus &c. Vnde Nestor Homericus Telemachum bonæ spei adolescentem arguit, quod fortissimi viri Vlyssis filius esset.

2. Pertinet ad famam honeste satum esse.

3. Addit animum ad res agendas. Plutarch. de Educat.

Objectio 2. de amicis.

De amicis & cognatis idem concedo, quod orator ait, facere eos & secundas res splendidiores, & adversas partiendo communicandoque leviores. Cic. in Læl.

Solutio 1. de natalibus.

Quid igitur est, quod his confidere non oporteat?

1. Nobilitas fortunæ, non tuum est bonum.

2. Multi honestissimo loco nati, pessime se gerunt.

Quid Cyro rege justius? quid Cambyse crudelius? &c.

Neque sancti homines talem inconstantiam natorum effugere potuerunt.

Abrahamus vir religiosus ferocem & impium lusorem Ismaëlem reliquit: &c.

Quid multis? Nostis proverbium: Heroum filii noxæ.

3. Causas, cur ita fiat, scire cupis?

1. Potest in ipsa genitura culpa esse. Vide Lemnium de Occult. Agnovit hoc Philosophus, cum adolescenti petulce agenti, Pater, inquit, te sevit ebrius. Plutarch. de educat.

2. Non raro peccatur in contrahendo matrimonio, cum uxor legitur non tam moribus, quam forma, genere, opibus commendabilis.

3. Gravissima causa corruptæ Sobolis est educatio negligentior.

4. Accedunt parasiti & adulatores, quibus magnatium domus refertæ sunt.

5. Hinc sæpe accidit, ut quo quis nobilior, eo efferatior evadat, naturæ & fortunæ subsidia pessime collocans. Vide quæ de Gracchis & Catilina prodita: P. Ramum in Catil.

6. Quid quod ab omni natura ita comparatum est, ut pedetentim in pejus abeat? quodque ut regnum cæteræque res mortalium, ita & familiæ suas fatales periodos habent? Arist. in Polit. Keckerm. in discurs. præt.

7. Postremo, quia homines nobiles vulgo sunt inflati, & ad imagines suas, quam ad recta studia respiciunt, Deus superbiam istam prava sobole ulciscitur, no à carne & sanguine, sed ab ipso gratia pendeamus. Vide quid Baptista Iudæis patrem Abraham jactantibus exprobrat: & Iohannes de cœlesti genitura contra fiduciam carnis, in Euangelio disputat.

Solutio 2. de amicis.

Videtis igitur, quam parum nitendum sit sanguine. De amicis idem statuo. Sunt enim ut plurimum inconstantes, & fortunam magis, quam mores sequuntur. Vnde tot passim querelæ.

Expositio secundæ partis rationes afferat, cur virtute queamus confidere.

1. Deus favet virtutis studiosis. Vide Ierem. 9.
2. Suadet id omnium sapientum auctoritas.
3. Evincit ipsa natura virtutis.
1. Sola enim virtus nostrum bonum dici meretur.
2. Vtilis est ad omnia: insipientes erudit, infirmos roborat, lascivientes coërcet, aberrantes in viam revocat.
3. Res est constans. Vide Prov. Solom. & Disp. Philosoph.

IV. Epilogus vertatur in hortationem ad studium virtutis, addita precatione: qualis est in Psal. 19.

IV. Γνῶθι σεαυτόν. *Thales Miles. apud Laertium.*

I. Exordium sumatur à celebritate hujus proverbii, quo etiam David alludit in fine Psal. 9.

II. Propositio. Duo hac sententia præcipiuntur: ut miseriam, ut etiam nobilitatem nostram norimus.

III. Expositio primæ partis triplicem miseriam expendat: fortunæ, corporis, animæ: quorum illa ærumnosa, istud fragile & infirmum, hæc erroribus, vitiis & perturbatione multiplici referta.

Hæc declarentur causis, testimoniis & exemplis. tum hujus meditationis usus addatur triplex: 1. in timore Dei, 2. studio modestiæ, 3. & officio mansuetudinis erga alterum.

Pars altera agat de nobilitate hominis itidem triplici: ex creatione, redemptione, & sanctificatione: illinc homo particeps factus est rationis, & corpore præditus elegantissimo, denique Dominus constitutus est mundi: isthinc per filium Dei non tantum primævum jus, quod peccato amiserat, recuperavit, sed ipse quoque filius Dei, & cohæres servatoris sui factus: hinc habitaculum existit Sancti Spiritus,

rius, per cujus inhabitationem etiam membrum fit Domini.

His simili modo illustratis, itidem triplex usus addatur: 1. gratitudinis erga Deum, 2. fiduciæ piæ, 3. studii rerum cœlestium, spretis hujus mundi sordibus.

IV. Epilogus sit gratiarum actio ad Deum pro acceptis beneficiis, cum precatione humilitatis & abnegationis mundi.

V. *Princeps ut Sol sit. Leo Imperat.*

I. Exordium commendabit studium Physicæ ab imaginibus vitæ & officiorum, quas inde sumere licet.

II. Propositio. 1. Tale est, quod Imperator Leo ejus nominis primus crebris usurpasse sermonibus dicitur: quemadmodum Sol, quæ illustrat, etiam calefacit: sic & Principem oportere eos, quos aspicit, favore complecti: 2. Qua imagine diligentius considerata, universum principis munus intelligetur. Vt enim sol omnia 1. illustrat, 2. calefacit, 3. moderaturque: sic principis & magistratus est, rempub. & cives suos illustrare, fovere, gubernare.

III. Confirmatio respondeat partibus propositis.

Primo sol, & 1. per se est lucidus; 2. & naturam inferiorem luce sua illustrat: 3. ut discerni res possint, & actiones vitæ necessariæ recte obiri.

Princeps 1. ipse religione & literarum studiis excultus: 2. earundem splendore rempub. exornat: 3. tum ad omnia, quæ in vita utilia sunt, consequenda quasi lumen aliquod accendit.

Secundo sol 1. ipse calidus, 2. per omnia signa Zodiaci indesinenter currens, 3. inferiorem mundum à frigore defendit & calefacit, 4. plantis cæterisque rebus vigorem suum sine discrimine confert.

Princeps 1. ipse minime segnis, 2. subditos ab hostium injuria defendit, & negotiationes aliaque vitæ subsidia honestis legibus constituit, 3. nec partem unam, sed totum reipub. corpus, sine respectu personarum curat, sublatis omnibus, quæ vel ad luxum, vel alias ad perniciem reipub. facere videntur.

Tertio sol reliquos planetas non removet, sed cursum eorum moderatur; 2. idemque quo est altior, hoc incedit tardior: 3. ac denique nihil ab ecliptica sua linea vel truculentissimorum signorum metu, vel cæterorum præ cæteris cura discedit.

Princeps 1. omnia agit communicato cum prudentibus consilio, ipse director tamen eorum existens: 2. nec rebus secundis elatus, vel affectibus suis indulgens; civibus suis incommodat; aut bella non

necessaria movet: 3. nec tamen sic timidus erit, ut improbis non putet fortiter resistendum esse, aut pro patria contra hostem pugnandum, non invidia, non ira, non amore aut odio cujusquam ab officio discessurus.

IV. Epilogus oratione primùm ad magistratus, tum ad cives conversa, utrosque cohortabitur, ut quoties lucem solis intueantur, aut calorem ejus sentiant, cursumque contemplentur, toties de officio suo moneri se arbitrentur: illi ut recte præsint; hi ut ductum eorum sequantur: utrique ut Deum invocent, quo recte & oculus videat, & auris audiat, ut ait Solomon.

VI. Τὸ καλῶς ἄρχειν ἐμποιεῖ τὸ καλῶς ἕπεσθαι. *Erasm. in Proverb.*

I. Exordii loco querela sit de ἀναρχίᾳ nostræ ætatis: ubi enarrata auctoritate omnium propemodum ordinum ἀνὴρ ἀνὴρ ἀνὴρ atque (ut poëta ait) Fertur equis auriga, nec audit currus habenas. Mali hujus causa est, quod nec duces, nec qui sequi debebant, officium faciunt.

II. Propositio. Quare non ab re facient, qui vetus illud: Dux bonus bonum reddit comitem; paulo diligentius secum perpendent.

III. Expositionis partes sint duæ.

Prima mentem proverbii ostendat. Duo enim vult: primum ut qui aliis præesse volunt, ipsi ad hoc munus idonei sint; eoque fideliter fungantur, monendo scilicet, & præeundo: alterum, ut qui recte duci cupiunt, imperata faciant, & alacriter subsequantur.

Utrumque illustrabitur similitudine ducis & comitis: unde & proverbii allegoria sumta est.

Pars altera rationes afferat.

1. Ab effectis mutuis, quorum altera sine alteris constare nequeunt: quod declarabis inductione præcipuarum partium vitæ, ut est ordo Oeconomicus, Politicus, Ecclesiasticus, Scholasticus. Omnes enim officium facere oportet: patrem familias & domesticos: magistratum & cives: pastorem & populum: præceptorem & discipulos.

2. Ab exemplis omnium ordinum.

3. Ab oppositione contrariorum.

IV. Epilogus paræneticus sit, præsertim ad condiscipulos, ut fideles nacti magistros, dociles se præbeant.

VII.

VII. *Delphin cum anchora. Titus Vespasianus.*

I. Exordium sumatur à laude Hieroglyphicæ & emblematum; quorum priscis seculis multus fuit usus, præsertim apud Ægyptios.

II. Tale est, quod nummis olim imprimi curavit imperator Titus Vespasianus. 2. Anchora erat, cujus temonem delphin obvelatus complectebatur: 3. de quo emblemate duo dicenda: quid significarit, & cui usui apud nos esse possit.

III. Expositionis pars prima vim imaginis declaret in hanc sententiam.

1. Delphin omnium animantium est perniciſſimum. Plin. lib. 9. cap. 8. Ideoque acrem & indomitum animi impetum figurat.

2. Anchora cursum navis sistit ac retinet: unde ad significandam tarditatem cunctationemque non male quadrabat.

3. Circulus quiddam perpetuum est, in quo nec initium, nec finem agnoscas; itaque constantiæ signum sit.

Monet igitur symbolum, virum principem, ut in rebus agendis neque remissior & tardior, neque acrior, nimisque sit præceps: sed diu deliberet, cito autem faciat.

Hæc illustrentur similibus dictis & appositis historiis. Tardi & ignavi principis exemplum est Sardanapalus: cui Alexander Magn. & Cæsar opponantur: Temerarius & præceps erat Minutius, cui adversabatur Q. Fabius Maximus.

Altera pars duplicem usum commendabit.

1. Vt ante rem agendam deliberemus, nec quicquam nisi maturo consilio aggrediamur.

Amplificatio inductionem habeat partium vitæ: ubi Scholastici reprehendendi, qui in lucem edunt, quæ non satis elaborata: politici qui non necessariis bellis & motibus respub. turbant: alii, qui iræ & similibus affectibus indulgentes se præcipitant. Vide Achillis Palladem 1. Iliad. Hom.

2. Vt quæ satis deliberata mente suscepimus ad exitum quoque perducere connitamur: ubi perstringi eorum ignavia potest, qui consultando tempus terunt, rerum agendarum oportunitatem prætermittentes.

IV. Epilogus sit in exhortatione 1. ut Delphinis & Anchoræ Vespasiani meminerimus: 2. addita precatione, ut Deus consilia & actiones nostras felicitet.

VIII.

VIII. Βάτιον πολίων ἀσφαλὴς δίκα. *Pindar. Olymp. od. 13.*

I. Exordium ſumatur à comparatione aliarum ſententiarum, quibus juſtitia commendatur, ut ſunt 5. Eth. Ariſt. 1.

II. Propoſitio.

1. Multa in hanc ſententiam præclare dicta legas: ſummam omnium complexus eſt Pindarus, cum inquit; Βάτιον πολίων ἀσφαλὴς δίκα. Iuſtitia incolumis fundamina continet urbis.

2. Quod ut intelligi poſſit, duo perſequar: 1. quænam ſit illa ἀσφαλὴς δίκα, ſecura juſtitia: 2. quomodo illa ſit βάτιον ſeu fundamentum urbium.

III. Expoſitio primæ partis ſit trimembris.

1. Definiat juſtitiam, quod ſuum cuique tribuat: Deo, hominibus: ſuperiori, pari, inferiori.

2. Dividat in diſtributivam & commutativam. Vide 5. Eth. Ariſtot.

3. Cauſas afferat epitheti ἀσφαλὴς, quo innuitur juſtitia vere ſic dicta. quæ 1. convenit cum legibus: 2. ad nullius libidinem inflectitur, ſed omnibus eadem eſt: 3. nec deſtituitur nervis adverſus delinquentes: 4. & coli poteſt ſine impedimento, aut periculo aliquo.

Expoſitio ſecundæ partis.

1. Explicet vocem βάτιον, qua ſignificatur, rempub. juſtitiæ niti, velut ædificium fundamento.

2. Cauſam afferat, cur ſalus reipub. à juſtitia pendeat, nimirum quia 1. Deus amat & tuetur juſtitiam: 2. Indidem proficiſcuntur omnia recta officia, civium concordia, auctoritas & amor apud bonos.

3. Addantur exempla in utramque partem, id eſt civitatum, quas juſtitia auxit, vel injuſtitia perdidit.

IV. Epilogus poſt repetitionem laudis juſtitiæ, votum faciat pro ejus in orbe Chriſtiano conſervatione.

IX. *Nihil laudabilius, nihil magno & præclaro viro dignius placabilitate & clementia.* Cic. 1. *offic.*

I. Exordium duc à vitioſitate naturæ humanæ, cui vindicta nihil jucundius.

II.

II. Multo rectius orator judicavit, placabilitatem & manſuetudinem nobis commendans, quando ait: Nihil laudabilius, nihil magno & præclaro viro dignius placabilitate & clementia. Quod quam recte ab ipſo dictum ſit, exponam: unde cauſas intelligetis, propter quas iræ moderandum, maxime in magiſtratu.

III. Confirmatio ſit triplex.

1. A choro virtutum, quæ cum placabilitate concurrunt: ut ſunt: 1. ſapientia, quæ perſpectam habet tum majeſtatem Dei, tum ſuam & alterius infirmitatem, qua re nihil ſublimius: 2. æquitas & humanitas hominis erga hominem, qua nihil dignius: 3. fortitudo in animo vincendo, quo nihil difficilius: 4. moderatio & harmonia affectuum, qua nihil pulchrius.

2. A teſtimoniis ſacris & profanis.

3. Ab exemplis Dei & ſervatoris, atque adeo optimorum quorumque hominum.

IV. Epilogus poſt exhortationem ad iram & cupiditatem ultionis coërcendam, precetur à Deo animum manſuetum & pium.

X. *Concordia res parvæ creſcunt: diſcordia maximæ dilabuntur. Micipſa apud Saluſt. in Iugurt.*

I. Exordium ſumi poteſt ab hypotheſi ſeu exemplo Liviano; cui nec Saluſtii per formam enthymematis ſubjiciatur.

Quantum incommodi Minutii equitum magiſtri à ſuo dictatore Q. Fabio Max. diſſuaſio, quantoſque contra reconciliatio exercitui fructus attulerit, Minutium ipſum non puduit fateri.

Ita verum illud Saluſtii eſt: Concordia res parvæ creſcunt, diſcordia maximæ dilabuntur.

II. Propoſitio. Quod rationibus adductis probabo.

III. Confirmatio ſumatur

1. A cauſa, quod Deus faveat concordiæ. Vide Pſal. 133.

2. A teſtimoniis divinis & humanis.

3. Ab exemplis partim naturæ, partim vitæ, ut ſunt Oeconomia, Politia, Eccleſia: qualis inductio eſt apud Muretum in orat. de Iuſtitia, & apud Cicer. in Lælio.

IV. Epilogus repetita commendatione concordiæ pia pro eadem vota faciat.

XI.

XI. *Boni paſtoris eſt, tondere pecus, & non deglubere. Tiber. Imper.*

I. Exordii loco querela ſit de avaritia hujus ſeculi, & in ſubdi exhauriendis iniquitate.

II. Propoſitio ſubjiciatur κατ' ἀντίφρασιν.

Quanto æquior laudatiſſimus Imperator Tiberius fuit, qui à pu puratis ſuis inſtigatus, ut vectigalia majora exigeret, id à boni pri cipis munere alienum eſſe oſtendere volens, Boni paſtoris, inqui eſt, tondere pecus, & non deglubere. De qua ſententia pergam dice

III. Expoſitio ſit partim generalis, partim ſpecialis.

Generalis hæc ſumma eſto:

1. Magiſtratum omnem inſtar paſtoris eſſe, & ſubditos defe dere debere: 2. Pro quo etiam præmia & adminicula gubernatio exigere poſſit: 3. Ita tamen ne bonis prorſus ſubditi exuantur.

Specialior expoſitio deinceps erit in partibus ſingulis explicand

Primum caput de officio magiſtratus tractetur per partes, qu ſunt defenſio & regimen populi.

Alterum de tributis & aliis oneribus explicetur ex cauſis: quod vi delicet ſine his nervis nec jus, nec communis pax & tranquillitas de fendi poſſit.

Tertium de moderatione exactionum itidem cauſas annecta nempe ut 1. principes amentur à ſubditis: 2. aliis temporibus etia aliquid reſervetur: 3. ne motibus & ſeditionibus occaſio detur. Vi exempla, maxime in Romana hiſtoria: & Cic. 2. offic.

IV. Epilogus commendatione moderati imperii concludat.

XII. *Rerum bonarum conſuetudo peſſima.*

I. Exordium ſumi poteſt ab aliqua hypotheſi, ut Evangelii, M dicinæ, aut Iurisprudentiæ, quæ propter hominum culpam inv dioſe traducuntur.

II. Propoſitio. Ob hanc cauſam exponam illud veteris poëtæ Rerum bonarum conſuetudo peſſima. Quo ſignificat, nihil tam b num atque egregium eſſe, quo non abuti aliquis poſſit.

III. Confirmationis argumenta ſint duo.

1. A cauſa, quæ non eſt in rebus: quippe quæ à Deo op max. & ad bonum uſum deſtinatæ: ſed in ipſorum hominum vi nempe ſuperbia, avaritia, luxu, malitia.

2. A

2. Ab inductione rerum bonarum, ut sunt sapientia, eloquentia, forma, robur, opes, authoritas, amici: tum typographia, artes, arma, jura, ipsaque religio & magistratus. quarum omnium salutarem & noxium usum variis modis & exemplis demonstrare poteris.

IV. Epilogus vertatur in exhortationem ad commilitones, ut quo doctiores haberi velint, hoc diligentius professionem suam honesta vita & moribus ornent, ne dicterium propositum in ipsos aliquando jaciatur. Addes etiam de magistratu propter ordinem divinum & vitæ necessitatem reverendo, licet in personis vitia quædam sint.

XIII. *Harpyiæ rerum publicarum. Virg. 3. Aeneid.*

I. Exordium sumatur à causis infelicis gubernationis, quæ sunt tum principum tum ministrorum iniustitia.

II. Propositio. Quod cum ingeniose fabula de Harpyis Phyneum vexantibus figuretur, eam enarrare vobis placet.

III. Narratio fabulæ tria habeat.

1. Causam ob quam Phyneo Harpyiæ immissæ.

2. Quam fœda, quamque Phyneo molesta ac noxia monstra hæc fuerint.

3. Quomodo Argonautarum consilio & Boreadum opera tandem profligatæ. Vide Natal.

IV. Mythologia narrationi respondeat, ita ut 1. è sceleribus & peccatis Phynei, causa demonstretur, cur magistratus à Deo sæpe excæcetur, & pravis ministris & subditis tanquam gravissimo quodam supplicio puniatur: 2. ex forma autem Harpyiarum monstrosa, explicentur adulatorum, delatorum & fœneratorum (hi enim sunt, quos fabula præ cæteris notat) natura, mores & studia, simulationis, crudelitatis & turpitudinis plena: 3. quod de Argonautis & Boreæ filiis additum, de magistratus prudentia & ministris melioribus exponatur: quæ omnia testimoniis & exemplis declarari possunt.

V. Epilogus sit 1. in commendatione prudentiæ poëticæ: 2. cui adjungatur μῦθος in adulationis, calumniæ, & avaritiæ detestationem: 3. subjecta precatione pro bono magistratu, & talium pestium reipub. averruncatione.

XIV.

XIV. *Hanc viam Socrates ad gloriam proximam & quasi compendiariam esse dicebat: si quis id ageret, ut qualis haberi vellet, talis esset.* Cic. 2. offic.

I. Exordium sit à laude Socratis, qui ab Apolline sapientissimus declaratus, nec unquam impii aut injusti aliquid vel dicere auditus, vel designare visus, Xenophonte teste. Cic. 1. Tusc. Laërt. in vita.

II. Propositio. Is vir Socrates iis, qui ad gloriam contendunt, hoc consilium dedit, ut non simulatione & ostentatione, nedum aliorum calumnia & injuriis, sed rectis studiis utantur: Hæc via, inquit, ad gloriam proxima & quasi compendiaria est: si quis id agat, ut qualis haberi vult, talis sit. Hoc quam recte dictum sit, paucis ostendam.

III. Confirmationis argumenta sint tria.

1. A causis, quod ingenuis & candidis hominibus Deus & homines faveant: contraque oderint hypocritas & simulatores: unde recte Cicero, Vera, inquit, gloria radices agit; ficta omnia celeriter, tanquam flosculi, decidunt, nec potest simulatum quidquam esse diuturnum.

2. Per inductionem virtutum: ut sapientiæ, justitiæ, liberalitatis, fortitudinis, temperantiæ: quibus serio studendum, siquidem inde nomen & gloriam velimus. Idem dici potest de artibus.

3. Ab effectis: quod sincere & data opera bene agentes, privatim & publice plurimum commodent: Thrasones & personati homines ecclesias, scholas, respub. tantum turbent, idque cum proprio damno & ludibrio.

Hæc illustrari possunt 1. testimoniis sacris & profanis: 2. similibus citharœdi, navicularum, Grammatici, Musici, quorum artem non verba, sed res & opus probant. Cic. 2. Tusc. Senec. epist. 76. Horat. 1. Epist. 16. Persius Satyr. 2. 3. Exemplis tum historicis, tum fabulosis, ut Icari, Phaëthontis, corniculæ, asini, &c.

IV. Epilogus sit in exhortatione, ut juxta doctrinam Socratis imo sacrarum literarum, in omnibus rebus nostris veri & sinceri esse studeamus.

XV.

XV. Τὸ νόμιμον θεῖόν ἐστιν. *Plutarch.*

I. Exordium habeat querelam de moribus præsentibus, ubi contumacia & auctoritatis contemptus vitæ tranquillitatem passim turbant.

II. Propositio. Contra eam barbariem facit illud Plutarchi: Τὸ νόμιμον θεῖόν ἐστι. Quod cum legibus convenit divinum est, qua legum dignitate considerata, nemo bonus ex lex esse volet.

III. Confirmationis argumenta sint quatuor.

1. A testimonio totius universitatis, cujus singulæ partes suis veluti legibus constant ac moventur.

2. A testimonio conscientiæ, quæ ne in barbara quidem & immani tyrannide jugum legum excutere valet.

3. A consensu legum divinarum cum judiciis & sententiis philosophorum, oratorum, poëtarum, legumlatorum: (ut Minoïs, Lycurgi, Solonis, Romuli, & similium virorum illustrium, ipsorumque imperatorum) ubi elegans legum collatio cum divinis institui potest, secundum ordinem decalogi, de officiis Deo & proximo debitis.

4. Ab effectis, quod à legum observantia omnis honestas & tranquillitas ac commoditas vitæ pendeat: quod antithesi & exemplis plenius docebis.

IV. Epilogus parænèticus sit, ut ex dictis causis legibus obedientiam præstemus. Vide Cicer. de legibus. Aristot. 5. Ethic. Orat. Mus. 6. de Iustitia.

XVI. *Foro te para.*

I. Exordium sumatur à commendatione prudentiæ, quæ ubique circumspecte agit, & offensiones, quantum potest, cavet.

II. Propositio. Hoc esse, quod veterum vult proverbium, jubens ut nos foro paremus.

III. Expositio primum mentem proverbii interpretetur. Duo enim monet: ut loci, ubi vivendum, leges & consuetudines noritus: deinde, ut nos iis quantum honeste licet, accommodemus.

Deinde hoc applicet.

1. Ad peregrinationes, ubi nonnullarum gentium mores recenseri, & exempla afferri eorum possunt, qui vel caute (ut Vlysses) vel imprudenter (ut Alcibiades) se in locis exteris gesserunt. Vide quoque Galatæum.

2. Ad politicos, qui orationes & consilia sua ad leges & more eorum, quibus cum ipsis res est, inflectere necesse habent: id quo declarari potest similitudine mercatutæ, navigationis, medicinæ rei bellicæ. Vide Iust. 11. de Alexandro M. Cic. 1. Epist. 9.

3. Ad familiaritates & amicitias. Vide Pamphilum Terentianum: ubi contra ostendendum, quam graviter morosi & incau homines offendunt: ut Clytus, Callisthenes, Xenocrates. Vide q de civili conversatione scripserunt.

4. Ad ecclesiam & leges divinas: ubi de hæreticis & Schisma ticis: de quibus & Apostolus ad Corinthios queritur.

IV. Epilogus concludat dicto Christi, quo vult nos instar colum barum simplices esse; & cautos tanquam serpentes. Addi potest pr catio pro non offendendo, qualis est Psal. 141.

CAP. X.

Habens methodos Philosophicas practicas.

I. *De natura virtutis.*

I. EXordium sumatur ab eo, quod ex Platone Cicero refert 1. o Formam virtutis, si oculis cerneretur, mirabilem amore sui excitaturam. Nihil enim virtute pulchrius, nihil amabilius.

II. Propositio triplex. Qua de causa de natura virtutis dicere ju sus, tria videbo: quæ materies ei proposita, quæ propria vis & i doles ejusdem, & quo spectet.

III. Expositio primæ partis duplex objectum ostendat; interna & externum.

Quod ad primum, Virtus universam vitam hominis gubernat Principio hominem intus format ut nihil velit appetatque nisi quo honestum, nihil oderit & detestetur, præterquam turpia: denique & gaudeat, & doleat, quibus oportet.

Ex animo exserit se ad res externas; omnes gestus omniaque dict & facta ita componens, ut in iis ingenii lumen eluceat.

Altera normam & propria virtutis exponat.

Norma, ad quam se refert, non est opinio aut consuetudo hom num, nec ipsa ratio, ut nunc est, sed lex Dei: cum ea quod conv nit, id suum ducit; quod discrepat, in vitio & peccato ponit.

Primum de opinione & consuetudine proba. 1. à genere, quo nulla pars Philosophiæ ab opinionibus pendeat: 2. à testimonio con scien

ficientiæ, quæ hominem redarguit, vel cunctis mortalibus eum laudantibus: 3. ab absurdo, quod sic vitia pro virtutibus, & virtutes pro vitiis lecturi simus, imo quod nihil certi, quod sequamur, habituri. Omnes enim vani & inconstantes sunt. Vide Aristot. 5. Eth.

Alterum, de ratione, argumentis perages: 1. ab adjunctis, quod ratio corrupta, & multis erroribus obscurata: 2. à testimonio experientiæ, quod etiam sapientissimi Philosophi, & laudatissimæ gentes in turpissima vitia consenserint. Vide præter Apostol. Rom. 1. leges Ægyptiorum, Spartanorum, Athenienſium, Romanorum quod Herodotum, Iustinum, Plutarchum, Livium & alios.

Tertium, de lege, probabis 1. ab adjuncta perfectione: siquidem nihil præcipit quod fugiendum, nec prohibet quod faciendum, sed tota sancta & casta est: neque externos tantum mores fingit, sed ipsum formar spiritum. 2. Ab experientia Sanctorum. Est autem particula quædam legis divinæ nota à natura: perfectissima autem ejus descriptio est in decalogo, qui proinde virtuti pro regula vitæ sit. Aristot. 1. Ethic. 3. Cic. 3. offic. Lactant. 6. Institut. 8. Danæus 1. Ethic. 1.

Propria virtutis sunt: 1. agere sincere, 2. constanter, 3. & in rebus, quæ nimium aut parum admittunt, tenere medium. Aristot. 2. Eth. 1. & 7.

Pars tertia de intentione & scopo virtutis agat triplici: ut sunt 1. Dei gloria, ut ei tanquam optimo Maximo Domino nos servi ipsius honorem geramus, & ejus in nobis Spiritus celebretur: 2. ædificatio proximi: 3. propria salus: quandoquidem virtus omnis felicitatis, tum publicæ, tum privatæ scaturigo.

IV. Epilogi loco sit precatio pro animi in studio virtutis confirmatione.

II. *De connexione virtutum cardinalium, secundum Stoicos.*

I. Exordium sumatur à commendatione sectæ Stoicæ, qualis est 1. offic. Cic.

II. Propositio. Inter alia quoque hoc recte à Stoicis traditum, quod virtutes, quas cardinales vocant, indissolubili nexu inter se conjunctæ sint, & in omni honesta actione inter se concurrant.

III. Confirmationis argumenta sint tria.

1. A causis honestæ actionis, quæ sunt bona αὐταίρετα, & consequutio. Illic prudentia & justitia opus est, quarum illa rationem,

hæc voluntatem recte agendi juvat: hic fortitudo & temperantia re quiruntur: altera ad roborandum adversus impedimenta animum ne in agendo deficiat: altera ad moderandum, ne propter cupidita tem plus aut minus fiat, quam deceat.

2. A contrario, quod vitiosa actio dicatur, ubi aut judicium defecerit, aut voluntas dolore vel voluptate aliqua præpedita fuerit.

3. Ab adjunctis, quod eæ demum actiones laudentur, ubi recti scientia, & voluntas honesta, & animi constantia, & modera tio debita appareat.

Hæc illustrari possunt inductione officiorum omnis generis exemplis.

IV. Epilogus sit paræneticus, ut secundum dictum modum of cia nostra obeamus.

III. *De signis virtutis. ex Plutarcho.*

I. Exordium sumatur ex epigrammate Virgiliano de viro bono cui inter cætera officia hoc quoque tribuitur, ut acrem se & vitiorum & virtutum suarum judicem præbeat: sic enim scribit.

--- Iusto trutinæ se examine pensat,
Ne quid hiet, ne quis protuberet angulus; æquis
Partibus ut coëat, nil ut deliret amussis,
Sit solidum quodcunque subest, &c.

Cum autem multorum deceptionibus & fraudibus exposita est huma na infirmitas, tum nullis magis, quam suis ipsius: unde fit, ut p virtute vitium, pro vitiis virtutes habeat.

II. Propositio. Quare signa quædam & documenta exponam quibus tanquam Lydio lapide explorare licet, meliores nos evade & in virtute progressum facere.

III. Expositio decem signa recitet, eaque suis singula rationib & exemplis comprobet.

1. Ardens amor virtutis, quo non tantum præsentem a plecteris, sed famem quandam ac sitim sentis, si cubi peccatum.

2. Animi obstirmatio ad eam sectandam etiam cum periculo ex hac certissima persuasione, Deum piis consiliis non defuturum.

3. Non offendi pravis aliorum illecebris.

4. Quicquid in vita occurrit, ita dijudicare, & moderari, inde utilitatem aliquam decerpas.

5. Contemptus externorum bonorum, tanquam virtuti su jacentium.

6. N

6. Non applausum strepitumque theatricum captare, sed conscientiæ rectæ testimonio contentum esse.

7. Voluptatem non aliter, ac hostem, suspectam habere.

8. Frontem præfractam deponere, rationemque, ut Deum, remisso animo & modeste composito sequi. Quo pertinet, ut moerentes audiamus, ne hostis quidem increpationem graviter ferentes, quod ipsum peccatum castigatione & infamia gravius sit, tantoq; magis penetret & sese includat in morbum, quanto magis dissimulet. Neque enim peccatum subsistit, ubi cœpit. Vide etiam Psal. 32.

9. Nec in quiete deest quod observandum. Qui enim metum, iram, libidines, & similia somniat, haud dubie intelligit animum nondum satis defæcatum.

10. Sed & examen affectuum argumentum dat, si intelligere detur malorum desideria in nobis esse remissiora, magisque pudore nos retrahi à turpitudine, quam metu.

11. Epilogus redeat ad id, quod in exordio fuit, de vita & moribus observandis & pensitandis: quo pertinet, ut Deo commendemus vias nostras, & ab ejus spiritu nos regi petamus.

IV. *Virum bonum non esse ἀπαθῆ.*

1. Exordium sumatur à paradoxis Stoicorum de virtute, ut quod insectus opiniones putant, quod omnes pariter damnant: quod peccata omnia æqualia esse volunt.

11. Propositio. In his quoque est, quod negant cadere in bonum virum affectus: quod paucis confutabo.

111. Confirmationis argumenta sint:

1. A causa, quod affectus sint naturales, à Deo scilicet inspirati.

2. A testimonio, quod oratores, omnesque boni, imo ipse Deus affectus quosdam (ut amorem boni & odium mali) requirat & comprobet.

3. Ab effectu, quod affectus causæ & incitamenta sint virtutum, si iis recte utamur.

4. Ab exemplis optimi cujusque, atque adeo ipsius Servatoris, quo nihil sanctius. Vide Aristot. 2. Ethic. 3. Plutarch. de virtute morali, &c

v. Epilogi loco sit paræneſis de affectibus tamen moderandis, & in loco advocandis; pro quo rogandus Deus.

V. De Prudentia.

I. Exordium sit prolepticum.

Etsi verum est, quod apud Ciceronem legimus, temeritatem esse juventutis, prudentiam vero senectutis: tamen nec illud frustra habendum, quod sanctus Apostolus monet. Si quis vestrum, inquit, indiget sapientia: postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter & sine exprobratione. Vide Iacob. 1. Sirach. 6. Sapient. 4.

II. Propositio. Propter hanc causam de prudentia verba faciam: primum quæ natura ejus sit, deinde quomodo comparari queat, docturus.

III. Expositionis pars prima tria consideret.

1. Objectum, quæ sunt res agendæ, privatim, publice: in pace & bello: unde prudentiæ necessitas arguenda.

2. Officia, quæ sunt, 1. finem habere bonum: 2. ad eum obtinendum media eligere, quæ ipsa quoque honesta, sed & commoda & facilia sint. Arist. 3. Eth. 3, 4. &c. Mureti in Isagogica ad 6. Eth. Aristot.

Hæc illustra, 1. inductione partium vitæ: 2. consectariis de specialibus quibusdam officiis. ut sunt: nosse quid honestum & utile: consilio uti, nec præcipitare: observare circumstantias personarum, temporum, & locorum, ut omnia decenter & ordine fiant, cedere ubi opus: uti occasionibus: cavere fraudes & insidias: 3. excursione in utilitatem prudentiæ: quo & exempla facient Iethronis soceri Mosis, Solomonis, Themistoclis, Q. Fabii Maximi, & aliorum.

3. Pugnantia, ut sunt Imprudentia & Astutia.

Pars altera quinque causas prudentiæ consequendæ commendabit. Eæ sunt:

1. Pietas & preces.

2. Historia & observatio exemplorum, maxime quæ ad cujusque officium & ordinem pertinent. Ita Historia Ecclesiastica Theologo proderit: legum latarum & judicatorum Iurisconsulto: rerum naturalium Medico: civilium Politico: militarium Imperatori.

3. Consilia bene cupientium amicorum.

4. Peregrinationes.

5. Propria praxis & experientia.

IV. Peroratio repetita summa orationis finem faciat precibus, ut Deus vias nostras dirigat.

VI.

VI. *Cur ſenes prudentiores cæteris? Ariſtot. 6. Eth. 8.*

I. Exordium ſumi poteſt ab auctoritate Menelai Homerici Iliad. 3. qui cum ipſo Priamo, rejectis filiis ejus, paciſci vult, hac memorabili ratione addita:

Αἰεὶ δ' ὀιωλοτέρων ἀνδρῶν φρένας ἠερέθονται,
Οἷς δὲ γέρων μετέησιν, ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω
Λεύσσει, ὅπως ὄχ' ἄριστα μετ' ἀμφοτέροισι γένηται.

Id eſt, ut Eobanus reddidit:

Semper enim juvenes levis inconſtantia verſat:
Quod ſi his forte ſenex accedat rebus agendis,
Præteritiſque animum ſimul inferat atque futuris,
Rectius has populi curas utriuſque levarit.

II. Hujus rei cauſas ex Philoſophorum Schola afferemus.

III. Expoſitio duas cauſas proponet.

Prima eſt experientia rerum ſingularum, quæ non comparatur niſi longo tempore.

Altera ſunt affectus ſedatiores: Concitatiores enim nebulam judicio offundunt. Vide Salluſt. Catilin.

Addi quoque poteſt prolepſis: quod tamen timidiores ſint ſenes. ſcilicet quia 1. norunt rerum humanarum inconſtantiam & ſucceſſus non ſemper proſperos: 2. Sciunt minima offenſa maximarum ſæpe rerum gloriam offuſcari: 3. metu ipſo utuntur pro cote diligentiæ in procurandis remediis ad ambiguum eventum pertinentibus. Vide Cicer. Catonem.

IV. Epilogi loco duplex paræneſis ſit ad commilitones. 1. ut ætatis ſuæ infirmitatem ſenum conſtitui ac regi prudentia patiantur, ut Orator monet 1. offic. 2. ut lectione Hiſtoriarum, & domandis affectibus ſenes æmulentur. Sapient. 4.

VII. *De Iuſtitia. ex 5. Eth. Ariſtot.*

I. Exordium ſumatur à carmine Theognidis:

Εἰν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ' ἀρετή 'στι.

Iuſtitia in ſeſe virtutes continet omnes.

Etenim pro juſtitia vigilat prudentia, pugnat fortitudo, moderatur & coërcet ſe temperantia: nec eſt aliud pium & æquum eſſe, quam Deo & hominibus ſuum tribuere.

II. Propoſitio. Propter quam cauſam primum naturam juſtitiæ videamus: deinde cauſas, propter quas colenda.

III. Expositionis pars prima tradat officia justitiæ, distincta objectis, & illustrata oppositis.

Primum objectum est Deus, cui debemus religionem & cultum purum. Pugnant hic impietas & superstitio.

Alterum est homo: ubi 1. cuilibet debemus fidem, æquitatem, benevolentiam; abstinentes ab omni perfidia, injuria, invidia: 2. majoribus autem & bene meritis etiam observantiam, obedientiam, gratitudinem, contra atque agunt irreverentia, contumacia, ingratitudo: 3. denique recte agentibus magistratus præmia, & sceleratis pœnas meritas assignabit, sine prosopolepsia, & iniquitate.

Altera pars duas rationes tractet, ob quas justitiæ studendum.

1. Ab honesto, quia 1. Deus justus est, & nobis mandat justitiam; 2. idemque leges, philosophia, natura faciunt: 3. denique justitia est princeps, & domina reliquarum virtutum, quæ sine illa nomen & decus suum amittunt.

2. A necessario: quia justitia est vinculum omnis societatis humanæ, qua sublata omnia ruere & dissolvi oportet. Cic. 2. offic.

3. Ab utili. ut est 1. favor Dei & hominum, 2. tranquilla conscientia, 3. bona fama, 4. salus publica & privata. Vide Orat. Mareti.

IV. Epilogus sit paræneticus de justitia amanda & cunctis rebus præferenda. Addi etiam potest precatio pro tutela eorum ordinum, qui aut docent, aut defendunt justitiam.

VIII. *De differentia legis naturæ & civilis. ex 5. Ethic. Aristot. 1.*

I. Exordium sumatur à sententia Philosophi: Τὸ δίκαιον τὸ νόμιμον. Iustum est, quod cum lege convenit.

II. Propositio. Cum vero lex sit duplex, naturalis & civilis, ostendemus utriusque differentiam.

III. Expositio sit quintuplex.

1. Ab origine. Lex naturæ authorem habet Deum omnium dominum: ideoque recipi ab ea non potest: Civilis hominum est, quæ nisi in naturali illa fundata, nisi probabilem rationem habens, declinari potest.

2. A subjecto: illa mentibus hominum, hæc tabulis inscripta est.

3. Ab objecto: illa mortales omnes sine discrimine obligat: hæc certam duntaxat gentem.

4. Ab

4. Ab effectu: illa tum externam, tum internam obedientiam postulat: hæc contenta est disciplina externa.

5. Ab adjunctis: illa eadem est & immutabilis: hæc pro ratione rerumpubl. variat, & temporibus mutatis abrogari potest.

IV. Epilogus hortetur ad obedientiam legibus præstandam.

IX. *Fur, an mendax, tolerabilior? Sirach. 20.*

I. Exordium sumatur à detestatione utriusque peccati, utpote cum justitia pugnantis.

II. Propositio: Pejus tamen peccatum mendacium esse, quod & Sirachus vult cap. 20.

III. Confirmatio habeat quatuor argumenta ex effectis.

1. Mendacium veritatem tollit, bonum animi & præcipuam partem imaginis Dei: furtum tantum aliquid de reculis nostris & bonis fortuitis.

2. Mendax alterum spoliare potest vita æterna (ut hæreticus) quod non potest fur.

3. In furto tantum peccat qui furatur: in mendacio & mentiens & credens.

4. Fur non potest tantum malorum tum publicorum, tum privatorum concitare, quantum mendax & calumniator. Vide lapsum primi hominis.

Hæc illustra testimonis & exemplis convenientibus.

IV. Epilogus sit conformis exordio, ut mendacium tanquam ipsum diabolum fugiamus, & veritatem sectemur.

X. *De Justitia bellica.*

I. Exordium sumatur à laude Agamemnonis Homerici.

Ἀμφότεροι βασιλῆς ἀγαθὸς, κρατερός τ' αἰχμητής.

Consilio pollens rex, idem & fortis in armis. Iliad. 3.

II. Quare, cum alio tempore de justitia togata dictum, placet nunc de bellica agere. Duo autem explicabo: Primum an liceat bellum gerere: Deinde in quibus jus belli consistat.

III. Expositio primæ partis tria argumenta afferat pro quæstione affirmata.

1. Quod bella nihil aliud sint, quam armata judicia.

2. Quod ipse Deus jus bellicum dederit. Deut. 20.

3. Quod sancti bella gesserint, tum Iudæorum tum Christi memoria, & quidem ipso Deo comprobante.

Expositio secundæ partis cautiones bellicas pertractet.

I. Vt causa belli sit justa & necessaria: scilicet si alia ratione religio, libertas, & salus civium retineri queat.

2. Vt prius indicetur.

3. Vt spes victoriæ non in armis sed in Dei auxilio sit: cui etiam pro victoria gratiæ agendæ.

4. Vt sapienter & circumspecte, atque adeo sine crudelitate, & magna hominum ruina, res geratur.

5. Postremo ut cum victis & dediticiis clementer & bona fide agatur.

IV. Epilogi loco precatio sit, ut Deus pacem potius, quam bellum det.

XI. *Quid sit fortem esse.*

I. Exordium sumatur à laude fortitudinis, qualis est 1. Offic.

II. Propositio. Hujus egregiæ virtutis materiam & officia explicabo.

III. Expositio. Quod ad primum, pro materia statuatur, quicquid animum infirmare, & ab honesto instituto avocare potest; ut sunt, 1. labores & pericula: 2. illecebræ opum, honoris, otii &c. 3. diffidentia virium & mediorum.

Quod ad alterum. Primo officia fortitudinis enarrentur. Deinde addantur causæ impulsivæ.

Officia sunt:

1. Contemnere tum pericula, tum illecebras omnes, iisque anteponere necessitatem ac decus officii demandati: domi, in schola, in ecclesia, in republ., in acie.

2. Intrepido animo obire, quod officium & res volunt.

3. Patienter ferre, quod vitari nequit.

4. Denique constanter perseverare ad finem usque. Hæc illustrari possunt repugnantibus vitiis, ut sunt ab una parte, mollities, ignavia, impatientia, inconstantia: ab altera audacia, curiositas, pertinacia.

Causæ impulsivæ esse possunt:

1. Mandatum Dei.

2. Promissio auxilii divini.

3. Necessitas vitæ & conditionis.

4. Gloria & laus immortalis.

Addatur amplificatio ab exemplis.

IV.

IV. Epilogi loco precatio sit, ut Deus infirmitati nostræ succurrat, patefaciens mundi fallacias, & animum ad labores & pericula perferenda corroborans.

XII. *In quibus partibus consistat temperantia.*

I. Exordium sumatur à descriptione ætatis juvenilis, apud Arist. 1. Eth. 3. quod sit ἄπειρος τῶν κατὰ τὸν βίον πράξεων, καὶ ταῖς παρὰ λόγον ἐπιθυμίαις ἀκολουθητικὴ ἔστι: expers actionum vitæ, & libidines animi sequens.

II. Propositio. Quibus vitiis cum una temperantia mederi possit, paucis ejus partes & quasi gradus aperiam.

III. Expositio octuplicem moderationem sequatur. Vt

1. Animi & arrogantiæ per humilitatem & modestiam:
2. Iræ & vindictæ, per mansuetudinem:
3. Victus, per sobrietatem & jejunium:
4. Veneris, per castitatem:
5. Linguæ, per taciturnitatem:
6. Gestuum & habitus, per verecundiam:
7. Sumptuum, per frugalitatem & parsimoniam:
8. Postremo omnis illatæ cupiditatis per ἀυτάρκειαν, & in sorte, quam Deus dat, acquiescendi voluntatem.

Addantur locis suis causæ impulsivæ: quod temperantia sit

1. Mandata divinitus:
2. Ornamentum singulare juventutis:
3. Mater sani judicii:
4. Custos valetudinis:
5. Vectigal patrimonii & rei familiaris:
6. Conciliatrix favoris & fundamentum bonæ famæ:
7. Quæ omnia contra habent cum intemperantia. Addantur in utramque partem & exempla, quorum altera pulchram, altera turpem speciem referant.

IV. Epilogi loco sit precatio pro modesto & moderato animo, qualis est in fine Psal. 19.

XIII. *De Amicitia.*

I. Exordium ostendat; quam salutare sit adolescenti fidum amicum habere, & contra quam periculosum, cum pravis sodalibus conflictari.

II.

II. Propositio. Duo igitur dicam:
Vnum cum quibus adolescens familiaritatem colere debeat:
Alterum quibus officiis.

III. Primum expositionis caput commendet familiares.
1. Honestos:
2. Studiorum eorundem:
3. Vtiles ad ædificandum & juvandum.

Addantur rationes, quod talium societas 1. placeat Deo & hominibus, 2. sit jucunda & suavis, 3. commoda & fructuosa: 4. cæteræ familiaritates sint turpes, molestæ, noxiæ.

Caput alterum quinque officia mutua præcipiat: ut est
1. Amor sincerus:
2. Communicatio studiorum & operarum:
3. Ἐπιείκεια in tolerandis nævis:
4. Fides in defendendo & juvando:
5. Libertas in monendo & castigando.

IV. Epilogi vice precatio sit, ut Deus custodire nos velit a commercio pravorum, & bonis gratos & acceptos facere.

XIV. *De felicitate civili.*

I. Exordium sumatur à commendatione thematis propositi: quod 1. de re est maximi momenti: 2. omnium Philosophorum ingenia exercuit: 3. unde tot controversiæ & sectæ: Epicureorum, Stoicorum, Peripateticorum.

II. Propositio sit bimembris: quod sepositis omnibus argutiis, de felicitate hujus vitæ duo dicturus sis: in quibus posita sit, & quomodo consequi eam queamus.

III. Expositio primi capitis tres quasi partes felicitatis tradat.
Prima est mentis, quæ sit sapiens, proba, tranquilla.
Altera corporis, quod sanum oportet esse, & sine dolore, & ad actiones officii obeundas aptum.
Tertia status, quo pertinent vitæ genus honestum, sufficiens victus, convenientes amici, & bona fama & autoritas.
Pro exemplis esse possunt, Iosephus patriarcha, Iosua, Solomon, & multi ex Philosophis.
In secunda parte quatuor causæ afferantur talis vitæ. Vt sunt:
1. Educatio bona:
2. Studium virtutis indefinens:
3. Convictus cum bonis:

4. Pre-

4. Preces.

Addatur & prolepsis tria docens:

1. Raro in hac vita omnia conjuncta esse:

2. Studendum maxime esse nobilioribus:

3. Quod hic deest, completum iri in altera vita.

IV. Perorationis loco precatio sit pro tolerabili vita in hoc orbe, & beatiore in cœlo.

XV. *Politicus.*

I. Exordium sumatur à reprehensione hujus seculi. Vbi 1. artes politicæ habentur, simulate loqui & agere, opprimere incautos, & potentiam & auctoritatem venari: 2. Scholæ, vitæ civilis officinæ, contemnuntur.

II. Propositionis loco sit viri politici descriptio, unde tres partes orationis deducantur.

Propositio trimembris. Qui vulgi error quam vanus sit, tum demum cognoscetis, ubi ingenium hominis politici penitius introspiciatis. Quanquam vero res paucis expediri potest: (quis enim nescit augustum hoc nomen ei demum convenire, qui sibi, qui reipub. suæ consulit) tamen in capita dispescere placet.

Primum dicam, quid spectare talis vir omni tempore debeat: deinde ubi sedem rerum ac fortunarum suarum habeat: postremo quæ studia & officia ejusdem sint. Vos judices critis, an nonnihil Scholæ ad vitam civilem conducant.

III. Expositionis pars prima tria agat.

1. Finem statuat politici, qui est salus publica: ut nimirum ipse cum aliis vivere possit honeste & commode; id quod confirmetur testimoniis, quale est illud Cicer. ad Atticum: Vt gubernatori cursus secundus &c.

2. Reprehendat eos qui in vita civili tantum favorem, opes, & gloriam privatam quærunt.

3. Corrigat hoc ipsum: licere tamen rem suam augere, & famæ studere, quod hæc duo tum adjumenta tum ornamenta sint vitæ: sed cavendum semper esse, ne injuste.

Pars secunda 1. hominem politicum ponat in societate aliqua; eaque jure & legibus honestis munita: & quidem ad commune commodum promovendum: ubi rejiciantur vita solitaria, barbarorum hominum colluvies, ac commercia furum ac latronum: 2. assignet ei in societate illa locum, quem tueri & possit & velit, ut sunt schola, ec-

la, ecclesia, curia, aula, castra. Non enim placet vita iners & ab omni negocio remota.

Tertia pars instituatur secundum ordinem virtutum cardinalium.

I. Prudentiæ est duo nosse.

1. Homines, quibus cum vivendum: ubi publice constet de forma reipub., ne in leges & mores receptos pecces: privatim singulorum ætas, fortuna, mores, studia, quibus se accommodare studebit, ne offendat temere. Arist. 2. Rhet.

2. Res agendas in bello & pace, in quibus sunt visitationes Ecclesiarum & scholarum, judicia, consilia, legationes, oppugnationes & defensiones urbium, prælia, &c. Itaque hic politico commendabis ritus & consuetudines Ecclesiæ, Philosophiam, studium juris, historiam, peregrinationes, linguas peregrinas & eloquentiam; ipsamque adeo disciplinam militarem.

II. Iustitiæ sunt:

1. Pietas erga Deum: quo pertinet cultus religiosus tum publicus, tum privatus: itemque preces; ne in consiliis & vita aberret. Vide præter sacras literas Xenoph. de pædia.

2. Obedientia & observantia diligens erga magistratum & optimates.

3. Innocentia & integritas in cunctis studiis & actionibus. Itaque absint δωροφαγία, calumniæ, fraudes, adulatio.

4. Humanitas & officiositas erga quosvis. Tollantur igitur fastus, morositas, sordes.

III. Fortitudinis sunt:

1. Vigilantia & diligentia in munere demandato. Caveat igitur ignaviam & πολυπραγμοσύνην.

2. Magnanimitas in adeundis rebus difficilibus, & contemnenda invidia, odiis, periculis.

3. Patientia in adversis.

4. Constantia in proposito honesto urgendo.

IV. Temperantiæ sit:

1. Iræ,

2. Linguæ,

3. Victus cultusque corporis,

4. Omnium gestuum & actionum ne quid nimis. Hæc testimoniis & exemplis idoneis illustra, & orationem satis luculentam habebis.

Tales politici fuerunt Iosephus, Nathan, Daniel, Virgilius, Horatius, in aula Pharaonis, Davidis, Darii, Augusti. Vide etiam Plu-

tarch.

tonis & Aristotelis libros politicos, item Plutarchum de principe erudito, Ciceronem ad Quintum fratrem.

IV. Peroratio ἐπάσεως habeat in commendationem Scholarum, ut quæ sapientum & bonorum virorum seminaria sunt: additis precibus, ut Deus eas inter hos mundi tumultus conservare dignetur.

XVI. *Stulto omnis fortuna gravis.*

I. Exordii loco disputabis de causa, cur pauci dentur sua sorte contenti. Ea est stultitia mortalium. Vide Satyr. Horat.

II. Propositio. Nimirum, ut in proverbio est: Stulto omnis fortuna gravis.

III. Confirmatio habeat antithesin inter prudentem & stultum: quorum ille in rebus secundis modestus, in adversis patiens est: hic in secundis insolens & inflatus, in adversis timidus & abjectus. Hæc illustra 1. hypotyposi stulti in divitiis, honoribus & voluptate se jactantis, contraque queruli & lamentantis in paupertate, contemtu, doloribus: 2. similibus inepti equitis, gladiatoris, nautæ: 3. exemplis.

IV. Epilogus petat à Deo sapientiam in utraque fortuna prælucentem.

XVII. *De conservatione rerumpubl.*

I. Exordium sumatur à sententia Aristot. 5. Eth. Τὸ πάσχειν σώζει τὰς πόλεις. Quod cum passim negligatur, non esse mirum omnia sursum deorsum verti.

II. Propositio. Duo igitur de æqualitate dicam. 1. quid sit. 2. quod ea urbes conservet.

III. Expositio.

Quod ad primum: æquale est, quod justum: nimirum quando privatim in rebus contrahendis, publice in distribuendis præmiis & pœnis fit, quod æquum & bonis legibus conveniens est. Itaque absint à civitate fraudes, injuriæ, tyrannis, prosopolepsia, lentitudo.

Quod ad alterum, afferantur tres rationes,

1. Ab effectis: quod æqualitas servet concordiam, & tueatur decus reipub.

2. Ab auctoritate sacrarum literarum, philosophorum, oratorum, legumlatorum.

3. Ab

3. Ab experientia & exemplis, ubi ad antitheſin etiam abire licet, de injuſtitia peſte regnorum & rerumpub.

IV. Concluſio habeat 1. hortationem ad colendam æqualitatem: 2. preces pro magiſtratu æquo, bono.

XVIII. *Divinatio.*

1. Exordium petatur ab exemplo.

Multa nunc paſſim feruntur prognoſtica de futuro rerum ſtatu. Itaque nec ego poſſum, quin meam ſententiam exponam.

II. Propoſitio. Quantum autem ex omnibus indiciis apparet, graviores adhuc calamitates inſtant, quam hactenus experti ſumus.

III. Confirmatio hoc ſyllogiſmo fiat:

Quando & in natura, & hominum moribus multa horrenda occurrunt, triſtis tempeſtas portenditur.

At nunc in natura & moribus occurrunt multa horrenda. E. triſte aliquid portenditur. Tractatio majoris bimembris ſit.

1. Ex hiſtoria exempla recenſeantur ſignorum, quæ pœnas olim atroces præceſſerunt. Et ſigna quidem in Natura ſunt parelii, cometæ, inundationes, terræ motus, monſtroſi partus, oſtenta: in Moribus, inaudita facinora impietatis, injuſtitiæ, luxus.

Pœnarum, quæ ſubſequutæ, exempla ſunt: excidium Hieroſolymitanum, Ioſeph. lib. 7. Xerxis clades, Herod. lib. 7. ruina Græciæ in bello Peloponeſiaco, Thycyd. 2. vaſtatio Italiæ in bello Punico ſecundo, Liv. lib. 22. Conjuratio Catilinæ, Salluſt. & 3. Catil. Cic. bellum Pompeianum, Lucan. 1.

Adduci etiam poſſunt quæ ſingulis perſonis evenere, ut Balthaſari, Alexandro M., Flamminio, M. Craſſo, Pompeio, Cæſari. Dan. 5. Valer. Max. lib. 1. cap. 7, 8.

Huc pertinent ſigna, quæ extremum Iudicium intimabunt, ut eſt in Euangeliis.

2. Addantur cauſæ, cur Deus mortales de pœnis inſtantibus præmoneat.

1. Vt ſciant talia mala non caſu contingere, ſed immitti divinitus.

2. Sint conciones pœnitentiæ.

3. Reddant hominem inexcuſabilem. Vide Peucerum de divinat. & Melanchthonem in Chronic. Minor declaretur inductione, tum oſtentorum, quæ diverſis in locis magno numero accidiſſe legimus: tum enormium ſcelerum publice privatimque graſſantium.

Con-

Concluſio ipſum prognoſticum habeat, de pœnis adhuc merendis.

IV. Peroratio ſit paræneſica ad pœnitentiam, & preces pro ira Dei mollienda: ubi formula aliqua præibis, qualis eſt Pſal. 85.

XIX. *De Amicitia diſpoſitio alia.*

I. Exordium ſumatur à proverbio Horatiano: Stulti dum fugiunt vitia, in contraria currunt: quod omnium maxime in amicitiis conſpicitur: ſiquidem in nulla re alia & frequentius, & periculoſius peccatur.

II. Propoſitio ſit triplex: quouſque amicitia extendenda: cum quibus colenda, & quomodo.

III. Expoſitio.

I. Quod ad primum, neque nullius, neque omnium amici eſſe poſſumus: Μηδὲ ἄφιλοι, μηδὲ πολύφιλοι. Ariſtot. in Eth.

Rationes ab una parte ſunt: 1. quia ſine amico vita difficilis & infecunda: 2. amicus in rebus ſecundis ornamentum, in adverſis præſidium eſt: 3. Homo natura eſt appetens ſocii. Cic. in Læl.

Rationes ab altera: 1. quia difficile eſt plures recte noſſe, & prodeſſe iis committere periculoſum: 2. amor inter plures diviſus frigidior: 3. officia haud præſtari poſſunt pluribus: 4. natura ad unum aliquem tendit, cæteris ſpretis. Plutarch. de Polyphilia.

II. Quod ad alterum, in amicis deligendis duo videnda, ut æquales quodammodo, & ut boni ſint.

De æquabilitate, præſertim quod ad ætatem, mores, ſtudia, & fortunas, rationes ſunt:

1. Exemplum ipſarum beſtiarum: unde proverbium natum, ſimilis ſimili gaudet: 2. experientia, quod amicitia cum inæqualibus non ſit firma, imo ſæpe periculoſa.

Nominatim vero de moribus rationes ſunt: 1. finis amicitiæ, qui eiccirco expetenda, ut virtutes habeamus adjumenta: 2. eventus, quia tantum inter bonos amicitia diuturna eſt, cum mali ne ipſi quidem ſibi conſtent.

Addatur admonitio de amico ante probando, quam re ei communicas. Vide Ariſtot. in Eth. Cicer. Læl. Iſocrat. ad Demonic.

III. Quod ad ultimum, ad colendam amicitiam pertinet 1. benevolentia mutua & ſympatheia ac preces pro amico; 2. communicatio ſtudiorum, conſiliorum, operarum, facultatum: 3. libertas monendi & objurgandi, ubi res poſtulat: 4. defenſio famæ & cæterorum,

rorum, quæ amici sunt. Vide Plutarch. de discrimine inter amicu & adulatorem.

IV. Epilogus hortabitur ad mores amabiles, & studia humanitat

CAP. XI.

Habens antiparadoxa seu refutationem paradoxorum sub persona M. Bruti.

Epistola dedicatoria.

I. SCribit se accepisse & legisse paradoxa transmissa.

Accepi libellum tuum paradoxorum titulo mihi inscriptu & perlegi, ut in tantis occupationibus potui.

II. Exponit per prolepsin suum de iis judicium, etiam quod exemplum Catonis, quo Cicero usus fuerat.

Quamvis autem semper scripta tua summa cum voluptate legam quod in iis Atticæ, id est, eruditæ eloquentiæ imaginem videre mi videor: nominatim etiam de hoc opusculo, ut testimonio tuæ er me benevolentiæ plurimum tibi me debere fatear: malim tamen u ut virum gravem, & jam ad senectutem vergentem, istas præcha ingenii & doctrinæ vires, atque adeo nobile otium, quo nihil pr cioſius, melius collocasse.

Avunculum tu quidem meum M. Catonem allegas, cujus exem plo sis usus: nec ego inficior eum sæpe in senatu locos ex Philosoph tractasse: sed quæso te, quos & quales? de magnitudine, inquis, am mi, de continentia, de morte, de omni laude virtutis, de Deo i mortali, de caritate patriæ: scilicet de quibus recte informatus, n in consiliis dandis senator, nec in sententia dicenda judex contra o ficium faciet.

Neque M. Cato tametsi moribus & ingenio Stoicus, hoc est, v honestus & constans, nullum sequebatur florem orationis, neque c latare nesciebat argumenta: (Recordare actionum quas sustinu Inprimisque cum te consule referente de Catilina res ageretur) c cum esset vir gravis, non minus ocii, quam negocii sui rationem c tare voluit. Quamobrem nunquam nisi de rebus veris & ad rempub pertinentibus commentari voluit.

Tua vero M. Tulli paradoxa qualia? Maxime, inquis, Socratic longeque verissima. Erras, Marce, si hæc serio: sin ludis, & ut So phistæ in scholis loquuntur, ἡδονὴ διαφυλάττεις, ingenii ostenta

ganti

causa; quid attinet virum consularem his nugis tempus terrere? præsertim cum rempubl. habeamus bello misere quassatam; cui erigendæ omnem operam debemus: quod Consilium recens Cæsari dedit Sallustius noster, & tu ipse in Marcellina tua.

III. Revocat Ciceronem ad rempubl. & petit censuram suam amice accipi.

Recipe igitur ab amico examen paradoxorum tuorum, eo animo hac funesta tempestate à nobis elaboratum, ut te ab istis commentis & ab ocio ad negocium, ex umbra in lucem, ex schola in forum & curiam, à verborum lenociniis ad res agendas revocarem. Tu illud boni consules, & ex eadem officina, è qua De virtute liber noster, exiisse putabis.

ANTIPARADOXVM. I.

Non solum honestum esse bonum.

I. Exordium prolepticum.

Vereor ne tibi ex Peripateticorum disputationibus, non ex meo sensu deprompta videatur hæc oratio: dicam tamen quod sentio, & dicam more meo brevius, quam res tanta dici mereatur.

II. Propositio per μεϊοσιν.

Nunquam profecto ego divitias, amicos, honores, bonam valetudinem, vitam, & similia, quæ vos, nescio quas verborum subtilitates venantes, tantum emolumenta & commoda dici vultis, non in vere bonis numeranda duxi.

III. Confirmat. argum. primum, à testimonio naturæ. (Minor)

Quippe cum viderem, omnem naturam hæc expetere, & fugere contraria. Neque enim unquam invenietur, qui pauper & vitæ degendæ nervis destitutus esse malit, quam habere, quo se & suos honeste alere, & officii dignitatem tueri possit: nemo, qui infamis potius, quam honoratus esse velit: nemo, qui pro amico inimicum, pro sanitate cruciatus & dolores, pro vita mortem eligat. (Major)

Quod vero cum omni natura, quam errare non posse ipse fateris, convenit, id bonum dicere nolle, hominis est rationem non habentis, imo in ipsum auctorem naturæ impii. Omnia quæ natura asperatur (inquis ipse in Tusculanis tuis) in malis sunt: quæ asciscet, in bonis: & in Catone tuo, omnia quæ secundum naturam sunt, habenda sunt in bonis.

Argumentum secundum, à causa efficiente.

In quo equidem Stoicorum hominum pietatem requiro: qui h
insignia numinis divini beneficia solo verbo bona negaverunt ap
landa, cum re & factis longe aliter judicavissent. (Major) Pote
enim optima illa ac æterna mens quam illi fontem omnis boni in
tura statuunt, aliquid creare aut excitare, quod non sit bonum? V
de tu recte in Tusculanis tuis, nihil in malis ducamus, ais, quo
Deo immortali constitutum. (Minor) Vnde vero habemus comm
da illa omnia, quibus utimur, (verba tua sunt, Marce) lucem, q
fruimur, spiritum, quem ducimus? nonne à Deo nobis dari & i
pertiri videmus? Nemo magnus (inquis alibi) sine afflatu divi
unquam fuit: atque id ipsum, quod est hominum proprium, n
partum per nos, sed divinitus ad nos delatum est.

Argumentum tertium, à repugnantibus.

Quamobrem licet disputet secta vestra quantum velit: plus a
me vera ratio valebit, quam hominum cum ratione deliranti
auctoritas: neque ego unquam bonum virum mala habere dicam,
ejus vita & res bene habeant: essent autem omnia illa mala, si bo
non sint.

Argumentum quartum, à divisione bonorum Aristotelica.

Nec non sæpe laudabo Philosophum Aristotelem, qui quæ Sto
male confundunt, sapienter distinguit. Facit enim tria genera b
norum, quorum alia mentem, alia corpus, alia vitam & statum h
minis perficiunt, ut qui totus beatus esse velit, eum his omnibus i
structum esse oporteat. Non enim purus animus est homo, ut Sto
nugantur, sed animal est ex mente & corpore compositum, quor
utrumque nisi perfectum sit, beneque habeat, natura tota beata
non potest.

Argumentum quintum pro voluptate, itidem à repugnantibus.

Quod cum ita sit, ipsam voluptatem, quam tu tam indigne
cipis, in bonis ego habuero. Nam si dolor malum est, ut sentis,
omnis natura animalium, ut ipsa vis animi & conscientia attestat
relinquitur voluptatem bonum esse. Contraria enim sunt (agno
dialecticam tuam) contrariorum consequentia.

IV. Confutatio argumentorum Ciceronis.

Sed videamus argumenta tua, Marce. 1. Divitiæ, inquis, &
milia commoda non explent animum: 2. nec meliorem reddunt
qui habet: 3. imo talia sunt, ut & improbi habeant, 4. & ob
probis: 5. voluptas vero pecudis bonum est: 6. quæ quo est ma
eo magis mentem de sede & statu suo dimovet.

1. Quam hæc omnia inconsiderate, Marce Tulli? 1. Non exp

mum bona corporis; & externa. Ita est: sed nec virtus ipsa, nec alia res finita id præstat. Omnibus rebus attentatis, (inquis ipse Consolatione) ubi acquiescerem, non inveni. Vnum illud summum & æternum bonum, quod noster Plato αὐτάρκεσθαι καὶ ἀνυσιτελὲς vocat, ita comparatum est, ut in eo uno acquiescere possis: Est in omnia in omnibus. 2. Quod vero nominatim ad opes & honores, non est tamen hæc sitis, ut vocas, omnium. Multi enim rebus mediocribus contenti vixerunt: quorum quia tu ipse magnum numerum affers, exemplis aliis supersedeo.

2. Sed nemo opibus melior fit. 1. Quidni, Marce? nonne plus facultatis & autoritatis ad benefaciendum & officium tuendum habet, cui adminicula ista suppetunt? omne enim bonum, si accedat alterum, ad operandum instructius fit, ut Philosophia nos docet. 2. Sed demus tibi, propter opes & facultates neminem meliorem fieri: num omne quod bonum est, protinus virum bonum faciat? Quid igitur eloquentia tua fiet, qua te judice nihil laudabilius, nihil magnificentius? Quid multis? ex ipsis virtutibus, quibus tu virum definis. Num vir melior sit, quia disertior? quia plus videt? quia magni animo est, quam alii? Sola sola (inquam) justitia est, te ipso magistro, qua boni viri nominentur: nec tamen ea sola bona est: omne illud hoc nomine dignemur, quod ab auctore rerum ad naturæ conservationem ordinatum est.

3. Improbi & facinorosi, ais, opibus & honoribus prævalere possunt. 1. Verum est: sed valere, & vivere possunt: num iccirco ea esse bona negabis? non magis putem, quam infirmitates & mortem, quæ horribilis naturæ destructio est, pro bonis asseres. 2. Sunt bona, quæ tantum viri habent boni: sunt quæ pariter probis & improbis contingunt: quibus si bene utar, laudandus; sin male, vituperandus sim. Vsus non mutat naturam rei, sed duntaxat ejus, qui utitur, animum arguit.

4. Proinde quod quereris, multis suas opes exitio verti, id sic accipimus, ut hominum vitio, non rerum fieri dicamus. Quare ego jam a laqueis vestris, quibus restitisse me pluribus quam opus fuisse intelligo, recedam: sit sane virtus summum & divinum bonum: dummodo in mediocribus & humanis bonis cætera, de quibus dictum, maneant.

5. Atque hæc quidem, quæ modo hic, modo illic virtutem vocent, fortasse adduci possis, ut in rebus bonis esse concedas: illud omnino recte negare, & pugnare tibi videris, voluptatem esse bonum: nimirum quia pecudum sit. Pecudum vero, Marce? 1. Omne animal

voluptate afficitur. Sensum enim habet, qui ut natura sua refugit dolorem, ita amat voluptatem, quæ nihil aliud est, quam (ut ipse definis) jucundus in sensu motus. Itaque citius efficies, ut hominem stipitem credamus, in quo nihil sensus, nihil vitæ sit, quam ut eum sine voluptate esse posse credamus. 2. Quid dicam de divinis illis oblectationibus animorum, quibus in sapientiæ & virtutis studio proficientes perfundimur? aut quas viri boni, è recte factorum conscientia sentiunt? num hæ quoque beluinæ dicendæ, num è numero bonorum eximendæ? 3. Nihil altum, nihil magnificum ac divinum suspicere possunt, qui non voluptatem inde aliquam sentiunt. Voluptate capimur omnes, nec ipsum virtutis studium aliud est, quam jucundus quidam & propensus ad eam amor & nisus.

6. At turpis res est voluptas, ac menti noxia. Certe si ratio absit, sine qua nihil recte habet: religio in superstitionem, prudentia in lentitudinem, fortitudo in temeritatem, summum jus in summam injustitiam, temperantia in stupiditatem degenerat. Bene adhibita ratio cernit quid optimum sit: neglecta, multis implicatur erroribus.

v. Conclusio.

Non igitur natura peccavit; voluptatem nobis ingenerans: sed nos delinquimus, qui voluptatem sine ratione ferri sinimus. Nihil enim potest esse æquabile, quod non à certa ratione proficiscitur.

ANTIPARADOXVM II.

Solam virtutem non sufficere ad beate vivendum.

1. Exordium ab exemplo Reguli & Marii.

Nec vero ego Marcum illum Regulum tum felicem ac beatum fuisse puto, cum perdito exercitu ipse ab hoste captus, per summos cruciatus exspirabat.

Primum enim culpa non caruit, non tantum quod securus, & rebus suis nimium fidens, in insidias, quas vitare potuisset, incidit, sed etiam quod consilium dedit, quo se ipse evertit. Cum enim jam Pœnorum esset, & quidem legatus, contra muneris demandati rationem consultorem egit, dissuadens, quod æquissimum erat, in quo sua & aliorum salus vertebatur, ne captivi cum Pœnis commutarentur.

Deinde quæ beatitudo in tam miserabili supplicii spectaculo esse potuit? cum in arca lignea pendens, clavis ferreis per corpus transactis, ac palpebris resectis, vigiliis ac horrendis tormentis enecabatur?

C. tu

C. tu vero Marium mihi ſummis virum annumeras? cujus ambitionem, inſolentiam, & immanem rabiem tot optimorum civium millia ſanguine ſuo luerunt?

II. Contentio quadruplici argumento conſtans.

1. At virtute, inquis, præditi fuere, quæ ſufficit ad beatam vitam. Atqui ea animum tantum perficit: quid vero de altera noſtri parte ſtatuamus? Beatum enim quærimus, qui totus talis ſit.

2. Quanquam virtus, quæ quidem in nos cadit, animum explere nequaquam poteſt. Semper enim vel optimi quique habent, quod in ſeſe deſiderent, ſemper quod requirant.

3. Scire igitur vis, quodnam illud bonum ſit, in quo acquieſcere detur? Dicam tibi è philoſophia noſtra, ſed in aurem. Mortalis, qui ſe totum aptum ex ſeſe confidit, quique in ſe ſua ponit omnia, non poteſt non miſerrimus eſſe. Quid eſt enim homo, niſi vas infirmitatis, & ludibrium fortunæ, cui nihil eſt certi, nihil (ne virtus quidem) quod exploratum habeat permanſurum ſibi ne unum quidem diem. Declaravit hoc nuper tempeſtas Cæſaris & Pompeii noſtri, qui (tute ſcis) quanti viri, de quanto faſtigio, corruente cum ipſis tota fere repub. præcipitati ſunt.

4. Altius igitur ſpectemus, atque illud bonum apprehendamus, quod cum in ſe illuſtre ſit, nos etiam luci ſuæ ſimiles facit: cum in ſe plenum, & nos ſui implet: cum ſibi ſufficiens, affert ſecum omnium bonorum copiam: Sol ſine ortu, ſine occaſu: ſatietas ſine faſtidio: deſiderium ſine defectu: triumphus ſine bello: lætitia ſine geſtu: ſcientia ſine diſciplina: finis & principium utroque carens, neutrius egens, utriuſque parens & auctor, omnia denique omnibus.

III. Concluſio.

Hoc divinum atque æternum bonum contueamur: neque opinionibus hominum dedamus nos, nec in rebus humanis ſpem ponamus noſtram: ſed ad hujus ſedem & æternam domum contendamus: ubi eſt voluptas ſine dolore: virtus ſine vitio: vita ſine morte: longævitas ſine fine.

ANTIPARADOXVM III.

Non eſſe æqualia peccata.

1. Propoſitio per diſtinctionem.

Nec enim peccata eo tantum, quod omnia commune habent, ſed etiam cauſis & circumſtantiis propriis metienda ſunt. Quod vitium habent & legem violant, in eo convenire poſſunt; principio vero,

& re objecta, & modo delinquendi poteſt aliud alio majus e

II. Confirmatio per tria argumenta.

1. A cauſis. (Minor) In omni juſtitia permultum interf (verbis utor tuis, M. Tulli) utrum perturbatione aliqua animi, q plerunque brevis eſt & ad tempus, an conſulto & cogitata fiat in ria. Leviora enim ſunt ea, quæ repentino aliquo motu animi acc dunt, quam quæ meditata ac præparata inferuntur: & paulo po cum duobus modis, id eſt, vi aut fraude fiat injuria, fraus quaſi vu peculæ, vis leonis videtur: utrunque alieniſſimum ab homine; fe fraus odio digna majore; & deinceps. Totius injuſtitiæ nulla cap talior peſtis eſt, quam eorum, qui cum maxime fallunt, id tame agunt, ut viri boni eſſe videantur.

(Major) Hic gradus agnoſcis peccatorum: qui ubicunque ſunt illic certe aliud alio majus eſſe oportet.

2. Ab objecto. (Minor) Nec tu ipſe tibi in paradoxo conſta In quo peccatur (inquis) id poteſt aliud alio majus eſſe, aut minu Bene habet: ergo ipſum quoque peccatum differt, (Major) pro plus minuſve turpitudinis aut incommodi ſecum trahit. Num tam graviter peccat, qui ex alterius horto, inedia coactus, caules abſtu lerit, quam qui ſacrilegium fecerit, ærariam expilarit, ſocios & amicos promiſcue quæſtui habuerit, ut ad luxum & voluptates ſup peterant copiæ? Lapſa ſit libido in vili aliquo proſtibulo, an pe tulans fuerit in generoſa ac nobili aliqua virgine; proinde ſit Thaidem, an Lucretiam ſtuprarit Tarquinius, damnas pariter? ſer vum temere pulſare, & patrem vita ſpoliare, facinus æque atrox Marce Tulli, quo abis? ubi eſt acumen tuum, & in judicando hacte nus ſpectata dexteritas? Ad te ipſum redi: explica complicatam ani mi tui notionem: non in quorum gratiam, ſed quid defendas, vide

3. A conſequentibus pœnis.

Quid enim? (Major) ſi peccata ſunt paria, etiam pœnas eſſe pa res oportet. Cavendum eſt enim (ut ipſe recte mones) ne majo pœna, quam culpa ſit. (Minor) Iam vero omnes omnium rerum pub. leges & judicia delicta alia aliter plectunt: morte, exilio, vin culis, damno: non verberant flagello horribili qui ſcuticam meru rit: non ferula, qui ſupplicio afficiendus: aliis virgas, aliis ſecures, faſces noſtri minantur. Hinc juris noſtri conſulti diligenter (quod ſcis) diſtinguunt inter dolum & culpam, & ipſius quoque culpæ con ſtituunt gradus, aliam latam, aliam levem, aliam leviſſimam cen ſentes: qua de re Sulpitium noſtrum, aut (ſi vis) tuum Trebatium audias licet.

III.

III. Confutatio quinque argumentorum Ciceronis.

1. Sed omnia peccata ſunt æque peccata? Ita eſt: & omnes homines ſunt æque homines, & tamen alius alio major eſſe poteſt. Generis communio (quod Dialectica docent) non tollit rerum ſubiectarum gradus & diſcrimina.

2. Quod non licet idem eſt? Genere, inquam ego, non gradu: quia eorum, quæ committere prohibemur, quædam ſunt graviora, quædam leviora.

3. Nil refert, quam longe à linea diſcedas, ſiquidem diſceſſeris? Imo plurimum intereſt, non progredi in vitiis, ſed gradum mutare, & quam primum redire ad lineam.

4. At virtutes ſunt pares? Non ſunt, Marce, ſiquidem verum, quod in Officiis doces. Sunt enim aliæ vulgares, aliæ excellentes & primiæ: aliæ minus, aliæ magis ad vitam & ſocietatem humanam rendam neceſſariæ: aliæ ſplendoris, aliæ probitatis plus habentes. Quid multis? pueri ex arte diſputandi norunt, cum omnibus qualitatibus & habitibus ita comparatum eſſe, ut gradus admittant.

5. Neque ad rem facit, quod pro extremo tibi ſervas, quod omnia peccata ex vitioſitate aliqua manent: quia illæ ipſæ perturbationes & morbi in animis noſtris modo ſunt leviores, modo graviores: imo & animus aliis caſtior, aliis impurior eſt. Hinc & peccata alia ſunt humana, alia beluina, alia ita immania & atrocia, ut ab orco & furiarum aliqua ſuggeſta videantur.

IV. Concluſio.

Quare mitte Stoicos, atque illud amplectere, quod ſenſus, & mores, & ipſe uſus ac experientia comprobant.

ANTIPARADOXVM IV.

Non omnes ſtultos inſanire.

I. De Inſcriptione.

Et hic ſunt M. Tulli, quæ non ſatis probo. Primum non placet inſcriptio, tum quod res diſſentit: (quis enim neſciat, multos ſtultos eſſe, qui non ſint ſtultiſſimi, ſive ut tu loqueris, ſimul inſaniant? Proinde ut non omnes pravi homines nefarii & malefici ſunt, nec omnes, qui ægrotant, de vita periclitantur:) tum quia tota methodus definita eſt, de te & Clodio agens. Omnis autem, quæ cum ratione inſcipitur diſputatio, cum re propoſita convenire debet, ne audiamus, quod in Græcorum proverbiis eſt: Οὐδὲν πρὸς ἕτερος. &, Ἄλλο πρὸς ἄλλο.

II. De exilio & injuria Ciceronis.

Cæterum de exilio tuo alii aliud sentiunt: sunt qui invidiam tibi nocuisse putant: alii dicacitatem & arrogantiam tibi asscribunt: nonnulli in conjuratorum supplicio consuetudinem & moderationem patriæ requirunt. Quicquid sit, ego sic statuo: omnes tibi consuli maximam debere gratiam, quod tuis consiliis, tuis laboribus, tui capitis periculis, sine tumultu, sine delectu, sine armis, sine exercitu, paucis hominibus comprehensis atque confossis, incensione urbem, internecione cives, vastatione Italiam, interitu Rempubl. liberasti. Tu vitam omnium nostrum, arcem regum ac nationum exterarum, lumen gentium, domicilium imperii, quinque hominum perditorum atque amentium pœna redemisti. Hæc nisi tam magna esse fatear, ut nullius mens aut cogitatio eas assequi possit, amens sim. Illud tantum cautius dicendum fuerit, Exilium sceleru pœnam esse, cum id multis bonis, & de patria præclare meritis viri accideri. Testis sint M. Coriolanus, M. Furius Camillus, Q. Fabius Maximus, P. Cornelius Scipio: & multi alii, quos ingrata civitas exulare voluit.

Fuisti certe exul & tu, Marce, tametsi immerito. Exilium enim est, cum auctoritate publica non licet in patria vivere, quæ justa hic fuerit, an injusta, non disputo. Proinde tibi & injuriam ab inimicis factam omnino puto, quam tu pervenisse ad te negas. Est enim injuria, quicquid invito fit mali contra quam jus & fas est.

II. De Clodio.

De Clodio non contendo. Fuit is homo sceleratus atque impius dignus non exilio, sed qui capite luisset: exul tamen non fuit, ut vocibus ludere velimus: licet eum non integritas & vita sua antea servarit, sed audacia in corrumpendis judiciis subtraxerit.

IV. Conclusio.

Concludo thesin, ubi legem Atticam asscripsi: Non esse refodiendos defunctorum tumulos.

ANTIPARADOXA V. & VI.

De sapientum libertate & divitiis.

I. De re.

Laudo philosophiam tuam de libertate & modestia virorum bonorum, & de malorum servitute ac perpetua indigentia. Sed ad animum ista referenda, non ad statum & conditionem externam.

Quamobrem iterum videri possis nugari, & (quod aiunt) pugnare cum umbris, & flagellare auram.

II.

II. De perſonis.

Quod ad Craſſum, ſecurus ſis licet. Mortui enim non mordent. De M. Antonio aliquantum vereri contingit. Hominem ſcis Philippicis tuis (ut vocas) jampridem acriter offenſum: nolim eum tibi magis iratum. Neſcimus enim, quæ tempora ſequi poſſint: nondum è Republ. prorſus ſublatæ ſunt tabulæ Syllanæ: fieri poteſt, ut quibus nunc maxime fidis, iis inimiciſſimis utare: flexiles ſunt hominum voluntates: frons, oculi, manus (verba tua ſunt ad Quintum fratrem plena ſapientiæ) ſæpe fallunt, oratio autem ſæpiſſime. Sapientis eſt ſervire temporibus, nec admittere, quod cavere poteſt. Ne quæſo verborum æſtu jugulum inflammemus. Vale, & admonitioni ignoſce.

CAP. XII.

Habens myſteria ſacra, ad Ciceronis paradoxorum imitationem meditanda.

Præfatio Nuncupatoria.

I. EXordium à comparatis.

Animadverti, Vir doctiſſime, Patrone colende, M. Tullium Ciceronem Platonis de Philoſophia libros ſumma cum admiratione legiſſe, eoſque paſſim in ſcriptis ſuis ut ſanctum auguſtumque virtutem, è quo bene vivendi præcepta hauriri poſſint, commendare: eo tanti hominem facere, ut non dubitet Deum & principem Philoſophorum appellare, cum quo errare malit, quam cum aliis bene ſentire. Marcum vero Brutum, quem fatum Vticenſe nobilitavit, lectione Platonicorum librorum commotum fuiſſe accepimus, ut moriendum ſibi potius, quam tyranni (quem putabat) vultum videndum duxerit.

II. Propoſitio.

Talis animi fortitudo eo fuit illis major, quam nobis in Scholis Chriſtianorum eruditis: quia nos ea Philoſophia utimur, quæ parit conſolationem conſtantem & firmam, & in qua dicuntur, quæ hominem non tantum ad hujus vitæ officia recte præparant, ſed ſpiritualia etiam meditari, in cœlum aſcendere, & cum æterno illo & infinito bono conſueſcere faciunt.

III. Confirmatio.

1. Quod ſacræ literæ veram ſalutis viam oſtendant.

Plato

Plato autem & ea scripsit, quæ nec probari à piis omnia possunt, & in ea hæresi fuit, quæ omnes Philosophos gentilium fascinavit, hominem in virtute sua habere omnia, nec de humani generis servatore, aut vera meliorem & beatiorem vitam consequendi ratione quicquam certum & exploratum habuit.

2. Quod plus efficaciæ habeant.

Sed nihil est à Philosophis istis tam magnifice disputatum, quod non sacrarum literarum majestas infinitis modis superet: nihil tam splendide & luculenter evolutum, quod præ splendore, quem verbum Dei habet, non pro tenebris habendum: nihil deniq; aut ad docendum, aut ad hortandum, aut ad consolandum hominem ab iis traditum, quod non præ hac divina scriptura vilescat, & tanquā in fumum abeat.

3. Quod civilem & spiritualem vitam informent.

Quod cum ita sit, abire etiam longius possumus, quam illi ipsi, de quibus loquimur, Philosophi. Hi enim duntaxat de prudentia civili, de justitia in rebus contrahendis, de fortitudine in periculis, de continentia in victu cultuque corporis, de recte factorum laude & gloria & similibus, philosophice solent parum constantibus ac solidis rationibus disserere. Nos vero ea etiam, quæ nulla ratio humana pervidere aut capere potest, revelata habemus: quorum exempla quædam juss præceptoris conjeci in locos communes: quæ quia incognita & admirabilia mortalibus videntur, in sacris literis mysteria appellantur: tentareque volui, possentne proferri in lucem, & ita dici, ut tui doctissimis auribus probarentur: an alia quædam esset philosophica alia theologica ratio: eoque scripsi libentius, quod hæc ipsa mysteria quæ appellantur, divina sunt, longeque verissima & dulcissima.

IV. Conclusio in ipsa dedicatione.

Accipies igitur qualescunque hos conatus in bonam partem, & ad sacra studia colenda mihi calcar addes. Etsi enim illam augustam sapientiam, quæ propria est theologorum, mihi non arrogo: (procul enim in his literis sum, ne tironis quidem nomine dignus) talis tamen haberi velim, qui studium & pietatem præceptoribus probare cupiat.

MYSTERIVM I.

Quod solum Dei verbum fidei ac vitæ regula sit.

1. Exordium prolepticum.

Vereor ne cui pontificiorum ex hæreticorum hominum (ut vocant) disputationibus, non ex ecclesiæ Catholicæ & orthodoxæ

deprompta hæc videatur oratio: dicam tamen, quod sentire veritas jubet, & dicam mitius, quam res tanta dici mereatur.

II. Contentio triplex.

1. Adversus traditiones.

Nunquam profecto ego neque Scholasticorum hominum placita, neque Pontificis Romani commenta, neque quibus maxime astringi se homines papales putant traditiones Ecclesiæ, quas vulgo jactant, cultui, quem Deo debemus, præscribere posse duxi: 1. quippe cum videam homines his rebus maxime nitentes, animo tamen semper fluctuare, & quod pro sanctissimo officio venditatur, id vanam & perniciosam superstitionem esse. Neque enim unquam divinum numen hominum opinione vult coli: neque solum non adducimur ad Deum colendum, sed ab eodem etiam prorsus abducimur.

2. In quo equidem nonnullorum è priscis Ecclesiæ doctoribus sæpe requiro prudentiam, qui temporum vitio abrepti, traditiones Dei verbum non scriptum vocant, ad quod deficiente scriptura confugiendum sit, cum re & factis longe aliter judicavissent. 3. (Major) Potestne enim regula certa cuiquam errorum & superstitionum materia esse? aut potest quisquam in diffidentia & idololatria Deo fidem & religionem suam probare? (Minor) Atqui omnia placita humana talia videmus, ut facile hominem à fide ad desperationem, à religione ad superstitionem & vanitates, à creatore ad res creatas convertant. Testis est Pharisaismus, ubi abrogata lege Dei, commenta hominum varia onera excogitarunt, & timor Dei in hypocrisin & arrogantiam mutatus est. Testis est papatus, ubi rejecto verbo divino, invaluit auctoritas hominum: fiducia tribuenda Christo, meritis adscitulorum transmittitur: pro Deo, vel præter verum Deum, invocantur creaturæ, coluntur imagines, in precio habentur defunctorum exuviæ, magnis sumptibus ac periculis quæruntur sepulchra martyrum, rituum à servatore institutorum simplicitas in theatricam pompam & fastum abiit, denique quot ordines monachorum, quot salutis obtinendæ viæ inventæ sunt: pro veritate Euangelica dominatur mendacium iniquitatis: regnat pro religione Christiana Pharisaica hypocrisis; conscientiarum miserarum consolatio & pax nulla, sed omnia plena dubitationum & horrorum. Quamobrem alios condemnet, si quis velit: plus apud me verbum Dei valebit, quam cleri Romani auctoritas & opinio: neque ego unquam eum recte Deum colere dicam, si quis è sacrificuli monitu in monasterium abeat, aut ab esu carnium superstitiose abstineat, aut sanctos invocet, panem adoret, sacrificiis interfit, peregrinationes suscipiat, indul-

gentias (quas vocant) magno precio mercetur, vel aliud quippi
ad Deum demerendum faciat, quod hominum errore & libidine
ventum. 4. Nec non sæpe laudabo magnanimum illum Ecclesiæ d
torem, Martinum Lutherum, qui in docenda Theologia non Sc
lasticorum hominum nugas, & sententias Lombardi, & subtilit
Thomæ, quæ tum temporis pro oraculis erant, sed sacras litera
ipse est secutus, & aliis ut idem facerent, auctor fuit: qua qui
re effecit, ut pontifici terrori, & monachis flagellum esset, & G
maniam tenebris superstitionum, & tyrannide Romana jam opp
sam, in lucem pariter & libertatem vendicaret.

2. Pro verbo scripto.

Quæ est igitur, quærat aliquis, norma illa, secundum quam
mo religiosus fidem & mores suos instituat? si quis misso opinio
humanarum fermento totus ab ore Dei pendet, & facit quod
verbo suo, per vates & legatos suos descripto jubet, & quod v
cavet. 1. Non facietis (inquit Dominus) singuli, quod vobis
tum videtur, sed quod ego præcipio tibi, hoc tantum facito: n
nec addas quicquam, nec deroges: Et Apostolus, Habemus, in
firmum propheticum sermonem, cui bene facitis attendentes q
lucernæ splendenti in caliginoso loco, donec dies eluceseat, & l
fer oriatur in cordibus vestris. 2. Sed scriptura sectæ Romanen
perfecta & obscura videtur, ut sarcienda & illustranda sit traditi
bus & interpretationibus Ecclesiæ, hoc est, cleri, vel potius p
ficis Romani. Itaque exemplis atque factis priscorum doctorum c
firmandum est, quod rationibus allatis persuaderi nondum p
Quæro enim à vobis, num ullam auctoritatis humanæ prætenbo
usurpasse videantur ii, qui tam præclara doctrinæ cœlestis monim
ta reliquerunt? Vultis incipiam à doctoribus veteris populi? V
ab iis, qui post servatoris peractum sacrificium, salutis doctri
per totum terrarum orbem divulgarunt? Sunt enim omnes hac i
pares inter se. Quo nomine audientiam sibi non tantum apud Ag
tios, sed etiam apud populares facit ille fidelissimus Dei servus M
Dominus, inquit, me misit: Dominus loquutus est: audite verb
Domini: custodite mandata Domini Dei vestri: non addetis
non auferetis ex iis quicquam. Regem vero postulatis? En vobis
tissimum, & tot victoriis inclytum heroëm Davidem: Spiritus
mini, inquit, loquutus est per me, & verbum ejus fuit in ore me
alibi: Lucerna pedibus meis est verbum tuum. Et iterum: Lex
est immaculata, sapientiam præstans parvulis. Tum rursum: P
mihi Domine vias tuas, & duc me per semitas tuas. Quid vates

tes à Samuele usque ad Zachariam, quid (inquam) frequentius in ore habuerunt, quam illud: Dominum jussisse, Dominum sic dixisse? Omnium vero Prophetarum & Magistrorum principem & caput Dominum Iesum si quis roget, quid in religionis & fidei negocio sequi debeamus; Scrutamini, inquiet, scripturas, quia ipsæ testantur de me. Scripturis Dominus ipse pugnat contra Satanam: Scripturis Dominus redarguit supercilioſos Phariſæos: Scripturis propugnat contra scribarum fastidium & invidiam pios pueros: scripturis retundit Sadducæorum stultitiam & errores: postremo è scripturis doctrinam, vitam, miracula, passionem, resurrectionem, denique omnia sua censeri vult: nec umbras mortuorum, sed Mosen & Prophetas per Abrahamum commendat, quibus audiendis flammas infernales evadere queamus. Nec dissimiles magistro discipuli fuerunt. Quo argumento circumcisionis Apostolus in concione Iudæorum, in Senatu Hierosolymitano, in Synodo Apostolica, & alibi summam Euangelii agit? nonne ad testimonia & consensum Prophetarum, quotquot ab initio ad finem usque extitissent, provocat? Quid gentium doctor Paulus? nihil se extra Mosen & Prophetas docuisse constanter asserit. Quid cæteri omnes? an putamus quenquam eorum cogitasse quicquam sibi vel viva voce prædicandum, vel talis ad posteritatem transmittendum fuisse, cujus non auctorem Spiritum Sanctum in Mose, in Psalmis, in prophetis habuerint? Veniant igitur Sophistæ & parasiti Romanenses, & jam vel ipsi judicent, quorum tutius sit, Dei vocem audire, & sanctorum Prophetarum & Apostolorum, imo ejus, qui ipsa sapientia & bonitas est, exemplum sequi, quam mancipium se præbere mendaci homunculo.

3. Contra Papam.

Atqui audire hic mihi videor quosdam, iis quidem se facile assentiri dicentes, quæ in sacris literis leguntur. Illud tamen non minus firmè tenendum, & pari pietatis affectu amplectendum, quod præter Dei verbum sanctissimus Papa, ille Petri Apostoli successor, & supremus Ecclesiæ militantis rex ac monarcha instituit. Quæ mihi vox tandem potius, fundamentum religionis nostræ evertere cupientis, quam pii hominis videtur. (Major) Tu, cum tibi Opt. Max. Deus dederit lumen verbi sui, quo nihil verius, nihil salutarius, sic te ipse abjicies, ut mendacii alterius & libidinis servus esse malis? Attende paulisper, & hominis sobrii ac libere judicantis animum paulisper sume. Quenquamne ducem fidei & pietatis sequi fas sit, qui eamdem fidem ac pietatem convellit? Vt enim quisque est maxime in Ecclesia audiendus, ita ad hoc fundamentum proxime accedere oportet do-

tet do-

tet doctrinam ejus: neque ullo modo verum esse potest, quod cum Prophetico & Apostolico testimonio pugnat. (Minor) Quomodo autem ista se habent in papatu? Num in Christum Iesum constanter credere potest, quem Papa partim sui ipsius, partim sanctorum fiducia inflat?

III. Conclusio.

Atqui si fides, sine qua omnis cultus Dei peccatum est, vacillat atque quo magis illa ad res creatas inflectitur, eo magis mens à fonte vitæ & salutis dimovetur: profecto nihil est aliud Deum pie colere quam eum secundum verbum patefactum colere.

NB. Simili modo tractari possunt hæc:

1. Homo sola fide justificatur.
2. Vera hominis consolatio tantum est in Euangelio.
3. Solæ divinæ leges perfectæ sunt.

MYSTERIVM II.

Quod homo fidelis contentus Servatore suo.

I. Exordium ab exemplis Apostolicis.

Nec vero ego Apostolum Petrum & Socios ejus, qui propter Dominum omnia deseruerunt, pauperes & inopes putavi. Non enim [illa] jactura putanda est, qua summum bonum à quo reliqua omnia dependent, lucramur.

Paulus vero gentium doctor totius mundi opes & honores [pro] quisquiliis & stercoribus habet, dummodo suus Iesus Christus manet, quem vitæ juxta & mortis suæ unicum lucrum & decus putat. Et quasi triumphum de mundo agens, gloriamur, inquit, in afflictionibus. Quid enim dicemus ad hæc: Si Deus pro nobis, quis contra nos?

II. Propositio per antithesin.

Nescis, insane, nescis, quantas vires fides habeat: nomen tantum fidei usurpas, quid ipsa valeat, ignoras. Nemo potest non beatissimus esse, qui est totus aptus ex servatore suo, quique in hoc [unum] sua posuit omnia. Cujus autem hominis spes, & ratio, & cogitatio pendet ex vanitatibus hujus seculi, huic nihil potest esse certum, nihilque quod exploratum habeat permansurum sibi ne unum quidem diem: cum tu hominem facile terrebis suppliciis, exilio, aut fortunarum amittendarum metu. Fidelibus vero quicquid acciderit à tali

verso mundo; ne recusantibus quidem evenerit, non modo non pugnantibus.

III. Confirmatio adversus metum mortis, paupertatis, infa-, exilii, & quidem per antitheſin.

1. Quid enim tyranni agitis, mortemne fidelibus minitami- ? flammas, cruces, gladios in exitium eorum paratis?

Mors terribilis est vobis, quorum cum vita omnia commoda, bus hic ad luxum usque abundatis, puncto temporis extinguun- ; quique ab una morte ad alteram, à luce ad tenebras, à volup- bus ad cruciatus & terrores, à gloria & honoribus ad ignominiam dedecus intolerabile transitis: non iis, qui tum demum vere vi- re incipiunt, cum hic vivere desinunt: qui à labore ad quietem, anxietate ad gaudium, à miseria ad beatitudinem, à peccatoribus sanctos angelos, ab hominibus ad Deum traducuntur.

2. Sed in reculam ipsorum irruitis? inopiam, famem, nudi- tem piis animis intenditis? At non habent illi thesauros suos in hoc bie: alias opes, alias divitias sperant, quæ nec eripi, nec surripi possunt unquam: neque naufragio, neque incendio amitti: ne- tempestatum neque temporum permutatione corrumpi: cœlum inquam) ipsos manet, imo cœlorum Dominus Deus, in cujus lendidissima luce illi vident lumen, cujus vultus eos lætitia, & ætera jucunditatibus beat in seculum. Vobis, vobis, inquam, nun- am expletur nec satiatur cupiditatis vestræ sitis: neque solum quæ betis, libidine augendi cruciamini, sed etiam amittendi metu.

3. Ludibria vero, insectationes & calumnias, quibus fidelium am exercetis, & quantum in vobis, denigrare cupitis, tantum est, ut ad se referant, ut exinde se nobiliores fieri putent, quod ne agendo male audiant. Quid enim spurcæ tenebræ tantis lumi- bus officere, quid scelus virtuti, peccatum justitiæ, mendacium eritati detrahere: quid Belial nocere Christo: quid terræ filii con- a Dei filios, contra sanctissimos sacerdotes, sapientissimos magi- os, fortissimos heroës, & glorioſissimos reges cœlorum possunt?

4. Sed ex urbibus hosce ejicitis? aqua & igni interdicitis? solum ertere jubetis? O devota capita & indigna tam augustis & magnificis spiritibus, qui ne esse quidem cives vestri cupiunt, quod hic pro per- grinis & advenis se gerunt, & civitatem suam in cœlo habent. Vos pios homines miseriæ omnes premunt: vos opum, vos regnorum ido inquietat: vos (quod omnium gravissimum) scelerum patrato- m conscientia exagitat: injuriæ piis illatæ conturbant: judicia præ- otentis Dei ante oculos versantur: mortis formido terret: orci aperti

fauces horrore quatiunt: flammæ totquent infernales, & quocunq
aſpicitis hæret lateri letalis arundo, nec reſpirare unquam poteſti

IV. Concluſio.

Quamobrem ut infideli & improbo nihil ſatis eſſe poteſt: ita q
Chriſtum habent, habere nihil amplius cupiunt.

NB. Similia themata.

1. Piis omnia in bonum.
2. Artem alit quævis terra.

MYSTERIVM III.

Quod in cauſa juſtificationis coram Deo omnes pares.

I. Propoſitio per diverſa.

Nec enim humani fori, ſed cœleſtis tribunalis jure juſtitia bon
nis definienda eſt.

II. Confirmationis argumentum 1. quod omnes peccatores
condemnabiles.

Apud homines poteſt alius alio juſtior eſſe. 1. At quid Dominus
cœlo de omnibus nobis? Non eſt, inquit, qui faciat bonum, n
eſt ne unus quidem. Omnes enim deliquerunt, & inutiles facti ſunt.
Lapſus eſt homo paganus, & legis divinæ ignarus: eum accuſat r
tio, quæ eſt lex non ſcripta, ſed nata, ad quam non docti, ſed fa
ſumus. Philoſophus eſt: tanto minus excuſari poteſt. Cum em
ſempiternam Dei potentiam atque divinitatem ex mundi ratione &
operibus divinis perſpicere potuerit, non dignam Deo gloriam g
tiamque tribuit, ſed vanis cogitationibus uſus, ſua ipſius ſapien
excæcatus fuit, & ſapientem ſe arbitratus ſtultus evaſit, dum immo
talis Dei gloriam ad rei creatæ & mortalis imaginem tranſtulit. L
gem vero habes, & de vero Deo gloriaris, ejuſque voluntatem n
ti? tanto majori in culpa es, qui inſtructus lege eam non præſt
Auget enim noxam officii notitia: neque eſt perſonarum reſpect
apud Deum: qui bene agit, is acceptus eſt: qui male, eum o
anima ejus. 3. Nec eſt, quod divinum Numen qualicunque ob
dientia contentum fore putes. Sanctus omnibus numeris eſt Dom
nus Deus noſter, & nos perfecte ſanctos eſſe vult, & maledicit o
nibus, qui non manent in omnibus, quæ ſcripta ſunt in libro leg
4. Proinde ſtatue tibi judicem, non qualem intellectus tuus fingi
ſed qualis depingitur in ſcriptura: cujus ſcilicet fulgore obtenebra
tur ſtellæ: cujus robore liqueſcunt montes: cujus ira terra concu
m

ur: cujus ſapientia deprehenduntur in aſtutia ſua verſuti: cujus puritate omnia pateſcunt inquinata: cujus ferendæ juſtitiæ nec angeli pares ſunt: cujus vindicta cum ſemel accenſa eſt, penetrat uſque ad extrema inferni. Sedeat (inquam) ille ad examinanda hominum facta: quis ſecurus ad ejus thronum ſe ſiſtet? quis habitabit cum igne deuorante? quis conſiſtet ipſo iniquitates imputante? 5. Ecce inter Sanctos ejus nemo eſt perfectus: & cœli non ſunt mundi in conſpectu ejus: quanto minus abominabilis & inutilis homo, qui bibit quaſi aquam iniquitatis? 6. Hoc eſt quod omnes ſancti deprecantur, ne eos Dominus in judicium vocet, nec ſtatuat de ipſis ſecundum transgreſſiones ipſorum.

Argumentum ſecundum, quod idem omnibus ſervator datus.

Quod cum ita ſit, Deus noſtri miſertus, quod carnis infirmitas non poterat, id præſtari voluit per dilectum filium ſuum, quem carne noſtra indutum pro peccatoribus damnavit, & pœnam quam nos meritieramus, ab ipſo exegit, is à Deo factus eſt nobis ſapientia, juſtificatio & redemptio: placamentum iræ divinæ in ſanguine ſuo: thronus gratiæ, ad quem tuto confugere licet: cujus ſanguis purgat nos ab omnibus peccatis noſtris: & vulnera expiant iniquitates noſtras, & vibices ſanant nævos noſtros: ejus benignitas fulmina irati judicis à nobis avocat: & juſtitia tegit crimina noſtra: & gratia nos gratos Deo Patri efficit. Neque eſt diſcrimen. Vt enim unius delicto factum eſt, ut omnes damnentur: ſic etiam hujus unius juſtitia fit, ut abſolvantur & vivant omnes.

Argumentum tertium, quod idem medium ſalutis fides in Servatorem.

1. Eadem cauſa eſt, quod Dominus unam duntaxat viam ſalutis apprehendendæ omnibus aperuit. Nam omnes peccaverunt, & egent gloria apud Deum, juſtificantur autem omnes gratis Dei beneficio per liberationem, quæ fit in Ieſu Chriſto, quem propoſuit propitiatorium per fidem in ejus ſanguine collocandam. Itaque non ex operibus, quæ fecimus nos, ſed ex gratia per fidem in filium Dei ſervamur, eique qui non operatur, ſed credit in eum, qui juſtificat impium, imputatur fides ſua ad juſtitiam.

2. Hinc purificatio cordis: hinc caritas Dei diffuſa in corda noſtra & pax conſcientiæ: hinc ſpes & tolerantia in adverſitatibus: denique hinc victoria de mundo, ſatana, omnibuſque hoſtibus noſtris. Concludamus ergo cum Apoſtolo: arbitramur hominem juſtificari fide, non operibus.

3. Vna fides aſſentiens Euangelio Chriſtum tenet: nihil juſti-

tiæ fidei addi potest, quo magis justitia sit, nihil demi, ut justitiæ nomen relinquat: quia Christus quo nititur, semper est idem, in quo & propter quem habemus omnia, & promissiones omnes sunt Etiam atque Etiam.

III. Confutatio duplicis objectionis.

1. Ab hæreticis, inquis, ista sumis. Metuebamne à lenonibus vestris? Lutherus & socii ejus ita disputant. Bene narras: Docti enim & pii theologi fuerunt. Sed quæro ex te, quandoquidem tam invisa tibi nostrorum hominum memoria est, utri potius hæretici sint, qui de religione ex incerta hominum opinione, an qui secundum infallibile verbum Dei statuunt. Præsertim cum hæc sententia non modo verior, sed ne utilior quidem tum ad Dei gloriam, tum ad nostri consolationem reperiri ulla possit. Quid enim benignitatem Dei nobis amplius commendet, quam cum intelligamus, eum quamvis indignis & conscientia scelerum territis, nihilominus benefacere velle propter nomen suum, ut qui gloriatur, glorietur in Domino, qui solus justus. Itaque contra Deum insurgunt, & tenebras inducunt gloriæ ejus, quicunque vel tantillum de suo se habere putant. Neque alia ratione serenari potest coram Deo conscientia nostra, quam si gratuita nobis justitia Dei dono conferatur. Etenim ipsos nos si spectemus, quis dicet, Mundavi cor meum, purificatus sum à peccato: qui non infinita colluvie obrui se, & damnationis multiplicem materiam residere in se sentit? Vnde Apostolus, si ex lege, inquit, promissio sit hæreditatis, exinanita est fides, abolita est promissio. At in Christo Iesu habemus audaciam, & aditum cum fiducia per fidem ejus: justificati fide habemus pacem, & Deum patrem nostrum compellamus, in eoque suaviter acquiescimus.

2. Nihilne igitur interest, dices; bene an male agamus; honeste an turpiter vivamus? Sane plurimum. Non enim sunt Christi, qui non mortificant carnem suam; qui non renunciant cupiditatibus suis; qui non sobrie, juste, pie vivere connituntur. Etsi enim non propter opera, tamen nec sine operibus justificamur. Decet enim ut redamemus eum, qui nos prior dilexit: sanguine Christi emundamur ab operibus mortuis conscientiæ nostræ ad serviendum Deo viventi: liberati sumus è manu hostium nostrorum, ut sine timore serviamus Deo in sanctitate & justitia omnibus diebus vitæ nostræ: à peccato emancipati sumus, ut libero spiritu justitiam colamus: crucifixus est vetus noster homo, ut in vitæ novitatem resurgat.

IV. Conclusio.

Quare ut peccata hominis justificationi nihil detrahunt, sic nec vir-

virtutes addunt quicquam: Christus est justitia nostra: cui soli sapienti & immortali Deo sit laus & honor & gloria in secula. Amen.

NB. Similia themata.

1. Omnia peccata natura sua sunt mortalia.
2. Omnis peccator est apostata.
3. Omnes virtutes pariter colendæ.

MYSTERIUM IV.

Quod persequutores piorum (ut pontificii) insaniant.

I. Propositio per increpationem.

Ego vero vos improbos homines, qui pios horrendis modis persequimini, non stultos tantum, sed plane dementes & insanos rebus addicam necessariis.

II. Confirmationis argumentum 1. Quia pii defensorem & vindicem habent Deum. (Major) Nimirum populus sanctus, quem ab æterno Deus ad vitam destinavit, & per sanguinem filii redemptum, ut manibus potenti dextera sua circumdat, à tam imbellibus vermiculis vincetur & expugnabitur; cum ne Satan quidem & ipsæ portæ infernales adversus eum prævalere possint? Major enim est potentia Dei, quam omnium hostium furor. (Minor) Deus nobis fiducia & robur est: præsidium in rebus adversis præsentissimum. Itaque non metuamus, licet terra moveatur, & montes in medium mare transferantur. 2. Quia pontificii non possunt quenquam ex Ecclesia ejicere, cum ipsi non sint vera Ecclesia, nec caput Ecclesiæ Papa, sed turba hominum superstitiosorum & crudelium. Ecclesiæ & piorum vobis titulum arrogatis, qui pios à vobis pellitis? (Major) Quæ est igitur Ecclesia? omnisne conventus impurorum sacrificulorum, quibus præsidet homo iniquitatis, & inimicus crucis Christi? Omnisne monachorum & ociosorum ventrium sub unius hydræ capite delitescens multitudo? Certe negamus. Num ibi Ecclesia sit, ubi ejus, qui Ecclesiæ Dominus, verbum nihil valet? ubi meritum Jesu Christi pedibus conculcatur: adorantur res factæ; coluntur imagines: pro veritate regnant mendacia: pro religione superstitio: pro caritate cædes: ubi doctores & confessores pii rapiuntur, agunter, bonis, fama, vita mulctantur. Hypocritarum illa conspiratio, & papa duce tyrannorum latrocinium adversus sanctos Dei servos concitatum Ecclesia sit? (Conclusio) Itaque non pelluntur à vobis ab Ecclesia, quæ apud vos aut nulla, aut multis erroribus & vitiis

inquinata est; sed accersantur in Ecclesiam (Minor) cujus caput Christus, quem vos in membris ejus laceratis: ubi libertas est co scientiarum, quibus vos laqueos injicitis: ubi consensus fidei quam vos nugis vestris turbatis, & Pharisaico supercilio fastidi ubi auctoritas sua sarta tecta manet verbo Dei, quod vos traditio bus vestris corrumpitis. 3. Quia piorum bona sunt spiritualia, q auferri nequeunt.

At videte, homines male feriati, quam ista vestra fulmina pii co temnant, & anathemata ac diras rideant. Intendi & mitti à pot nefariam injuriam fatentur, pervenire tamen ad se nunquam putan nisi forte cum parietes eorum dirigitis: cum fortunis sceleratas m nus infertis, cum in corpora sævitis, rogos, cruces, laqueos par tis, tunc eorum aliquid interire arbitramini. (Major) Nihil hom nes fideles suum ducunt, quod auferri, quod eripi, quod amitti p test. Si ipsis eriperetis invictam fidei constantiam: si gratiam De si gratiæ arrhabonem sanctum Spiritum: si spem resurrectionis beatæ vitæ persuasionem; multo magis etiam si ab ipsis fidelissimu Dominum & servatorem Iesum Christum, per fidem in cordibus e rum habitantem, à quo superiora illa omnia dependent, separa possetis; esset quod conquererentur, quod dolerent. (Minor) Se si hæc facere non potestis, salutem ipsorum stulti promovetis, no prohibetis.

4. Quia injuriæ piis prosunt.

Nescitis, insani, nescitis Dominum mirifice ducere suos: nesciti exilia, paupertatem, supplicia, & cæteras calamitates ipsis bono ver ti; plane ut cum Domino est actum, cujus nos imagini conform reddi oportet; tum quod ad ærumnas & mortem, tum quod ad bea titudinem & gloriam.

5. Sed quia præter culpam patiuntur, & ipsi hostes hæretici Schismatici sunt, quales calumniantur pios esse.

Vos Ecclesiæ nomine gloriamini, scilicet si iidem & hostes & amic Dei esse queant. An vero Ecclesiam à paganis externo splendore ac fe licitate, non fide ac religione distinguitis? cædes in Ecclesia patratis vi & armis templa tenetis: ferrum ac flammas contra bonos spiratis non fraus, non perjuria, non ulla barbarica immanitas vobis pudor est. Cur hostes Turcæ, si vos cives Ecclesiæ? Potestis (inquam) ru Ecclesia esse, qui Ecclesiam tam diris modis persequimini? & pr sectariis habetis, qui nullius, nisi Christi verbum sequuntur? Nun quamne, homines dementissimi, circumspicitis? nec quid loquamin scitis? Hæretici sunt, qui sanam doctrinam Christi pertinaciter cor-

rum-

pugnant & oppugnant. Nos pro veritate Euangelii etiam cum capitis nostrorum periculo pugnamus. Schismatici sunt, qui unionem reipubl. solvunt, & seditiosa habent conventicula. Nos in Domino nostro Iesu Christo uni sumus, & parati quovis puncto temporis, qui fide & vita nostra rationem reddamus. Vos jam pridem defeciſtis: vos errores fovetis, quibus nulla ætas fædiores habuit: vos corpus Christi ferro & flammis tentatis, laceratis. Omnes, qui Iesum Christum unicum generis humani & perfectum servatorem esse negant, eorum vos principes estis, hæretici sunt, etiamsi titulum Ecclesiæ teneant. An cum tot capita scripturæ invertatis, non eritis vos hæretici? An non idololatræ appellandi, qui præter verum Deum aliud adorant! Vester cultus sanctorum toti orbi notus est. Non schismatici, qui ceremonias à Christo institutas mutarunt? vos mutastis: qui conjugio doctoribus Ecclesiæ interdicunt? vos interdicitis: qui se supra omnem sublimitatem regum ac principum efferunt? vos efferris: qui perjuria & cædes sine fronte committunt? vos committitis, quoties tyrannidi vestræ stabiliendæ id ducitis. Sed quid ego vos arguo? Familiarissimi vestri Æneas Sylvius, Baptista Mantuanus, Franciscus Petrarcha, Bernhardus Mortinensis, Erasmus Roterodamus, & alii jam pridem de istis criminibus vos convicerunt.

III. Conclusio.

Pergite igitur insanire, & contra Christum furere, ut mensuram iniquitatis vestræ quam primum expleatis, & quæ vestra improbitas, & durities & mens deplorata, augeatis vobis supplicium in supplicii diem, & repræsentationem justi Dei judicis, qui suis cuique factis digna solvet.

NB. Similia themata.

1. Iudæi nostri non sunt veri Iudæi.
2. Pagani Philosophi non fuerunt Philosophi.
3. Cambyses non fuit princeps bonus.

MYSTERIVM V.

Quod orthodoxi liberi, & pontificii servi.

I. Propositio per concessionem.

Laudetur vere regnum pontificium, & nomine libertatis glorietur: nos vero, qui à Papa secessionem fecimus, appellemur miseri, appellemur mancipia, si placet. At quomodo?

II. Confirmationis argumenta.

1. A definitione libertatis Christianæ.

(Major) Præclara est vox filii Dei, cujus auctoritate ego non uterer, si mihi apud Iudæorum aliquem hæc habenda esset oratio. Cum vero Christianis loquar, quibus hæc inaudita non sunt, cur ego simulem, me, si quid in lectione sacrarum tabularum operæ posuerim, perdidisse? Dictum igitur est ab æterna sapientia Patris, Si Filius vos liberaverit, vere liberi eritis. Quid est enim libertas Christiana, nisi potestas vivendi secundum legem Dei, cum mente pacata & ab omni metu servili liberata? Quis igitur vivit secundum voluntatem Dei, & quis habet liberam & exoneratam conscientiam nisi profecto is, qui fide Christum apprehendit, & in eo uno, sepositâ omnium operum arrogantia, justitiam suam ponit, indidemque in Deo, ut benignissimo suo Patre suaviter acquiescit? qui mundum, satanam, totumque orcum sub pedibus habet? qui voci quidem Domini non propter metum paret, sed eam ultro sequitur atque colit, quia id justum & salutare maxime judicat? postremo, qui jugo traditionum humanarum nullo modo teneri se, aut rerum, quæ mediæ sunt, necessitatem sibi imponi patitur? (Minor) Quod cum iis tantum, qui veritatem Euangelii sectantur, contingit, pluribus verbis differere non est opus, sed brevi censeri potest, præter eos, qui doctrinam Euangelii amplectantur, neminem esse vere liberum.

Argumentum secundum, à definitione servitutis spiritualis.

Igitur omnes, qui Papæ Romani tyrannidi subjecti sunt, servi sunt: nec hoc tam re est quam dictu inopinatum atque mirabile. (Major) Non enim ita dicimus servos, ut mancipia, quæ sunt Dominorum facta nexu atque aliquo jure humano. Sed 1. si in religionis negocio servitus sit, sicut est, obedientia fracti animi & abjecti, & arbitrio carentis suo, denique semper metuentis & trepidantis: quis neget omnes, 1. qui justitiam ex sese quærunt, 2. qui vitam æternam mercari studeant, 3. qui libidine hominum regi se patiuntur, servos esse? (Minor.) 1. An ille mihi liber videatur, qui merita sua Deo ad obtinendam justitiam ostentat? qui quo plus in sese quærit, hoc minus invenit: quia dum spernit Dei misericordiam, qua sola liber evadere posset, debitorem universæ legis se facit, & servitutem induit, qua nullo ævo defungi potest. Huic homini nulla hora, nullum momentum à tristissima lucta, & horrendo metu libera esse potest: quem non modo servum, etiamsi rex sit, sed miserrimum servum appellandum putamus. 2. Atque ut illi peccati, sic hi legis servi sunt, qui Deo, ut mercenarii Dominis suis, non ut liberi parentibus,

bus, nec hilares ac alacres, sed tristes ac solliciti officia præstant. quamdiu enim legem intuentur (intuenda autem ea est non secundum literam, sed secundum Spiritum, non secundum Pharisæorum, sed secundum Christi interpretationem) quicquid tentant aut metantur, maledictum esse vident: quia nihil ea, qua oportebat, per actione & sanctitate faciunt: nec Deo obsequia sua probatum iri confidere possunt, Christo omnis gratiæ ac favoris divini conciliatore non prætenso. 3. Postremo quomodo liber erit, cui qua esca utatur, quo tempore sacra faciat, quo genere vestium utatur, quem gestum præ se ferat, ubi gentium vitam degat, quid agat, quid intermittat, quando surgendum, quando cubitum eundum, vorax aliquis & impurus sacrificulus præscribit, imperat, jubet, vetat, quod videtur: cui imperanti nihil negare potest, nihil audet. Jejunii? dandum est: vocat? veniendum: ejicit? abeundum: mittitur? extimescendum. O misera & dura servitus! qua semel captæ conscientiæ in longum & inextricabilem labyrinthum compingunter, unde non facile exitum inveniunt.

Argumentum tertium, ab auctoritate & exemplis Apostolicis.

Quid igitur? Si Paulus Apostolus (qui tam diligenter nos monet, in qua libertate nos Christus collocavit perstemus) horum antistitum aliquem viderit, utrum illum pastorem duceret, an lupum & seductorem gregis Christiani putaret? Reviviscat Petrus, ille (ut aiunt) primus pontifex, aut alius quispiam eorum, quorum in doctrina nihil fuit fucatum, nihil in gubernatione asperum, in vita & moribus nihil luxuriosum: & videat patres istos Pharisaicos tam superbe rudibus animis dominantes, cum ipsi interim otio & luxuria affluant: onera hominibus imponentes, quorum isti ne particulam quidem sustinent: culicem cribrantes, & deglutientes elephantum: annone hoc hominum genus ex superbia, avaritia & hypocrisi totum constare pronunciabit?

III. Conclusio.

Excutiamus igitur jugum ipsorum, discedamus Babylone, erumpamus ex carnificina illa conscientiarum, fruamur luce data, utamur libertate, quam Dominus indulget, nec brutis elementis mundi, quos Spiritus Domini liberos fecit, amplius serviamus.

NB. Similia themata.

1. Soli viri boni sunt liberi, facinorosi omnes servi.
2. Extra Ecclesiam omnia cæca ac misera.
3. Amicitia tantum coli potest cum bonis: mali ne sibi quidem boni sunt.

MYSTERIVM VI.

Quod ſolus pius dives, omnis impius pauper.

I. Propoſitio.

Quæ eſt iſta in commemoranda pecunia tua tam inſolens oſtentatio, homo impie? Solus ne tu dives? Pro Deum immortalem! nihil ne pii homines, quo ſe oblectent, habent? quid ſi tu ne dives quidem? quid ſi pauper etiam?

II. Confirmationis.

Argumentum primum, à definitione opulentiæ. (Major)

Quem enim vocamus divitem? opinor eum, cui tanta poſſeſſio eſt: ut ad liberaliter vivendum facile contentus ſit: qui nihil quærit, nihil appetit, nihil optat amplius. Sufficientia enim & res divitiis præſtat, non opinio. Quodſi igitur nihil tibi deeſt, nihil etiam deeſſe futurum putas, concedo, dives es. (Minor) Sin autem propter indigentiam pecuniæ nullum quæſtum turpem putas: ſi noctes atque dies animus nunc augendi libidine nunc amittendi metu infeſtatur: momento temporis contingere poteſt, ut opes iſtæ magnæ, quibus confidis, non modo in fumum, ſed etiam in perniciem tibi vertant. Ipſe æſtima, utrum hæc abundantis, an egentis ſigna ſint.

Argumentum ſecundum, ab αὐταρκείᾳ piorum.

Quanto pluris æſtimanda eſt pietas ſua ſorte contenta? quæ ſi affluant opes, non apponit eis cor, ſed ſic habet, tanquam non habeat: nec ſibi ſoli habet, ſed erogat inde patriæ, parentibus, liberis, amicis, denique omnibus miſeris & indigentibus: ſin parum ſuppetat, etiam hoc moderate fert: novit modicum, quod ex benedictione Dei habet, melius eſſe ingentibus, ſed injuſte partis, & deteſtandis opibus impiorum: novit hominem non beari nummis, ſed Dei faventis miſericordia: ubi honeſte poteſt parcit: quod deeſt, à labore & manibus petit: inopia pro incitamento virtutis & induſtriæ ſumitur: ſcit non æſtimatione cenſus, verum frugalitate terminari divitiarum modum: non eſſe cupidum, pecuniam eſſe: non eſſe emacem, vectigal eſſe: non eſſe profuſum ac ſumptuoſum, opes eſſe: poſtremo ut res ſeſe dant, ita ſe dilatat aut contrahit.

Argumentum tertium, à collatione bonorum terrenorum & cœleſtium.

Etenim ſi vulgus hominum agros & prata ſua magni æſtimat, quod ei generi poſſeſſionum minus noceri poſſit, quanti ſunt æſtimandæ cœleſtes illæ opes piorum, quales & quantas nec oculus vidit, nec

ris audivit, nec animus humanus cogitatione concepit: quæ nec ipi nec ſurripi poſſunt: neque naufragio, neque incendio amittun-r: neque tempeſtatum aut temporum mutatione mutantur? Opes inquam) cum gloria: opes cum voluptate, opes cum ſatietate: es denique cum perennitate: præ quibus omnes mundi divitiæ vix iſquiliarum & ſtercorum loco habendæ.

Argumentum quartum ab exemplis contrariis.

Compara ipſe, ſi lubet, pauperem illum Lazarum cum divite ulone, de quibus legimus in Euangelio: & vide utrum malis il-s inopiam, famem, nuditatem, ulcera, & extremam contemp-onem & deſpectum, dummodo ab eodem ſatellitio angelico in ſi-um Abrahæ deferare: an hujus opulentiam, luxum, honores, agnificentiam & ſplendorem plus quam Sybariticum, ſed præcipi-ndus poſt in barathrum ſulphureis flammis reſtagnans: Cum Laza-(opinor) egere malis, quam cum altero luxurie diffluere.

III. Concluſio.

Soli igitur pii divites ſunt: ſoli enim poſſident bona fructuoſa & mpiterna: ſolique (quod eſt proprium divitiarum) contenti ſunt bus ſuis: ſatis eſſe putant, quod eſt: nihil appetunt, nulla re egent. mpii autem, & qui tantum terrena ſectantur, quoniam incertas & caſu poſitas poſſeſſiones habent: & plus ſemper appetunt, nec eo-m quiſquam adhuc inventus eſt, cui quod haberet, eſſet ſatis, non odo non divites, ſed pauperes exiſtimandi ſunt.

NB. Similia themata.

1. Euangelium juſtificat, lex damnat.
2. Nemo regere alterum poteſt, qui ſe nequit.
3. Soli ſapientes bene præſunt reipubl.

CLAS-

CLASSIS II.

CAPVT I.

Habens materias demonstrativas. In personis laudandis aut vituperandis.

I. *Abrahamus laudari potest ut pater credentium. Credidit enim contra spem in spem. Rom. 4.*

1. EXordium sumatur ex cap. 51. Esaiæ, ubi Abrahamus tanquam typus credentium, & in hoc orbe peregrinantium prædicatur. Credidit enim (ut ait Apostolus) contra spem in spem: & fidem suam (quod Iacobus vult cap. 2.) re ipsa, multisque insignibus virtutibus testatam fecit. Vnde magnificum ei passim testimonium tribuitur. Gen. 15. Eccles. 44. Ioh. 8. Hebr. 11.

11. Propositio. In hujus sanctissimi viri laudem cum multa dici possent, nos missis cæteris heroïcam ejus fidem videbimus, ut animos nostros ad similem fiduciam confirmemus. Primo autem qualis Abrahami fides fuerit, dicendum: deinde addendum de ejus præmiis.

111. Expositionis pars prima docebit, fidem excellentem & heroicam fuisse. Argumentum ducatur ab experimentis fidei, ut sunt 1. obedientia, 2. confessio, 3. caritas.

1. Obedientia commendetur quadruplex, & quidem per antithesin inter obstacula carnis, & superantem fidem. Obedivit enim Deo in rebus cum ratione pugnantibus, fretus scilicet mandato & promissione Dei: in quorum altero jus & majestatem Domini, in altera bonitatem ejusdem & misericordiam spectavit.

Primum obedientiæ exemplum est in migratione ex Vr Chaldæorum, Gen. 12. ubi vide 1. mandatum & promissionem Dei: 2. impedimenta carnis, qualia sunt amor patriæ & cognatorum, educatio inter paganos & idololatras, jactura rei familiaris, incerta sedes & domicilium, & populorum circumhabitantium mores corrupti: 3. fidem eluctatam meditando tum Dei mandatum, cui ut supremo Domino parendum, tum promissionem, cui propter ejusdem veritatem, potentiam & bonitatem fidendum Addatur

ut nos quoque Babylone exeamus, fortunarum & vitæ jacturam beatiori illa vita & conditione consolantes.

Alterum exemplum est in peregrinationibus subsequutis in Chanaza, Ægypto, Palæstina. ubi similiter videantur 1. mandatum Dei cum promissione: 2. obstacula, ut difficultates peregrinationum, maxime apud gentes infideles & barbaras: quo accessit mora Dei in promissis præstandis: 3. fiducia Abrahami in Dei præsidio, & meditatione patriæ cœlestis. Addatur πάθος, ut meminerimus nos quoque peregrinos esse, quorum πολίτευμα in cœlo.

Tertium & gravissimum exemplum est in oblatione Isaaci filii. ubi 1. Mandatum Dei triste: 2. obstacula multa; ut στοργὴ paterna, filii ætas & innocentia, matris luctus & dolor, genus mortis crudele, scandalum & infamia apud gentiles, natura Dei justa & bona, denique promissio de Messia in hoc filio facta: 3. victoria Abrahami in filio mactando servatorem animo spectantis, ut Christus testatur Joh. 8. Addatur paræneſis, ut amori Dei nostra omnia, quantumvis grata, postponamus.

Quartum exemplum est circumcisio accepta: ubi 1. mandatum & promissio divina: 2. obstacula, ut senectus Abrahami, ritus turpitudo quæ videbatur, & difficultas, denique illusiones infidelium: 3. obedientia Abrahami inde quia 1. Dominus mandaverat: 2. & vir sanctus vim ceremoniæ in signando populo, ex quo Messias oriundus, & figuranda pœnitentia, intelligebat. Addatur πάθος de nobis quoque circumcidendis.

2. Confessionis argumenta sunt: 1. hic ipse ritus circumcisionis: 2. altaria Domino diversis locis exstructa: 3. decimæ datæ Melchisedecho, in quo iterum Dominum suum illum æternum sacerdotem & regem Ecclesiæ contemplatus est. Addatur πάθος de officio piæ confessionis.

3. Ad caritatem & innocentiam Abrahami pertinet 1. humanitas erga Lothum ex fratre Harane nepotem: 2. liberatio ejusdem captivi cum magno suo periculo: 3 recusatio soterii: 4. intercessio pro Sodomæis: 5. Hospitalitas: 6. liberalis emptio sepulchri. Addatur πάθος de imitatione harum virtutum.

Postquam sic de fidei Abrahami præstantia disseruisti, perge ad alteram partem, de ejusdem præmiis longe maximis. Sunt autem quintuplicia.

1. Immortalis fama & gloria, ei ut amico Dei, & patri fidelium, primum ab ipso Deo, tum ab hujus servis & universo populo attributa: ad quam laudem omnium regum & principum gloria conticescit.

2. Am-

2. Ampliſſimæ opes, & apud reges vicinos honores, auctos & gratia.

3. Poſteritas numeroſiſſima, & per tot ſecula mirabiliter ſervata.

4. Servator mundi ex ſemine Abrahæ natus, æternum regnum in omnes creaturas tenens: qualis proles nulli regum data.

5. Cœlum ipſum, ita ut qui ex fidelibus eum ſubſequuntur, ejus ſinum recepti, & cum eo accumbere dicantur Luc. 16. & Matth. 8. Πάθος hic eſt de fide & munificentia Domini Dei noſtri erga ſervos ſuos.

IV. Peroratio ſit in hortatione ad fidem Abrahami imitandam cum precatione pro ejus auctione & perſeverantia.

II. *Ioſephus Oeconomus aulicus Pharaonis. Gen. 41. Hic eſt pater patriæ.*

I. Exordium ſumatur ex Pſal. 34.

Notum eſt, quod vir ſanctus in Pſalmo ait: Multa evenire juſto mala, ſed Dominum liberare eos ex omnibus.

Actum eſt ita cum omnibus piis, atque adeo cum ipſo ſervatore.

Nimirum placet Deo ita probare piorum hominum conſtantiam ſuamque in ipſis regendis tum fidem, tum potentiam.

Hujus providentiæ divinæ ſingulare exemplum quoque eſt Ioſephus Iacobi patriarchæ filius: quod inter omnes, maxime adolescentes conſiderent, quo ſeſe in virtutis ſtudio conſolentur ac excitent memores ejus, quod proverbio fertur: Gloriam antecedit ignominia.

II. Propoſitio duplex.

In hunc finem duo ex univerſa ſanctiſſimi viri hiſtoria delibabo: primo quam gravem & afflictam habuerit adoleſcentiam: tum ad quantos honores eum Deus evexerit; quamque in adverſis fortiter, in ſecundis moderate ſe geſſerit. Adde πάθος, ut adoleſcentes hujus adoleſcentis exemplum tecum perpendere velint, quod ſequentibus in perpetuum bene erit.

III. Expoſitio.

Prima pars Ioſephi adoleſcentiam calamitoſe quidem, ſed pie tamen & fortiter actam deſcribens, primum videat qualis domi apud patrem, tum qualis in Ægypto apud herum habitus.

Domi fuit educatio laborioſa & dura inter agrarios & paſtores, quo accedit varia crux domeſtica.

Nam

Sum 1. habuit patrem Iacobum, pium quidem illum, sed ab ipso statim vitæ exordio variis ærumnis exercitatum. 2. Mater Rachel in partu exstincta. 3. Avus Isaacus cœcus. 4. Patruus Esavus homo ferox, impius, & familiæ Iacobææ minime cupiens. 5. Soror Dina macula domus. 6. Fratres malevoli & invidentes. Hic morabere nonnihil

1. Causas odii in Iosephum explicans. Eæ erunt patris in eum amor singularis: impatientia admonitionum paternarum, quibus filius adolescens occasionem præbebat: invidia honorum fatalium, de quibus ex somniis ejus perceperant.

2. Tum adde, quæ consequuta sunt: ut 1. odium capitale: 2. conspiratio in mortem adolescentis: 3. venditio in servitutem apud infideles & barbaros.

3. Subjiciatur antithesis de Iosephi moribus: qui in patrem pius, in fratres officiosus, in injuriis patiens fuit.

4. Tandem concludatur epiphonemate de diabolico vitio invidiæ, & generosi pectoris in ea toleranda robore.

In Ægypto 1. fit servus: 2. Deo benedicente ejus ministerio, sollicitatur ab impudica hera ad adulterium: qua tentatione nihil ei erat omnem vitam accidit periculosius. (Hic utere pathologia Iosephi in utranque partem cum animo suo disputantis.) 3. Victor castus animus defertur ad herum tanquam mœchus. 4. Compingitur in vinculà, mox supplicio afficiendus secundum leges Ægyptiorum: 5. quod dum differtur, triennio prætoris rerum capitalium, sive carnificis servum agit: In quibus omnibus adversitatibus Iosephus nihil habuit, quo se consolaretur, præter Deum patrium, justum illum judicem, & servorum suorum patronum fidelissimum: cui se totum permisit, moriturus potius, quam contra ejus legem aliquid patraturus.

Addatur παθος de calumnia, (vide Muretum l. v. 1. cap. 13.) de fidei in Deo recumbentis virtute invicta.

His ita pertractatis, transibis ad alterum, de honoribus Iosephi, & in iis moderatione. Videatur hic

1. Medium idem, quo pressus, regis somnium.

2. Insperata dignitas, dum non aulæ tantum, sed totius Ægypti œconomus, prorex, & quasi pater auctoritate regia constituitur. Hic antithesin facies inter squalorem carceris, & hujus fastigii splendorem. Licebit etiam excurrere ad typum de Servatore consimiliter humiliato & exaltato.

3. Conjugium honestum.

4. Flores liberorum.

5. Auc-

5. Auctoritas & fama glorioſa.

6. Virtutes tum aulicæ, ut 1. prudentia & induſtria in reb agendis: 2. integritas & innocentia: 3. humanitas & modeſtia: tu cæteræ: ut 1. pietas erga patrem ſenem: 2. manſuetudo & libera tas erga fratres indignos: 3. conſtantia in religione avita: quo pe tinet teſtamentum de ſepultura ſua.

IV. Epilogus paræneticus ſit, ut commilitones ad exemplum I ſephi ſe componant, ut ſimilem benedictionem à Deo conſequantu

III. *Moſes legiſlator ſanctiſſimus populi Iſraelitici. Act. 7. Erat Moſes imbutus omni ſapientia Aegyptiorum, & potens in agendo & dicendo.*

1. Exordium ſumatur à comparatis.

Athenienſes Solonem, Spartani Lycurgum, Minoëm Cretenſe Romani Numam magni fecerunt, cum propter alia in cives meri tum maxime propter leges ab illis ſcriptas.

Nihil enim ad tuendam rempub. accommodatius, quam bon ges.

Quod cum ita ſit, quis mihi vitio vertat, ſi de omnium com qui leges tulerunt, principe Moſe dicam?

Eſt enim in aliis legum auctoribus quod laudes, eſt etiam quod v tuperes: (vide apud Herodotum, Plutarchum, Juſtinum, ge tium leges multas turpes & iniquas) at in Moſe noſtro nihil eſt, qu non prudenter & ſancte conſtitutum, quod non divinum dicas.

II. Propoſitio triplex.

Quod ut rectius intelligatur, tria mecum conſiderabitis: Pr mum, quomodo natus & educatus hic legiſlator ſit: Deinde quo au tore, & qua cum majeſtate leges tulerit: Poſtremo quid ad legu cuſtodiam & perennitatem fecerit.

III. Confirmatio.

In prima parte videantur

1. Parentes & majores pii: ubi notandum, quod ſextus fi rit ab Abrahamo.

2. Tempus triſte propter afflictionem populi Iſraelitici ſub ty rannis Ægyptiis, ſecundum prædictionem Domini ad Abraham Ge. 15.

3. Infantis periculum in Nilo, & miranda conſervatio: π matris tempora ſua lamentantis, & excurſus de aliis pra clar

ris viris fataliter servatis, ut fuerunt Cyrus, Mithridates, Romulus, Habes. Vide Iustin.

4. Educatio à regis filia. Exod. 2. Vide etiam Ioseph. in antiquitatibus Hebr.

5. Reditus ad populares aula relicta: quod cum fidelibus afflimallet, quam in deliciis vivere cum impiis. Hebr. 11.

6. Exilium apud Madianitas, & munus ibidem pastorale viri, brevi populorum pastor futurus.

In secunda parte hæc expendantur.

1. Deus vocans Mósen, & ex pastore gregis ducem designans puli sui.

2. Confirmatio vocationis, primum per tot signa & prodigia totius Ægypti oculis: unde excursus ad fabulas de virga Mercurii Protei metamorphosibus hinc natas: deinde per liberationem pòli Israelitici multis modis prodigiosam: quando 1. ipsi Ægyptii gent migrationem & amplissimo viatico instruunt: 2. mox mutaconsilio insequuntur: 3. Israelitas à tergo columna ignea defendit, reos mare cedit, & transmissis ulciscitur hostes.

3. Sanctificatio populi legem audituri.

4. Lex viva voce Dei promulgata, tanta hominum multitudine audiente, & per Mosen populo commendata.

Colligehæc in summam, & confer cum vanis commentis Lycur-, & cæterorum, qui ficta auctoritate numinis legibus suis pondus ctivere. Vide orat. 1. Muret.

Ad tertiam partem pertinet:

1. Plenior instructio Mosis ab ipso Domino in monte per s 40.

2. Descriptio legum in tres ordines distinctarum: commum, politicum, ecclesiasticum: ubi ostendes, quam sapienter & cte omnia præcepta.

3. Adjuratio populi in leges per sacramentum sanguinis, & positas maledictiones & benedictiones. Exod. 24. Deut. 27. & 28.

4. Vita Mosis & legum datarum in se ipso experimentum. Vbi cipue quatuor virtutes occurrunt: 1. zelus pro gloria Dei: 2. catas in ingratum populum propemodum incredibilis: 3. Patientia & titudo in tot sustinendis injuriis & molestiis, quas ipsi ingratus polus & invidi æmuli crearunt: 4. Æquitas in consiliis audiendis etiam rum, qui cum ipso nullo modo comparandi.

Adde ⁂ à judiciis Dei in servo suo tuendo, & affligentibus m puniendis: dum tandem ad Deum abiturus, successorem impe-

trat Iosuam, ipse nihilominus cunctis gentibus usque ad consumm tionem seculi in scriptis suis dux vitæ sanctæ manens.

IV. Epilogus sit in hortatione, ut Mosis scripta magni faciamu & pia obedientia sequamur, quemadmodum ipse Servator quo monet. Luc. 16. Ioh. 5.

IV. *David rex & vates illustris.* Psal. 20. & Act. 13.

I. Exordium sumatur à laude Agamemnonis apud Homerum Ἀμφότερον βασιλεύς τ' ἀγαθὸς, κρατερός τ' αἰχμητής. Quo carm ne duplicem virtutem regi tribuit: sapientiam & fortitudinem: quibus nihil est, quod regiam majestatem plus commendet. 3. E nim cum duo tempora sint reipubl. pacis & armorum, quorum al rum legibus, alterum virtute & robore constat; quis non vide quantum subsidii in tali principe cives habeant, qui utrobique re præesse potest.

Sed non fuit post reges natos, qui majorem laudem mereatu quam ille Israelitici populi gubernator, idque non hominis, sed i sius Dei judicio & testimonio, cum virum vocat, qualem cor & an mus ipsius velit.

II. Propositio duplex.

Quod ut probatum faciam, ostendam non tantum regem fui Davidem, sed & illustrem prophetam, cum quo omnes omniu gentium principes & vates conferri non possunt.

III. Confirmatio.

Ad regni majestatem commendandam faciunt:

Primum natales & educatio.

Pater fuit Isai vir pius, ad cujus nomen Spiritus Sanctus alludi de Domino Messia agens. Esai. 11.

Patria Bethlehemum (domus panis) servatoris natalibus nobil tatum. Mich. 5.

Educatio fuit ruri inter greges, quos pascens figuram accepit po puli regendi. Simile accidit Mosi, Gedeoni, Elisæo, Amoso, C ro. Edidit hic specimen virtutis heroicæ, leonem & ursum per quens, tollensque.

II. Vocatio & tirocinium regium.

Vocatur ad regnum divinitus per Samuelem, & induitur Spiri fortitudinis.

Rex designatus, accersitur in aulam à Saule, quem malus geni vexabat, ubi moribus regiis assuescit.

Con

Congreditur cum Golia, & de prostrato spolia legit, sed propter [illegible] mulierum in odium regis incurrit.

Qui eum toto decennio ad necem quærit: dum tandem eo in bello [illegible]fecto, regnum fatale capessit.

Hic prædicabis Davidis integritatem, patientiam, & mansuetudinem ipsi etiam hosti admirabilem.

III. Administratio regni. Vbi laudanda:

1. Fortitudo in bellis cum Saulinis, vicinis gentibus, Absolonis filio, Seba.

2. Pietas in curanda religione, quando nihil facit Deo inconsulto: sudat pro arca restituenda: pro templo ædificando, pro cultu recte ordinando: additis quoque ad eam rem amplissimis donariis.

3. Amicitia & fœdera cum regibus Achi, Hanone, Hiramo.

4. Iustitia & moderatio. Vide Psal. 101, 131. 2. Sam. 16.

Addatur prolepsis de lapsibus Davidis, quando apud Palæstinum insaniam simulat, stuprat Vriæ conjugem: censet populum: fidem habet calumniis Sibæ: nimirum quia nihil ab omni nævo purum: & [illegible]turnitas exilii animum viri conquassavit: contra otium & prosperitas facile ad luxuriam inclinant: denique pœnitentiam egit multis lacrymis errores suos detestatus. Vide Psal. 6. 25. 51.

Ad prophetiam exornandam pertinent.

1. Auctor & dictator Spiritus sanctus. 2 Sam. 23. Matth. 22.

2. Ipsorum vaticiniorum lumina & veritas, id quod inductione declarabis tum de servatoris persona, passione, morte, resurrectione, ascensione in cœlum, regno, & reditu ad judicium: tum de Ecclesiæ amplitudine, persequutionibus, victoria &c.

IV. Peroratio 1. Laudationem ad summam revocet: 2. Deo gratias agat pro Davide rege, cujus labores & dulcissimi psalmi piis mentibus non possunt non grati esse.

V. *Iohannes Baptista primus præco Euangelii. Vide orat. similem Mureti de Iohan. Euangelista.*

I. Exordium sit à thesi.

Recte facere eos, qui sanctorum hominum memoriam celebrant: propter Deum, ipsos & nos: scilicet ut Deo pro officiis per sanctos homines præstitis gratiæ agantur, ipsorum memoria sit in benedictione, & nos ad virtutes eorum imitandas excitemur.

II. Propositio.

Ea de causa de Iohanne Baptista primo Euangelii præcone & ministro

nistro Domini dicam: non quidem omnia, quæ possent, sed ea du taxat, quæ ad ministerium hujus sanctissimi viri pertinent.

Omnia enim hic admirabilia & divina fuerunt.

III. Confirmatio fiat per inductionem.

1. Quod multis seculis ante ab ipso Deo ad hoc munus destin tus sit, domicilio, doctrina & vita ejus ad vivum expressis. Esa. Malach. 3. & 4.

2. Quod prodigiose natus; matre sterili, angelo prænunci patre ad vocem angeli obmutescente, & jam nato puero ad ese deunte: & quod servatorem suum indigitavit, cum neuter adhuc cem conspexisset.

3. Quod mirabiliter educatus: in solitudine: locustis & me sylvestri victitans, & vestitu usus ex pilis camelorum, & zona, alter Elias.

4. Quod nec sine miraculo vocatus & designatus, patre, fi & Sancto Spiritu sese ei ad aquas Iordanis pandente.

5. Quod in munere suo divinum etiam zelum & robur præ tulerit: dulcis in consolando, gravis in arguendo, magnanimus tolerando. Vide acta ejus cum populo, Pharisæis, Herode.

6. Quod Domino suo fidelis & ejus gloriæ propagandæ perse diosus.

7. Quod exitum vitæ sortitus, qualem pii servi Domini solet tristem, si genus mortis spectes, (tyranno in gratiam meretricu saltantis caput auferente) sed glorioſum, si causam & præmium. E nim & ille pro castitate, justitia & servatoris gloria obiit: & Dom nus etiam hroibus eum suis carissimis & illustrissimis asscripsit: cu beatam memoriam nulla secula delebunt.

IV. Epilogus hortationem habeat ad similem zelum & constan tiam, Deoque pro tam salutari organo gratias agat, rogans ut po ro etiam dignos operarios vineæ suæ mittere velit.

VI. *Semiramis heroina, ex Diodoro Siculo, & Iustino.*

1. Exordium sumatur à reprehensione poëtarum, qui sexum m liebrem nimis acriter infectati, & quantum in ipsis, ex hominum n mero tollere studuerunt: cum inveniantur fœminæ non tantum bo næ & frugi, sed quæ ipsos viros sapientia & virtute vincant. Ta fuit Sara, Rebecca, Maria soror Mosis, Abigael, regina Sabæor Iuditha, Irene, & aliæ.

II. Propositio eodem refero Semiramidem Chaldæorum regina

II

III. Confirmatio agat de prudentia, magnificentia, & fortitudine Reginæ.

Prudentiam testantur 1. ratio qua ad regnum pervenit: ubi locus de simulationibus in gubernatione necessariis. Confer Tanaquilem, Tarquinii Prisci conjugem apud Livium. 2. Celeritas in reprimenda seditione Babyloniorum, ubi locus de seditionibus in ipso initio, & antequam consilium & vires capiant, sedandis. Vide Diodorum. 3. Humanitas in tractandis & conciliandis subditis. ubi locus de plebe inducenda & ducenda.

Magnificentiæ testimonia sunt Babylon exornata, & sepulchrum sumptuosum: ubi loci de studio principum erga civitates, (vide somnium Scipionis) & de religione sepulchrorum. (Vide Herodot. l. 1. Cicer. 1. Tuscul.)

Fortitudinis argumenta sunt tot expeditiones & triumphi: ubi exempla de similibus mulieribus bellicosis, ut Artemisia, Pentasilea, Semyri, Didone, Tanaquile, Cloelia, Camilla, Elisabetha Anglie regina.

IV. Epilogus sit in exhortatione ad juvenes, ut talium fœminarum virtutem & constantiam imitentur.

VII. *Semiramis bestia. ex iisdem auctoribus.*

I. Exordium sumatur à carmine Virgiliano:

--- Nimium ne crede colori.

Quandoquidem sæpe contingit, ut sub umbra virtutis maxima vitia lateant, quemadmodum de Alcibiade scripsit Iustinus lib. 5. & de Catilina Cicero & Salustius, de Manlio Capitolino Livius, de Gracchis Plutarchus.

II. Propositio. In his numerari posse Semiramidem, ætatis quidem flore, & formæ veneratione, & consiliorum audacia insignem, si intus spectetur, improbam mulierem, & bestiæ, quam homini similiorem.

III. Confirmatio quadruplex vitium perstringat.

Primum est astutia, qua 1. virum, eumque dominum suum, & ejus beneficio ex serva vili & muliercula regina facta, circumvenit; 2. admonitio ad principes, & alios, ne temere callidorum hominum postulatis annuant: Vide Cicer. ad fratrem: 2. Subditos decere, simulatione sexus & indulgentia cum scurrilitate conjuncta. Vide pro Cælio insectationem Cicer. in Clodium.

Alterum est injustitia in ciendis bellis non necessariis, & lædendis, quibus nunquam læsa erat: qualem libidinem etiam in Alexandro,

& aliis, auctores notarunt. Vide Plutarchum, Lucanum,

Tertium est luxus & vanitas in faciendis sumtibus inutilibus, quidem cum subditorum pressione & onere: ubi excursus de mod tione exactionum (Cic. 2. offic.) & de principe dignis impens templa, scholas, pauperes, propugnacula urbium, ad exempl Davidis, Solomonis, Hirami, Ezechiæ. Vide etiam Aristotel Eth. 2.

Quartum est libido horrenda in Eunuchismo contra naturam troducendo, & appetendo filio; quæ res etiam exitium ei matura ubi excursus de Pudicitia summo matronarum illustrium decor ornamento.

IV. Epilogus hortetur commilitones, ut à consuetudine tali mulierum abstineant, Deumque orent pro uxore pudica & mod

VIII. *Sardanapalus princeps pacificus. ex Diodoro Sicul*

I. Exordii loco querela sit de conditione principum satis mise qui tametsi faciunt, quod possunt, tamen non effugiunt lingua pennas mordaces calumniantium. Vide Cicer. ad Q. Fratrem.

II. Propositio: Idem accidit Sardanapalo optimo principi: se multis præter culpam suam male tractato.

III. Confirmatio laudet in Sardanapalo tres virtutes. Vt est

1. Prudentia & ἀυτάρκεια in præferenda pace certa incer victoriis & triumphis. Confer antecessorum inquietudinem, cru tas victorias, cum hujus quieto & florido regno. Vide locos de p & bello.

2. Humanitas erga quosvis, etiam mulierculas: quam co munis ocii osores mulierositatem vocarunt. Confer fastum alior regum cum hujus comitate & facilitate.

3. Fortitudo in defendenda urbe fere per triennium: in a ter vincendo: denique cum fatis se urgeri videret, in servitute tu morte egregia redimenda. Vide locum de αὐτάρκειᾳ & morte t pitudini anteponenda.

IV. Epilogus sit paræneticus, ut modeste de regibus loquam & Sardanapalum imitantes, tranquillam & tutam magis, quam ficilem & periculosam vitam amemus.

IX. *Sardanapalus vir muliere corruptior. Iustin.*

I. Exordium sumatur à contrario, hoc est à qualitate boni principis, ut Plato definit, & veterum hieroglyphica figurant: cujusmodi sunt Solomonis solium leonibus innixum, Romanorum aquila, Alfonsi regis Arragonum Pelicanus.

II. Propositio. Ab his boni principis imaginibus Sardanapali vita prorsus dissidet.

III. Confirmatio sit quadruplex, totidem vitia complexa.

1. Superbia est, ex ipso nomine conspicua. Etenim Sardanapalus excelsus Dominus, & eversor, cum nihil minus esset. Hic locus communis patet de mortalium vanitate & stultitia, qui magna nomina & titulos ostentant, virtutis vix umbram habentes.

2. Mollities & intemperantia: quam indicant habitus muliebres, sodalitium, studia, ipsumque adeo symbolum & epitaphium. Aristot. in Ethic. Cicer. in Tuscul. Plutarch. in Sympos.

3. Negligentia & ignavia in administrando regno.

4. Desperatio & interitus: ubi locus de mutationibus regnorum, propter principum vitia.

IV. Epilogus sit in hortatione ad rogandum Deum ne reges & magistratus det pueros, (ut apud prophetam minatur) sed qui judicio & virtute valent.

X. *Alexander M. rex prudens.*

I. Exordium sumatur ab officio Scholarum in celebranda præstantium virorum memoria: quam ob causam veteres unam ex Musis Mnemosynen dixerunt. Maxime autem hoc principibus, qui Scholas amarunt, & de juventutis studiis bene meriti sunt, deberi: in quibus fuerit Alexander, gratissimus & liberalissimus princeps in præceptorem Aristotelem.

II. Propositio.

Cum autem non possint omnes Alexandri laudes uno tempore recenseri, in præsentia de ejus prudentia agendum.

III. Confirmatio hoc syllogismo includatur.

Prudens rex laude dignus est,
Alexander fuit rex prudens.
E. laude dignus.

Propositionis loco ostendatur, quam necessaria sit regibus prudentia,

& quam reipubl. utilis: ubi & comparationes illustres erunt cum culo, sole, nauclero, auriga, præceptore, viæ duce &c.

Assumptio demonstretur ex prudentiæ causis & effectis, iisque Historia Alexandri apud Curtium, Plutarchum, Iustinum; ut quæ

1. Præceptores habuit doctos Leonidem & Aristotelem.

2. Ipse philosophatus, cujus rei testes epistolæ apud Aristotelem. Vide Gellium.

3. Habuit in precio Homerum.

4. Præceptores, & alios viros literatos plurimum coluit. V de quæ de Aristotele, Pindaro, & aliis narrantur.

5. Puer dum egregia sagacis indolis signa dedit. Vide quæ Bucephalo, legatis Persicis, & similibus feruntur.

6. Bellum Persicum susceperturus, res prius domi & in Græ componit: comparat exercitum idoneum: occupat loca opportun militum animos donis magis conciliat. Compara, quæ de Car scribit P. Ramus, in ejus Militia.

7. In rebus agendis in consilium adhibet viros prudentes.

8. Ipse etiam in oraculis, prodigiis & omnibus interpretand sagax. Vide quæ de statua Orphei, de Satyro Tyrio, de Iaddo S cerdote Iudaico, & similibus leguntur.

IV. Peroratio 1. concludat laudem sapientiæ Alexandri: 2. ho retur adolescentes nobiles ad Alexandri amorem erga literas imita dum: 3. Denique preces dicat pro magistratu sapiente & non puer

XI. *Alexander M. rex justus.*

I. Exordium sumatur ab ipsa propositione. Audivistis de prude tia Alexandri: ego de justitia ejusdem dicam.

II. Confirmatio, post thesin de hujus virtutis necessitate, utpo cum qua stet & cadat respubl. 2. documenta afferat justitiæ Alexa dri.

1. Fuit pius: quippe semper rem divinam fecit, antequam a quid ordiretur: iturus in Persas diis libat: parcit sacerdotibus Th banorum, & Hierosolymitanorum: ulciscitur percussorem patr in summo honore habet matrem: Negat præceptoribus referri po dignam gratiam: Aristotelem & Leonidem magnis præmiis orn Diogenem morosum Philosophum patienter fert: parcit in honor literarum familiæ & posteritati Pindari. Neque negligit milites amicos: ante expeditionem alia aliis donat, unde si quid in bello h manitus ipsis accideret, conjuges & liberi vitæ subsidia haberent:

dem victo Dario ingentia munera dat. In judiciis & causis litigan-
iam alteram aurem rei integram servat. Postremo in ipsos hostes æ-
gus & bonus. Vide quæ de Timoclea, de Darii matre & familia cap-
a, de percussore Darii prodita.

III. Epilogus vertatur in hortationem ad principes & magistra-
us, ut hæc exempla justitiæ imitentur: addito pro tali magistratu
oto.

XII. *Alexander rex magnanimus.*

I. Exordii vice sit ipsa propositio. Audivistis de Alexandri M.
stitia: accipite nunc de animo ejus forti & generoso.

II. Confirmatio 1. commendet hanc virtutem propter regiminis
ficultates & molestias: 2. afferat argumenta.

1. Fortem principem Alexandrum futurum præsignificatum
it patri, quando in somnio bullam vidit cum leonis imagine conju-
is utero affixam: tum ea die, qua natus est, duæ aquilæ tota die
rpetes, supra culmen domus paternæ sederunt, mater etiam pri-
a conjugii nocte vidit in quiete fulmen sibi in uterum illabi, &
ox incendium emicare, in flammasque diffundi: denique vates bel-
s insuperabilem fore cecinerunt: unde longo tempore ante Danieli
rdi figura repræsentatur.

2. Apparuit indoles generosa statim in ipsa pueritia: Dolet,
oties de patris victoriis audit: nec vult nisi cum regibus certare.

3. In bellis qualis fuerit, tot prælia ostendunt in Græcia, Per-
a, Phœnicia, India non minus fortiter quam feliciter gesta.

4. Nec togata virtus defuit. 1: Quoties à gravioribus nego-
is intermissio dabatur, venatione se exercebat: 2. Initia imperii sa-
difficilia animi magnitudine potius, quam assentationibus popu-
ribus tuenda censuit: 3. Demosthenis in juventutem suam cavillum
rtute refutare studuit: 4. Quam cupidus gloriæ & bonæ apud po-
eros famæ esset, ad tumulum Achillis declaravit. 5. Idem testantur
eræ ad Darium. 6. Calumniatores suos & maledicos patienter tu-
, regium esse, inquiens, benefacientem male audire. 7. Mori-
ndus successorem testamento instituit non sanguine, sed virtute
gnissimum &c. Adde πάθος de tam generosi & invicti animi
ide.

III. Peroratio hortetur auditores, ut si non fortuna & imperio
eant, saltem animo Alexandrum imitentur, nihil amantes, quod

non pulchrum & honestum sit, in eoque persequendo nullos labore nulla pericula recusantes.

XIII. *Alexander rex moderatus.*

I. Exordium sit à generali commendatione temperantiæ; qu ideo Græcis σωφροσύνη dicta, quod mentem integram & sanam pra stet.

Vnde liquet præ cunctis mortalibus reges esse, quibus hac virtu opus: cum & facile abuti fortuna sua possint, & ii id committan tota secum imperia pessum dent.

II. Propositio. Fuit Alexander multis insignibus virtutibus præd tus, ut ex commilitonibus auditum: mihi vero præ cæteris ejus m deratio & temperantia placet.

III. Confirmationis loco hæc esse possunt.

1. Adolescentiam sobrie & caste egit.

2. Achillis quam Paridis cytharam mavult.

3. Darii matrem, uxorem, & filias pulcherrimas virgines b nigne ac pudice accipit. Idem facit Roxani, & Porum hostem inc lumem in regnum remittit.

4. Vt in præliis invictus est, ita contra modestus in victor Darii cædem lacrymis prosequitur.

5. Non pecuniæ sed gloriæ cupidus.

6. Despicit reginæ Cariæ coquos.

7. Sitiens ab itinere & prælio bibere recusat, cum non supp teret, quo exercitum reficeret.

His castitatis, clementiæ, & abstinentiæ documentis exposit addatur prolepsis ad excusandas extremitates regis, iracundiæ ma me & temulentiæ, culpa rejecta partim in importunitatem, parti in adulationem suorum, partim denique in communes lapsus pri cipum.

IV. Peroratio repetat laudationem: addita exhortatione ad fir lem moderationem.

XIV. *Alexander degener.*

I. Exordii loco sit querela de rerum humanarum, atque adeo i sius virtutis inconstantia.

II. Propositio.

Testis hujus rei est Alexander M., quo ut initio nihil in toto re

no pulchrius fuit, sic postea tandem nihil exstitit fœdius.

III. Confirmatio tria potissimum vitia exagitet.

Primum est superbia, quando 1. non Philippi sed Iovis filius haberi, 2. & adorari vult, 3. spretoque habitu patrio, habitum Persicum, & diadema insolitum antea in regibus Macedonicis induit. Adde his stultam sophisticam & collusionem cum Sacerdotibus Ammonis, & sui ipsius vulnerati irrisionem.

Alterum est tyrannis & crudelitas in milites: in amicos optime meritos, Parmenionem, Philotam, Amintam, Attalum, Eurylochum, Pausaniam, Clytum, Callisthenem, Lysimachum, aliosque Macedoniæ principes: imo antea etiam in ipsam novercam & fratres: ut quæ dementiæ interposita facinora, simulata tantum & accommodota temporibus fuisse videantur.

Tertium est luxuries & intemperantia, tam gulæ, quam Veneris: ad quæ peccata etiam populares mandatis & præmiis sollicitat: donec tandem apud compotorem & medicum suum Thessalum ex immodicis poculis mortem haurit, quod jam pridem Danieli vati imagine Pardi præfiguratum fuerat. Addatur πάθος de rerum humanarum inconstantia.

IV. Epilogus sit paræneticus de his vitiis vitandis.

XV. *Pub. Cornelius Scipio Africanus, exemplum laudati principis. ex 3. & 4. Decad. Livii, & Plutarcho.*

1. Exordium sumatur à thesi, hoc est, commendatione historiæ, ut quæ exempla illustria præbent rerum tum agendarum, tum fugendarum.

In his merito numeramus historiam P. Scipionis, ejus qui primus Africanus dictus.

In hoc enim viro omnia fuere, quæ in laudato principe requiri possunt: sive natales & educationem excellenti viro dignam, sive virtutes heroicas spectes.

II. Propositio.

Proinde non ingratum condiscipulis fuerit, si de hoc P. Scipione nonnihil in medium afferam.

Rem autem in pauca contraham. Neque enim universam historiam contexere animus est, quod ab aliis abunde factum, sed illud tantum probare conabor, quod modo dictum: Publ. Cornelium Scipionem exemplum esse laudati principis: quo consilio à Xenophon-

phonte Cyrum Persam memorari putat orator Romanus.

Rogo igitur, ut cum bona venia audiatis.

III. Confirmatio sumatur à parentibus, educatione, forma corporis, & virtutibus Scipionis.

1. Parentes.

Principio multum ad decus magni viri facit nobili loco natum esse. Vide Plutarch. de educat. & Campos Rhetorum.

Scipionis igitur patrem fuisse constat P. Scipionem virum patritium, ex nobilissima Corneliorum gente.

Patruum habuit Cornel. Scipionem: cujus filius fuit P. Cornel. Nasica.

Frater fuit L. Scipio.

2. Educatio.

Hos natales habuit Scipio. At fit plerumque, ut (quod proverbio fertur) heroum filii noxæ sint, si desit educatio justa. Plato 6. de Republ. P. Ramus in Catil. Videamus igitur, quibus studiis prima Scipionis ætas dedita fuerit.

Duo sunt, quibus reipubl. principem instructum esse oportet, literæ & arma.

In literis usus est Ennii opera. Cicer. pro Archia. Erat enim istis temporibus poëtarum nomen sanctius, quam nunc. Quare non aliis, quam poëtis magistris principum liberi utebantur. Cic. pro Arch.

Militiæ tirocinium fecit initio belli Punici secundi, septimum & decimum annum agens, sub summo viro & imperatore P. Cornelio patre.

3. Forma corporis & eloquentia.

Ita natus, ita educatus Scipio fuit. Videamus nunc dotes, quas partim ei natura, partim industria conciliavit.

Multum ad amorem & auctoritatem principis conducit externa species & forma corporis. (Vide exempla.)

Erat Scipio præstans pulchritudine oris, & totius corporis forma conspicuus, læta atque hilari fronte, & habitu virili, & cæsarie promissa utebatur. (Compara cum Ænea Virgiliano 1. Æneid.)

Hanc corporis majestatem augebat admiranda facundia. Vide acta cum populo, ubi jam recens Hispaniæ Imperator designatus: cum milite seditioso ad Sucronem: cum Syphace, cum Masanissa.

Quare non immerito eloquentia flexanima à veteri poëta dicta, & majestatis corona habita.

4. Virtutes, ut prudentia, justitia, fortitudo, temperantia. Sed hæc mittamus. Sæpe enim improbis quoque contingunt. Fuit mor-

mortalium pulcherrimus Absolon: heroica corporis excelsitas data erat Sauli: facundus sat fuit Catilina: sed omnes inter suos pestes fuere. Virtutes Scipionis & ornamenta animi, & præclara facinora contemplemur.

Prudentia.

Plurimum juvat principem prudentia & rerum agendarum circumspectio.

Quæ virtus, quanta in Scipione fuerit, res ejus gestæ arguunt.

In Hispaniam simul atque venisset imperator, fortissimum virum Lucium Martium, ejusque exercitum sibi conciliat.

Initium belli facit à totius regionis præcipua urbe Carthagine nova.

Seditionem Sucrone motam mira celeritate sedat.

Illic rebus bene gestis salutare consilium senatui dat de bello in ipsam Africam transferendo: cujus rei potestatem nactus omnia summa diligentia præparat: conciliat sibi Africæ regulum Masanissam: dissimulat, quod de Syphacis immutata voluntate acceperat. Petit Vticam commodissimam institutis suis urbem: Masanissam amore Sophonisbæ irretitum auctoritate sua in officio retinet &c.

Iustitia.

Sed solertia animi quo major, hoc suspectior remota opinione probitatis. Quid igitur?

Fuitne in ullo homine (de gentili loquor) major pietatis & justitiæ observatio?

Cum privatus adhuc esset, singulis diebus in Capitolii æde visus est. Carthaginem novam obsidens, militem à Deo pendere jubet, capta urbe Deo gratias agit: idem facit bello defunctus.

Sed erga homines qualis? Patrem ad Ticinum cum capitis sui periculo servat.

Rex ab Hispanis salutatus, vocem istam Romanis auribus infestam subito opprimit.

Triumphi honorem patriæ condonat.

Milites Syracusanis reddere jubet, quæ abstulerant.

Patriæ, quam filio ab Antiocho capto, consultum maluit.

Postulatus à Tribunis invidis, sponte in exilium abit, injuriis suis tranquillitati patriæ concessis.

Obsides Hispanorum gratis dimittit.

In gratiam recipit Indibilem hostem.

Dolet casum Syphacis.

Victor moderatas conditiones dat Carthaginensibus.

Impe-

Impetrat tolerabilem pacem Antiocho. Hujus est divina illa vox: Malle se unum civem servare, quam mille hostes occidere.

Fortitudo.

Neque tamen ita humanus & bonus fuit Scipio, ut non fortis quoque & hostibus formidabilis esset. Hæc animi magnitudo etiam in adolescente emicuit.

Canusii adolescentes nobiles patriam deserturos stricto gladio retinet.

Patre & patruo sublatis, cum qui succederet, non esset, ipse ultro se offert.

Hispaniam omnem Pœnis ferro adimit: cum Syphace, cum Asdrubale, cum ipso Annibale dimicat.

Carthaginem imperii Romani æmulam vectigalem facit.

Fratri adjunctus Antiochum potentissimum Syriæ regem magna regni parte mulctat.

Dicam paucis: Scipionem Africanum, nec secundæ res efferre, nec adversæ frangere potuere.

Nam de ejus sedulitate, & vigilantia, quid attinet dicere? nunquam enim minus ocioſus erat, quam cum esset ocioſus, ut Orator ait 3. offic.

Temperantia.

Hanc invictam animi vim, morum ornavit castitate & continentia, nemini malus, omnibus bonus & facilis existens.

Notum est, qualem se erga virginem captivam & ejus sponsum: erga Masanissam temere nupturientem: erga Antiochum & alios gesserit.

Gloria & auctoritas.

Talis cum vita esset Scipionis, & mores: quid mirum eum apud cunctos mortales summo in amore & honore fuisse? ut quocunque proficiscereturr, concursum omnis generis hominum moveret.

Vide Luceii, Hispanorum, Afrorum, Masanissæ, Syphacis, Antiochi, Romanorum ipsorumque adeo prædonum, cum Lanterni exularet, de eo voces & judicia.

In his omnibus imitari poteris Ciceronis orat. pro lege Manilia, ubi ex iisdem campis Pompeium suum ornat.

IV. Peroratio summam repetat orationis, & pro nostro magistratu precetur.

XVI.

XVI. *Septem funes Delilæ, de quibus Iudic. 16. papatui accommodati.*

I. Exordium sumi potest ab analogia Delilæ & papatus. Vbi primum Delila describatur, quod meretrix fuerit: quod avara pariter & astuta: quod Samsoni robustissimo viro se insinuarit, & captum armis Philistæorum objecerit. Deinde accommodetur Papæ, qui in Apocalypsi meretrix dicitur, propter scortationem spiritus & carnis, omnia venalia habens, astutus, & armis principum ad tyrannidem suam abutens.

II. Propositio sit: quod missis cæteris, in præsentia de septem primariis laqueis, quibus Papa hominum mentes capit, & ligat, dicturus.

III. Expositio de singulis aget, ita ut primum opinionem papalium probet, deinde refutet.

Primus laqueus est, quod Laicis (ut vocant) lectione interdicunt sacrarum literarum, scilicet ne fraudes eorum pateſcant. Recense hic prætensiones papistarum, quod scriptura obscura sit, ambigua, vulgo inutilis, imo sæpe etiam pernicio sa. Deinde refuta testimoniis, & rei ipsius iniquitate: Pugnat enim cum mandato Dei, cum ratione, cum legibus cujusque reipubl. quas civibus notas esse oportet.

Alter laqueus est auctoritas Papæ, quem non tantum omnibus regibus anteferunt, sed ipsi etiam Deo adæquant: scilicet qui sit caput Ecclesiæ visibilis, petra, de qua Dominus Matth. 16. successor Petri, Christi vicarius, claves cœli & abyssi habens, & ab omni errore purus. Hic errores Papæ confer cum veritate scripturæ: arrogantiam ac luxum ejusdem cum Christi & Apostolorum humilitate.

Tertius laqueus est hypocrisis vitæ monasticæ, qua incautam ætatem, tanquam polypus pisces ad se trahunt. Examina 1. hoc loco nomen Μόναχος, sive à μόνος & ἄγω, sive à μόνος & ἄχος ducas: 2. vota paupertatis, castitatis, obedientiæ, cum contraria praxi confer.

Quartus laqueus est depravatio articuli de justificatione, quam usque adeo meritis hominum asscribunt, ut ea ipsum formale vocent justitiæ, scilicet propter nundinationes suas. Tu contra veras justitiæ causas edissere. Impulsiva & prima est Dei misericordia: Promerens mors Christi: organica, fides: formalis, imputatio justitiæ Christi.

Quintus laqueus est invocatio sanctorum. Vide Ierem. 2. 28. Exod.

Exod. 20. 4. Huc pertinent peregrinationes ad sepulchra sanctorum Nota etiam, quod Papa potestatem habeat sanctos creandi, quem admodum olim senatus Romanus Deos faciebat.

Sextus laqueus est denegatio absolutionis, nisi peccata omnia sa cerdoti pronuncientur: imo de gravioribus peccatis solus Papa dispo nit: qua major carnificina conscientiis dari non potest.

Septimus laqueus est mutilatio cœnæ, & transformatio in sacrifi cium piaculare: quod cum institutione Dei & vetustatis piæ exempl pugnat.

1 v. Epilogus 1. papatum detestetur: 2. gratias agat Deo, qu ex his tenebris nos redemit: 3. precetur, ut Ecclesias nostras contr tyrannidem papæ tueri, nosque in veritate sua confirmare velit.

XVII. *De Antichristi Romani facie agnina, & corde lupino: id est de ejus fraude & tyrannide.*

1. Exordium sumatur à paræneſi servatoris, qua monet, ut ca veamus nobis à falsis prophetis, quod astuti sint, qui foris oves simu lantes, facile circumvenire incautos queant: & quod iidem crudele & intus tanquam lupi rapaces, qui nos fortunis simul & vita privar cupiant: plane patri suo diabolo similes, qui Domino attestante mendax & homicida fuit ab initio.

11. Propositio bimembris esto. Quod cum ita sit, agam hac vic de hæresiarcha & omnium falsorum vatum principe Papa Romano & ostendam duo: primum quod in Ecclesia agnum agat, sed menda cem: deinde quod re vera lupus sit vorax: ut perspectis ejus dolis avaritia, ambitione & tyrannide, non pro vicario Christi, quem falso jactitat esse, sed pro hoste & adversario Domini eum habea mus.

111. Confirmationis pars prima duo pertractet: quod agnus vi deri velit (ut quoque in Apocalypsi est) nec sit tamen.

Vt vero videatur, utitur titulis speciosis; quod sit caput Eccles visibilis: sancti Petri successor: servus Iesu Christi: pater fidelium

Qua in re egregie subserviunt ei parasiti sui, opimis sacerdoti conciliati: qui auctoritatem, dignitatem & merita ejus supra mo dum extollunt, imo ipsi cum Deo exæquant, ut ex scriptis illorum patet.

Mendacem autem & falsarium esse facile probabis, crassissimos perniciosissimos errores, quos Ecclesiæ pietatis specie obtrudit, re censens. Inductio talis sit.

Prim

1. Primo enim fundamentum religionis Christianæ diruit, quando pro infallibili verbo Dei, per prophetas & apostolos nobis tradito, opiniones & traditiones suas ostentat: scilicet quia scriptura obscura, ambigua, insufficiens, imo multis materies hæresium sit.

2. Fundamento convulso, partes singulas verbi divini aggreditur, quæ sunt Lex & Euangelium: addendo, detrahendo, mutando, quod lubet.

Contra primum præceptum, præter unum Deum, etiam angelos & defunctos homines invocari vult: quod illuminati à Deo sciant quid velimus: quod sensu afficiantur necessitatum nostrarum, deinde quod eorum intercessioni Deus ob sancta in hac vita merita locum det. Huc refer aquam benedictam, sputum salutare, ceram sacratam, panem oblatum, agnum Dei, (ut vocant) chrisma sanctum, crucem ligneam, Mariam reginam cœli, sanctorum reliquias, & similia, quibus superstitiosi homines salutiferam vim asscribunt.

Secundum præceptum prorsus elidit, interim templa, sacraria, cellulas, plateas, angiportus, agros, urbes, libros sanctorum imaginibus, quæ thure, candelis, osculis, colendæ, replens: videlicet, quia ita memoria illorum renovetur, & per illas ipsi sancti honorentur, & simulacra rudioribus pro libris sint.

Tertium præceptum violat, quum per creaturas jurat, & jusjurandum pro lubitu solvit.

Contra quartum agit, ubi ex die dominico, qui pio consilio ab apostolis in locum diei septimi substitutus, Sabbatum Pharisaicum facit: imo hoc non contentus, tot dies festos in honorem sanctorum addit, ut fere tertia pars anni in ocio & ejusmodi superstitiosis feriis transigatur.

Quintæ legi repugnant, quod liberi in parentes, subditi adversus magistratum concitantur, idque sub prætextu obedientiæ erga Ecclesiam: quod item ordinis sacri homines cum ludibrio religionis variis privilegiis donantur, & ab omni obedientia civili eximuntur.

In legis sextæ fraudem reis scelestissimis specie clementiæ paternæ asyla dantur, homicidis indulgentiæ venduntur, sicarii in cædes regum & principum subornantur. &c.

Septimæ legi adversatur, quod clericis conjugium interdicitur, fortandi tamen licentia concessa, idque sub specie castitatis devotæ: quod cum incestis dispensatur.

Contra octavum præceptum tot myriades aluntur ociosorum virorum, & quidem bonis Ecclesiæ, partim fraude, partim vi paratis, idque propter votum paupertatis spontaneæ.

Lex nona multiplices literarum ſacrarum corruptelas, & tot i nocentum hominum, quaſi hæreticorum, ſupplicia accuſat.

Vltimæ legi repugnat, quod peccatum originis negatur: qu concupiſcentiam minime damnabilem eſſe contenditur.

Quid multis? extenuando rigore legis, & freno dato libidinib & ſpe veniæ indulgentiis propoſita, omnis ſancte vivendi fervor e ſtinguitur.

3. Atque ita decalogum, qui æternus, Papa quantum in ip abrogat: E contrario, ceremonias, quibus Chriſtus finem impoſu ex Iudaiſmo inſtaurat, additis etiam nonnullis ex paganiſmo. Hi manant ſacrificium miſſæ, ut vocant, aqua luſtralis, quadrati pile amiculum linteum, pleræque veſtes ſacerdotales, tonſuræ, altar diſtinctiones dierum & ciborum, operoſiſſimo apparatu ſacræ ſupe lectilis; nimirum quia inde religio & ſacri ritus, qui per ſe ſimplice ſplendorem & auctoritatem capiant.

4. Habetis de Lege: Quid Euangelio? Certe illud totum doctrinam operum transformatur; quando juſtitiam, quæ cora Deo conſiſtat, non ab uno Chriſto petere, ſed mereri, aut ſalte mercari jubemur, quando interceſſori Chriſto tot ſanctuli adjun guntur: quum pœnas poſt hanc vitam luendas precio & parentatio nibus à ſacrificulis factis redimi poſſe perſuademur.

5. Qua de cauſa & novæ formulæ precum, quibus ſancti invo candi, præſcribuntur: & ſacramenta baptiſmus & cœna in theatri ca ſpectacula abeunt: vinum laicis denegatur: panis circumgeſtatu adorandus.

Conſtat hinc, quam variis modis hæreticus Romanenſis mentia tur, & quam periculoſe: ad quæ tamen fucanda nunc auctoritatem ſibi divino humanoque jure conceſſam: nunc conſenſum patrum, & morem Eccleſiæ: nunc miracula ementita: nunc apparitiones ſpec trorum, nunc alia affingit: atque ita veritas religionis laborat.

Sequitur, ut oſtendatur, eundem Antichriſtum lupum agere avaritia nempe, ambitione & crudelitate.

1. Avaritiæ inſatiabilis nota eſt inde, quod totius propemo dum orbis opes per miſſarum, indulgentiarum, & dignitatum Ec cleſiaſticarum nundinationem ad ſe pertrahit.

2. Ambitio liquet, quum ſupra omnem magiſtratum vult eſſe omnes religioſe ſibi adjuratos: omnibus imperare; vetare, ordinar abrogare omnia pro libitu.

3. Crudelitatem tot Eccleſiæ orthodoxæ perſequutiones: to piorum martyrum ſupplicia: tot bellorum incendia loquuntur: qu omni

omnia tamen comparari non possunt cum tot miserarum conscientia-
rum carnificina & desperationibus. Quid enim consolationis certæ
peccator habeat, nunc huc, nunc illuc missus, & in meritis sive suis,
sive alienis solatium quærere doctus, Christi satisfactione præterita,
ut in dubium vocata?

In his tractandis ita versabere, ut capita accusationis ex scriptis &
historia Antichristi probes; prætensiones è sacris literis refutes; frau-
des & tyrannidem ex historiis demonstratam locis commodis detes-
teris.

IV. Epilogus 1. hortetur auditores, ut papatum toto animo ode-
rint: 2. gratias agat filio Dei pro luce Euangelii, rogetque ut bene-
ficium istud nobis servet, Ecclesiam tueatur, & nos Spiritu suo ju-
vet, ut in agnita veritate persistentes vitam degamus tanta luce dig-
nam: sobriam, justam, piam.

CAP. II.

In laudandis aut vituperandis factis.

I. *Moses jam grandis per fidem renuit vocari filius filiæ regis.* Hebr. 11.

I. EXordium habeat querelam de hodierni temporis moribus, ubi
multi propter commoditates vivendi à nostris Ecclesiis transe-
unt ad adversarios, cum æternæ salutis jactura.

II. Propositio.

Idem ne nobis accidat, perutile est sanctorum hominum constan-
tiam sæpius considerare. In his Moses primas tenet. De quo sic Apo-
stolus: Moses jam grandis factus, fide negavit, se esse filium filiæ
Pharaonis; malens affligi cum populo Dei, quam ad tempus retinere
peccati fruitionem, thesauris Ægyptiorum divitias majores arbitra-
tus probrum Christi: intuebatur enim in præmii largitionem. Hoc
illud exemplum est, quod omni laude dignum putemus.

III. Confirmatio sumatur à difficili, pio, utili.

Difficilia hæc erunt:

1. Deserere tam splendidam vivendi rationem, qua ut nepos
regis uti frui potuisset. Vide hic quid vulgo fiat opum, honorum &
voluptatum causa, quibus aulæ abundant.

2. Adjungere se iis, quibus omnia contraria erant. Describe
hic duram servitutem populi Israëlitici, orbitatem liberorum, la-

bores, ærumnas, gemitus, tot locis in ſacris literis miſerato

3. Exilium ſubſequutum per totos annos 40. quod ipſum qu que non exiguas difficultates & moleſtias habuit. Adde πάθος fo titudinis Moſaicæ.

Pietatis hæc fuerunt:

1. Seceſſione iſta fidem ſuam de Deo majorum ſuorum, ejus promiſſis, de ſervatore generis humani, de ſtatu Eccleſiæ tu in hac tum in altera vita confitetur.

2. Non vult communicare cum Ægyptiorum peccatis, in qui bus tum præcipua erant abominanda idololatria, & barbarica ty rannis.

3. Populo ſuo animum addit, & exemplum præbet conſtantiæ quod omnis pia poſteritas intueatur. Adde Πάθος pietatis & fi duciæ Moſis.

Vtilitatis rationem hæc habent:

1. Conſulit ſuæ conſcientiæ, fugiens occaſionem peccandi.

2. Accipitur ab ipſo Deo, iiſque ornatur præmiis, præ qui bus univerſa mundi gloria nihil eſt.

Inſtitue hic antitheſin utriuſque ſtatus Moſis.

Pro filio tyranni fit amicus & interpres optimi maximi Dei, & to prodigiis & factis ſtupendis honoratur.

Ex duce impiorum fit dux ſancti populi.

Pro temporalibus opibus, gloria, & voluptatibus carnis, habe theſauros cœli, gloriam apud pios homines, apud angelos, apu ipſum Deum, eamque immortalem, denique lætitiam & vitam æ ternam. Adde πάθος de vanitate mundi, & piorum præmiis apu Deum.

IV. Epilogus ſit ἀξίωσις, ut ad exemplum Moſis non car nalia, ſed cœleſtia ſapiamus: id quod à Deo optimo Maximo pre candum.

II. *David parcit Sauli hoſti. 1 Sam. 24. Hæc oratio ſub proſopopœia Ionathanis filii, ad imitationem orat. Cicer. pro M. Marcello, repræſentari poteſt.*

I. Exordium ſumatur à συμπαθείᾳ Ionathanis erga Davidem ami cum, propter patris in eum odium injuſtum.

II. Propoſitio ſit: Multa à Davide laudabiliter eſſe geſta; ſed ni hil laudabilius eo quod parentem incolumem dimiſerit.

III. Confirmationis loci ſint à difficili, honeſto, utili.

1. Dif-

1. Difficile est hostem, sanguinem nostrum sitientem, impune dimittere, præsertim cum causam justam odii is non habeat. Hic exprime ingenuitatis Ionathanis, libere de injuriis & iniquitate patris confitentis.

2. David habuerat summam facultatem sui ulciscendi, & quidem non sine providentia divina, prætereaque ut occasione uteretur, qui eum incitarunt.

3. Potuisset cæde regis exilio & cunctis miseriis suis finem imponere, & recta via ad regnum destinatum pervenire.

4. Pepercit autem Regi, pio affectu ductus erga Deum & magistratum.

5. Qua ratione famæ suæ consuluit, & exemplum dedit saluberrime de non lædendo magistratu, & ratam fecit doctrinam Ecclesiæ, regem populo Israelitico divinitus dari.

6. Vnde dubium non est, quin ipse tandem Deus Davidem tanto majori cum gloria & honore vindicaturus sit: quod tempus patienter exspectandum. Hic quasi vates Davidi repræsentat instantis liberationis & regni futuri gloriam.

IV. Peroratio partim gratiarum actio est de parente servato: partim consolatio, ut exigui temporis molestias patienter, ut hactenus, tolerare pergat, Deo & causa bona fretus: partim denique promissio fidei & amicitiæ constanter tuendæ.

III. *De Nativitate Domini, ad ejusdem pro Martello orationis imitationem.*

I. Exordium sumatur à tempore.

Diuturni luctus Ecclesiæ finem hodiernus dies attulit.

Quo celebramus memoriam filii Dei in carne exhibiti.

Quod tempus veteres anxie exspectarunt, nos autem per Dei gratiam assequuti sumus.

Ersi autem ne angelica quidem eloquentia, ne dum mea infantia tantæ rei prædicandæ sufficit: tamen tacere non possum, auctoritate, exemplo, & officio piorum ductus.

II. Propositio.

Sæpe Deus magna beneficia homini contulit: nunquam autem majus, quam quod nobis suum filium dedit.

III. Confirmatio constet triplici collatione.

Prima sit rerum, hoc est beneficiorum aliis temporibus præstitorum: ut primis parentibus in paradiso: Noæ in diluvio: Lotho So-

domæ: populo Israelitico contra Ægyptios, Assyrios, Hamane Antiochum. Quæ beneficia magna quidem fuerunt, sed tamen reliquos mortales non pervenerunt, nec ad salutem sufficerunt. Christus Iesus omnibus datus est salutis auctor: & ab omnibus m liberat; nec hujus beneficii usuram ulla vis aut injuria intercipere bis potest.

Comparatio altera sit auctoris Dei, qui nusquam magis, quan opere redemtionis nostræ suam sapientiam, justitiam, bonitate & potentiam commendavit.

Tertia comparatio sit consequentium.

Nam cætera beneficia sæpius in luctum mutata sunt; de hoc v lætantur non homines tantum, sed ipsi quoque angeli, & diabo obstupescit.

IV. Epilogus vertatur in gratiarum actionem ad Deum pro d Filio: addita precatione pro hujus beneficii complemento in lib randa Ecclesia ab hostibus omnibus.

NB. Confirmatio sic etiam institui potest:

1. Quod Deo hoc beneficium maxime glorioſum sit: quip in quo præ cæteris ejus justitia & bonitas eluceſcant.

2. Quod insperatum, & prope cum ipsa natura Dei pugnan peccatorem in gratiam recipere.

3. Quod homini maxime salutare: ut qui non tantum recup ravit, quæ miser perdiderat, sed multo majora bona nactus, nim rum communionem & propinquitatem cum ipso Deo.

IV. *Solomon sapienter egit, sapientiam à Deo petens ad populum regendum.* 1 *Reg.* 3.

I. Exordium sumatur à thesi, sive usu historiæ in universa vit Summa sit in illo Ciceronis: Historiam magistram esse vitæ.

II. Propositio subsumat hypothesin. Inprimis vero utilem esse eram historiam: quod cum multis exemplis demonstrari possit, hac vice è Solomonis historia meditandum propositurum sapiens ej & omni imitatione dignum votum.

III. Narratio breviter exponat 1. ut pater David, cum jam p præceptis filium imbuisset, hanc vitam cum cœlesti commutar 2. ut Deus Solomoni novitio regi potestatem fecerit petendi quo vellet: 3. ut Solomon sapientiam petierit, & eam, qua populum ju dicare, & discernere posset inter bonum & malum: 4. ut Domi re

ea placuerit, qui & sapientia, & omnibus aliis bonis Solomonem cumulavit.

IV. Confirmationis summa sit: quod ad gubernationem nihil necessarium magis sit, quam sapientia. Hoc illustrabis 1. à subjectis artibus sapientiæ civilis, ut sunt Religio, leges, mores & consuetudines, denique ipsa arma: in quibus administrandis plurimum prodest sapientia, nocet insciti & temeritas: 2. similibus naucleri, aut ducis &c. 3. Exemplis in utramque partem.

V. Peroratio 1. gratias Deo agat pro magistratu prudenti; 2. petat à Domino sapientiam ad officium faciendum necessariam.

Alia dispositio ejusdem thematis.

I. Exordium sumi potest à fabula de Mida, qui à Baccho petiit, ut in aurum verteretur, quicquid attigisset: cujus stultitiæ eum postea pœnituit. Ovid. 11. Metam. Natal. Mythol. 9. cap. 15.

II. Propositio.

Rectius fecit Solomon, sapientiam à Deo, petens, ad recte gubernandum populum.

III. Confirmatio sumatur ab honesto, utili & difficili.

Honestatis loco sint 1. quod ipse Deus, cujus judicium verissimum est, Solomonis votum approbavit: 2. quod rege, qui tanquam oculus est reipublicæ, nihil dignius.

Ad utilitatem pertinet 1. quod sapientia sit caput omnium rerum bene agendarum: in œconomia, schola, Ecclesia, republ., armis: quod declarari potest exemplis & contrariis: 2. fundamentum auctoritatis & gloriæ.

Ad difficultatem refer ætatem Solomonis: quæ gloria ornata, voluptatibus capta, à parasitis circumventa, haud in rem consulere solet.

IV. Epilogus 1. repetat summam laudationis: Solomonem sapienter petivisse: 2. hortetur commilitones, ut sapientiam cunctis rebus præferant: 3. concludat precatione pro adipiscenda sapientia, qualis est Sapient. 9.

V. *De Ezechiæ miraculosa liberatione.* 2 *Reg.* 18, 19.

I. Exordium sumatur ex 1 Corinth. 10, v. 11. ubi historiam populi Israelitici Apostolus concludens, Hæc, inquit, omnia, quæ contigerunt illis, in figuram nostri fuerunt, & scripta sunt ad nostri admonitionem, in quæ seculorum finis devenit.

Hæc enim omni tempore conditio Ecclesiæ manet, ut sub cru gemat, & mirabiliter tamen conservetur.

Quare persequutionem & liberationem priscorum temporum a sidue ad consolationem nostri nobis proponamus.

II. Propositio trimembris.

In hunc finem constitui agere de miranda liberatione pii regis I daici Ezechiæ è manu superbissimi tyranni Assyriorum Senacheri

Primum autem ostendam, quam causam Assyrius captaverit, quid machinatus sit:

Tum quibus contra consiliis & armis venerit Rex Iudaicus: P stremo quis fuerit eventus.

III. Expositio.

Prima pars habere potest quatuor ambitus.

1. Commendetur pietas Ezechiæ: ubi locus, quod tum max me Diabolus Ecclesiæ hostes concitet, cum ea doctrina & morib optime habere videtur.

2. Addatur causa belli captata, nempe defectio ab Assyrio excusso jugo, quod receperat pater Achazus. 2 Reg. 16. Vbi 1. s tendum, nonnihil confidenter & improvide fuisse actum, negand tributo, cum rex nondum satis paratus esset ad vim propulsandam

II. Factum excusetur: 1. quia regis officium sit, suis undecunqu consulere: 2. quia Assyrius tyrannus fuerit: 3. quia imperia impro borum facile depravent religionem & mores: 4. denique Ezechias d auxilio Dei non dubitarit, superioribus victoriis persuasus: III. Ad dantur loci communes de lapsibus piorum: de levioribus ferendi oneribus, ne attrahamus majora: de Dei bonitate, qua etiam pio rum errata in melius vertit.

3. Narretur studium Ezechiæ in hoste reconciliando, sed fru stra tyranno fidem fallente, & immane piorum sanguinem sitiente unde locus de moribus tyrannorum, qui undecunque occasionem captant pios premendi, vel offensi levissime, implacabiles sunt præsertim si successu rerum inflentur: denique fidem & pacta com moditatibus suis metiuntur.

4. Exaggeretur periculum, in quo tum pius rex cum populo fue rit: quod eo tum fuit horribilius, quo recentius acciderat cognati po puli Israelitici ruina. Vnde locus de causis, cur Deus Ecclesiam sæpe de stitui sinat præsidiis & consiliis humanis: nimirum 1. ut excitet suo ad pœnitentiam, & securitatem carnalem excutiat: 2. exerceat eo rum fidem, spem, patientiam, constantiam: 3. ardentius orare fa ciat: 4. ostendat non esse sese alligatum ad causas secundas: 5. re ma-

jor fiat gloria potentiæ, bonitatis & misericordiæ suæ, & nos
o tam mirabilem opem majores ei gratias agamus. Vide Ierem. 30.

Secunda pars.

Rex cum populo in summo discrimine fuit. Videamus consilia &
ma, quibus expedire sese, & tutari conatus.

1. Rem communicat cum vate.

2. Agnoscit culpam, & confugit ad preces.

Hinc locus de rerum expediendarum ratione ex verbo Dei scrutan-
a: de consolatione in summis periculis à vatibus petenda: denique
e piorum tutissimis armis in precibus.

In tertia parte videantur tria.

1. Oraculum per vatem datum, in quo Deus causam Ecclesiæ
am facit: denunciat hosti pœnam: & promittit liberationem Ec-
lesiæ.

2. Eventus in clade hostium, & tyranni fuga ac cæde. Confer
quæ Melanchthon de hoc tyranno in Chronicis ex Herodoto.

3. Loci de consolatione Ecclesiæ contra hostium insolentiam
blasphemiam: deque miranda ejusdem contra omnem spem huma-
um liberatione: ubi similia exempla ex historia Ecclesiæ colliges, &
l nostra tempora accommodabis.

IV. Epilogus orationem revocet ad scopum. id est: 1. ad gratias
Deo agendas pro conservatione populi sui: 2. ad consolationem
contra hæc miserrima tempora: 3. ad admonitionem, ut oremus &
bene speremus de eventu: quia Deus Opt. Maxim. non deserturus sit
populum suum. Addi etiam potest pro Ecclesia conservanda oratio,
quales in multis sunt psalmis.

VI. *De excellentia & λύτρῳ Iesu Christi: cujus quasi agni incontaminati & immaculati precioso sanguine redempti sumus.* 1 Petr. 1.

I. Exordium sumatur ab Ethnicorum viris laudatis, qui pro pa-
tria mortem obierunt; cujusmodi fuerunt Lycurgus, Miltiades, Q.
Curtius, Scævola, Decii, & alii.

II. Propositio: nihil autem esse, quod cum passione & morte Ie-
su Christi conferri queat: sive dignitatem, sive difficultatem; sive
denique fructum & utilitatem spectemus.

III. Confirmatio sequatur partes propositionis.

Primo dignitatem arguit 1. Excellentia personæ, quæ est Fi-
lius Dei, idemque perfecte justus homo: quod utrumque probabis,

& simul causas addes, cur mediatorem Deum & perfecte justum ho minem esse oportuerit: 2. Modus patiendi, in quo apparuit ardentis sima dilectio, humilima subjectio, constantissima patientia, man suetudo mitissima.

Secundo, difficultatem ostendunt 1. rerum perpessarum tum mag nitudo, tum multitudo: 2. personæ affligentes: ut, Deus peccati nostris succensens, diabolus frendens, mundus insultans: 3. tempo ris diuturnitas, nempe à primo vitæ exordio ad finem usque: 4. par tes subjectæ: Animus, corpus, res, fama. Vide Psal. 22. Illustra hæc possunt repræsentatione unius peccatoris iram Dei sentientis unde intelligendum, quid animi servatori fuerit, totius mundi re tum sustinenti.

Tertio, utilitatis loci sunt, quod 1. passio & mors Domini ly tron pro peccato fuerit: ubi de ἐθελοθρησκείᾳ, πιωχείᾳ, δοκιμασί & μαρτυρίῳ aliorum: 2. quod pro omnium mortalium peccato: quod sufficiens precium: 4. quod denique una afferat redemptionem ab omnibus miseriis, & restitutionem justitiæ & vitæ æternæ: 5. un de consolationem efficacem habemus in omnibus tentationibus: 6. exemplum perfectum omnium piarum virtutum quod sequamur. H consideratis vilescent & nihili erunt omnium cæterorum hominum suis popularibus merita & beneficia.

IV. Peroratio sit in apostrophe eucharistica ad filium Dei redemp torem nostrum, cum precatione, ut sui nos meriti per fidem parti cipes, & in omnibus adversitatibus constantes ad finem usque facia

VII. *Latronis cum Domino in cruce pendentis pœnitentia.*

I. Exordium sumatur à commendatione passionis Domini, qu nullo non tempore meditanda: quia 1. de ea omnes prophetæ & apo stoli agunt, ipsæque adeo ceremoniæ veteris populi: 2. est specul iræ divinæ adversus peccata: unde humilitas & contritio cordis, Dei timor: 3. pignus misericordiæ & amoris Dei erga nos: qui fons consolationis nostræ: 4. suppeditat exempla & incitamenta piæ vit

II. Narratio. Inprimis vero illustre est, quod de latrone cu Domino crucifixo Lucas refert. Adde historiam ex Luc. 23. cu brevi paraphrasi: qua expendes 1. statum Christi miserrimum: alterius latronis convicia, & hujus pro Domino apologiam: 3. su plicationem ejus, & Domini responsum.

III. Propositio tanquam salutaris meditatio crucis Domini ha latronis resipiscentiam commendet.

IV

IV. Expositio sit quadrimembris.

Prima pars conferat totum genus humanum cum his duobus latronibus, ob similitudinem culpæ & constitutæ pœnæ.

Altera comparet Christo in cruce pendenti Ecclesiam, propter similitudinem hostium & persequutionum.

Tertia æquiparet latronum siniſtrum hominibus impiis, qui licet in media morte teneantur, tamen à Diabolo excæcati nequaquam judicium Dei metuunt, imo colludunt cum hostibus Ecclesiæ, & virulentis sarcasmis pios exagitant. Vide exempla Caini, & hominum cum Noa viventium; tum Ismaëlis, Esavi, Pharaonis &c.

Postrema conferat latronem dextrum cum vera Ecclesia, secundum ordinem Catecheticum, seu quod ad gradus & partes pœnitentiæ.

1. Quod ad humilitatem & modestiam. Erat enim latro homo infamis: & Ecclesia talis apud impios audit. Latro indignitatem suam agnoscit: nec Ecclesia diffitetur suam.

2. Quod ad fidem in filium Dei contra tot tantaque obstacula victricem. 1. Latro agnoscit, crucem & tam ignominiosum statum Domini sibi saluti esse: nec movet eum, quod non tantum Herodes & Pilatus, sed ipsi etiam Iudæi cum principibus suis diversum sentiant: imo quod ipsa rerum natura Dominum condemnare videatur. Simili modo Ecclesia omnem salutem & gloriam suam in cruce Domini ponit, posthabito mundi & carnis judicio. 2. Latro, quamvis spurcissimus homo, gratiam invenit apud Dominum, & promissionem paradisi: & Ecclesia coram mundo contemptissimus populus, dilecta est sponsa Domini, ac regale sacerdotium, & cœlestis Hierosolyma.

3. Denique quod ad gratitudinem & bona opera latroni cum Ecclesia communia. Vt sunt:

1. Ingenua confessio de persona & officio Christi: quod sit suus Dominus & rex cœlorum.

2. Dimicatio contra impios contemptores, & in iis convertendis studium.

3. Patientia crucis cum Domino.

4. Invocatio auxilii ejusdem.

5. Spes immota ad ultimum usque vitæ spiritum.

4. Postremo quod ad præmium & omnium ærumnarum eventum in consequendo paradiso & vita æterna.

V. Epilogus 1. hortetur auditores, ut hunc latronem resipiscentia & fide imitari velint: 2. addita invocatione filii Dei, ut quemadmo-

modum hujus latronis misertus est, ità nos quoque & afflictissimam Ecclesiam misericordia sua complecti dignetur.

VIII. *Ascensio Domini in cœlum, comparata cum triumphis Romanis. ad imitationem orat. Cicer. pro M. Marcell.*

I. Exordium ducatur à descriptione triumphi Romani. ex historia Pauli Æmylii apud Plutarchum, aut aliorum desumpta. Vide Carol. Sigon. Iulium & August. Suetonii: Item Guidonem Poncirellum l. 1. rerum perditarum Tit. 57. & in eundem comment. Henrici Salmuth.

II. Propositio sit: quod omnes omnium Imperatorum triumphi cum servatoris in cœlum adscendentis gloria comparati nihil sint.

III. Confirmatio sit in comparatione quintuplici.

1. Personarum: quod illi homines mortales, & multis vitiis contaminati fuerint: hic Dominus sit gloriæ, & Deus Opt. Maxim. dominus exercituum.

2. Hostium. Illi homines vicerunt communibus infirmitatibus obnoxios: ille mortem, satanam, orcum, ipsinsque præpotentes iram Dei debellavit.

3. Comitatus; qui illic barbari milites, (in quibus etiam scurræ. & in ipsum triumphatorem petulanter dicaces) hic angeli & sancti homines fuere, majestatem Domini animitus venerantes & adorantes.

4. Loci, qui illis fuit Capitolium, Domino Cœlum.

5. Vtilitatum, quæ illic breves & exiguæ & multorum mortalium interitu contaminatæ: hic maximæ & æternæ, & ad omnium hominum salutem sufficientes: ut intercessio pro nobis apud Deum: missio Sp. S., defensio Ecclesiæ: sponsio beatæ & gloriosæ vitæ, quæ nos quoque, qui membra Domini sumus, in cœlo manet.

IV. Epilogi loco sit 1. hortatio, ut sursum corda: 2. consolatio contra vitæ præsentis ærumnas: 3. Epinicion in laudem triumphatoris Christi.

IX. *Alia dispositio de ascensione Domini. ad imitationem orat. Mureti de victoria Turcica Anton. Columellæ.*

I. Exordium sit à rei præstantia.

Celebrat hoc tempore Ecclesia memoriam Christi cum triumpho cœlum conscendentis.

Qui-

Qualis triumphus post orbem conditum habitus non est.

Sive enim imperatorem, sive hostes, sive populum, pro quo pugnarum, spectemus, omnia mirabilia sunt.

Pietatis igitur nostræ est, ut quod ubique Ecclesia facit, nos quoque in Schola sequamur.

II. Propositio tripartita.

Qua de causa ego quoque de ascensione Domini constitui verba facere, tria dicturus: primo quomodo ascensio Domini se habuerit: tum qui fructus subsequuti: postremo qua pietate hic dominus gloriæ nobis venerandus sit.

III. Expositio primæ partis ex 1. Act. evolvat rei gestæ circumstantias. Vt sunt:

2. Persona Imperatoris Iesus Christus Deus & homo.

1. Tempus, cum jam victima pro genere humano factus, & resuscitatus à morte, quadraginta diebus cum discipulis versatus, eos ad prædicandum Euangelium instituisset.

3. Locus mons olivarum, unde in cœlum adscendit: id quod olim typo pontificis in festo expiationis in sanctissimum templi locum ingredientis, & arcæ à Davide in Sionem translatæ, adumbratum.

4. Testes adhibiti Apostoli & alii, qui eum suis oculis nubi insidentem in sublime ferri spectarunt, donec in summam altitudinem, quam acies humana non capit, (Paulus vidit Apostolus) perveniret.

5. Socii, tum sancti homines, recens cum Domino in vitam revocati: tum angeli, Domino suo & regni Sathanici victori applaudentes.

6. Consequentia, ut sessio ad dexteram Dei, concio angelica de ejus reditu ad judicium, adoratio ab Apostolis, & missio Sp. S.

Expositio secundæ partis, forma transitionis inchoata, duplicem fructum doceat.

Primus ad ipsum Dominum pertinet, qui è summa afflictione & miseria, triumphatis hostibus suis, in æternam illam quietem & summam gloriam assumptus, & dominus constitutus est omnium.

Alter ad Ecclesiam & nos spectat.

1. In cœlo habemus pontificem & deprecatorem fidelissimum.

2. Idem qui in ærumnoso hujus vitæ statu verbo & Spiritu suo nos regit, & consilio & auxilio contra hostes nostros juvat.

3. Denique habemus, qui aditum nobis recludit in cœlum, imo jam cœpit transferre nos in illum gloriæ locum, quem absoluto peregrinationis tempore totum capiemus.

Ex-

Expositio tertiæ partis triplex officium commendabit.

1. Vt missis rebus humanis Christum & cœlestes opes spectemus ac quæramus.

2. Vivamus quoque, ut consortes decet cœlorum; sobrie juste, pie.

3. In omnibus adversitatibus nos hac fiducia consolemur, quod Dominum in cœlo habemus, sub cujus tutela & fide invicti persistebimus.

IV. Epilogi loco sit gratiarum actio ad filium Dei pro victoria nobis parta, & honore generi humano habito: additis precibus, ut nos & universam Ecclesiam adversus hunc ultimum fremitum Satanæ & furorem mundi tueri, tandemque his turbis fine facto, ad se evocare dignetur.

X. *De Miraculo linguarum in prima Pentecoste Christianorum edito. Act. 2.*

1. Exordium dabit ratio temporis, collatione facta pentecostes Iudaicæ & Christianæ.

Tempus hoc est illud, quo olim Iudaicæ Ecclesiæ populus memoriam recoluit datæ legis, Deoque gratias pro novis frugibus & peracta messe egit.

Quanto æquius est populum Christianum memoriam celebrare doctrinæ Euangelicæ per universum orbem terrarum ab illo tempore promulgatæ, & Deo pro novis illis Sp. S. frugibus, quas nobis suo morte filius Dei paravit, gratias agere? Comparentur hic Lex & Euangelium, itemque corporis & animi alimonia.

Quod cum ita sit, nihil est, quod nos in Scholis meditari plus deceat, quam admirandum illud Sp. S. opus, quo Apostolos quarumlibet linguarum cognitione & usu momento temporis instruxit.

Etenim hujus rei meditatio multa docet: quæ pravitas sit naturæ humanæ, quæ divinæ gratiæ amplitudo: quæ vitæ cælestis futuræ suavitas.

II. Narratio sit triplex: de prima linguarum confusione: deinde rursum per Sp. S. ad ejusdem Ecclesiæ societatem collectione: denique tura perfectione in novissimo die.

Etenim quæ sermonis humani ratio fuerit ab initio, donec in superbiæ & arrogantiæ pœnam turris Babylonicæ ædificatio linguarum confusione disturbata fuit, ex Mose notum est: Gen. 11.

Quomodo vero Spiritus Sanctus supra Apostolos effusus ad Chri-

sti redivivi gratiam & virtutem demonstrandam, & ad populos omnes ad Christum adducendos omnium linguarum usus eis contigerit, ex Luca constat Act. 2.

Quod vero idem Apostolos cæpisse ait loqui linguis variis, prout Spiritus singulis eloquendi facultatem dederit, eo ipso complementum adhuc restare innuit, quod in altera sequetur vita, ubi Deum uno ore voceque una concelebrabimus.

III. Propositio triplex.

Tria igitur meditanda hic veniunt: quid prima illa linguarum confusio moneat: quid earundem per Spiritum Sanctum distributio: quem sensum aut quam spem concipiamus ex ea perfectione, quæ in vita altera erit.

IV. Expositionis pars prima locos tractet de hominum pravitate: de ira Dei: nominatimque in superbos & arrogantes.

Magna est naturæ humanæ pravitas. Acceperat Noæ posteritas, quantam ruinam primorum parentum lapsus attraxisset: meminerat, qua pœna recens Deus universum terrarum orbem affecisset: senserat jam quoque ex Chami maledictione, quantum malum parentum, sedum Dei, contemptus afferret.

Tamen temperare sibi non potuerunt à fastu & arrogantia: sed turris stupendæ ædificio nomen & famam sibi comparare studuerunt.

2. Non tulit hoc Deus, sed linguarum confusione ita hominum genus disjecit, ut majus hic etiam divinæ iræ argumentum exstet, quam vulgus videatur attendere.

Per lapsum primum ratio horribiliter labefactata fuit: hic orationis etiam usus impeditur.

Itaque 1. turbata inde est vitæ societas & conjunctio: 2. turbata religio: 3. turbatæ artes: 4. denique peregrinationes & omnia commercia humana difficiliora reddita.

3. Contemplemur in hoc exemplo nosmet ipsos, & communem miseriam agnoscamus & deploremus: inprimisque ambitionem & superbiam fugere discamus.

Expositionis pars secunda 1. ostendat, quantum beneficium sit donum linguarum: 2. indeque excurrat in commendationem studii linguarum.

1. Sed non minor gratiæ divinæ testificatio in linguarum dono confidaranda est, quarum usu Spiritus Sanctus per Apostolos, universos populos ad ejusdem Ecclesiæ communionem revocaret. (vide statum mortalium ante Christum prædicatum. Rom. 1, Eph. 2.) Debemus hoc merito & beneficiis servatoris, qui quæ olim pœna pec-

peccati fuerat, eam in ſingulare ſalutis noſtræ operandæ inſtrumen tum convertit.

Quæ ipſa cauſa erat, cur crucis quoque dominicæ titulus tribu linguis formaretur.

2. Quare agnoſcamus hoc Dei beneficium grata mente, & lin guarum ſtudia in ſcholis ſancta habeamus.

Expoſitio tertiæ partis 1. futuræ vitæ felicitatem etiam ab unita te linguæ commendet: 2. & ad ejus deſiderium excitet.

1. Quid vero? quod inter cætera commoda, quæ in altera vi ta habituri ſumus, etiam ejuſdem linguæ uſus ſperatur. Vnus enim erit magiſter: unus populus: una civitas: unum ſtudium in laudan do Deo: Vnus Deus omnia in omnibus.

2. Nimis igitur impium oportet eſſe, qui hujus vitæ ſtudi non ducatur, ubi ſempiterno ævo beati, omnes eundem doctorem audituri, & cum ſanctis angelis uno ore Deum prædicaturi ſumus.

Quæ res in nobis ſpem excitare debet, qua nos adverſus hujus vi tæ diſtractiones & difficultates conſolemur atque excitemus.

v. Peroratio 1. commendet condiſcipulis ſtudia linguarum: 2. proque earum conſervatione Deo gratias agat: 3. & ejuſdem gratia univerſam rem Scholaſticam piis precibus committat.

XI. *Laudatio Scipionis, quod Allucio ſponſam inviolatam reſtituit. Liv. decad. 3. lib. 6. Imitari hic licebit Ciceron. orat. pro M. Marcello.*

1. Exordium ſumatur à diſſimili facto Maſaniſſæ, cum Sophoni ba Syphacis conjuge capti nuptias temere contrahentis: quod Scipio improbans, omnibus rebus à ſe præclare geſtis continentiam tempe rantiamque libidinum præfert.

11. Narratio rem geſtam exponat ex Livio. Summa eſt: quod Scipio Allucio ſponſam ſuam, pulcherrimam virginem, inviolatam re ſtituit, & quidem cum liberaliſſimo munere.

111. Nihil à Scipione actum, quod cum hac continentiæ laude poſſit comparari.

1v. Confirmationis loci ſint tres.

1. Ab honeſto: quod caſtitas pulcherrimum ornamentum juvenis.

2. A difficili: ſcilicet propter ætatem Scipionis, virginis formam, & jus ac conſuetudinem bellorum: ubi addi poteſt antitheſis aliorum: qui minus continenter ſe geſſerunt.

3. A

3. Ab utili, quantum ad famam Scipionis, & quantum ad
rilia Celtiberorum ista ratione conciliata.

Hæc illustrari possunt comparatione duplici.

Prima sit generalis omnium rerum gestarum.

Res bellicæ Scipionis nunquam quidem satis prædicari possunt: at
earum laudum pars magna ad alios etiam pertinet, continentiæ
ejus laus est propria, major quoque hæc judicanda est.

Altera specialior eodem pæne ordine instituatur, quo res sunt ges-
, in prima adolescentia, juventute, senectute.

Primum adolescentiæ tirocinium est, quod 17. ætatis anno in
liriam missus, non multo post patrem ab hostibus ad Ticinum
ne circumventum pietate magna servarit. Sed id necessitate qua
m coactos fecerit, ne impius in parentem videretur: hic vero jure
li omnia libera videbantur.

2. Invicti animi argumentum erat quod nobiles juvenes clade
nnensi fractos; atque fugam meditantes, vix dum 24. annos na-
jurare coëgit, ipsos à Republ. futuros: at fortitudo major, cu-
litatibus, quæ blandissimæ dominæ sunt, imperare.

3. Pietas singularis fuit, quod patre patruoque in Hispania oc-
, ipse senatu desperante; ultro operam suam reipubl. obtulit. Sed
temeritas videatur, onus gravius, quam pro viribus suscipere.

4. Magnanimitas fuit, quod L. Martium equitem Romanum,
m milites ob virtutem sibi imperatorem fecerant, in præcipuo
ore habuit: at ut iniquum fuisset patris & patrui vindicem non
ere, ita nec militum fugisset invidiam.

5. Singularis prudentia fuit, quod initium belli Hispaniensis à
a Carthagine fecit: quodque urbe capta eos, qui de murali co-
na cum perjurio contendebant, ita composuit, ut utrumque dig-
m judicaret. Sed nihil est tam munitum, quod ferro ac viribus de-
itari frangique non possit: & prudentia lites componendi etiam in
los cadit: hoc vero castum & probum animum arguit.

6. Mitto gravitatem & suavitatem morum, qua sibi conciliare
am barbaros, Syphacem, Masanissam, & hostem Asdrubalem po-
t: sed hæc etiam hypocritarum esse possunt.

7. Magnam admirationem Hispanis fecit modestiæ, quod rex
catus eum honorem contemsit: sed terrere eum potuerunt exem-
a Tarquinii, Manlii Capitolini &c.

8. Maximum profecto illud est, quod post Carthaginem de-
ctam, & gestis omnibus magistratibus, injuste à Tribunis accusa-
s, in exilium ultro ire maluit, quam favore populi ad resistendum

tribunitiæ poteſtati abuti: at dicerent alii, ſi ſecus feciſſet, non c
turum ſpecie impietatis adverſus patriam, nec item periculo, q
tum ipſi (ut olim M. Coriolano) tum univerſæ Reipubl. creat
tuiſſet. At hic quicquid etiam peccatum fuiſſet, jus id belli, & z
tis fervor excuſaſſent.

v. Epilogus ita concludat laudem continentiæ, ut ſimul e
ad eam colendam condiſcipulos invitet.

XII. *Lamentatio de interitu Cyri. ex Iuſtin. lib. 1. ſub perſona Nehemiæ &c.*

1. Exordium ſumit à querela generali de rerum humanarum
conſtantia.

11. Propoſitio: Hujus rei exemplum eſſe optimi & de Eccl
meritiſſimi principis caſum recens nunciatum.

111. Narratio rem geſtam paucis exponat; ubi expeditionis c
ſilium, ſucceſſus, hoſtis fraus, & infelix clades.

1v. Deplorationis loci ſint:

1. Quod Cyrus princeps fuerit bonus, fortunatus, nec t
tum de ſuo regno, ſed etiam de Eccleſia & gente Iudaica præcl
meritus. Vide Danielem & Xenophont. Pædiam.

2. Quod à Scythis, id eſt, gente obſcura, crudeli & barb
interfectus.

3. Quod per inſidias & quaſi proditus.

4. Quod morti addita contumelia.

5. Quod interitus regis toti regno, & conſequenter etiam ge
ti ſuæ, quæ vix ſe colligere cœperit, plurimum incommodet: ma
me propter degenerem filium Cambyſen, Babylonios recens ſubi
tos, & populos Iudæis infeſtos.

v. Epilogus 1. imprecetur Scythis ultionem, 2. & regno ac E
Eccleſiæ ſucceſſorem ſalutarem.

XIII. *Libidinem vincere, plus laudis mereri, quam ab hoſte victoriam obtinere. ex orat. Scipion. ad Maſaniſſam apud Livium.*

1. Exordium ſumatur à cauſa impulſiva, quod cum juventus nu
lum habeat capitaliorem hoſtem, quam pravas cupiditates, com
nullam quoque rem ſe magis munire debeat. Ariſt. 1. Eth. 3

11. Propoſitio.

Ma

Multum autem facit ad domandas libidines, cogitare quam glo-
ſa iſta victoria ſit. Oſtendam igitur plus laudis mereri, qui libi-
nem vincit, quam qui hoſtem.

III. Confirmatio.

1. Explicet, quid ſit libido, nempe alicujus rei effrænata appe-
tentia: ut vindictæ, voluptatum, pecuniæ, honorum, imperiorum.
Cic. 3. Tuſcul.

Addatur prolepſis: non res ipſas hic vituperari, ſed contra ratio-
nem, & honeſtatem, ad eas ruentem cupiditatem.

2. Probet theſin quintuplici collatione.

1. Cauſarum: libidinis victoria, arbitrii noſtri eſt; hoſtium
vero, pendet aliunde.

2. Subjectorum: illic animus, hic corpora vincuntur.

3. Effectorum: cupidi plus nocent ſibi & aliis, quam ullus
hoſtis externus.

4. Adjunctorum: difficilius præſtantiſſimis quibuſque viris ac-
cidit, cupiditates ſuas, quam hoſtes domare.

5. Teſtimoniorum: plus laudis modeſtis viris tribuitur, quam
qui in acie fortiter dimicarunt. Cic. pro Marcel. 4. & 5. Tuſcul. Se-
nec. 1. de benefic. 13. & de tranquillitate. Valer. 4. lib. 1, & 3.

IV. Peroratio vertatur in hortationem de frænandis cupiditatibus,
cum precatiuncula, ut Deus ad eam rem adjumento nobis eſſe velit.

XIV. *Cain fratricida. Gen. 4.*

I. Exordium ſumatur à vaticinio, quod Gen. 3. de inimicitiis in-
ter ſerpentem & mulierem, & inter utriuſque ſemen legimus: cujus
vaticinii eventus ſtatim in primis fratribus Caino & Abele conſpi-
citur.

II. Narratio breviter exponat rem geſtam ex Moſe & Ioſepho.

III. Propoſitio ſit in facinoris deteſtatione.

IV. Confirmationis loci ſint:

1. Abel frater fuit: idemque pius & innocens, ipſo Deo teſti-
monium perhibente. Hebr. 11. Vnde primus teſtis Ieſu Chriſti, &
Euangelii adverſus hypocritas, qui ſuis meritis fidunt, dici meruit.

2. Cainum ad ſcelus ſuum perpulit ſuperbia & perſuaſio pro-
priæ juſtitiæ: unde primus hypocrita, & Euangelii perſequutor ex-
ſtitit.

3. Modo utitur ſceleſto, nempe ſpecie fraternæ ambulatio-
nis & colloquii, ſequutus in hac parte patrem mendacii & cædis Sa-

tanam, & osoribus veritatis, pios oppremendi exemplum præbe

4. Ad causam dicendam homo impius à Deo citatus, factu inficiari non erubuit, Dominum instar mortalis & falsi homi habens.

5. Damnatus à Deo cum universa posteritate sua.

6. Per spiritum divinum adhuc clamat innocens hic sangui nec desinet, donec Cainus cum omnibus hypocritis & veritatis osc ribus æternis supplicijs mactetur. Act. 6.

v. Epilogi loco consolatio sit piorum, ut simili modo à falsis fra tribus oppressi, hoc exemplo se sustentent, de vindiciis divinis cogi tantes.

XV. *Lamechus polygamus. Gen. 4.*

1. Exordium sumatur ab odio Satanæ adversus conjugium, quo multis modis deformare & turbare inde à prima hominum memori conatus: nimirum quia novit conjugium seminarium esse Ecclesiæ totiusque generis humani fontem.

11. Propositio.

Inter alias conjugii maculas polygamiam per Lamechum inveni pessimo consilio.

11. Confirmationis argumenta sint:

1. Lamechus iste homo fuit profanus, superbus, ἄσεμνος.

2. Contra Dei mandatum & ordinem egit, Gen. 2. & Matt. 5 turbato etiam typo conjugii spiritualis inter Christum & Ecclesiam Eph. 5.

3. Scandalum reliquit moribus honestis & tranquillitati do mesticæ multis modis adversum: ubi de natura puri & solidi amoris de mulierum zelotypia: de fratrum ex diversis matribus æmulationi bus, dicendi campus.

1v. Epilogus vertatur in hortationem, de conjugio sancte haben do, ut est Hebr. 13. addita precatione pro hoc vitæ ordine confer vando.

XVI. *Chamæorum turris. Gen. 11.*

1. Exordium sumatur à cæcitate humana, vix pœnis gravissimi sanabili.

11. Narratio pro exemplo historiam turris subjungat: ubi 1. tem pus & locus: scilicet quando & ubi recens tam triste exemplum ira

De

ieditum: 2. consilium Chamæorum, in fama relinquenda, & pediendis judiciis divinis: 3. eventus & impedimentum.

III. Propositio summam habeat vituperationis, ut facinoris imbi & pernicioſi.

IV. Confirmatio utrunque argumentum plenius deducat.

Improbitas liquet ex causis, quæ fuerunt:

1. Contemptus Dei, cujus tamen iram totus orbis, tam mi- recens perditus, loquebatur.

2. Superbia & ambitio nominis.

3. Præfidentia sapientiæ & virium humanarum contra Deum: od peccatum præ cæteris Deo inviſum.

Perniciem pœna arguit subsequuta. Vt est:

1. Confusio linguarum: unde 1. turbatus consensus & con- dia populorum: 2. impedita vera Dei agnitio & cultus; & origo itit idololatriæ: 8. difficultas injecta artibus & disciplinis: 4. pe- grinationes & itinera infesta facta sunt.

2. Dissipatio generis humani, & divisio per totum terrarum bem, nullis neque solitudinibus neque maribus obstantibus.

3. Fundamenta jacta urbis & regni; cui cum Semi posteritate, m populo divino, æternæ inimicitiæ.

4. Confusio & ignominia æterna, attestante ipso nomine loci bel, adeo ut omnis corruptela Ecclesiæ & piorum morum hoc ty- o à prophetis insignita sit.

Digredere hinc ad spiritualem Babylonem papatum Romanum, quo in Iohannis Apocalypsi: ubi audacia, idololatria, confusio- s doctrinæ & morum, denique persequutiones Ecclesiæ similes. Confer Ierem. cap. 50, & 51.

V. Epilogus sit hortatio ad modestiam, & odium Antichristi.

XVII. *Cambyses tyrannus. Herod. lib. 3.*

I. Exordium sumatur à noto proverbio: Heroum filii noxæ. Quod declaretur exemplis, & causis, ut sunt conjugii infelicitas, paren- um indulgentia, superbia filiorum, & majores peccandi occasiones.

II. Propositio.

In his numerari potest Cambyses Cyri filius.

III. Confirmationis loci sint:

1. Pater laudatissimus Cyrus: cujus sapientia, virtus, justitia & pietas prædicari satis nequeunt.

2. Facinora Cambysis plena impietatis, crudelitatis, libidi-

num in Deum & Ecclesiam, in proceres, in cives, in fratrem & rorem.

3. Exitus vitæ tristis, & translatio regni in alienam famili

IV. Epilogus sit in detestatione tyrannorum, & precatione magistratu pio & clementi.

XVIII. *De Iudæorum obstinata malitia adversus Euangelium.* 1. *Thess.* 2.

I. Exordium sumatur à dicto cœlestis patris ad filium servato nostrum in Psalmo 110. Dominare in medio inimicorum tuo Vnde duo liquent: 1. quod filius Dei semper hostes in mundo hab 2. quod victor semper existat, nimirum juxta oraculum Gen. 3. inimicitiis ponendis inter mulierem & serpentem, & inter utriq semen.

II. Propositio duplex.

In præsentia non dicturum te de universis Ecclesiæ hostibus, duntaxat de Iudæis: quanta illi impietate & sævitia Christum & n centem ejus Ecclesiam adorti sint: quamque tristem & lamentabil inde attraxerint sibi & posteris suis miseriam & ruinam.

III. Expositionis pars de malitia Iudæorum præmissis paucis perpetuis Dei in hunc populum beneficiis, ejusque contra ingrati dine & pervicacia. 1. Causas attingat cur amare & magni fac Messiam debuissent: 1. scilicet quia tot seculis à patriarchis, re bus, & prophetis exspectatus fuerat: 2. quia omnes ceremoniæ taque politia Iudaica in Christo fundata erat: 3. quia doctrina suavis, vita inculpata, beneficia magna & varia, miracula stupe da: 4. denique Dominus ille erat & princeps gloriæ, in cujus m ipsorum redemptio & salus erat: II. Causas quoque odii aperiat: mirum quia 1. cæcitatem, arrogantiam, & hypocrisin Iudæor castigabat: 2. quia falsam & opinatam justitiam, quam ex lege fo niabant, rejiciebat ad sese & suum λυτρον peccatores invitans: 3. nique specie erat humili & abjecta. III. Referat injurias partim lumniis, partim vi illatas: primo quidem ipsi Domino; postea ro ejus quoque servis & nominis confessoribus. Vide Euangelia, A Apostolorum, & sequentes auctores Ecclesiasticos.

Hinc transitione ad alteram partem facta duplicem pœnam scribes.

Prima est spiritualis: nempe privatio Euangelii, & horrenda cæcitas & induratio, juxta vaticinia Esaiæ & aliorum vatum.

Alt

ltera corporalis est: ut seditiones & mutuæ lanienæ principum: m sub Vespasianis cum fœda fame & peste: templi, urbis, & s politiæ eversio, populo partim ferro, inedia & tabe absum- partim in captivitatem abducto: clades & aliæ sub Trajano, riano, Iuliano, Theodosio: denique exilium & servitus in hunc e diem: eaque omnia secundum vaticinia prophetarum, quæ hic nda.

v. Peroratio duo tractet:

num didacticum sit: quod ea res sit certissimum argumentum lessia jam misso, & religionis Christianæ veritate: ut propter s contemptum Deus tam nobilem populum, tot modis sibi de- tum, tot beneficiis affectum, tam severe tantoque tempore pu- .

Alterum paræneticum: ut hoc iræ divinæ exemplo moniti, dum tio est, Christo & ejus Euangelio pareamus. Rom. 11. 1 Cor. 10.

XIX. *De paganorum rabie & tyrannide adversus regnum Christi. Psal. 2.*

i. Exordium sumatur à querela Spiritus Sancti in Psal. 2. Quare uerunt gentes? Vide quoque Act. 12.

ii. Propositio bipartita: de persequutione hominum gentilium ersus Ecclesiam, & hujus miranda conservatione & victoria.

iii. Expositionis pars de rabie gentilium tribus membris constet. Primum describat miseriam paganismi. Vbi 1. occasio à confu- e linguarum. Gen. 11. 2. Diaboli astutia in imitandis rebus divinis, erunt oracula, (Babylonia, Dodonæa: Ammonia, Delphica) ficia, (etiam humana) feriæ, prophetæ, (ut Sibylla) patriar- e sive divi, (ut Iupiter, Hercules) miracula: quibus fascinatio- us totus orbis seductus fuit, Ægyptus, Chaldæa, Persia, Phœ- cia, Græcia, Hetruria, Italia, Scythia, Gallia, Germania: do- e tandem palpabilis cœcitas, & extrema turpitudo subsequuta. Vi- Rom. 1. & Eph. 2. Et ipsorum ethnicorum testimonia & judicia od Herodotum, Iustinum, Livium, & alios.

Alterum prædicet Christi misericordiam & beneficium, lucem ve- atis per Euangelium gentibus accendentis, & ex damnato regno anæ eas ad beatam societatem populi divini evocantis. Vide vati- nia Esa. 9.

Tertium sit querela de furore paganorum adversus Christum & cclesiam. Vbi

1. Comparatio paganismi taxati cum congerie sarmentorum spinarum accensa, qualis est Psal. 120.

2. Persequutiones fidelium à Cæsaribus Romanis per ann. 250. à Nerone usque ad Constantinum M. Vide Chron. Melanch. & epistolam Plinii ad Trajanum centesimam.

3. Genera suppliciorum, Hebr. 11. & calumniæ in Christ. nos tanquam homines impurissimos, & publicarum calamitat. causas.

Pars altera de victoria Christianorum recitabit

1. Vaticinia de amplitudine regni Christi.

2. Arma Christianorum, quæ fuerunt vis Euangelii tot mundum subjiciens, Ecclesiæ preces, & martyrum constantia.

3. Signa victoriæ, ut quod oracula desierint, idola obmu. tandemque halcyonia per pium imperatorem Constantinum data. V. de Plutarchum de oraculis.

IV. Epilogus duo habeat: 1. de certitudine religionis Christi. næ, cui regnum Satanæ cessit, nec totius orbis vires prævalere po. tuerunt. 2. consolationem, quod nunc quoque de causa Euangel. bene sperandum.

XX. *De Mahometismo. Dan. 7.*

1. Exordium sumatur à dicto Simeonis, de Christo posito in sig. num, cui contradicatur. Luc. 2.

II. Propositio fit bipartita.

Inter hostes Christi etiam Mahometistas esse: de quorum origine religione, & incremento primum dicendum: deinde addendum de conservatione Ecclesiæ.

III. Expositio.

In prima parte hæc dicentur.

1. Vaticinia Esaiæ de hac secta. Ezech. 38, 39. Daniel. 7. & 12. Apocal. 9. & 20. Vide Graserum & alios.

2. Occasio ex dissidiis hominum de religione, cum alii Iudæorum, alii Christianorum religionem sequerentur: & ex his aliud orthodoxi, aliud Arrhiani, aliud Nestoriani.

Tum Mahometus primum mercator, mox miles, tandem religionis formator existens, Iudæi cujusdam Astronomi, & Sergii monachi Arriani opera adjutus, Alcoranum suum edit.

3. Forma religionis Alcorano comprehensa.

I. Primum ipsum caput religionis nostræ convellit de Domino nostro

stro Iesu Christo, quem hominem tantum fuisse ait, qualis ante
im fuerit Moses, donis scilicet miraculorum ornatum, nec ob ul-
n aliam causam excitatum, quam ut de officio suo homines com-
oneface ret: se vero tertium nuncium & prophetam Dei esse, qui
rtales, cum nec Mosis, nec Christi miraculis fidem habuissent,
mis ad Dei cultum cogeret. 2. Hoc facto fundamento, scripta pro-
etica & Apostolica tanquam supervacanea abrogat, instituto in eo-
m locum Alcorano suo, ex Iudaismo & Paganismo compilato:
Pro baptismo & cœna circumcisionem & sacrificia revocat: admit-
polygamiam, interdicit suilla: 4. denique obedientibus paradi-
m seu campos Elysios promittit, omnis generis voluptatibus re-
tos.

4. Incrementa & successus.

1. Primo finxit congressus & colloquia cum Michaële archange-
: 2. præ se fert etiam, quæ speciem habebant miraculorum: 3. au-
tur accessione militum Imperatoris Heraclii, propter stipendia ne-
a tumultuantium. 4. Hinc nascitur secta Saracenica & Agarena
pellata, à Sara conjuge & Agara ancilla Abrahami, quæ primum
omnem Arabiam celeriter pervasit: postea tanquam gangræna la-
s serpsit, magnam orbis partem complexa; dum tandem lampa-
traderet Turcis, qui ab Heraclio ex Paludibus Caspiis contra Per-
evocati, in Asia substiterunt, regno Saracenorum una cum reli-
one susceptο. Huc pertinent bella cum Christianis gesta, de quibus
e historias.

Ad secundam partem pertinent:

1. Fatalis terminus regni Turcici, nempe imperii pars orien-
lis Ægypto, Græcia, Asia definita, juxta vaticinium Danielis.

2. Miranda conservatio partis occidentalis, licet maxima vi
pius tentata. Vide historias.

3. Magnus numerus Christianorum in ipsa Turcia degens, sine
llo religionis impedimento. Vide qui de rebus Turcicis scripserunt.

IV. Epilogus gratias agat filio Dei potenter dominanti inter
ostes suos, eidemque causam Ecclesiæ contra tam immanes hostes
fendendam committat.

XXI. *De Antichristo Romano.* 2 *Thess.* 2.

1. Exordium sumatur à collatione persequutionum Ecclesiæ à Iu-
eis, Paganis, & Turcis, cum iis quas multo infestiores à Romanis
assa.

II. Propositio sit bimembris.

Quod ut non temere dictum videatur, duo dicenda esse: [illegible] de origine & incremento papatus: tum de ejusdem adversus Eccles[ia] molitionibus, & Dei in ea defendenda providentia.

III. Expositio primæ partis historiam papatus habeat, in tres riodos distinctam: quarum prima fuit sub episcopis Romanis ad Phocæ tempora: altera usque ad Carolum M. & ejus filium L vicum Pium: tertia usque ad Carolum Quintum. Vide Chron Catalogum testium veritatis.

Pars secunda duo tractet. 1. Corruptelam tum doctrinæ, disciplinæ sanctæ paulatim invalescentem. Vide Martinum Ch zium in examine, & alios alibi: 2. Tyrannidem & crudelem er defensionem: ubi videbis, quod cum cæteris temporibus, tum xime Iohannis Hussi memoria in Bohemia, & post doctrinam E gelii per Mart. Lutherum & adjutores repurgatam, in Italia, Ger nia, Belgio, Gallia, Hispania, Anglia, Scotia usque ad nostra tem acciderit: & quam mirabiliter Deus veritatem Euangelii ipso c frendente tutatus sit: (vide Martyrologiam, & Historiam inq tionis Hispanicæ) nec præteribis, quæ superior ætas tempore C roli, & hæc nostra recens præteritis annis experta.

IV. Epilogi loco sit hortatio ad patientiam, ut est in Apocal 2. & precatio ad filium Dei, ut adventu suo ad judicium his ma nem imponat.

XXII. *Lapsus regis Saulis.* 1 *Sam.* 10, 28, 31.

I. Exordium sumatur ab usu scripturæ, & nominatim exem rum, quæ nos sapientiores & cautiores reddant. 1 Cor. 10. V etiam Livium in principio.

II. Propositio.

In his est triste exemplum Saulis: ubi duo consideranda, exal ejus, & ruina.

III. Expositio primæ partis videat,

1. Quæ tenuitas Saulis initio fuerit: sive familiam, sive genus, sive ipsum rustici & abjecti animi hominem spectes.

2. Quantum per Dei gratiam exaltatus, dum 1. rex fit animum adipiscitur heroicum: 3. auctoritate apud subditos insi tur: 4. & rerum gestarum gloria confirmatur.

In secunda parte itidem duo considerentur:

1. Quæ causæ ruinæ fuerint; nempe 1. inobedientia: 2. C

s amor sui: 3. fiducia sui: 4. neglectus proficiendi in spirituali-
, 5. hypocrisis.

2. Gradus labentis: ut sunt 1. impatientia: 2. invidia: 3. in-
ria & tyrannis: 4. defectio à Deo ad Satanam. 5. pœna; qua 1.
rtus à Spiritu Sancto, 2. vexandus traditur Satanæ, 3. & spectro
ius, 4. ac de salute sua desperans manum sibi infert, 6. corruen-
s tribus filiis cum magna parte exercitus.

v. Epilogus addat παῦθος, ut tam tristi exemplo moniti, ca-
mus, ne stare nobis visi labamur, & indesinenter cum Davide ore-
, ne Spiritum suum Sanctum Deus à nobis auferat, nec obdor-
cere nos in peccatis & morte permittat.

CAP. III.

In laudandis aut vituperandis rebus.

I. *De præstantia studii Theologici. ad imitat. orat. Anton. Muret. de eodem themate.*

. Exordium sumatur à causis, quibus alii ad alia studia impel-
ur. Vide Cic. 1. offic. ubi de temperantia agit.

1. Propositio.

ihiex omnibus studiis præstantissimum videtur Theologicum.
ddatur prolepsis. Non autem ita hoc dictum velim, quod alias
plinas contemnam, (Etenim Philosophis, Medicis, Iurisconsultis
s tantum tribuo, quantum quis mortalium possit & debeat) sed
ntentio quædam fiat, dubium nullum est, quin isti ipsi doctissimi
huic divinæ disciplinæ primas sint concessuri.

Cujus rei causas lubet proferre.

II. Confirmationis argumenta sint duo.

rimum à dignitate propter auctorem Deum.

loc amplificari potest.

1. Comparatione religionum gentilium, quæ quidem etiam
oritatem divinam prætendunt, sed mentitam. Nostra vero reli-
vere est à Deo, & infallibili ipsius verbo nititur.

2. Partitione in Legem & Euangelium: quorum utrumque à
, quorum illa veram miseriæ humanæ originem & formam, hoc
olationem & spem meliorem ostendit. quæ duo nusquam alibi
bis. de quibus etiam infra.

3. Rationibus auctoritatem divinam arguentibus. Vt sunt:

1. an-

1. antiquitas: 2. res ipsæ omnem rationis aciem excedentes: 3. verita vaticiniorum; 4. sublimitas miraculorum: 5. ipse scripturæ tenor divinæ sapientiæ, justitiæ, bonitatis plenus: 6. Ecclesiæ & piorum martyrum certamina & confessiones: 7. denique uniuscujusque fidelis sensus & experientia.

Alterum argumentnm sit ab utili seu fine, quod Theologia sit doctrina æternæ salutis consequendæ. Hoc amplificetur:

1. Collatione finium in aliis disciplinis.

2. Auctoritate doctorum virorum apud Ethnicos, qui ex luce naturæ intellexerunt, omnem privatam publicamque salutem religione contineri, licet in re ipsa aberraverint.

3. Inductione partium ad salutem pertinentium, quæ ex solo verbo Dei recte discuntur. Sunt autem miseria, liberatio, & officium hominis.

IV. Epilogus laudationis summam repetat, additis precibus ad Spiritum Sanctum, unicum Theologiæ magistrum.

II. *De eodem themate alia dispositio.*

I. Exordium sit ab Apophthegmate servatoris de sororibus Martha mensæ ministrante, & Maria verbo Domini audiendo occupata Luc. 10.

II. Propositio.

Huic Marthæ similes sunt, qui omnem ætatem humanis artibus discendis tribuunt: Mariæ, qui sacrosanctæ Theologiæ vacant quo studio nihil præstantius.

III. Confirmatio constet quinque argumentis.

1. A fine nobilissimo. Docet enim, quomodo Deum colere & beati esse possimus. Hæc 1. proba ex dictis sacræ Scripturæ: 2. amplifica 1. à studio omnium Philosophorum, qui de fine & beatitudine hominis commenti sunt, licet à vero bono aberrarint: 2. à comparatione aliarum disciplinarum, quæ huic tantum vitæ commodant ad victum, vestitum, domicilia, liberalem scientiam, mores, valetudinem. Theologia offert panem vitæ, vestem justitiæ, domicilium cœleste, scientiam rerum divinarum, virtutes sanctas, salutem animæ. Accommoda quæ poëtæ de ambrosia, nectare, campis Elysiis fabulantur, tanquam cæci de colore, in sacris literis ipsa veritate se pandente.

II. A mediis rectissimis; quæ sunt pœnitentia & in Christum fides: quod ubi ex sacris literis demonstrasti, auge comparatione aliorum

dogmatum: ut Platonicorum de purgatione animi, Stoicorum amicitia bonorum virorum cum Deo, Aristotelicorum de studio ntis, sacerdotum gentilium de victimis: quæ media omnia ut & irrita habenda, siquidem animum hominis tranquillare ne-unt.

III. A modo docendi optimo, qui est tum brevior, tum expli-ior: planus, per vocem, & symbolicus per figuras; ubi de typis ripturæ; denique ad omnem captum accommodatus. Confer hæc brevitate Stoica, Platonica facundia, perspicuitate Aristoteli-, denique symbolis Pythagoricis, à multis laudatis.

IV. A certitudine infallibili propter Deum auctorem, & ejus ser-à Spiritu Sancto instructos. Proba hæc; quod ad legem, ex hi-ria, quæ est Exod. 19, & 20. ubi Deus uni genti loquutus. quod Evangelium, ex 2. Act. ubi pluribus concionatus. quibus addi sunt miracula, martyrum constantia, & interna piorum praxis experientia. Confer cum ficta auctoritate legum gentilium, & imbecillitate, & in pavore conscientiæ sedando deficientia.

V. A puritate & perfectione, qualis videlicet decet Dei cultum: cui veracissimo firmissime credendum: ut optimo, maxime fiden-m: denique qui ut fidelissimus, præ omnibus amandus; ut poten-simus, cum summa veneratione metuendus.

VI. Epilogus vertatur in hortationem ad hoc studium omnibus præponendum, & in preces ad Spiritum sanctum pro illumina-ne mentium.

III. *Fides Christiana. Hebr.* 11.

I. Exordium sumatur à minoribus. Alii aliud mirentur & prædi-nt; philosophiam, eloquentiam, victoriam, honores: mihi dig-issima & maxima res est fides in Dominum nostrum Iesum Chri-tum. Addatur descriptio fidei, qualis est in Catechismo.

II. Propositio: Hæc fides omnium rerum præstantissima est: sive originem, sive certitudinem, sive efficacitatem & virtutem specte-mus.

III. Confirmatio probet dicta elogia.

1. Origo fidei divina est. Est enim 1. donum Spiritus sancti, 2. per semen infallibilis verbi divini in nobis progenitum: 3. denique virtute divina conservatur augeturque. Galat. 5. & 1 Petr. 1.

2. Certitudo est immota. Cæteræ res variant, sæpeque fine suo excidunt. Fides sibi semper constat, nec unquam fallit. Nititur enim

enim 1. verbo Domini, 2. & fundatur in filio Dei, qui ipse est optimus maximus, dux fidei, & credentium omnium caput, lapis angularis, hodie & heri idem.

3. Efficacitas est mirabilis, qualem & quantam nulla alia habet. Per fidem enim

1. Apprehendimus Christum Dominum, & cum eo in unum corpus coalescimus, & sic ipsius Deitatis consortes fimus.

2. Consequimur gratiam Dei, peccatorum veniam, & coram Deo constistat, justitiam.

3. Vincimus mundum, & mala omnia.

4. Possumus ea, quæ omnem captum humanum superant.

5. Morientes transimus in vitam æternam, & nunquam desituram lætitiam & gloriam.

IV. Epilogus sit in precatione pro augenda & conservanda fide.

Nomen Iesu.

1. Exordium sumatur ex historia Esteræ cap. 9. Iudæi ab Haman regis Persici Satrapa ad cædem destinati, cum, Regina intercedente, periculo jam defuncti essent, diem liberationis suæ memorem consecrarunt, epulisque & donariis celebrem esse voluerunt. (Imitare exordium 3. Catilin.)

Quanto rectius faciunt Christiani, quos ab insidiis infernalis Hamanis, in libertatem filiorum Dei asseruit adventu suo in carnem Dominus noster Iesus Christus, quod tanti beneficii memoriam grato animo recolunt, & cœlestem largitatem strena aliqua ac donario præsentant.

Quid ego igitur vobis nunc donem, commilitones, pro lætovi anni auspicio? non est mihi aurum vel argentum quod dem: neque vos tale aliquid exspectatis: Munus capite, quo nihil præstantius, idque non ex meis, sed ex pueri Iesu thesauris.

II. Propositio. Istud est ipsum nomen Iesu, nomen dulce, nomen mirabile, nomen ad quod omne genu se flectit. Phil. 2.

III. Confirmatio laudationis quinque argumentis fiat.

Primò, à vetustate nominis, quippe quod vel ante orbem conditum in albo cœlesti fuit, Ephes. 1. unde scriptura passim ad id alludit. Vt Gen. 49. Psal. 27, 51, 98, 118. Esa. 4, 49, 62, 63. Eodem pertinent cognomines & typi, ut Iesus dux populi, & alter Sacerdos.

Secundo, ab auctore. Accepit enim Dominus hoc nomen à Deo per interpretem Angelum. Luc. 1, & 2. & Matth. 1. Non est autem

nihilo, quando ipse Deus dat nomen, ut apparet ex historia Abrami, Saræ, Iacobi, Solomonis, Baptistæ.

Tertio, à convenientia cum re. Nomen Iesus Hebræum est, significans, quod Græcum σωτὴρ, & Latinum servator. De cujus nominis ratione orator cœlestis ad Ioſephum, Vocabis, inquit, nomen ejus Iesum: Is enim servabit populum suum à peccatis suis.

Adde paraphrasin. Verba enim sunt ponderosa, & digna, quæ exaniantur.

1. Ipse, inquit, ipse ille, quem Iesum vocabis, quemque sponsa in lucem edet, qui simul est filius Dei altissimi, creator & conservator omnium.

Adde testimonia de majestate Domini divina, & è Cathechesi cau-, cur servatorem nostrum θεάνθρωπον esse decuerit.

2. Pergit angelus, & ostendit, quorum causa Dominus hoc men gerat. Populum, inquit, suum liberabit.

Hic tria è scriptura tractabis: Quis sit populus Domini? nempe clesia: Qui ad Ecclesiam pertineant? omnes qui in ipsum credunt: stremo quousque servet? quod ad corpus & animam.

3. Quid vero mali est huic populo, contra quod opem desiderat? A peccatis, inquit Angelus, servabit.

Hic explicabis miserum statum hominis, postquam propter pecmm, à Deo creatore suo & fonte vitæ abreptus, mancipium fac- est Satanæ, peccati, mortis, orci.

4. Quid adversus tam miserum statum spei & solatii? Hic Ie-, inquit Angelus, servabit à peccatis.

Primum confer hoc loco beneficia heroum, Mosis, Iosuæ, & alio-m, imo ipsius Dei, cum præsenti.

Deinde expone modum liberationis in merito & efficacia. Vnde o gradus distingui possunt.

1. Satisfecit pro peccatis nostris morte sua.

2. Donat nobis justitiam suam.

3. Nunciari id nobis & offerri curat in Euangelio, ut fide amectamur, & confirmat insuper sacramentis.

4. Succurrit infirmitati nostræ virtute Spiritus sui, per quem regenerat, & animo beat fideli ac pio.

5. In sese quoque exemplum reliquit fiduciæ & sanctæ vitæ.

6. Carnem lascivientem domat cruce tempestiva & modica.

7. Cæterum ita nos tuetur, ut ne pilus quidem sine voluntate de capitibus nostris cadere possit: imo omnia saluti nostræ ser- coporteat.

8. Mor-

8. Mortem ipsam in aditum ad vitam meliorem conversa, s citaturus nos die novissimo.

Quarto, à convenientia cum scriptura, cujus universæ hoc men compendium est: scilicet ut symbolum primum miseriæ nostr tum redemptionis, tum denique piæ gratitudinis & officii.

Quinto, à praxi & experientia fidelium, qui hoc nomen in cor corde gestantes, omnes vitæ ærumnas superarunt, & beate ad Do num migrarunt. Vide eodem de themate orat. Matthiæ Mart quam Rector Schol. Bremanæ designatus habuit.

IV. Epilogi loco esse potest carmen ἀνακεφαλαιωτικὸν ad Dominum s vatorem.

V. *Nomen Christi.*

I. Exordium sumatur à præsentium temporum miseria, eique o ponenda consolatione.

Deglorata sunt tempora, propter deficientem fidem, & boo mores, & propter omnium partium vitæ ruinam & angustias.

Contra quæ tempora nihil est, quod efficacius consolari & instru re nos possit, quam meditatio unionis, quæ nobis est cum Domino qui est omnia in omnibus.

Hujus unionis Symbolum est conjugatio illa nominum, qua Do minus noster Christus, & nos populus ejus Christiani cognomin mur.

De qua re ut diligentius cogitarem, submonuit etiam festum pr sens, quo memoriam editi in lucem servatoris recolimus: quod fe tum veteris populi patres, prophetæ & reges pii cum incredibili a mi lætitia præceperunt: ortum autem cœlestes animæ intimaru & Ecclesia cum magno jubilo ac alacritate quotannis repetit.

II. Propositio.

Quia vero materia prolixior est, quam ut una oratione pertracta possit, in præsentia tantum de nomine Christi agam, de nostro al occasione dicturus.

Primum autem ostendam, quinam in veteri testamento Chri dicti: deinde cur id nominis servatori additum. Spero autem, infa tiam meam materiæ dulcedine, & vestra æquitate sublevatum iri.

III. Expositio.

In prima parte tria considerentur: 1. quid nomen significet: 2 quibus datum: 3. qua de causa.

1. Nomen χριστὸς unctum significat.

2. Si

2. Sic autem dicebantur olim cum pii patres promiſcue, ut ert ex Pſal. 105, (quem cum hiſtoria Abrahami, Iſaaci & Iacobi nferes, ex Gen. 20, 31.) tum nominatim veteris populi prophe-, ſacerdotes, & reges.

3. Et quidem pii univerſi, quod uncti à Spiritu ſancto, & è rofano mundo ſevocati, ac in tutelam & præſidium Dei ſuſcepti, equam Sacerdotes & reges, homines eſſent ſancti & inviolabiles: eri vero etiam propter externam unctionem ad officium; ut Aaron, rvid, Eliſæus.

Hic paucis præmiſſis de confectura hujus unguenti & fragrantia, Exod. 30. & Pſal. 133. de cauſis unctionis dices.

1. Erat enim hic ritus publicum teſtimonium legitimæ voca-onis: quo & is qui ungebatur, confirmaretur; & quibus præficie-ur, de honore & audientia ei præſtanda monerentur. Vide quid od Ethnicos quoque in more fuerit.

2. Erat ſignum & quaſi arrha internæ auctionis, id eſt, dono-um Spiritualium, quæ ad officium demandatum neceſſaria: & Deus gnime vocatis, ipſumque invocantibus daturus eſſet. Neque enim ſunt publica officia ſine afflatu divino recte geri, ſed errare in iis periculoſum, ita facile eſt.

Confer analogiam olei cum donis Spiritus ſancti.

3. Poſtremo erat ſtipulatio fidelitatis & innocentiæ, qua mu-gerendum. Hinc tingebatur extremum auriculæ, manus & pe-s, ut intelligeretur, qualis ſermo, opera, totaque vita eſſe de-eret.

In ſecunda parte itidem tria explicentur: 1. à quo: 2. quo oleo: & ad quod officium Dominus unctus.

1. Deus eſt, qui Servatorem conſtituit & unxit: qui eum etiam teri populo promiſit, & cerimoniarum umbris repræſentavit. Deut. 18. Pſal. 110, & 2.

2. Vnxit autem eum oleo Spiritus ſancti, & donis inſtruxit ſa-entiæ, ſanctitatis fortitudinis & potentiæ longe ſupra captum & enſuram omnium hominum, imo angelorum. Ioh. 1. Coloſ. 1.

3. Vt eſſet 1. propheta, 2. ſacerdos, 3. rex noſter.

Primo, quod ad propheticum munus, vide

1. Quam doctrinam profeſſus; nimirum quæ ſancta, efficax, ad ſalutem ſufficiens eſt: id quod deduces per partes Catecheſeos.

2. Quomodo eam exemplo ſuo comprobarit & ſtabiliverit: umilitate, fiducia in Deo, caritate, &c.

3. Quomodo eandem etiam per totum orbem divulgarit, de-

fenderit, defensurus etiam usque ad finem mundi, quando Scholi omnibus desinentibus æternam Academiam in cœlo aperiet. Matth. 10. 1 Cor. 15.

Interea ipse est, qui præcones fideles Ecclesiæ mittit, Eph. 4. cujus Spiritus per os eorum loquitur: & dictis lumen & virtutem inspirat, Matth. 10. Ioh. 14.

Confer jam cum hoc magistro omnes non tantum gentiles Philosophos, poëtas, oratores (ut Socratem, Calchantem, Nestorem) sed ipsum etiam Mosem, & cæteros doctores & prophetas sanctos. Cedent enim, & ab ejus lumine participare se fatebuntur.

4. Postremo adde παράκλητον monitorium, ut hunc doctorem audiamus, & in ejus doctrina acquiescamus. Matth. 17. Hebr. 3.

Secundo quod ad Sacerdotium iterum vide

1. Qualis Sacerdos sit: nempe impollutus & omnibus modis sanctus, qualem ornatus Sacerdotum Mosaicus pingebat. Hebr. 7.

2. Quodnam ejus sacrificium? suum ipsius corpus. Ps. 41. Ebr.

3. Quam illud efficax ad expianda peccata totius mundi: nimirum quia filius Dei passus: & quidem dolores inenarrabiles: ac innocens & cum perfectissima caritate, humilitate, obedientia, mansuetudine, constantia.

4. Quod etiam precetur pro nobis: eumque pater semper exaudiat. Hebr. 7.

Confer sacerdotes Mosaicos, ut Apostolus ad Hebræos facit: tandemque παράκλητον adde consolatorium, ut freti hoc Sacerdote, accedamus sine tremore ad thronum gratiæ. Hebr. 7. & 10.

III. Quod ad regium officium, docebis

1. Qualis rex sit? nempe justus, fortis & glorioſus. Psal. 45. & 146. Esa. 9.

2. Quos cives habeat? Angelos & omnes pios homines in quovis loco, qui ipsum fide & integritate sequuntur. Sic enim ipse jus civitatis suæ definit. Ioh. 10. neque fas est in civitatem Domini quicquam intrare impurum. Psal. 15. Apocal. 21. & 22.

3. Quæ respubl. & bona civium? libertas animorum, pax, justitia, & vita æterna.

4. Quomodo regnet? 1. regendo nos sceptro Verbi & Spiritus: 2. exercendo cruce & ducendo in aciem contra Satanam, carnem & mundum.

3. Glorificando, quando fidelibus hic suppeditat vires ut vincant, & in novissimo die corona ornabit immortalis gloriæ. 1. Tim. 1. & 4.

Con

Confer regna mundana: tandemque πάθος adde grarulatorium civium in hoc regno militantium felicitate & gloria.

IV. Peroratio colligat summam eorum, de quibus cognomen gratoris nos moneat: iterumque πάθος moveat docilitatis, fiduz, & obedientiæ, quam Christo summo doctori, pontifici ac re- nostro debemus.

VI. *Christiani.*

I. Exordium sumatur à consuetudine Philosophorum, qui à suis ctoribus & magistris cognominati, (Socratici, Platonici, Aristotelici) doctrinam & mores eorum mordicus tenere honori sibi puabant. Multò vero honestius est nobis à nostro Domino & magistro hristianos vocari, quod in hac communione nominis plus sit tum itatis, tum dignitatis.

II. Propositio.

Quare cum alio tempore de Christi nomine actum, placet nunc ndere quid nostrum, id est Christianorum nomen, quod à Chrio derivatum gerimus, sibi velit; unde intelliget is, quanta simul neficia per Dominum in nos collata sint.

III. Expositio tria habeat:

Primum originem nominis. Cum enim recens conversis ad fidem hristianam esset Centurio Cornelius, & discipuli disperguntur ad dicandum gentibus, secundum promissionem Abrahamo factam, les Antiochiæ Christiani cognominati sunt, Act. 11.

Hic locus est de sublato discrimine inter Iudæos & gentes, deque a Catholica Ecclesia. Eph. 1. & 2.

Secundum persequutiones hujus nominis tum apud Iudæos, tum ud gentes. Tam enim invidia Satanæ odiosum fuit, ut sola ejus ofessio capitalis esset. Vide Plin. & Trajan.

Tertium usum & significationem communionis, quæ nobis est m Christi 1. persona, 2. affectionibus, 3. officiis.

1. Cum Christo unum corpus sumus, & idem in utrisque Spiri- s, Eph. 4, & 5. & ædificium, cujus ille est lapis angularis, 1 Cor. 3. am unionem etiam baptismus & cœna confirmant. Rom. 6. & 1 Cor. 10.

2. Indidem cum Christo mortui, resurrexisse, & in cœlum vellati dicimur, Col. 3. Eph. 2. Gal. 4. & contra, servator Act. 9. non sanctos, sed se esse ait, quos Saul persequeretur: & Apostolus Coloss. 1. gaudet se reliquias afflictionum Christi explere in carne sua

pro corpore ejus, id est, Ecclesia: & in psalmis & prophetis nu
sub persona Ecclesiæ Christus, nunc Ecclesia sub persona Domini g
mit, conqueritur, indignatur, lætatur, triumphat: & in Chri
clamat sanguis Abelis jampridem mortui: Hebr. 11. & sub alt
lamentantur animæ eorum qui mactati. Apocal. 6.

3. Postremo ex eodem fonte est dignitatum & officiorum co
munication. Hinc Abrahamum suum vatem vocat Dominus G
22. & Iohannes in Apocal. sua 1, & 5. fecit (inquit) nos reges &
cerdotes Deo & patri suo. Confer cum his beneficiis Scholasticoru
religiosorum, & civium in diversis regionibus & rebuspubl. pri
legia.

Hinc deducatur quintuplex admonitio.

1. Ne quem ex fidelibus lædamus, quia in illis læditur Christ
Esa. 65, & 66. Matth. 10.

2. Ne ulla re terreamur, quia Christus est sapientia, justiti
sanctificatio & redemptio nostra: Christus potentia & vita nost
1 Cor. 1. Esa. 66. Vnde non errores & corruptelæ mundi, non pecc
nostra, non hominum maledicta & opprobria, non tyranni, n
Satan, non mors nocere nobis potest.

3. Vt contemptis rebus hujus seculi, quæramus quæ Chri
sunt, quæ cœlestes & æternæ, Gal. 6. Eph. 1, & 3. Phil. 3, & 4. C
loss. 3.

4. Vt mutuo amemus, & vinculum pacis & concordiæ co
mus, Rom. 12. 1 Cor. 12. Eph. 4. Psal. 133. quia unum corpus sum
nec quisquam odit carnem suam.

5. Vt non nomine tantum, sed re Christiani simus, & offi
attributis fideliter fungamur.

Primo, quod ad doctrinam & professionem, prophetæ simus.
deamus igitur, ut & ipsi Dominum recte norimus, & aliis prædi
mus, constanter profiteamur, & ad extremum usque spiritum g
rificemus. Ioh. 17. Matth. 10. Colos. 3, & 4.

Hic locus est compellandi juventutis præceptores, ne propter v
gi ingratitudinem & ludificationes, in officio langueścant: scili
memores honoris, quem præ cæteris piis Dominus ipsis habuit: m
mores item præmiorum, quæ idem fidelibus doctoribus daturus
Dan. 12.

Hinc ad ipsos te vertes condiscipulos, ut prophetas & magist
suos reverenter audiant, spectantes in iis ipsum Dominum: itaque
initio ætatis se comparent, ut suo tempore prophetare ipsi quoque
quam plurimos Christo lucrifacere queant: Prov. 1, & 2. quod n
te

pore magis necessarium fuit, quam in his convulsionibus orbis rum, & scholarum & ecclesiarum passim ruinis.

Secundo, sed & Sacerdotes sumus. ut de vita & moribus quoque gamus. Sistamus igitur corpora nostra hostiam vivam Deo, m. 12. feramus patienter iugum Christi, Matth. 11. offeramus sacrificium laudis, Psal. 50. preces & eleemosynæ nostræ ascen- in memoriam coram Deo: Tob. 12. denique ita in hoc mundo emur, ut meminerimus nos templum & sacrarium Dei esse. 1 Cor. Eph. 4. Apocal. 21, & 22.

Adde apostrophen ad Ecclesiæ pastores, ut præ cæteris tales esse nt. 2 Tim. 4. Vide orat. Muret. ad Pontificem pro Navarræo, a finem.

Tertio, postremo, quod ad dignitatem & gloriam, uncti sumus s. Igitur in libertate, in qua Christus nos collocavit, stemus, sub jugum carnis & traditionum humanarum retrahi nos pa- ur, Gal. 5. & fortiter pugnemus contra hostes communes, Dia- m, mundum, nostramque ipsorum carnem, Eph. 6. 1 Ioh. 5. r. 9. 2 Cor. 10. nec Christo duce dubitemus de victoria. 1 Tim. 6. im 4. Apocal. 7, & 12.

Hic contendere facies causas, duces, milites, & arma militiæ rz & mundi: quemadmodum Cic. 2. Catil. circa finem confert pubi. cum factione Catilinaria.

Veteris quoque apostrophe tum ad magistratum, qui pro gloria Dei, itia & communibus commodis plusquam alii vigilare debet, quia homini sed Deo judicium exercet, Psal. 21, & 82. nec est quod pter ingratitudinem subditorum, & gubernationis molestias la- at, quia Dominus cum ipso: tum ad subditos, ut pro magistra- rent. Psal. 20. 1 Tim. 2.

IV. Peroratio habeat 1. gratulationem ad pios omnes, de digni- sua in Christo: 2. hortationem, ut conditioni suæ convenien- se gerat: 3. precationem pro constantia & optato fine.

VII. *Lex Domini perfecta. Psal. 19.*

I. Exordium sumatur à generali commendatione legum, ut quæ, e & societatis humanæ vincula sint.

II. Propositio sit.

Nullam gentem sanctiores habuisse leges, quam Israeliticam. l. 103, & 147.

III. Confirmatio constet quinque argumentis.

1. Quod auctor earum sit Deus, qui summe sapiens, just bonus. Confer quæ de Lycurgo, Solone, Numa, Minoë, & Deum legibus suis prætendentibus, leguntur.

2. Quod nihil habeant iniqui vel absurdi, sicut multæ gentilium. Vide quæ in legibus Ægyptiorum, Spartanorum, nienſium, Romanorum, Scytharum, Germanorum & aliorum pulorum inique sancita, vel saltem permissa: ut de idololatria, jurio, expositione infantium, furtis, adulteriis, & similibus: Herodotum, Xenophontem, Iustinum, Plutarchum.

3. Quod omnis recta ratio huc collimet. Vide consensum losophorum, Poëtarum, Oratorum, Historicorum, cum prætis decalogi.

4. Quod quicquid gentilium leges sani habent, id mul perfectius in divinis legibus: nec uni, sed cunctis populis mand & quidem cum promissis majoribus, & comminationibus grav bus, & utrisque certioribus.

5. Quod plus efficaciæ habeant in animis movendis. Vide 19. Hebr. 4. Vide Muret. in laudat. Theolog. Henricum Ste num de fontibus Iuris civilis. Franciſci Regnelli leges politicas sacri juris fontibus haustas.

v. Peroratio sit in exhortatione ad leges divinas diligenter noscendas, & secundum eas omnem vitam instituendam, & rem moderandam.

VIII. *Doctrina ingenua, ex proœmio 1. od. Pyth. Pindari.*

1. Exordium sumatur à thesi seu generali commendatione ve doctrinæ, quæ brevibus & acutis sententiis constabat, ut pat dictis sapientum Græciæ, Orphei, Theocriti, Pythagoræ. proœmium Camerarii in fabul. Æsopic.

11. Propositio tria habeat. 1. Applicationem laudationis vete ad Pindarum lyricorum poëtarum principem: 2. Locum Græcu tine redditum. O aurea Cithara Apollinis & Musarum consona sessio, quam audit chorus ut principium lætitiæ! Cantores autem signis obtemperant, quando percussa reddis ambages choro admi dorum præludiorum: & dirum æterni ignis fulmen exstinguis: dormiscit & aquila in sceptro Iovis resides, demissis alis, ceps avium, quando densam incurvo capiti nebulam suave p brarum claustrum obfudisti, quæ dormitans perfusum cantione

attollit illecebris tuis detenta: Etenim Mars violentus, aspera
arum acie relicta, exhilarat animum carmine: Et mentes Deo-
mulcentur carminibus cum Apollinis sapientia & Musarum.
autem Iupiter non amat in terra & in mari, Musarum can-
aversantur. 3. Divisionem. Hæc Pindarus, quæ cum honestis-
habeant de studiis nostris judicium, non possum, quin locum
pluribus expendam. Primo autem ostendam, cur artes libera-
Citharæ seu Musicæ nomine appellet: deinde, quam eis vim attri-
, adjungam.

III. Expositio. Prima pars quatuor causas afferat nominis.

1. Ab Etymo. Musicas artes vocat omnes quæ ad humani-
em pertinent: quia nomen convenit, quod est à Musa, quæ
ab inquirendo sic dicta. Inquisitio enim & usus peperit ar-
s Dei aspirante gratia. (Hic excurres in locum de origine artium.)
inc factum, ut cum veteres Musas literarum præsides facerent, il-
humanitatis disciplinam Musicam vocarent, qua ingenuos homi-
s docebant ocium recte collocare, animumque honestis studiis re-
are: unde Plato turbata Musica (id est Schola & literis) etiam
ges reipubl. turbari ait. Recentiores vero sic cantandi artem voca-
nt, quæ animi à curis vexati requies esset.

Illustrari hæc possunt speciali explicatione nominum Musarum,
sunt Clio, Euterpe, Thalia, &c. De quibus Natal. in Mytholog.

2. Ab antiquitate. Quid? quod Musica omnium artium anti-
issima est, & prima humanioris vitæ informatio. Vt enim ars lo-
endi ab elementis literarum, ita universa humanitatis cultura à Mu-
ca cœpta est dici. Vide qui Musicæ laudes scripserunt, & Platon. 2.
legib. & Arist. 8. Politic.

3. A dignitate. Nam sine Musica nec epulæ, nec sacrificia,
ec certamina aut prælia, nec doctrina denique ipsa in templis &
cholis institui recte posse videbatur. Vide Cic. 1. Tusc. Plutarch.
de Musica, & de institutis Laconicis: item convivia poëtica apud
Homerum, Pindarum, Virgil.

4. A similitudine effectorum. Nam universa bonæ institutio-
nis vis quid aliud est, quam Musica, id est, concentus quidam ratio-
nis & appetitus. Cic. 1. offic. Goclen. in problem. Ethic. Melanchth.
in Eth. ubi de proport. Arithmetica, Geometrica, Harmonica.

Secunda pars sex fructus doctrinæ commendet.

Cum igitur constet, quibus de causis poëta omnes disciplinas ele-
gantiores Musicas dixerit: consequens est, ut videamus, quid illæ
ea sententia auctoris possint.

1. Vocat doctrinam τὴν ἀγλαΐας ἀρχὴν vitæ lætioris princ pium. Hoc amplifica 1. à causa lætitiæ, quæ est fruitio alicujus bon 2. comparatione voluptatis ex aliis rebus levioribus: 3. exemplis Ar chimedis & aliorum, qui mortem citius, quam literarum tædiu senserunt: 4. apophthegmatibus. Vide orat. Muret.

2. Πείθονται ἀοιδαὶ (ait) σήμασιν ἀγησιχόροις: quibus verb significat, ex doctrina esse omnem vitæ honestatem & δικαιοσύνην.

Amplifica 1. causis δικαιοσύνης, quæ sunt recte vivendi scientia facultas: 2. antithesi ferociæ & confusionis in ἀπαιδευσίαις: 3. testi moniis & exemplis. Vide historias barbararum gentium & mor vulgi.

3. Neque illud contemnendum est, quod Iovis fulmen citha exstingui dicitur, id est, ira & pœna divina averti.

Amplifica 1. causis, quia Deus favet sapientiæ & virtutis studiosi 2. antithesi: stulti enim & male feriati homines toti sæpe reipubl. po nas attrahunt. Vide exempla.

4. Quanta vero illa vis literarum censenda est, quod citha dulcedine etiam Iovis aquila capiatur, ut secure quiescat?

Nimirum viri prudentes sunt, à quorum consiliis reges & princ pes pendent. Vide Platon. judicium de beata republ. & apud Ho merum Agamemnonis de Nestore.

5. Ne vero quis autumet, literas in toga tantum conferre, a serit poëta, etiam Martem carmine affici.

Amplifica 1. Causa. Non enim tam viribus, quam consilio & s pientia res magnæ geruntur. 2. Effectis. Literæ res bello turbat restituunt. 3. Exemplis imperatorum doctorum, ut Cyri, Alexa dri, Cæsaris, Caroli M. & aliorum. Vide orat. Muret.

6. Quare merito poëta ad extremum addit: quæcunque De exosa habet, ea Musarum cantum aversari. 1. Sunt enim artes sing laria Dei dona, 2. & privatio illarum pœna non minima: 3. n quisquam sanæ mentis hæc vitæ ornamenta odit. Vide exempla.

IV. Epilogus post brevem repetitionem laudationis confectæ, d sinet cum gratiarum actione & precibus pro artium inter nos conse vatione.

IX. *Literas præferendas esse armis.*

1. Exordium sumatur à præcepto Platonis, quod est 1. Offic.

Monet Plato, ut mature constituamus, qui & quales esse vel mus.

Qu

Quæ deliberatio adoleſcenti difficilius accidit propter infirmitatem judicii.

Nunquam autem periculoſius cum noſtra ætate comparatum fuit, quæque nunc, ubi omnia arma crepunt, uſque adeo, ut multi bonis literis relictis, cum Marte tranſigant.

II. Propoſitio.

Quod cum ita ſit, conſtitui ad me ipſum & commilitones contra ejuſmodi offendicula confirmandum, rationes nonnullas in medium afferre, cur literas, quam caſtra, potiores habeamus.

III. Confirmationis argumenta ſint tria.

1. Ab honeſto. Vita literaria magis convenit naturæ hominis, quam militaris. Illa enim ratione & conſilio, hæc vi & robore geritur. Scholaſtica vita eſt imago vitæ cœleſtis: militaris ſpeculum pœnarum divinarum. Denique ipſa bella ſuſcipiuntur, ut in pace & ocio tractari bonæ artes poſſint.

2. Ab utili. Literæ in ſcholis bonas artes, in Eccleſia religionem, in republ. jura & leges, poſtremo in omni vita honeſtatem & caſtos mores tuentur: quæ omnia tempeſtate belli corruunt ac deſtruuntur. Quid multis! In ipſis caſtris & armis literæ dominantur. Parva enim ſunt arma, niſi conſilium adſit: Id quod homines militares plumis, quas ſupra capita geſtant, fateri videntur. Vide Cic. 1. offic.

2. A facili. Literæ majori cum voluptate, ſine moleſtia, ſine periculo tractari poſſunt: cum homine caſtrenſi nihil inquietius, nihil miſerius ſit. Vide Mureti orat.

IV. Epilogus vertatur in hortationem: ut pro caſtris ſchola, pro ferro penna placeat.

X. *Non eſſe prorſus vituperandam militiam.*

I. Exordium ſit prolepticum.

Laudandus eſt condiſcipulus, qui pro ordine noſtro tam egregie contendit. Neque enim ipſe aliud vitæ genus neque honeſtius, neque dignius eſſe arbitror.

Vtinam vero ſemper in tam bona pace & ocio vivere, & ſuis cuique ſtudiis vacare liceret, ut nullus uſus eſſet armorum.

Sed quia contra ſæpe accidit, ut manu, non jure concertandum ſit, exiſtimo militiam quoque ſuam laudem mereri.

II. Propoſitio.

Quod cur ita ſtatuam, paucis exponam, non contradicendi ſtu-

dio, sed ut officio satisfaciam. Æquum enim est, ut honeste [illegible] mus de iis, quorum virtute & periculo honeste vivere datur.

III. Confirmationis argumentum.

1. Ab honesto. Principio non placent bella, quæ vel amb[itio] vel insanus aliquis furor affert: sed quæ causa pia, justa, ac nec[essa]ria imponit. Talia fuerunt bella sacra, quæ Iosua gessit cum Ch[a]naeis: pii judices & reges veteris populi cum profanis gentibus: C[on]stantinus cum Licinio: Iustinianus cum Vandalis: Carolus M. [cum] Saracenis & Saxonibus: Belgæ cum Hispanis: & nunc principes G[er]maniæ cum factione Romanensi.

Post religionem nihil bonis viris carius est patria sua, cujus [ob] sæpe in armis consistit. Vide exempla Leonidæ, Themistoclis, C[amil]milli, Scipionis.

Libertas bonum inæstimabile est: at ferro sæpe defendenda. V[ide] exempla Athenienſium & Romanorum.

Cum libertate pari passu ambulat fama & existimatio. Hinc D[arius] contumeliam legatis suis ab Ammonitis illatam tandem bello ul[tus] cogitur. Romanorum legati quod Corinthi acerbius accepti ess[ent] L. Mummius excidio urbis ultus est.

Sunt in amore conjuges: cari sunt liberi: cara res unicuique [est] sed dimicandum pro his, & armis securitas paranda. Vide bell[um] Trojanum, Tarquinianum, Catilinarium, & alia.

Quare quam honestæ istæ res sunt, pro quibus arma capimus, [tam] honesta ipsa bella putanda sunt.

2. Ab utili: Quid vero sive ad opes, sive ad gloriam & [ho]minis celebritatem comparandam aptius, quam arma? Summa [fa]nitas est in iis, qui militari laude antecellunt. Omnia enim quæ [sunt] in imperio, & in statu civitatis, ab iis defendi & armari putan[tur] summa etiam utilitas: siquidem eorum consilio ac periculo cum [res] publ. tum nostris etiam rebus perfrui possumus.

Themistocles, Iphicles, Marius, Vespasianus, & alii ex h[umili] statu summi imperatores evaserunt.

Hinc præmia olim militibus (coronæ, statuæ, imagines, [tro]phea) data, & privilegia ab imperatoribus concessa.

Nec ad tuendam duntaxat, sed etiam ad augendam rempubl[icam] ma faciunt. Testes sunt Assyrii, Persæ, Macedones, Romani, [qui] integra regna & maximas opes bello nacti.

3. A difficili. Denique si proverbio assentiendum, & [quæ] pulchra habenda, quid officiis bellicis difficilius? quid molest[ius] quid periculosius? Vide Cicer. pro Muræna.

IV. Confutatio. At multa triſtia in bellis fiunt. Ita ſane eſt: Et foro quæ fiunt minime grata ſunt maleficis: nec tamen aliter retineri juſtitia poteſt. Medicina non dulcia ſemper, ſed aliquando amara propinat, valetudinis cauſa. Ipſa res literaria, quam tantopere ſuccelſor extulit, quantis contentionibus agitatur? Teſtes ſunt tot ſectæ inter Philoſophos, Theologos, Iurisconſultos, Medicos: è quibus tamen hoc commodi pervenit, quod collatis opinionibus veritas magis pateſcit. Nihil eſt tam ſalutare, quod non parte aliqua lædat. Proinde nec bella, quæ ſunt vindiciæ juſtitiæ, & medicina contra peſtes & carcinomata rerumpubl. & pacis honeſtæ ſtabilimentum, ſine omni clade & incommodo geri poſſunt.

His addatur admonitio de diſciplina ac continentia militari. Vide Valer. Maxim. & noſtra memoria Belgas.

V. Epilogus ſummam commendationis repetat: ut forum caſtris, otium militiæ, ſtylus gladio condat, omninoque prima res in civitate habeatur, per quam ea omnia ſalva habemus, quæ in civitatibus primum ducuntur.

Vide ſimilem diſceptationem Ajacis & Vlyſſis de armis Achillis. 13. Metamorph.

XI. *Iurisprudentia.*

I. Exordium ſumatur à dicto Demoſthenis, qui interrogatus, quid in dicendo primum eſſet, pronunciatio reſpondit: quid ſecundum, ea ipſa pronunciatio, inquit: quid tertium, pronunciatio, inquit iterum. Videlicet quod ea res in dicendo plurimum poſſet.

Accomoda hæc ad Ius, quod in vita primum, ſecundum, tertium, eſt maxime ſalutare & neceſſarium eſt.

II. Propoſitio.

Quod ut intelligatis, paucis oſtendam, quanta tum dignitas, tum neceſſitas, tum denique utilitas ſit Iuris ſtudii.

III. Confirmatio proſequatur rationes dictas.

Primum, dignitatis hæc ſunt:

1. Ius originem habet à Deo, qui non tantum homini, ſed omnibus rebus à ſe conditis jus ac officium ſuum diſtribuit. Vide Cicer. de legibus.

2. Interpretes juris fuerunt ſanctiſſimi viri Moſes, Prophetæ, Chriſtus adeo Servator: & magiſtratus ejus ſunt cuſtodes.

3. Apud omnes nationes legumlatores & doctores in ſummo pretio habiti. Vide exempla Minois, Solonis, Lycurgi, Numæ: item

item indulta imperatorum, de quibus in legibus & jurisconsultorum vitis.

Secundo, necessitatem hæc arguunt.

1. Ipsa universitas continetur quasi lege & justitia.

2. Nec aliter stare ac incolumis esse potest ulla societas; ut domus, respubl., Scholæ, Ecclesia, & omnis generis collegia.

Tertio, utilitatis argumenta sunt:

1. Iuris studium universæ vitæ consulit: honestatem, æquitatem, tranquillitatem tuendo.

2. Privatim etiam ad opes & honores consequendum prodest. Vide Muret. orat. de Iustitia.

IV. Epilogus sit paræneticus de hoc studio amando: addita detestatione Sophisticæ, quæ nunc passim in foro dominatur, more veterum severis pœnis coërcenda.

XII. *Studium Anatomicum.*

I. Exordium dabit proverbium γνῶθι σεαυτόν, quo monemur, ut quisque se ipsum nosse studeat: quia hoc ipso nihil utilius, aut magis necessarium. Affer similes sententias, & vide quanto sui, quam aliarum rerum notitia ad omnem vitam plus conferat.

II. Propositio.

Cum autem notitia sui cujusque in duobus sita sit: ut animum, & ut corpus suum exploratum habeat, dicam hac vice de posteriori, & causas afferam, cur studium Anatomicum, sive historiam corporis humani, commendatam habeamus.

III. Confirmatio sit triplex.

1. Ab honesto. Anatomia est Schola admiranda sapientiæ, justitiæ, ac erga hominem bonitatis divinæ.

Vide hic 1. quo ordine Deus membra disposuerit, quod sapientiæ est: 2. quibus officiis distinxerit, quod est justitiæ: 3. & quam provide singula muniverit, ut nec lædi facile aliqua injuria externa, nec salvum alterum sine altero esse possit, quod φιλανθρωπίας & bonitatis divinæ est. Vide Cicer. 2. de Natur. Deor.

2. A jucundo. In corporis humani contemplatione, totius universi figura occurrit: quo spectaculo liberali menti nihil jucundius.

Instituatur hic collatio hominis tanquam parvi mundi cum universitate: tum quod ad partes continentes, cœlum, mare, terram; tum quod ad contentas, stellas, meteora, metalla, plantas, bestias:

bellias: Nihil enim est, cujus non aliquid simile in homine.

3. Ab utili. 1. Prodest hæc cognitio ad valetudinem, juxta illud: Qui bene se novit, sanior esse potest. Demonstra hæc in præcipuis organis vitæ, indeque excurre in locum de valetudine tuenda; item in reprehensionem ineptorum medicorum, qui ægrotis medicamenta dant, natura & temperamentis eorum parum cognitis. 2. Eadem multas virtutes nobis commendat: ut est: 1. Pietas & gratitudo erga creatorem, qui tam benigni nobis prospexit. Vide Psal. 139. Hinc Galenus de partibus differens subinde Deo creatori gratias agit. 2. Temperantia, cum ex inspectione viscerum constet, quam facile aliqua pars lædi possit. 3. Iustitia & officiositas erga proximum, quia universum genus humanum, & in primis Ecclesia est tanquam corpus aliquod, membris & officiis distinctum quidem, sed numero tamen & fine idem. Cic. 3. offic. Livius in historia Agrippæ. Rom. 12. 1 Cor. 12. Ephes. 5. Muret. in orat. de Iustitia.

IV. Epilogus concludat commendationem addita gratiarum actione pro creatione, qualis est Psal. 139.

XIII. *Historia.*

I. Exordium sumatur à fructu omnis liberalis institutionis, qui est, ut recte sapere, probe vivere, commode dicere valeamus.

Edissere hæc plenius à necessario, utili, honesto.

II. Propositio.

Sed hæc omnia præ cæteris confert historia.

III. Confirmatio respondeat exordio.

1. Quod historia ad sapientiam faciat, inde liquet, quia rerum agendarum consilia suppeditat: scilicet patribus familias, magistratui, ducibus bellicis, ipsisque adeo hominibus Scholasticis, Philosophis, Medicis, Iurisconsultis, Theologis: unde Aristoteles instrumentis disciplinarum scribendarum annumerat historiam: cujus rudes, orator pueros vocat. Vide oration. Caroli Sigonii.

Illustra hæc exemplis.

2. Probitatem juvant exempla recte aut secus factorum: quorum illa à Deo & hominibus præmiis ornata animum in studio virtutis confirmant & retinent: hæc punita, à malis consiliis deterrent & avocant. Illustra hæc exemplis secundum seriem vel Decalogi, virtutum vitiorumque cardinalium. Vide Cic. pro Arch. & Sallust. in procemio Iugurth.

3. Elo-

3. Eloquentiæ inſerviunt exempla, quibus orator in docendo monendo, hortando, conſolando, terrendo, accuſando, defendendo uſus, efficaciſſime dixerit. Declara hæc experientia illuſtrium oratorum in omni cauſarum genere.

Addes, quam jucundum ſit, quantoque et am ornamento, maxime ſenectuti, rerum geſtarum memoriam habere: id quod comparatione cum peregrinatione docebis.

IV. Epilogus concludat dicto Ciceronis, hiſtoriam magiſtram vitæ appellantis, addita paræneſi, ut legendis hiſtoriis vitam & mores rectius inſtituamus.

XIV. *Poëſis.*

I. Exordium ſumatur à refutatione judicii Platonis, cui nec poëta, nec orator in ſocietate civili ferendus videtur: ſcilicet quia ſcurræ & ſophiſtæ his artibus divinis ad petulantiam & quæſtum abuterentur: id quod in caſtos poëtas, & ſeveros oratores, qui iidem viri boni ſunt, minime quadrat.

II. Propoſitio. In præſentia pergam de poëſi dicere, & cauſas afferam, propter quas hac ſtudium omnibus gratum eſſe debeat.

III. Confirmationis loci ſint duo.

1. Ab honeſto: quod poëſis quiddam divinum habeat: quod prima & antiquiſſima philoſophia: quod in Moſis, Iobi, Davidis, & cæterorum prophetarum libris multa poëtica: quod à doctiſſimis & liberaliſſimis quibuſque ingeniis culta; deniq; quod à regibus & principibus plurimum honorata, ut ab Alexandro, Scipione, Auguſto.

2. Ab utili: quod vim & promptitudinem ingenii exciter: quod Grammaticæ, Dialecticæ, Rhetoricæ, & aliarum liberalium artium uſus in ea ampliſſimus: quod in fabulis poëticis Phyſica & Ethica uberrima & jucundiſſima: poſtremo, quod animum moderatum, beneque compoſitum arcana quadam vi numerorum præſtet. Illuſtra hæc exemplis, additurus etiam de vi harmoniæ & numero ex Macrobio, ubi dogma Pythagoræorum, à Cicerone in ſomnio Scipionis uſurpatum, explicat. Vide Cic. pro Archia. Plutarch. de lectione poëtarum. Natal. Mythol. Sabinum in Metamorph. Ovid.

IV. Addi poteſt refutatio, quod in poëtis multa ſpurca, imo impia occurrant. Vbi 1. excuſentur poëtæ, ut qui multa non è ſuo, ſed aliorum ſenſu repræſentent: quod hujus artis præcipuum decus. Cic. 1. off. 2. Moneantur auditores, ut rejectis malis, retineant quæ bona ſunt.

V. Peroratio ſit in hortatione, ut ſtudioſi poëſin magni faciant.

XV.

XV. *Oratoria.*

I. Exordium ſumatur à mythologia fabulæ de caduceo Mercurii, ſirabilem vim eloquentiæ figurante. Vide Natal. Mytholog.

II. Propoſitio.

Quæ res ut rectius intelligatur, paucis de dignitate & utilitate loquentiæ ſive oratoriæ agam.

III. Confirmatio ſequatur partes propoſitionis.

Dignitas hæc eſt:

1. Pertinet ad perfectionem & excellentiam hominis, diſerte de ebus loqui poſſe.

2. Et in quo homo beſtiis præſtat, in eo hominem homini anecellere honeſtum eſt. Id eſt ratio & oratio.

3. Robore vincere magnum eſt: at majus & naturæ hominis nvenientius, oratione.

4. Orator nuſquam non in honore eſt.

Vtilitates ſunt:

1. Privatim facit eloquentia ad inſtruendum, monendum, ortandum, conſolandum: quæ officia domeſticis, vicinis, amicis, enique nullis non debemus.

2. In Schola & Eccleſia ad perſpicue docendum: quæ magna doctore virtus, & auditoribus grata & utilis.

3. In foro ad propugnandam juſtitiam, quæ Reipubl. fundamentum.

4. In ſenatu & ad populum, ad ſalutaria conſilia perſuadenda, impedienda & retundenda quæ patriæ noceant.

5. In caſtris, & præliis, ad militem animandum & inflamandum.

6. Poſtremo in legationibus, ad dignitatem principum & reumpubl. à quibus mittimur, tuendam, & ad obtinendum ſcopum oſtrum.

Hæc illuſtrari poſſunt partim exemplis, partim ipſarum rerum, uibus eloquentia inſervit, commendatione.

Vide Ciceronis oratorem, Ariſtot. 1. Rhetor. Muret. de laud. liter. Carol. Sigon. de Eloquent.

IV. Epilogi loco hortatio ſit ad ſtudium eloquentiæ; cui addi poeſt admonitio de philoſophiæ & rerum conjunctione, ne vel doctrina noſtra ſit infans, vel loquentia inutilis garrulitas. Vide Gellium & Muretum.

XVI.

XVI. *Quænam ex septem artibus liberalibus præstantissima sit.*

Pro Grammatica, artium liberalium prima.

I. Exordium sumas ab auctoritate præceptoris, qui discipulorum de artibus, quas tractant, judicia & sensus cognoscere velit: c proinde obtemperandum, licet nondum ætatis nec doctrinæ ejus ut de tantis rebus pronunciare possis.

II. Propositio sit: te primas dare Grammaticæ.

III. Confirmatio his rationibus nitatur.

1. Grammatica est clavis ad reliquas disciplinas & scientias tum patefaciens: unde Quintilianus eam fundamentum vocat Oratoriæ. Insiste hic excutiendo analogias tum clavis, tum fundamenti (quantum ad necessitatem, firmitatem, rectitudinem; illius clausa aperienda, hujus ad ædificium sustinendum) cum Grammaticæ omni in re literaria usu; & dicendi campum habebis amplissimum.

2. Custos veritatis, verba & phrases idoneas ac rebus convenientes suggerens.

3. Interpres auctorum, tum qui sacri, tum qui profani: Theologi, Iurisperiti, Medici, Philosophi, Oratores, Poëtæ, Historici: qui omnes sine Grammatica obscuri & ignoti manent.

4. Domina omnis rei literariæ, cujus potestati & legibus i etiam reges & principes subjecti: qui ut in corpora & vitas aliorum imo in ipsas etiam leges & instituta potestatem habeant, in verba habent. Sigismundus Imperator in concilio Constantiensi Placentin quod Schisma contra analogiam in fœminino genere proferret, majorem esse Imperatoris, quam Grammatici Prisciani auctoritatem respondens, irrisus fertur.

5. Habuit apud omnes populos cultores præstantissimos; quibus etiam imperatores fuere, ut Cæsar, Augustus, & alii. V Plinium de Grammaticis.

IV. Epilogus concludat præstantiam Grammaticæ, eamque discipulis commendet.

XVII. *Pro Dialectica art. lib. 2.*

I. Exordium sit ab ipsa propositione: te plurimum tribuere Dialecticæ.

II. Confirmatio ſex rationes afferat.

1. Dialectica propius accedit ad res ipſas, atque ad eas ipſa mina & phraſes comparat: ideoque tanto dignior, quanto nucis cortice melior.

2. Fabricat definitiones, diviſiones, methodos, & ſimilia inmenta, quibus nullæ diſciplinæ carere poſſunt, quæ quidem cum ione & utiliter tradendæ.

3. Defendit contra Sophiſtas veritatem: qua nihil precioſius, il in omni diſciplinarum genere magis neceſſarium.

4. Eſt omnibus ſeculis una eademque cunctis mortalibus, ſicut ratio eſt, cujus illa radius ac quaſi proles: cum Grammaticæ cum guis, imo temporibus quoque varient. Vide Schol. P. Rami.

5. Vnde ut ſimplex, ita & cognitu facilis eſt, cum Grammain omnibus linguis tot ſpinas & difficultates habeat.

6. Tanto minus ejus, quam Grammaticæ regulis ſubducere ſe poteſt, quanto ratio ſibi plus conſtat, quam lingua.

III. Epilogus ſit ut ante.

XVIII. *Pro Rhetorica, artium liberalium tertia.*

I. Exordium ipſam propoſitionem habeat: quod neceſſariæ quin & utiles artes ſint Grammatica & Dialectica: plus tamen ſplendoris & dignitatis habeat Rhetorica.

II. Confirmatio talis eſto:

1. Rhetorica accuratiori penicillo & luminibus verborum & ntentiarum res illuſtrat, quas Dialectica nude & quaſi carbone adbrat.

2. Dialectici in umbra ſcholaſtica (tanquam cochlea ſub teſ) latent, ſubtilitatibus & quæſtiunculis ſuis, quæ non multum ad z uſum, addicti. (Ariſtoteles eos confert cum cancros edentibus, propter exiguum alimentum circa cruſtas plurimas occupentur.) ctores prodeunt in lucem, in forum, in curiam, conciones, ra, & quæ meditata habeant, ad uſum reipubl. conferunt.

3. Dialectica parum movet dicendo, Rhetorica eſt ψυχαγωγὸς, efficax in docendo, conſolando, confirmando, terrendo, inflamando, denique quovis motu afficiendo. Vide exempla Periclis, Demoſthenis, Ciceronis, &c.

4. Vt ratione homines præſtant brutis animalibus, ſic eloquentia ipſis hominibus Rhetores præcellunt.

III. Epilogus ſimilis ſit ſuperioribus.

XIX. *Pro Musica, artium liberalium quarta.*

I. Exordium sumatur à proverbio: suum cuique pulchrum.

II. Propositio.

Ego igitur, quia admodum delector Musica, non possum, ci primas dem.

III. Confirmationis momenta sint:

1. A Musica, & numeroso orationis sono, præcipua vis pe oratoris & poëtæ.

2. Magnam vim habet in animis movendis, quos nulla eloquentia flectere aut restituere potest: Vnde Solomon, Vinum quit, & Musica exhilarant cor hominis. Exemplo sunt Saul, Ale der M., Achilles, Pythagoras, & alii.

3. Sed & morbis quibusdam levamentum affert. Ischia scribunt dolores minui modulis levibus tibicinis. Theophrastus a est, Viperarum morsibus tibicinem mederi. Boëthius in Musica t tur, Lesbios & Ionios à morbis cantus dulcedine levatos fuisse.

4. Nulla vitæ pars est, ad quam Musicæ fructus non pertin rustici, pastores, nautæ, opifices, milites laborum & periculo suoram solatium à Musica petunt. Musici fuerunt poëtæ & philos antiqui; Orpheus, Musæus, Pindarus, Socrates: & Politici, chilles, Hieron, Epaminondas, Alexander M., Mars ipse. (de quid de Themistocle Cicero in Tuscul.) In aulis principum ars præ cæteris in honore est: in conviviis (etiam heroum & D rum) oblectamentum singulare: in templis & sacris ornamen &c. Vide Davidis historiam & instituta Ecclesiastica.

5. Etiam bestiæ immanes cantu flectuntur: Pythagoras l Musico sono repressisse legitur: Sybaritarum equi ad cantum t rum saltasse.

6. Plato & alii Musicam pro divino invento agnoverunt ad mores temperandos perutili. Vide Aristot. in fin. polit.

7. Denique sola Musica in cœlo locum habet, & aliis ar desinentibus remanebit.

IV. Peroratio concludet, ut supra.

XX. *Pro Arithmetica, artium liberalium quint.*

I. Exordii loco ipsa propositio sit: nimirum si quid Musicæ buendum, multo plus concedendum esse Arithmeticæ.

II. Confirmatio: quia

1. Musica hominii cum brutis (ut avibus) communis est, nec nium etiam hominum: Arithmetica solius hominis est, & omnis: ppe rationis consequens.

2. Nec Musica movet, nisi numerosa, & sic ab Arithmetica ta.

3. Musica à Lacedæmoniis & Ægyptiis exposa fuit: Lydos, as & Græcos effæminavit: Alexandro à patre Philippo vitio data: thmetica ubique ut necessaria, ita grata acceptaque fuit.

4. Nec solum in mercatura, & aliis vitæ partibus versatur, ipsis etiam artibus & disciplinis usu venit: Grammaticæ, Dialec-, Rhetoricæ, Geometriæ, Astronomiæ, Musicæ, Ethicæ, ologiæ, Iurisprudentiæ, Medicinæ.

5. Hinc Græci & Romani cum primis liberos suos Arithmeti- docebant, idemque apud Platonem de legibus fieri vult So-es.

III. Peroratio concludat Arithmeticæ excellentiam.

XXI. *Pro Geometria, artium liberalium sexta.*

Propositio: Non esse Arithmetica inferiorem Geometriam.

II. Confirmatio: quia

1. Est quasi soror & socia Arithmeticæ, magnitudines & figu- concinnans, ut hæc numeros.

2. Non tantum artes Mechanicas in bello & pace regit, sed alibus quoque opitulatur: Grammaticæ literas, Musicæ voces ocum intervalla, Dialecticæ figuras syllogismorum, & demon-ionum exempla largitur.

3. Maximum vero usum habet in locorum intervallis metien- in syderum positu & motu notando, in umbris & horologiis de-andis & conficiendis: in castris metandis, acie instruenda, ur- obsidendis & defendendis &c. Vide quæ de Archimede Syracu- Livius.

III. Epilogus summam repetat commendationis.

XXII. *Pro Astronomia, artium liberalium septima.*

Propositio. Quanquam de Astronomia postremo loco dicen-: nolim tamen hoc divinæ arti fraudi esse, quo minus in summo o sit & habeatur.

II. Confirmationis loci sunto.

1. Astronomia utitur Arithmetica & Geometria pro adjutri bus & ministris.

2. Sola cœlum spectat, & erectos tollit ad Sydera vultus, terrenis sordibus contemptis.

3. Fuit summis viris in maximo precio. Tales fuere Abra mus, Solomon, Atlas, Orion, Cæsar, Augustus, Fridericus cundus &c. Imo omnes prisci sapientes Ægyptiorum, Chaldæor Persarum, Astronomi fuerunt. Vide Scholas P. Rami.

4. Tempus definit, quod recte constitutum habere soli hom ni datum: nec quicquam ad vitam magis necessarium. Vide doc scholas, templa, forum, officinas, rus, mercaturam, medicin militiam, & similia, quæ stata & distincta tempora postulant.

III. Epilogus concludat pro Astronomia: ubi applicari po carmen Ovidii, quod est 1. Fastor. Felices animæ &c.

XXIII. *Studia linguarum & bonarum artium.*

1. Exordii loco querela sit de harum literarum contemptu.

Hodie inter nostri seculi homines ita inique comparatum est, juventus contemptis linguarum & bonarum artium studiis temer & cæco impetu ad eas properent disciplinas, unde plus lucri spera Quod malum cum indies magis magisque invalescat, occurrere e nentur, quicunque possunt, ne ultima tandem barbaries rempubl terariam occupet.

II. Propositio.

In hunc finem pauca de liberalium artium, quibus vos, com litones, vacatis, præstantia, dignitate, & usu in medium profer ut quem cæpistis cursum alacriter conficiatis.

III. Confirmationis loci sint duo.

1. Ab honesto, hoc est, origine & cultoribus artium.

Etenim verum est illud Platonis, Deum gratam de se famam neri humano in his artibus sparsisse. Nam & à Deo artes profici tur, & homines de Deo commonefaciunt: quod non tantum s literis consentaneum est, sed etiam testimoniis philosophorum, que adeo fabulis de Minerva, Musis, Apolline, Mercurio. Vi Rami instjtut. Dialect.

Fuerunt quoque omnibus temporibus magni principes his s dediti: Iason, Achilles, Alexander M. Philadelphus rex Ægy Scipio, Cæsar, Augustus, Vespasianus, Trajanus, Antonini, C

ius: imo Moſes, Solomon, ipſeque adeo ſervator cætus do-
ium inviſit.

2. Ab utili.

ed hæc leviora fortaſſis videri poſſunt, iis præſertim, quibus uti-
quam honeſtum carius eſt.

Expendite igitur nunc mecum, quantum in omni vitæ genere ar-
oaducant.

1. Nobis aditum ad ſuperiora ſtudia patefaciunt.

2. Moderatos & amabiles mores præſtant.

3. Ineſt quoque his ſtudiis ſumma voluptas.

4. Multis ſunt occaſio & via ad ſplendidas dignitates & ho-
s.

v. Confutatio. Quod autem artes nonnunquam in contemptum
nt, hominibus imputandum eſt: 1. quorum alii artibus turpiter
ntur: 2. alii de iis præ nimia cæcitate judicare nequeunt: 3. quo
dit parentum ipſorum cura de liberis præpoſtera, & ſtudium pla-
erverſum.

. Epilogus concludat laudationem, addita precatiuncula pro ar-
conſervatione.

XXIV. *De Virtutibus Brutorum.*

Exordium ſumatur ab auctoritate Plutarchi, qui in libello de
virtutum monet, ut e quavis re obvia utilem aliquam & ſaluta-
doctrinam capiamus.

e pudeat igitur etiam à beſtiis diſcere, præſertim cum ſacræ li-
d hanc Scholam nos ſæpius remittant. Pſal. 32, & 104. Pro-
. Eſa. 1.

. Propoſitio.

enim nulla eſt virtus inter homines, cujus non ſimilitudo ſit ih
.

2. Confirmatio conſtet inductione quatuor virtutum cardina-
ubi 1. Initium ſemper fiat à virtutis deſcriptione & elogio:
nde demonſtretur ea in beſtiis ex earundem effectis: 3. oſtenda-
quantum ejus deſideretur in homine.

imo, prudentiam brutorum arguit: 1. quod artem aliquam te-
eamque ipſis utilem: & quidem ab ipſo ortu, natura ſcilicet
ſtra. Contra quam multi ſunt inter homines, qui aut nullam
recte callent: aut non neceſſariam: ii denique opus habent ad
dum magiſtro aliquo: denique vix magno labore, cum ad ex-

tremum ætatis perventum, in ea perfecti fiunt. 2. Homines ... beſtiis, beſtiæ ab hominibus nihil didicerunt. 3. In periculis ... nandis, ipſo homine cautiores ſunt, & quod ſemel læſit, id ſe... ſuſpectum habent, nec unquam propriæ ſaluti adverſantur.

Secundo, juſtitiæ argumenta ſunt: 1. Obediunt Deo cre... in mandatis ejus faciendis. 2. Amant pullos ſuos, eoſque be... nutriunt & erudiunt. 3. Gratiam referunt benefactoribus. 4... jungunt ſe æqualibus, cumque his concorditer vivunt. 5. Fe... opem deſertis. 6. Sunt contentæ ſuo loco, neq; quicquam tentan... ambitionem vel avaritiam.

Vide quomodo omnia iſta ſecus in hominibus.

Tertio, fortitudinis ſunt: 1. Non legibus aut propter præ... aut metu pœnæ, ſed ſponte pugnant. 2. Non inſidiis, aut ar... liunde mutuatis, ſed virtute agunt. 3. Nulli ſponte ſerviunt. 4... pro inanibus rebus, ſed pro capite & ſalute, pro domuncula ſu... micant. 5. Nec ſeditiones aut proditiones agitant. 6. Vterque ... ad mortem uſque conſtans eſt. 7. Ipſis hominibus ſæpe negocium ... ceſſunt. 8. Sunt ſedulæ & induſtriæ.

Omnia hæc multo aliter in homine.

Quarto, quod ad Temperantiam. 1. Vtuntur cibo & potu ... plici ac ſalubri, quem a creatore aſſignatum habent: & quidem q... tum naturæ reficiendæ ſat eſt; 2. In habitu cultuque corporis n... ſitatem ſequuntur, alienæ ab omni luxu & ſuperbia. 3. Odoratu ſi... tur non ad voluptatem, ſed tantum ad diſcernendum alimentu... ſexum: 4. Venerem exercent non ad libidinem, ſed amore prol... quidem tempore, quod natura definivit: & cum genere ſuo.

Omnia illa vacillant in homine.

Vide Plutarchi Gryllum, Plinium, Ælianum, Gallium, ... lium in orat., & alios: inprimis quæ tradunt de ciconia, leone, ... phante, perdicibus, ſerpentibus, columbis.

Apodoſin de homine illuſtrabunt exempla delinquentium, ... ſtultus Midas, crudelis Cambyſes, ignavus Sardanapalus, Hel... balus luxurians.

IV. Epilogus vertatur in hortationem, ne virtutis ſtudio ſuc... bamus, ſed tantum vincere connitamur, quanto humanus ... pecudis anima præſtantior, quantoque ad virtutem adminicul... habemus.

XXV. *Vindicia excellentiæ humanæ præ animalibus brutis.*

I. Exordium ſumatur à proverbio, Γνῶθι σεαυτόν. Contra quod, pecum à condiſcipulo, non cogitante, quam præclara bona Deus ipſi eſt homini contulerit, præ quibus vix umbræ dici mereantur, tum impenſe in pecudibus deprædicata.

II. Propoſitio.

Quod ut perſpicere poſſitis, ſequar veſtigia præeuntis, & de hoinis agam virtutibus, quarum vix minima indicia in beſtiis.

III. Confirmatio in ſingulis virtutibus videat. 1. principium, 2. ſequentia, 3. πάθος.

1. Prudentia. Principium veræ prudentiæ eſt ratio, à lumine divinæ ſapientiæ tanquam radius dependens.

Hinc conſequuntur 1. inexplebilis ſciendi cupiditas: 2. tot artes, chanicæ & liberales: 3. ipſius Dei, ut ſupremi & inviſibilis boni gnitio: 4. denique divinatio, partim ex rebus ſenſibilibus, ut aſtris, teoris, phyſiognomia: partim ex ſupremæ & divinæ lucis irradiane, ut in Ioſepho, Daniele, & aliis ſanctis vatibus. Vide Cic. 1. c. 1. Tuſcul. Lactant. Peucerum, de divinat. Mornæum de veritat. igion.

Hunc divini luminis radium grata mente agnoſcamus, & augeri bis petamus, donec in ſpeculo & ænigmate in ipſam rem & claram em transferamur, in qua Deum videbimus ſicut eſt.

2. Iuſtitia. Principium juſtitiæ eſt lex naturæ, itidem à Deo, ipſa eſt juſtitia, profecta, & mentibus noſtris indita. Hæc vetat nquam lædere, & jubet prodeſſe quibus poſſumus. Cic. 1. de le. & 3. officior.

Hinc extitere 1. leges ac jura populorum de vitâ, fortunis, fama & cujuſque incolumi ſervando. (diſcurre hinc ad leges variarum ntium, maxime Romanæ, & vide quid de his partibus utiliter ſtatum.) 2. tum judicia & pœnæ. (Cic. 3. offic.) 3. diſtincti vitæ ores; Oeconomicus, Civilis, Scholaſticus, Eccleſiaſticus. 4. vavitæ tolerandæ ſubſidia, ut agricultura, architectonica, metalopificia, mercatura, mercenaria. Ariſt. œconom. 1. Agamus o pro commoditatibus iſtis gratias, rogantes ſimul, ut in his munconfuſionibus, jura, vitæ ordines, & neceſſaria ejus degendæ adnicula conſervare velit, donec ad eam perfectionem perventum, Deus erit omnia in omnibus.

3. Fortitudo. Principium est magnitudo animi, quæ abh ret à servitio, & appetit dominatum: nimirum quia Deus homi ita condidit, ut nulli nisi ipsi, & quem suo loco ei definivit, subj tus esset, & in cæteras res tanquam Dei vicarius imperium exerce Gen. 1, & 2. Psal. 8. Cic. 1. offic.

Hinc est 1. quod bestias nobis subjicimus: undę aucupium, natio, piscatio: (vide hic, quomodo vel maximæ beluæ industria h mana domentur: elephanti, pardi, leones, ursæ, balænæ) 2. didem urbes, propugnacula, & arma inventa, quibus libertatem jus nostrum adversus vim injustam defenderemus: 3. bella & milit 4. statuæ, encomia, honores, & alia fortitudinis præmia. Vide origine honoris equestris, qui nunc nobilitas.

Extollamus animum, itaque assuefaciamus, ut nulli fortunæ s cumbat, nihilque nisi magnum & homine dignum sectetur.

5. Temperantia. Principium hujus virtutis est amor ordi & decori, & quod non ad pastum, sed ad contemplationem conditu se homo intelligit. Cic. 1. offic. Ovid. 1. Metamorph.

Hinc sunt 1. φιλοκαλία in vestitu cultuque corporis: 2. tot pr cepta de bonis castisque moribus. Vide Galatæum Nathan. Chytr 3. leges sumptuariæ, matrimoniales, &c.

Vivendum igitur caste, sobrie, honeste.

IV. Peroratio 1. concludat quæstionem de excellentia homini 2. hortetur, ut ei nos convenienter geramus: 3. Deo pro imagi sua, quam nobis largitus est, aget gratias, eamque magis ac mag in nobis instaurari oret.

XXVI. *Commendatio vitæ aulicæ.*

I. Exordium sumatur à distributione vitæ humanæ: quod alia ruralis, alia oppidana, alia castrensis, alia aulica.

II. Propositio: Quod ex omnibus maxime laudanda aulica, quæ plurimum dignitatis & commoditatis habeat.

III. Confirmatio.

Dignitatem arguant 1. personæ cum quibus vivitur: (sunt enim principes, & viri, genere, doctrina & virtute præstantes, & tanquam generis humani flores & ornamenta:) 2. exempla, ut Iosephus, Da vid, Nathan, Daniel, & complures alii: 3. res, quæ in aulis trac tantur, nimirum quæ tota regna & provincias complectuntur.

Vtilitas est triplex. 1. Præbent aulæ variarum rerum cognitionem 2. sunt magistræ vitæ ac morum; 3. conferunt opes & honores. Hæ illu

1. commendatione utilitatum, quæ dictæ: 2. exemplis: 3. ...ctesi aliorum vitæ generum.

IV. Peroratio concludat laudationem: vitam aulicam cunctis ...præferendam esse.

XXVII. *Aulicæ vitæ reprehensio.*

I. Exordium sumatur à castigatione orationis simulatæ, quæ ...ude cæpta, turpiter desierit, similis Chimæræ Homericæ, quæ ...te leo, caudaque draco, sed ventre capella.

II. Propositio: Nullam vitam minus placere, quam quæ in aulis ...atur.

III. Confutatio primo argumentis à dignitate opponat: 1. quod ...cipes & magni viri magna quoque vitia habeant: quod aula plures ...ar adulatores, sycophantas, scurras, & bibones: 2. quod viri isti, ...nominati, non tam suo judicio aulam sequuti, quam voluntate ...prorsus singulari eo perducti: quod sapientiores aut fugerint aulam vitam, aut eo pertracti non sine naufragio rerum suarum inde ...erint: (ut David, Daniel, Harpagus, Prexaspes, Clytus, Se...) 3. denique quod ibidem etiam cudantur calida & cruenta con..., quibus innocentes obruantur, & totæ sæpe regiones infe...tur.

Secundo, contra argumenta ab utilitate ostendat, 1. plus in aulis ...itiæ quam prudentiæ, 2. vanitatis & simulationis, quam candoris & probitatis, 3. periculi, quam commodi esse, & si quid lucri ...dignitatis contingat, id quasi ex flammis, & cum jactura conscientiæ petendum: Cæterum plures in hoc pelago navem fregisse, ...in portum duxisse. Hinc abibis in laudem vitæ privatæ, sive ea ...i, sive in urbe agenda.

IV. Epilogus causam addat; qua ad dicendum fueris adductus, ...ore nimirum condiscipulorum. Itaque si effeceris, quod volueris, ...ctum te suscepti laboris percepisse: sin minus, frui te recte facto... conscientia.

XXVIII. *Fur cum mendace comparatus. Eccles. 20. vers. 26. Vide supra cap. 4. dispos. 9.*

I. Exordii loco querela sit de cæcitate humana in intelligendis iis, ...ad officium pertineant.

Inter alia testantur id ipsum opiniones diversæ de furto: quod apud

Scythas crimen habitum graviſſimum, apud Lacedæmonios, in cum arte fieret, in laude poſitum.

II. Propoſitio.

Etſi autem furtum omnino peccatum ſit fædum: gravius tamen eſſe mendacium, juxta illud Sirachi: Αἱρετὸν κλέπτης, ἢ ὁ ἐθιζων ψεύδη, ἀμφότεροι δὲ ἀπώλειαν κληρονομήσουσιν. id eſt, Præſtat fur ei, qui mendacium frequentat: ambos tamen hæreditas manet exitii.

III. Confirmatio ſit in triplici collatione.

Prima erit in ſubjectis. Eſt quidem injuſtus fur, qui alteri clam cunias & ſimilia bona aufert: at mendax injuſtior eſt, quia agri omni ſæpe peculio dominum exuit. Vide exemplum Sibæ, Ieremiæ, &c.

Altera in adjunctis. Difficile eſt quidem ſua ita obſerare, ut à furibus tuta ſint: at longe difficilius eſt, ſibi à calumniatoribus & falſo teſtimonio cavere.

Tertia in effectis: Auferunt fures ea, quibus pauper orbatus, ſuam vitam videtur amiſiſſe: at privatim tantum nocent, cum mendaces opibus, fama, ipſaque etiam vita nos ſpolient, imo publice etiam incommodent, Scholas, Eccleſias, & reſpubl. turbando & infeſtando.

Addatur prolepſis de pœna utriuſque peccati. Nam etſi ad tempus quidam impune videantur furtum & calumnias committere: tamen tamen affutura eſt pœna: id quod vir ſapiens verbo κληρονομήσουσιν indicatum voluit.

Et licet mendaces non ſemper, aut non ita ſevere quam fures magiſtratu plectantur: tamen Deus ex præſcripto legis ſuæ longe ſit gravius illos, quam hos puniturus.

IV. Epilogus concludet utriuſque vitii (magis tamen mendacii) deteſtatione, & hortatione ad juſtitiam & veritatem colendam.

XXIX. *Deteſtatio negligentiæ.*

I. Exordium ſumi poteſt à cauſa, cur tot paſſim pœnæ mortales affligant: ſcilicet quia officium non fit domi, foris: privatim, publice.

II. Propoſitio.

Quare ut me ipſum & commilitones ad ea, quæ nobis demandata ſunt, fideliter præſtanda excitem: dicam de negligentia, quæ deteſtandum ſit vitium.

III. Confirmationis loci sint à turpi & inutili.

Turpitudinis rationes sint:

1. Deus vult ab unoquoque officium fieri, & exsecratur eum i opus Domini facit negligenter. Soloni convictus inertiæ inmis erat: Ægyptii & Corinthii ociosos capite, Massilienses exilio ctebant.

2. Dedit etiam pro exemplo totam naturam, in qua nihil otion. Hic nominatim de apium & formicarum industria agi potest.

3. Leges civiles hoc vitium puniunt: ut Athenienſium, Sparorum, Romanorum, Germanorum.

4. Omnes honesti homines fugiunt & detestantur.

Noxium quoque vitium esse testantur.

1. Peccata ex ocio pullulantia, ut adulteria, furta, latrocinia.

2. Calamitates indidem oriri solitæ, ut paupertas, contemp, &c.

3. Quæ tandem ad Rempubl. demanant, deficientibus, qui em præstent, aut ærarium juvent.

4. Vnde tandem ruina extrema metuenda.

IV. Epilogus hortetur ad laborem & diligentiam.

XXX. *Detestatio scortationis.*

I. Exordium sumatur à dicto Pauli, quo scortatoribus præcidit m vitæ æternæ consequendæ.

II. Propositio.

Vt igitur tam periculosum vitium fugiamus, fœditatem ejus ostenm.

III. Confirmatio constet sextuplici incommodo.

Peccat enim

1. In Deum patrem, cujus mandatum violat, & conspurcat aginem; filium, qui nos sanguine suo ab omni impuritate ablu vult: & Spiritum Sanctum, cujus templum contaminat.

2. In Ecclesiam, cui spurcitie ista labem affricat, ut non dici Ut sponsa Domini sancta, & ab omni macula pura.

3. In rationem, quam brutam & pecuinam efficit.

3. In corpus proprium, quod non tantum dehonestat, sed mor quoque fœdis incendit.

5. In rem suam, quam meretrices exhauriunt.

6. In famam, quam prostituit.

7. In sobolem, quam dehonestat, & exsecrabilem relinquit.

8. In

8. In salutem suam & totius cætus, in quem iram Dei provocat. 1 Cor. 5. Vide exempla.

IV. Epilogus sit in hortatione ad castitatem, quæ Deo, angelis, & hominibus grata.

XXXI. *Terra.*

I. Exordium sumatur ab officio hominis in meditandis Dei operibus: quorum non postremum est terra, hominis domicilium.

II. Propositio.

Hoc nobile Dei opificium nulla oratio satis commendare potest.

III. Confirmatio sit triplex.

Primo, à situ. Est enim in medio mundi tanquam fundamentum ipsius collocata: cui reliqua elementa inserviunt, ignis fovendo, aër ventilando, aqua rigando.

Secundo, à natura & usu: Est enim 1. fons omnis consistentiæ: 2. mater omnium fæcundissima: 3. optima: 4. indefessa: 5. patientissima: 6. constantissima: 7. fidelissima: 8. liberalissima.

Inde enim animantes & homo ipse: inde victus & amictus noster: inde ligna & lapides: metalla & gemmæ: medicamenta & similia. Confer fabulas de Plutone, Proserpina, Vesta.

Tertio, ab adjunctis. 1. Est enim hospitium cum pecudum & hominum omnium, 2. tum inprimis Ecclesiæ, 3. isque locus, quem ipse filius Dei dignatus est invisere.

IV. Epilogus sit in exhortatione ad Deo gratias agendas pro tam optimo domicilio.

XXXII. *Aqua.*

I. Exordium sumatur ab occasione dicendi: quod exemplo motus commilitonis, de aqua dicere velis.

II. Propositio: quæ terræ excellentiæ nihil cedat.

III. Confirmatio itidem triplex esto.

Primo, à situ, quod una cum terra centrum sit mundi: multoque terra vastior: & ad eam fæcundandam in rivulos ceu venas distributa.

Secundo, à natura & usu: 1. quod sit causa omnis cohæsionis & conglutinationis: 2. materia fæcundationis: 3. instrumentum gustus: 4. lotionum, 5. mollitionum, 6. coctionum: 7. ipsa quoque homini potum, escam, metalla, medicamenta & alia præbens: 8. animalia

alia habens, quæ magnitudine & ingenio superent bestias terrestres: vide Plutarchum: 9. denique navigationis patiens, quæ magna & multa mortalibus beneficia confert. Adde fabulas de Neptuno, &c.

Tertio, à dignitate: 1. quod tempore Noæ hospitium fuerit Ecclesiæ: 2. & à Servatore in sacramentum electa: 3. unde ipsi cœli dedicti: & philosophi aquam principium statuunt omnium rerum. Vide etiam miracula aquarum apud Plin. lib. 2. c. 103. & Senec. 3. natural. quæst. 25.

IV. Epilogus hortetur, ut pro aquæ usu Deo gratias agamus. Psal. 104.

XXXIII. *Aër.*

I. Exordium simile sit priori.

II. Propositio.

Inter elementa non ultimæ tribuendæ aëri.

III. Confirmatio.

Primo, à situ: quia cœlo proximus est.

Secundo, à natura & usu: quia 1. miscet & temperat materiam rum generandarum: 2. purgat & reficit naturas inferiores: 3. implet vacuum, & calum cum terra conjungit: 4. defert ad nos lucem calorem, cæteraque beneficia corporum cœlestium: 5. sine eo illum animal ad punctum temporis vivere potest: 6. in eo sunt mera admiranda corpora: 7. volitant aves: 8. per illum videmus & udimus: 9. instrumentum est omnis musicæ.

Tertio, à dignitate. 1. Proxime accedit ad naturam beatorum spirituum, qui inde & nomen habent: 2. eo usus est pro præcone spiritus sanctus in pentecoste, ad beneficia & potentiam Euangelii timandam: 3. denique erit in ultimo judicio locus tribunalis filii Dei & Ecclesiæ.

IV. Epilogus sit, ut superius.

XXXIV. *Ignis.*

I. Exordium sumatur à Græco nomine ἄνθρωπος, quo monetur, ut missis terrenis sursum spectemus.

II. Propositio. Cum igitur de inferioribus elementis commilitones perorarint, ego epilogum faciam ignis laudatione, qui omnium elementorum præstantissimum.

III.

III. Confirmatio.

Primo, à ſitu: quod cætera elementa quodammodo certum l cum habeant: hoc tanquam anima mundi totam univerſitatem pe meet.

Secundo, à natura & uſu. 1. eſt ignis elementum puriſſimum 2. fons omnis lucis, 3. & caloris: 4. ideoque ceu patet rerum gene randarum: 5. quo nec focus nec officinæ carere poſſunt: 6. unde m teora, ipſumque cœlum & ſtellas philoſophi deducunt: 7. ſacræ l teræ ipſos angelos flammas vocant: 8. permeat omnia, nec quicqua ei reſiſtere poteſt: 9. congregat homogenea, & ſuperat ac expugn hęterogenea.

Tertio, à dignitate. 1. Ipſum ſupremum cœlum putatur ign ſimpliciſſimus: 2. in rubo ardenti Deus ſe Moſi patefecit: 3. & ipſu ſe comparat cum flamma conſumenti: 4. Spiritus ſanctus in form linguarum ignitarum apparuit in pentecoſte: 5. & ſervator donu ſpiritus vocat baptiſmum ignis: 6. Denique in ultimo judicio ign abolebit elementa reliqua, & vindex erit juſtitiæ Dei, affligens di bolos & homines impios.

IV. Epilogus gratias Deo agat pro hoc elemento, rogetque n vim ejus noviſſimo die experiamur.

XXXV. *Viſum ex ſenſibus maximam voluptatem afferre.*

I. Exordium ſumatur à prædicatione voluptatis, qua omne ani mal afficitur: ſicut contra omnes naturæ viventes dolorem refu giunt.

II. Propoſitio.

Maximam vero voluptatem puto eſſe viſus.

III. Confirmatio triplex.

1. Objecta viſus jucundiſſima ſunt: ut cœlum, lux, calores picturæ, imagines, ædificia, horti, veſtes, homines formoſi, lite ræ divinæ & humanæ: quibus contemplandis incredibiliter delec tamur.

2. Vtilitas, quam mens è contemplatione rerum capit, long maxima eſt.

3. Miſerrima eſt conditio hominis cœci.

IV. Epilogus agat Deo pro hoc ſenſu gratias, rogans ſimul, u mentem quoque illuminatam habeamus.

XXXVI.

XXXVI. *Auditum ex ſenſibus maximam voluptatem afferre.*

I. Exordii loco ſit ipſa propoſitio: plus tribuendum auditui.

II. Confirmatio ſit quadruplex.

Primo, Cæcitas oculorum compenſari poteſt acie mentis: Vide quæ referuntur de Homero, Tireſia, Democrito, Appio Claudio, Didymo, cui Antonius martyr gratulabatur de oculis, quales Angeli habent, & quibus Deus videtur.

Secundo, Auditus Ariſtotele teſte plus ad ſcientiam & mentis lumen facit, quam viſus: quia plus movet, & diuturnior etiam eſt.

Vide quid Paulus de fide Rom. 10, & Theologi de vanitate imaginum præ virtute vivæ prædicationis verbi: & philoſophi de auditione: & oratores de efficacitate pronunciationis, diſputent. Plutarch. de auſcultatione.

Tertio, Muſica, quæ auditu percipitur, nihil ſuavius.

Quarto, cum cœco conferri poſſunt ſermones docentis, hortantis, conſolantis, &c. cum ſurdo non item.

III. Epilogus, pro hoc ſenſu gratiis actis, petat ut ad omnem doctrinam & admonitionem utilem patentes aures habeamus, clauſas vero ad ſeductiones & offendicula, & vanitates mortalium.

XXXVII. *Odoratum ex ſenſibus maximam voluptatem afferre.*

I. Propoſitio:

Mirabilem quoque vim eſſe odorandi.

II. Confirmatio.

Primo, odoratus, tardius quidem, ſed efficacius afficit. Vide unius roſæ delectationem.

Secundo, reficit ſpiritus cerebri: unde medici ſolis odoramentis ad nares admotis, ſyncopa aut lipothymia correptos reſtituunt: Democritus odore calidorum panum vitam per triduum ſuſtentavit: voluptuariorum quidam totum ſe naſum fieri exoptavit.

Tertio, Odoratus cauſa magni ſumptus fiunt. Vide veterum convivia & theatra, tabernas unguentarias mercatorum: Poppæam Neronis, Antonii Cleopatram, & ſimiles.

Quarto, judicat de cibis, & multum commodat œconomiæ. Vide Gryll. Plutarch.

III.

III. Epilogus itidem, Deo gratiis actis, auditores à suavit odoratus, ad fragrantiam bonæ famæ ducat.

XXXVIII. *Gustum ex sensibus maximam voluptatem afferre.*

I. Propositio. In gustu multum voluptatis esse.

II. Confirmatio.

Primo, Gustatus voluptas diuturnior est: unde Philoxenus gr collum optabat.

Secundo, Sapores, nominatimque cibus & potus, hoc plus jur quo sunt sapidiores.

Tertio, Pleraque odorata gustui ingrata sunt, & sapida quæ s utrunque sensum suaviter afficiunt.

Quarto, Saporis causa magnos sumtus mortales faciunt. Arist pus perdicem 50. drachmis emit: Geta Imperator dapes per alpha tum apponi voluit: Apicius sestertium millies in culinam coc cit. &c.

III. Epilogus post gratiarum actionem moneat de temperant & de siti ac fame boni nominis, imo cœlestis cibi & potus, quem Dominus.

XXXIX. *Tactum ex sensibus maximam voluptatem afferre.*

I. Propositio. Omnium sensuum maximam voluptatem af tactus.

II. Confirmatio.

1. Ipse odoratus & gustatus mediante fit tactu.
2. Tactus omnium animalium est communis.
3. Et cæterorum sensuum quasi fundamentum.
4. Qui nisi recte habet, nulla cæterarum voluptatum vim f exercere poterit. Vide quid hieme focus luculentus possit præ c pulchro: æstate tenuis togula præ fulgente auro trabea: fame u te panis præ cithara: siti, aqua præ rosa: in pluvia, siccum cæn lum præ lautitiis camporum: in dolore acri medicamentum he præ reliquis voluptatibus.
5. Multum quoque hujus voluptatis causa impenditur. Vid ligulæ lotiones calidis & frigidis unguentis temperatas: Romano sinum Bajanum. &c.

6. M

6. Multi ab hac voluptate ne mortis quidem periculo avelli
erunt.

III. Epilogus, gratiis Deo actis, moneat ne intemperantia mor-
& cruciatus corporis attrahamus: imo ne prave agendo con-
ntiam lædamus, cujus sensus acerrimus: denique ut ex modicis
oribus hujus temporis colligamus, quanta sint æterna illa tormen-
ura, quæ impios manent, quæ Deus à nobis prohibeat.

XL. *Apes. ex Georgicor. Virgil. 4.*

. Exordium sumatur à generali commendatione physicæ, rerum
uralium mysteria ac miracula scrutantis.

II. Propositio.

Neque enim tam minutum quicquam esse, quod non cum admira-
e contueamur. Nam ut de apibus minutissimis animalculis hac
agamus, quam multa hic occurrunt stupenda & observatione
a.

III. Confirmatio triplex.

1. Ab honesto. Primo in apibus simulacra apparent plurima-
virtutum, prudentiæ, fortitudinis, sedulitatis, parsimoniæ,
dentiæ, justitiæ: adeo ut totam philosophiam practicam, & in-
is quæ de domo & republ. administranda agit, ad apium exem-
accommodare & describere quidam hon vulgaris nominis insti-
int.

2. Ab utili: quod mel & ceram sumministrant: quorum in vi-
medicina usus permagnus. Vide Plinium.

3. A jucundo: quod in tam parvis animalculis tam præclara
ntiæ & potentiæ divinæ testimonia: quemadmodum etiam in
omnium lignorum tam utilissimo quam specie contemptissimo.

V. Epilogus hortetur 1. omnes, ut creaturis Dei grata mente
ur: 2. condiscipulos, ut apium imitantes industriam, è lectio-
& auditionibus utilissima quæque colligant, & ad suum alio-
que usum transferant, venena & nocumenta araneis relinquentes.

XLI. *Linum.*

. Exordium sumatur à genere, hoc est, pia ratione contemplandi
pera, ut testes sapientiæ, bonitatis, & potentiæ ipsius.

. Propositio: In his esse linum, quod utcunque videatur, non
tamen satis prædicari.

III. Commendationis argumenta sint:

1. A difficultate parandi: ubi inductio instituitur potest labo ad linum & lintea pertinentium. Quomodo nimirum in lacunis ma randum, exsiccandum, frangibulo conterendum, carminandum, applicandum, exinde fila trahenda. Vide Physic. Frigii, & Ianuam guæ Latinæ.

2. A dignitate: ut quod inventum bene vetus, Plin. l. 7. Iu lib. 2. Ovid. 6. Metamorph. quod in sacris literis sæpe memoretu Exod. 13, 38. Esa. 38. 1 Paral. 4. quod inde nobiles matronæ comm dentur, ut Penelope, Lucretia, Tobiæ uxor: quod angeli veste li repræsententur, Ezech. 9. Dan. 10. Apocal. 2. & in historia resur tionis Domini: postremo quod purius sit lana, nec vermiculet.

3. Ab usu in omni vita. In Ecclesia vestes sacerdotales li erant, & apud Christianos in administratione sacramentorum mu in locis similis habitus in usu est: Romæ candidati albis vestibus e no se sistebant. In castris & signis militaribus multum lini est. Eo domi ab ortu hominis usque ad sepulturam utimur: in cunis, ve tu, coquina, mensa, lecto, ipsoque adeo loculo: ad necessitate commoditatem, ornatum: postremo nobis inde charta script suppetit, quæ commendari satis nequit. Vide quæ scribendi diffic tas olim præ hodierna facilitate fuerit. His addi possunt imagin lino sumptæ. Exod. 26. Iob. 7. Ezech. 44. Esa. 38. Proverb Eccles. 9.

IV. Epilogus gratias agat Deo pro usu lini; & auditorem mon ne hoc Dei dono abutatur ad luxum: quod peccatum Deus tot an rum lini caritate jam punit.

XLII. *Ferrum.*

1. Exordium sumi potest à dicto Heracliti, qui ad furnum sed cuidam ad eum ingredi cunctanti, quid cessas? inquit; nam & hic sunt.

II. Propositio.

Cum nulla res sit, quæ non de factore suo testetur, tum præ teris hoc facit ferrum. De cujus præstantia pauca hac vice.

III. Confirmatio sumatur à ferri dignitate & usu.

Ad dignitatem pertinet. 1. quod ferri inventio antiqua: v Gen. 4. 2. ejus in sacris literis mentio fiat amplissima: 3. celebres buerit opifices: 4. reliquis metallis profligatis, solum in usu ma rit apud Spartanos.

Vſus oſtendi poteſt 1. Eccleſiaſticus, ut in ſacrificiis: 2. politicus, in munitionibus urbium & bellis: 2. domeſticus, ut in omnibus ficiis, in præparando victu, in defendenda vita, in agricultura, igatione, &c.

IV. Epilogus gratias Deo agat pro hoc metallo, moneatque, ut non ad crudelitatem & injuſtitiam, ſed ad res neceſſarias & honeſ- utamur.

XLIII. *Horologium.*

I. Exordium ſumatur à dicto Solomonis, quando ait, Omnibus bus ſuum attributum eſſe tempus.

II. Propoſitio.

Cum in omnibus rebus agendis temporis ratio habenda, dicam de ologiis, quæ ab horis & temporibus indicandis nomen accepere. enim nihil puto inventum eſſe ingenioſius, nec vitæ utilius.

III. Confirmationis argumenta ſint tria.

1. Quo machinæ in horologiis admirabili arte cœli motum entur: ubi excurre in locum de ſolertia ingenii humani. Vide . 1. Tuſcul.

2. Quod uſum habeant in vita maximum: quandoquidem ad am conciones ſacræ habentur, inſtituitur juventus, agitur forum, orant operæ, fiunt commercia, ſuſcipiuntur itinera, &c. de qui- ſingulis ornandis non deerit oratio.

3. Quod de multis graviſſimis rebus moneant: ut 1. de morte ura, cujus meditatio ſumma ſapientia: 2. de fine mundi: unde in ſperis modeſtia, in adverſis patientia: 3. de futura vita, ubi hæc mporum diſtinctio deſinet, omniaque æterna erunt: è cujus rei itatione piis ſumma voluptas, impiis terror maximus oboritur.

IV. Epilogus ſit in hortatione de horologiis recte curandis, de mpore bene collocando: de ultimo vitæ momento proſpiciendo &c.

XLIV. *Gratiarum actio ad Senatum Bremenſem pro munificentia in rem Scholaſticam. ad imitat. orat. pro M. Marcello.*

I. Exordium habeat gratiarum actionem ad Deum pro facultate undi ad labores Scholaſticos.

Otii Scholaſtici, quo propter peſtem per aliquot menſes uſi fui- s, finem hodiernus dies attulit.

Præterquam enim quod cœlum paulo ſalubrius redditum, inge
Dei beneficium eſt, quod ſcholam apud nos conſervat, & cum
magiſtratum, qui in re literaria juvanda nullis ſumptibus parcit.

Enimvero quamdiu ſcholæ florent, & de Eccleſia, & de Repu
& de omni vita bene ſperandum eſt: nec mihi perſuadere poſſun
religionem & bonos mores diu ſupereſſe poſſe, his fidei ac honeſta
officinis ſublatis.

Quod cum ita ſit, merito gratias agemus Deo, qui adhuc in
nos cætus docentium & diſcentium tuetur, & civibus omnibus qu
ſignum aliquod ad bene de poſteritate ſperandum præfert.

II. Propoſitio.

Sed & ampliſſimo ſenatui maxima gratia debetur, cujus pro
publ. cura ac vigilantia multis nominibus commendanda veniat; tu
nihil mihi laudabilius occurrit, quam quod rem ſcholaſticam t
impenſe amat, tam ſapienter conſtituit, tam liberaliter juvat.

III. Confirmationis loci ſint:

Primo, Principio intelligunt ſapientiſſimi homines, ſcholis ni
honeſtius eſſe: quippe 1. quæ officinæ ſapientiæ & virtutis: (con
cum mercatura, quæ quæſtuoſa, ſed incerta: cum opificiis, q
neceſſaria, at ſordida: cum militia, quæ glorioſa, verum & pe
culoſa:) 2. quæ à prophetis, Chriſto & Apoſtolis habitæ: 3. qua
magnis regibus & imperatoribus honoratæ. Vide Chaldæorum
pientes, Perſarum Magos, Græcorum Philoſophos, item exem
Epaminondæ, Alexandri M., Caroli M., Alphonſi &c. Conſule M
reti orat. 23.

Secundo, Nec ulla res magis neceſſaria eſt. Sunt enim ſcholæ
minaria, unde Eccleſia doctores, reſpubl. principes & magiſtra
domus patresfamilias eruditos, ſapientes, honeſtos accipit.

Tertio, Denique ſcholæ erunt, cum reliqui vitæ ordines jam
fierint.

IV. Peroratio 1. repetat gratiarum actionem ad Deum & ad m
giſtratum pro ſcholarum uſura, 2. & juventutem hortetur, ut
caſionem datam bene collocet, ſeque ad officia patriæ olim præſta
da recte præparet.

XI

XLV. *Laus scholarum, ut quæ officinæ sapientiæ & virtutis. ad imitat. Isocrat. ad Demonicum, Græce componenda.*

1. Exordium sumatur à testimonio Aristotelis, quod 1. proponi-, 2. confirmatur, 3. illustratur, 4. concluditur.

1. Scitum est, quod in Ethicis Aristoteles scribit, Deo, pa-cibus, & præceptoribus non posse gratiam dignam referri.

2. Deus est, in quo vivimus, movemur & sumus. Parentes uerunt nos, & per eos habemus vitam, patriam, rem. Præcep-es quasi regenerarunt nos, mentem doctrina & bonis moribus oentes, exponenteſque, quæ adoleſcentes conſectari, quæque ge, & quibuſcum verſari, & quemadmodum vitam inſtituere reat. Enimvero qui hanc vivendi viam ſunt conſequuti, hi ſoli eatam vitam pervenire poſſunt: id quod omnium mortalium vota ecunt.

3. Multum commendat hominem forma egregia: ſed ea non eis incendium eſt libidinis: & præterea ætate perit; aut morbo ab-itur. Divitiæ & adjumentum & ornamentum ſunt vitæ; verum rum eis tribuendum, Crœſi aliorumque pericula docent: ut ta-n eas multorum vitiorum adminiſtras eſſe. Ætati enim noſtræ aſionem præbent ignaviæ, noſque ad commeſſationes, libidines, miles voluptates excitant: alios inflant, & petulantes ac in proxi-m injurioſos faciunt. Robur quidem iis, qui prudentes ſunt, mul-prodeſt, maxime in præliis & certaminibus: qui vero prudentia ent, plus etiam ex eo detrimenti capiunt. Nam quantum corpus r, tantum obſcurat animi induſtriam & ſtudia. Videmus enim corpora plus ferinæ naturæ habere, quam humanæ, & auda-agere, quam prudentius. Sunt qui de nobilitate & ſplendore ge-is gloriantur: at hæreditate à parentibus id conſequuti ſunt, ut bles audiant.

At à præceptoribus munus accipimus, quod in quorum mentibus eris conſedit, & quibuſcum conſeneſcit, omnibus divitiis eſt ſtantius, omnique generis nobilitate eſt utilius. Id vero eſt recta ructio, quam conſequi ſumma hominis felicitas eſt.

4. Agnoſcamus hoc, commilitones cariſſimi, & Deo ex toto mo gratias agamus, quod nobis præceptores dedit, qui inſtituen-nobis operam dant, & docendis, hortandis, monendis quotidie ent.

II. Propositio bimembris, cum loco attentionis.

In hunc finem constitui hac vice dicere de duobus excellen bonis vitæ Scholasticæ, quæ sunt sapientia, & morum probitas. probitas sine sapientia facile impingit: & sapientia probitate de ta mera calliditas & versutia est.

Agite dum, attendite cum benevolentia, & quod infirmi consequi nequit, id rei ipsius de qua agitur præstantia, & ve quitas penset.

III. Expositionis pars prima ex partibus, effectis & cau pientiæ.

1. Sapientiæ (hinc enim ordiri placet) primum mun res divinas nosse. Itaque sapiens novit Deum auctorem suum, que opera, & quem ei cultum debeat: novit quoque se ipsum quam nihil ex omnibus, quæ habet, sit firmum & diuturnum.

Vnde quoque memor est ejus, quod Epicharmus crebro usu fertur: Nervos sapientiæ esse, non facile credere. Qui enim b volo propensoque animo consilium det, non facile invenitur. N vero sapiens imitatur vulgus hominum, qui suavia magis, qu lutaria volunt, & amicis magis se adjungunt, qui vitiis pecca indulgent & communicant, quam qui reprehendunt & corri sed sæpius & sibi optima præscribere & imperare vult, idemque ad virtutem hortantes audit. Adulatores autem odit, & eos, fallere student. Vtrique enim si fides detur, maxime eos, qui cu decipiunt.

2. Hæc sapientiæ munera sunt, quibus exercendis, & cu tionis lumen accenditur, & hoc ipsum quoque facit, ut quis a suas obeundas aptus sit. Sapientia enim destitutus est tanquam c sine corriga. Hinc constans gaudium & perpetua voluptas; hin licitas vitæ & prosperi successus: hinc laus & immortalis gloria. re 1. magni facienda est sapientia, tanquam summum & immo bonum. Enimvero si discendi sis cupidus, plurimum proficie Audiendi quoque sunt magistri, qui studiosis sapientiæ operam ab his quæ ignoras non pudeat inquirere & discere. Æque enim est, adolescentes aliquid boni non discere, ac oblatum ab amico num non accipere. Nec pigeat longum iter suscipere, ut eum a qui præclari aliquid profitetur. Turpe est enim mercatores tanta ria transire, solum ut facultates suas augeant: adolescenti vero u iter facere grave esse, ut animum sapientia locupletet. Etenim apes in omnis generis flores se demittunt, eosque degustant, ab quoque vero ea tantum, quæ utilia sunt, delibant & decerpunt:

Sap

niæ ſtudioſos nullius rei rudes eſſe oportet, à quoque vero conducant duntaxat eligere. 3. Verum enimvero cum nihil homagis proprium ſit, quam in conſiliis errare, tutiſſimum eſt, ientiam à Deo petamus, ut is & conſiliis ſalutaribus nos in-, & ſucceſſus quoque largiatur bonos, quemadmodum ſanctus us monet. Vide cap. 1. verſ. 5.

poſitionis pars ſecunda à virtutis neceſſitate & partibus.

ri de ſapientia primo bono Scholaſtico, quo mens hominis rec-abet: ſequitur de animi & morum integritate. 1. Nam qui ſa-iæ operam dant, præclare quidem illi faciunt: at præſtantiſſi-officii munus non ſuſcipiunt: qui vero ita in doctrina proficiunt, ores & vitam ſimul emendent, plurimum laudis conſequuntur, ſolibeate vivere exiſtimandi ſunt. 2. Conſiſtit autem hæc res in s: ut recte affecti ſimus erga Deum: tum ut erga proximum: emo ut erga nos ipſos.

1. Caput igitur bonorum morum eſt pietas erga Deum, quæ Apoſtolo ad omnia utilis eſt; quippe promiſſionem habens huturæ vitæ. Hæc virtus diligenter audit verbum Dei, quia id uam fallit: amat Deum ſupra omnia, quod is non tantum ſumn, ſed unicum bonum eſt: confidit Deo, qui beneficentiſſimus mentiſſimus: obedit tanquam juſtiſſimo & digniſſimo: etiam guſtiis & tentationibus, quia perſuaſum habet, iis qui Domino t, omnia bono vertere: invocat etiam Deum in acerbitatibus ad eumque tanquam ſacram anchoram ſe recipit, eique in omsgratias agit, tanquam parenti & cauſæ omnis boni, denique tanquam maximum & præſtantiſſimum ante omnia reveretur & it. Itaque homo pius nunquam aliquid flagitioſe committit ſpe di. Nam tametſi alios fugiat, Deum tamen celare non poteſt, i eſt conſcius, & ſua ipſum accuſat conſcientia. Quodſi conia te accuſat, quanto major eſt Deus, cujus oculi vident omnia, jus manum nemo effugere poteſt. Pertinet quoque ad pietatem randum ſervare. Eſt enim jusjurandum invocatio veri Dei, qua titur, ut teſtis ſit veritatis, & jurantem puniat, ſi ſciens fallat. non temere jurandum eſt: verum cum neceſſitas cogit, idque ob s cauſas: vel ut te crimine aliquo liberes: vel ut amicum à periſerves. Pecuniæ autem cauſa nunquam Deum obteſteris, etiamſi a cum mente poſſis. Nam ſic aliis perjurus, aliis avarus videbere.

2. Poſt Deum ſunt parentes, & in Schola & Eccleſia magiſtri, omnes colendi & reverendi. Per hos enim nos regi vult, & eo-vocem habere debemus pro Dei voce. Tales enim ſimus erga pa-

rentes & præceptores noſtros, quales olim erga nos, noſtros liber auditoreſque velimus eſſe.

His addo patriam, pro qua nemo bonus dubitet mori, ſi prode ei poſſit.

Magiſtratui quoque & principibus, ſub quibus ſumus, parendu eſt, & eorum mores imitandi, & ſtudia conſectanda ſunt. Id & m jori laudi nobis dabitur à populo, & benevolentiam erga nos mag confirmabit.

Habetis pietatem. Hujus filia eſt juſtitia, quæ unicuique ſuu tribuit, cavetque ne cujus famæ, vitæ aut fortunis noceat. Hæc gr tiam refert bene meritis: tribuit honorem quibus debet, afficit pr miis bonos, & punit malos: in rebus contrahendis ſervat æquitate à fraude & vi prorſus aliena eſt.

Fundamentum autem juſtitiæ eſt fides, cujus diligentiorem cura adhibere oportet, quam depoſitæ pecuniæ. Bonus enim vir iis e moribus debet, quibus magis creditur, quam verbis.

Malis enim nulla fides habenda: bonis vero omnia tribuenda ſun Vir juſtus in rebus agendis nullo utitur improbo & malo miniſtr Quum enim miniſtri alicujus peccant, eorum culpam homines ipſum transferunt.

Eſt homo juſtus ſua ſorte contentus, non opes, non honor: capt alterius, nec ingerit ſe in aliena negocia, ſed ſua curat, qua pote diligentia. Bonorum enim non abundantem & copioſam poſſeſſi nem expetit; ſed modicum potius eorum fructum, eos autem co temnit, qui ſtudent divitiis: ubi vero eas conſequuti ſunt, neſciu uti: quibus accidit, quod ei, qui equum pulchrum alit, equita neſciens.

Fugit etiam juſtus criminationes, præſertim falſas. Novit eni quod vulgus ex veritate pauca, ex opinione omnia æſtimet. Scit eni quamvis ipſe ad tempus celet, poſt tamen innoteſcere.

Iuſtitiæ affinis eſt beneficentia & humanitas, quæ multa comple titur: manſuetudinem animi, affabilitatem oris, æquitatem in ju dicando, benignitatem facti.

Iram enim compeſcit, quia eo animo vult eſſe in eos qui peccan quo etiam alios in ſe committentem aliquid optaret; nec ulli mi riam ſuam exprobrat, ſed potius miſeretur & ſuccurrit, quibus po teſt. Fortuna enim communis, nec provideri poſſunt, quæ inſtan

Tum nec culpat aut accuſat facile aliquid: odioſum enim id e neque reprehendendi ſtudio ducitur, quod odium concitare & p care ſolet. Erga alios præbet ſe comem, non elatum. Etenim elati ſpir

vix servis sunt tolerabiles: Comitas vero omnibus jucunda & gra-
est. Quamobrem non decet esse litigiosum, neque implacabilem,
neque pugnantem contra quosvis, neque acerbe in alios invehi, etsi
quæ justæ suppetant; sed concitatis remittere & indulgere, placatos
ero & sedatos amice ac tempestive increpare. In sermone quoque de-
emus faciles esse & blandi, occurrentes humaniter salutare, & fami-
iter alloqui. Neque vultu simus horrido, naturaque tristi, sed
ræsenti animo, ac jucundo aspectu. Illud enim animum turbatum &
erum, hoc humanum & facilem arguit.

Sed non satis est, ut verbis comes simus, sed beneficos quoque o-
rtet esse, maxime in bonos. Optimus enim thesaurus est apud bo-
um virum depositus debita gratia. Quamobrem gratiam & benefi-
a volentes collocemus; hilarem enim datorem amat Deus.

In amicitiis contrahendis fidi & integri simus, neque tantum præ-
ntes, sed eos etiam qui longe absunt, adeo ut nulla temporis inju-
fidem amicitiæ convellat. Attamen non omnibus dextera inji-
enda est, ut Pythagoras monet, sed bonis tantum familiariter u-
endum. Quare nobis nullum adjungamus amicum, de quo non ex-
oratum habeamus, quam bene prioribus amicis sit usus. Talis enim
it futurus est, qualis in eos fuit. Sensim vero amicus fias, & factus
manеas. Vtrunque enim turpe est: & nullos habere amicos, & eos
os habes sæpe mutare. Quare amici periculum faciendum in rebus
ersis. Nam ut aurum igne, sic fides amici periculo perspicitur.
e igitur vide, ut necessitatibus amici subvenias, etiam non roga-
s. Quo enim beneficium libentius confertur, & tempestive magis,
c plus gratiæ meretur.

Pertinet quoque ad fidem amici, absentium honorificam mentio-
em facere, & eorum famam & existimationem, quantum in nobis,
efendere.

Absentem enim qui non defendit, nec contradicit calumniæ, ubi
mpus & occasio, amicus non est. Postremo meminerimus, quod
postolus scribit 1 Cor. 13. vers. 3, 4, 16, 17.

3. Vidimus quales esse oporteat erga alterum: superest, ut
acis addam, quid nobis ipsis debeamus.

Primum decet animum fortem habere, ne propter periculum aut
orem officium deseramus. Cum enim nihil humanarum rerum sit
mum & diuturnum, non debemus in rebus secundis efferri aut
oriari, neque adversis animis cadere & desperare. Quodsi peri-
la sint adeunda, præstat inde salutem reportare cum gloria, quam
a turpitudine conjunctam. Etenim omnibus moriendum est prop-

ter peccatum: claram vero & illustrem mortem Deus tantum bon & piis proposuit constituitque. Vt vero dolorem leniamus, & patien tius feramus, operæ precium est aliorum piorum hominum adversa fortunas videre, & meminisse, nos quoque homines esse, nec æquum ut præ cæteris mortalibus meliorem sortem velimus. Quam labo riosa fuit vita patriarchæ Iacobi? Quid non Iobus passus est? quam graviter rex & propheta David passim in psalmis de suis ærumnis miseriis queritur? Quid ipse servator? nonne universa ipsius vita me fuit afflictio? nonne per varias tribulationes ingressus est in gloria suam? Beatus homo, qui tentationes perferre potest: quia si probatus inventus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam Dominus pro misit iis, qui ipsum diligunt.

Postremo requiritur ad bonos mores temperantia, ut modum po namus animo, modum linguæ, modum gulæ & libidini, modum d nique universæ vitæ & actionibus nostris. Nihil enim tam nos dece putemus, quam lenitatem, pudorem, verecundiam & temperantia Quid enim rebus secundis superbis ô homo? quid habes per te, no datum tibi à Deo? quid habes, quod constans & perpetuum sit? Form & robur ætate perire, aut morbo aliquo consumi possunt. Divitiæ va riis casibus obnoxiæ sunt: surripi possunt, auferri possunt, incend conflagrare, aquis submergi possunt. Scientia nostra quid est, nisi i scitiæ nostræ notitia? Virtus quam jactemus, admodum infirm multisque vitiis inquinata est. Quid quod Deus resistit superbis, h milibus autem dat gratiam suam? Humiliemur igitur sub potet manu Dei, ut ille nos extollat suo tempore.

Humilitati affinis est mansuetudo & placabilitas, iræ & vindict cupiditatem exercens. Eo enim animo in eos, qui nos offenderu esse decet, quo in nos gravissime peccantes est Deus: qui solem suu exoriri patitur tum bonis, tum malis: qui nobiscum agit, ut cu suis filiis benignus pater.

Maxime autem fugiamus compotationes: si tamen interesse co tingat, ante ebrietatem surgamus & abeamus. Est enim ebrie voluntaria insania, prætereaque multum valetudinem lædit: q quantum bonum sit, dolorum, qui ex ægrotatione proficiscuntu sensus ostendit.

Etenim voluptates, quæ ex honestis studiis sunt, solidæ sunt: c vero, & libidinum & commessationum libido, cum multo dol mixta est. Quamobrem nobis frequenter ante oculos ponamus monitionem servatoris. Vide Luc. 21. vers. 34, 35, 36.

Temperantiæ quoque est linguam frænare, quandoquidem de q

is ocioso verbo rationem reddituri sumus, ut Servator monet, Matth. 12. Duæ igitur sunt tantum oportunitates loquendi: aut de iis quæ bene nosti profutura audientibus, aut de quibus necesse st dicere.

In his solis sermo silentio præferendus: in aliis tacere, quam verba facere præstat. Ante etiam cum animo nostro consideremus, quid facturi sumus: sæpe enim lingua menti præcurrit, hominemque vertit, & quem verbis offendit, ei facto ipso dat pœnas. Et quidem ecisse neminem pœnituit; dixisse, permultos. Sexcenti dari possunt, ui ob linguæ petulantiam in gravissimas inciderunt calamitates, uorum, omissis reliquis, unum duntaxat atque alterum pro specimine afferam. Plutarch. de educat. Cum Ptolomæus Philadelphus sororem suam Arsinam in uxorem duxisset, Sotades quod ei dixisset, ipsum in nequaquam licitum foramen introducere aculeum, in carcere per longum tempus contabuit, pœnamque importunæ loquacitatis non indignam dedit, qui ut aliis risum moveret, multum ipse debrit temporis. Antigonum Macedoniæ regem altero carentem oculo, cum vitium hoc ei exprobrasset Theocritus Sophista, ad iram non mediocrem provocavit. Iubebat is Eutropionem coquorum principem, qui munus aliquod gesserat, ad se venire, & rationes secum conferre. Quod cum hic ei renunciaret ac sæpius accederet, Scio, inquit Theocritus, quod me crudum vis Cyclopi apponere, huic quod coquus, illi quod unoculus esset, exprobrans. Ergo, ait Eutropius, tu capite mulctaberis, easque dabis loquacitatis & insaniæ tuæ pœnas: ac Regi rem renunciavit, qui & misit, qui Theocritum interficeret. Vide Plutarchum de educatione. Nec de arcanis facile cum aliis communicemus, nisi cujus æque interest, non divulgari, quam nostra. Multa enim sunt involucra humanæ naturæ. frons, oculi, manus sæpe fallunt, oratio autem sæpissime. Cavendum etiam ne in rebus seriis jocemur, aut turpia & obscæna in risum convertamus. Quicquid enim non tempore fit, molestum est & grave: & verum est, quod Dominus ait, Os hominis ex abundantia cordis loquitur: & quod Philosophus, Quod quis loqui sustinet, non verebitur committere. Arist. in Ethic.

17. Epilogus ad studium virtutum propositarum cohortatur ab exemplis: tandemque concludit voto.

Hæc sunt, condiscipuli carissimi, quibus si operam dederimus, (dabimus autem omnes) vere fortunati erimus, scholæque multum debebimus. Nam & nos ipsi tum honeste vivemus, & suo tempore ecclesiæ & reipubl. non inutilem operam navabimus. Imitemur pium

Isea-

Isaacum, castum Iosephum, constantem Davidem, industrium Paulum; imo imitemur Dominum nostrum Iesum Christum, qui factus est nobis à Deo sapientia, justificatio, sanctificatio & redemtio: & ipse quam suavissime ad se imitandum nos invitat, Matth. 11. In ipso habitant omnes thesauri sapientiæ & cognitionis divinæ; ipse est dux fidei: cum ipse pater cœlestis nobis commendavit. Enimvero turpe foret pictores venustatem animalium penicillo effingere posse; Christianos vero non studere, ut sui divini magistri, à quo nomen acceperunt, virtutes & animi dotes in vita & moribus suis imitentur & præ se ferant. Socratis discipuli Socratici vocabantur, Aristotelis Aristotelici, singuli auctorem suum doctrina & vita sequebantur. Nos à Christo Christiani appellamur, cujus proinde doctrinam & exemplum sequi nos par est: credamus Euangelio ejus: amemus nos mutuo, ut ipse nos amavit: simus humiles, ut ipse humilis fuit: nemini injuriam faciamus, ut nullus in ipsius ore inventus est dolus: non convitia convitiis, malum malo referamus, ut ipse cum maledictis incesseretur, non regessit maledicta, patiens non minabatur, tradidit vero ei, qui juste judicat.

Sed satis sit. Deo immortali, auctori & conservatori Scholarum, sit laus & gloria in secula seculorum, Amen.

XLVI. *Laus pacis.*

I. Exordium ducatur à querela Ennii, qua etiam Cicero pro Muræna utitur.

Quod jampridem de suo seculo questus est Ennius:

Tollitur è medio sapientia, vigeritur res:

Spernitur orator bonus, horridu' miles amatur:

Id de hac nostra infelici memoria jure usurpari potest. Etsi vero nos homines Scholastici nullum hisce malis remedium dare possumus: tamen pietatis nostræ est, mutuo ad pacis studium hortari, alterosque alteros ab insano armorum usu avocare.

II. Propositio.

In hunc finem commendabo vobis pacem: qua humanæ naturæ nihil convenientius, nihil utilius, nihil jucundius.

III. Confirmationis loci hi sunto.

1. Deus est amans pacis: ejusque studium passim in sacris literis, imo in ipsa natura nobis commendat.

2. Homo conditus est ad pacem & societatem cum aliis colendam; unde philosophi animal politicum vocant.

3. Pa-

3. Pace omnia florent: agricultura, mercatura, artes, boni mores, judicia, religio: quæ omnia bello turbantur & deformantur.

4. Pax hujus vitæ, prodromus est & imago æternæ ejus pacis, quam aliquando cum Deo habituri sumus.

IV. Epilogi loco sint tria: 1. summa laudationis: 2. consilium de pace retinenda, nempe ut agamus pœnitentiam, colamus justitiam, & Deum pro hoc beneficio invocemus: 3. preces pro pace.

XLVII. *Lyra Mercurii.*

I. Exordii loco sit commendatio fabularum poëticarum, ut quæ vel naturæ mysteria involvunt, vel ad studia & mores formandos pertinent: id quod exemplis declarabis. ex Natale Comite.

II. Propositio.

Tale est poëma de lyra Mercurii, κυκλοπαιδίαν & artes liberales (ut vocantur) nobis commendans.

III. Narratio ipsam fabulam referat.

Mercurius Iovis & Majæ filius ad Nilum fluvium ludens testudinem invenit, quæ cum esset oblonga, & capite quasi in orbem finito, percussæ sonitum tentavit, moxque septem chordis concinnis instruxit. Eam postea donavit Apollini, accepto ab eo caduceo: Apollo Orpheo, qui duas insuper apposuit chordas.

Cleanthes imperite lyræ chordas movens, excitavit omnes canes, à quibus dilaceratus est.

Tandem in cœlum translata est, pro sidere, quod hodie lyræ nomen obtinet.

IV. Expositio fabulam ad artes liberales accommodet.

1. Mercurius Deorum interpres homines notat divino spiritu agitatos, quorum labore bonæ literæ inventæ sunt: primo quidem in Ægypto Patriarcharum hospitio, postea in aliis regionibus. Huc pertinet historia de origine & progressione bonarum artium.

2. Septem chordæ totidem sunt artes, quarum tres linguam & λόγων ἑρμηνευτικὴν formant, (ut Grammatica, Dialectica, Rhetorica) ut ratione utatur pura, sapienti, & ornata: quatuor mentem & synesin; ut Arithmetica, Geometria, Astronomia, Musica. His accessere historia & poësis. Adde his cultores, naturam, & laudem singularum artium.

3. His præfectæ sunt Iovis filiæ Musæ. Non minus enim usus, quam origo artium à Deo pendet. Carmen ea de re tale est:

1. Gram-

1. Grammaticam pueris ego prima Polymnia trado,
Et jubeo memores dicta tenere rudes.
2. Euterpe delecto bonos, Dialectica noſtro
Auxilio, nebulis caſſa, docenda venit.
3. Melpomene gravitate fruor, delector honore;
Rhetorices dicor prævia Muſa fori.
4. Terpſichore delecto chorum, pacemque miniſtro;
Subjacet imperio res numeranda meo.
5. Præfero menſuras, oſtendo pondera rerum;
Hac iter ad verum monſtro Thalia decus.
6. Vranie monſtro ſtellas & ſydera cœli,
Sum decus & reliqui gloria magna chori.
7. Caſta modis Erato motus & pectora flecto,
Et præſens curæ ſum medicina gravis.
8. Clara meas Clio celebro per ſcripta ſorores,
Nomina non patior magna perire bonis.
9. Calliope reliquis præſtantior omnibus, uni
Vendico fundenti dulce poëma mihi.

4. Mercurius lyram ſuam dat Apollini, & hic viciſſim cadu Studia enim omnia ad gloriam Dei dirigenda ſunt. Hinc quoque regula vitæ recte inſtituendæ: hinc Orphei barbarorum morum ſtigatores: hinc denique gloriæ immortalis ſedes.

Excurre hinc in laudem doctorum virorum, quorum operæ a nam gloriam meruere.

5. Abuſus artium ad Sophiſticam, ſuperſtitionem, cal niam, adulationem, ſcurrilitatem, & ſimilia, tum ipſis cultor tum aliis exitio vertit.

6. Poſtremo Muſæ ſorores concordiam & communicatio ſtudiorum literatis commendant, unde Clio & Calliope ſuum rum ſic concludunt:

Nos quicunque duas ſpernit, nihil efficit ille,
Doctrinæ ſolidæ cognitione caret.
Nemo poteſt reliquas dextre coluiſſe ſorores,
Ni nos conjunctæ perficiamus iter.
Illis ſervimus, cupiunt ſervire viciſſim,
Et jungunt noſtras vincula grata manus.
Circulus hic ſtudiis ſic eſt perfectus honeſtis;
Succeſſus vera ſedulitate venit.

v. Epilogus habeat 1. hortationem ad amorem & ſobrium artium: 2. preces pro earum conſervatione.

XLV

XLVIII. *Scholarum commendatio Isagogica.*

I. Exordii loco primum sint preces pro fausto laborum initio. Deinde dicendi necessitas ostendatur è ratione muneris demanda- postremo causa dicatur, cur hanc materiam sumpseris, nimirum e ipse excites, & discipulis animum contra vulgi convitia & in- ationes addas, quo utrinque eo ardentius officium fiat. Tum enim num civem amare rempubl. in qua versatur, ubi intelligit quæ ex ad se utilitas perveniat.

II. Propositio sit triplex, quod de Scholarum dignitate, multi- i usu, & summa necessitate sis dicturus.

III. Confirmatio de dignitate tribus argumentis constet. 1. Ipse s Scholas commendat, quoties liberos pie educari jubet, ut pa- Deuter. 6. Eph. 6. & alibi. 2. Præceptores & magistri fuerunt oratissimi mortalium: ut in Ecclesia Patriarchæ, Prophetæ, rator ipse; Apostoli, & doctores omnium temporum: extra Ec- am Indorum Gymnosophistæ, Ægyptiorum Sacerdotes, Per- m Magi, Græcorum Philosophi. 3. Summi reges & principes inem Scholasticum amarunt, magnisque præmiis ornarunt: ut ucadnezar, Philippus Macedo, Alexander M., Hiero & Diony- Syracusani, Augustus, Hadrianus, Antonini, Carolus M. & ubi & nostri magistratus erga rem Scholasticam curam ac libe- atem prædicabis: ut nemo scholas contemnere possit, quin si- tam excellentium hominum judicio detrahat. Pro corollario re- bis etiam calumniam vulgi, homines scholasticos pro otiosis & ribus ventribus habentis. Tria vero oppones. 1. Iudicia sapien- n. In quibus ipse est Servator. Qui puer sedens inter doctores, que rei causam postulatus, se in iis esse, quæ patris sui essent, re- ndet. quo nihil honorificentius de nostro ordine dici potuit. 2. am proferes, cur à sordidis operis otia nobis dentur, Ausonium ens:

--- Grajo Schola nomine dicta,
Iusta salutiferis (*laboriferis*) tribuantur ut ocia Musis.

Recensebis labores hominis scholastici, inde à primo discendi ini- donec ad metam propositam pervenerit.

Pars altera de utilitate primo summatim proponatur, quod scho- Hebræis makorim, fontes & divisiones dictæ, & apud Xeno- ontem fontes bonorum in vita dicuntur, quia salutares rivulos ad em vitam mittunt. Deinde inductio fiat. Enimvero scholæ Ec-

clesiis

cleſiis dant doctos & religioſos paſtores: Rebuſpubl. ſapientes & ju ſtos legumlatores & præſides: domibus & familiis prudentes & fru gi patres, ſive regenda ſit domus, ſive valetudo curanda, ſive res e agricultura, paſtu, & aliis quærendæ. Denique civitati bene mora tos & pacis communis ſtudioſos incolas.

Poſtremo neceſſitas inde conſtat, quod ſcholæ earum rerum, ſin quibus neque honeſtè, neque commode vivere poſſumus, cuſtode ſint: ut eſt Religio, bonæ artes, linguæ, diſciplina & mores. Igi tur ſcholis ſublatis, corruent Eccleſiæ: (vide Iuliani Apoſtatæ do lum, quo Chriſtianis ſcholis interdixit) judiciorum ordo turbabi tur: ſilebunt artes & bonæ literæ: tolletur è vita omnis humanitas tenebræ, barbaries, & Cyclopica immanitas omnia obruent. Vnd Plato in Timæo ſic ſcribit: Οὐδαμῶ κινοῦνται μουσικῆς τρόποι ἄνε πολιτικῶν νόμων ἢ μεγίστων.

Pro appendice addatur, quod Scholæ typus ſint futuræ vitæ, ub ordinibus politicis & œconomicis abrogatis, auditores erimus fil Dei.. &c.

IV. Epilogus hortetur ad amorem ſcholarum, & pro earum con ſervatione preces faciat.

XLIX. *Vita Ruſtica.*

I. Exordii loco eſſe poteſt gratiarum actio ad Deum pro meſſe & vindemia divite.

II. Propoſitio ſummam habeat commendationis: Hanc ipſam cauſam eſſe, cur de vita ruſtica honeſtius ſentiendum, quam vulgu facit: ſcilicet nihil ea eſſe honeſtius, nec magis neceſſarium, ne utilius, nec jucundius.

III. Confirmatio laudes propoſitas exſequatur.

1. Ad honeſtatem pertinet, quod agricultura homini abip Deo commendata in ipſo integritatis ſtatu, licet poſtea ſudor & diff cultates propter peccatum acceſſerint: quod patriarchæ ruſtici paſtores fuerint: quod ſummi viri à bellis & reipubl. negotiis al quid otii nacti, ruri vixerint, ut Laërtes, Vlyſſes, Alcinous, S miramis, Hiero, Attalus, Cyrus minor, Phraortes, Cincinnatus M. Curtius, Fabii, Piſones, Lentuli, Ciceröes. Addi etiam pote collatio cum aliis vivendi generibus, quæ vel tyrannis, vel avaritiæ vel luxus invenit, ut eſt architectonica, militia, mercatura. Sed refutanda objectio eſt, quod vita ruſtica ſervilis, ſimplex & laborio videatur. Servitus hominum culpa accedit, non rei vitio: tamet

multo pejus aliorum vita habet, ut aulicorum, mercatorum, militum: imo & ruſtici habent quibus imperent.

Labor vero ſanctus eſt, quem ignavi, non viri fortes fugiunt: nec deeſt aliis vitæ partibus, atque adeo liberatis, ipſiſque principibus, quibus nihil occupatius. Poſtremo ars quoque ſua & ſolertia ruſticis eſt in agris, plantis, pecudibus, temporibus diſtinguendis, & domeſticis officia ſua definiendis: unde tot nobiles rei ruſticæ informatores, Heſiodus, Virgilius, Cato, Varro, Plinius, Columella, Palladius, &c.

2. Neceſſitas inde patet, quod ſine ruſticorum opera vita conſtare non poteſt: ſiquidem ab illis habemus tum eſculenta, ut frumenta, legumina, poma, mel, lac, caſeos, butyrum, carnes curatarum & ferinarum: tum poculenta, ut vinum, cereviſiam, hydromeli: tum denique tegumenta & domicilia, ut lanam, coria, ligna.

3. Vtilitates & commoda ruſticorum ſunt victus tempeſtivus, bona valetudo è laboribus quotidianis, moderata diæta, & cœlo ſalubri, denique mores pietate, juſtitia, fortitudine, frugalitate & ſimilibus virtutibus probati: cum in aulis, in civitatibus, in caſtris multum ſit luxus, avaritiæ, ambitionis, invidiæ, inſidiarum, calumniæ. Nam ſimpliciras & ruditas ruſticorum, quæ traduci vulgo ſolet, aulicis adulationibus, & aſtutiæ civicæ multis modis præferenda eſt. Addi tamen poteſt correctio de ferina agreſtitudine, & barbarica malitia nonnullorum ruralium nullo modo probanda.

4. Iucunditas multiplex eſt. Viſum afficiunt tot florum formæ: auditum, avium cantus, & rivulorum ſuſurri: odoratum, fragrantia herbarum: guſtum, magna fructuum varietas: tactum, meridiationes ſub arboribus in molli gramine, &c. Vide Catonem, Cic. & alios.

Maxima vero voluptas eſt, quod agricultura ſchola eſt de multis maximis rebus: de Deo, cujus bonitas & ſapientia vel in minutiſſimis plantis elucet: de Eccleſia, quæ agro ſimilis eſt: de educatione primæ ætatis: de reſurrectione mortuorum: & ſimilibus: unde tot alluſiones & ſimilitudines ab agricultura ſumptæ in ſacris & profanis literis.

IV. Epilogus hortetur ad parcendum & favendum huic hominum generi, addita precatione pro pace, quæ rei agrariæ nutrix eſt.

L. *Gratulatio Ecclesiæ de repurgata luce Euangelii inde ab Anno* 1517.

Oratio hoc syllogismo constet:

Maximum Dei beneficium Ecclesiæ est gratulandum;

Liberatio è tenebris papatus, & restitutio lucis Euangelii, sunt maxima Dei beneficia.

E. gratulanda.

I. Exordii loco sit major, pro cujus confirmatione assumi potest psalmus aliquis Eucharisticus. qualis est 122, 135. & multi alii. Institui etiam potest comparatio pietatis erga terrenam patriam, & hanc cœlestem.

II. Propositio sit in conjunctione minoris cum conclusione, eaque bipartita.

Cum igitur nunc redeat beatum illud tempus, quo Deus recordatus populi sui ante annos 100, dolos pontificis Romani orbi terrarum patefecit, & per sanctos viros in Germania, Gallia & alibi excitatos lucem Euangelii sui restituit; non possum, quin Ecclesiæ gratuler, Deoque vobiscum pro tanto beneficio gratias agam.

Quod ut eo ardentius fiat, duo dicam: 1. Quam tristis fuerit status Ecclesiæ tum temporis: 2. Quam felix post reformationem sequutus, & per Dei gratiam adhuc sit.

IV. Confirmatio sequatur membra proposita.

In statu Ecclesiæ sub Papatu quatuor deploranda erant.

1. Crassa idololatria in tot divis invocandis, totque præter Christum patronis colendis; ubi inprimis idolum Mariæ, & panis Missarum (ut vocant) urgebis: etiam collationem institues idolorum gentilium, quæ regiones, urbes, familiæ, ætates, loca, morbi, casus, negocia, peculiaria habebant, cum angelis & sanctis simili ratione in papatu distributis, & pro adjutoribus venditatis. Vide Chemniz. exam. Concil. Trident.

2. Stulta & multiplex superstitio: ut de virtute & efficacitate crucis, unctionis, benedicti salis, aquæ lustralis, cerearum, circumgestati panis, rosati, offium & vestitus defunctorum, peregrinationum ad sepulchra sanctorum, imaguncularum, indulgentiarum, & similium, quæ rudibus hominibus ut magni precii res commendatæ ac venditæ.

His adde miracula ementita, terrores spectrorum, apparitiones defunctorum sanctorum, & nugas similes, quæ in regno isto tenebra-

tebrarum, eliso verbo Dei, Ecclesiam seduxerunt.

3. Tyrannis pontificum in prohibendo conjugio ministrorum Ecclesiæ, imperandis jejuniis, inhibendis certis cibis, arroganda sibi potestate in omnes reges & principes, concitandis bellis civilibus, contestoribus veritatis ferro & flammis prosequendis, toto propemodum orbe innocentium sanguine redundante, denique conscientiis infinitis modis implicandis & cruciandis. Vide historias.

4. Fructus hinc sequuti in vita profana & morte desperata.

Vita profana batur, 1. opinione proprii meriti, Deo misericordiæ & beneficentiæ gratuitæ gloria spoliato; 2. spe peccati expiandi per confessionem auricularem, indulgentias, dispensationes pontificum, missas pro mortuis, & similia opinata merita.

Mors plena erat horroris & desperationis, quod remota fide in Christum, miseri à suis & aliorum meritis, quæ in lucta conscientiæ subsistere non possunt; quin tandem evanescant, & in vanum abeant, rendebant.

Hæc illustrare potes 1. simili statu Ecclesiæ sub Pharaone, Manasse, & aliis impiis regibus: 2. collatione tenebrarum in paganismo: 3. exemplis piorum martyrum, certaminum & bellorum pro auctoritate Papæ susceptorum, hominum misere desperantium. Inter cætera vide Iohannem Hussum, Hieronymum Pragensem & Savonarolam, Henricum Quartum & Rudolphum Suevum, Franciscum Spieram, &c. 4. Prolepsi Ecclesiæ in tantis tenebris & periculis servatæ, quemadmodum temporibus Noæ, Eliæ, Danielis, Iudæ Maccabæi: id quod probabis reliquiis sanæ doctrinæ & baptismo adhuc integro, itemque exemplis orthodoxorum confessorum, quos omnis ætas habuit. Vide martyrologium & testes veritatis.

Hinc facta transitione perges ad felicitatem Ecclesiæ nostrorum temporum, quibus lux verbi divini restituta: unde tria discere licet.

1. Quod nihil homo ex sese possit.

2. Quod totum justificationis & salutis nostræ negocium in gratia Dei & Christi merito, quod fide apprehendendum, consistat.

3. Quod Deum pro tantis beneficiis redamare, & in ejus honorem pie & sancte vivere debeamus.

Hinc usus legis & Euangelii recte cognitus:

Sacramentis & ceremoniis suus nitor redditus:

Idololatria & superstitio profligata:

Magistratui dignitas sua restituta:

Conjugio castitas vendicata:

L. *Gratulatio Ecclesiæ de repurgata luce Euangelii inde ab Anno* 1517.

Oratio hoc syllogismo constet:

Maximum Dei beneficium Ecclesiæ est gratulandum;

Liberatio è tenebris papatus, & restitutio lucis Euangelii, sunt maxima Dei beneficia.

E. gratulanda.

I. Exordii loco sit major, pro cujus confirmatione assumi potest psalmus aliquis Eucharisticus. qualis est 122, 135. & multi alii. Institui etiam potest comparatio pietatis erga terrenam patriam, & hanc cœlestem.

II. Propositio sit in conjunctione minoris cum conclusione, eaque bipartita.

Cum igitur nunc redeat beatum illud tempus, quo Deus recordatus populi sui ante annos 100, dolos pontificis Romani orbi terrarum patefecit, & per sanctos viros in Germania, Gallia & alibi excitatos lucem Euangelii sui restituit; non possum, quin Ecclesiæ gratuler, Deoque vobiscum pro tanto beneficio gratias agam.

Quod ut eo ardentius fiat, duo dicam: 1. Quam tristis fuerit status Ecclesiæ tum temporis: 2. Quam felix post reformationem sequutus, & per Dei gratiam adhuc sit.

IV. Confirmatio sequatur membra proposita.

In statu Ecclesiæ sub Papatu quatuor deploranda erant.

1. Crassa idololatria in tot divis invocandis, totque præter Christum patronis colendis; ubi inprimis idolum Mariæ, & panis Missarum (ut vocant) urgebis: etiam collationem institues idolorum gentilium, quæ regiones, urbes, familiæ, ætates, loca, morbi, casus, negocia, peculiaria habebant, cum angelis & sanctis simili ratione in papatu distributis, & pro adjutoribus venditatis. Vide Chemniz. exam. Concil. Trident.

2. Stulta & multiplex superstitio: ut de virtute & efficacitate crucis, unctionis, benedicti salis, aquæ lustralis, cerearum, circumgestati panis, rosati, ossium & vestitus defunctorum, peregrinationum ad sepulchra sanctorum, imaguncularum, indulgentiarum, & similium, quæ rudibus hominibus ut magni precii res commendatæ ac venditæ.

His adde miracula ementita, terrores spectrorum, apparitiones defunctorum sanctorum, & nugas similes, quæ in regno isto tenebra-

tebrarum, eliso verbo Dei, Ecclesiam seduxerunt.

3. Tyrannis pontificum in prohibendo conjugio ministrorum Ecclesiæ, imperandis jejuniis, inhibendis certis cibis, arroganda sibi potestate in omnes reges & principes, concitandis bellis civilibus, contestoribus veritatis ferro & flammis prosequendis, toto propemodum orbe innocentium sanguine redundante, denique conscientiis infinitis modis implicandis & cruciandis. Vide historias.

4. Fructus hinc sequuti in vita profana & morte desperata.

Vita profana batur, 1. opinione proprii meriti, Deo misericordiæ & beneficentiæ gratuitæ gloria spoliato; 2. spe peccati expiandi per confessionem auricularem, indulgentias, dispensationes pontificum, missas pro mortuis, & similia opinata merita.

Mors plena erat horroris & desperationis, quod remota fide in Christum, miseri à suis & aliorum meritis, quæ in lucta conscientiæ subsistere non possunt; quin tandem evanescant, & in vanum abeant, videbant.

Hæc illustrare potes 1. simili statu Ecclesiæ sub Pharaone, Manasse, & aliis impiis regibus: 2. collatione tenebrarum in paganismo: 3. exemplis piorum martyrum, certaminum & bellorum pro auctoritate Papæ susceptorum, hominum misere desperantium. Inter cætera vide Iohannem Hussum, Hieronymum Pragensem & Savonarolam, Henricum Quartum & Rudolphum Suevum, Franciscum Spieram, &c. 4. Prolepsi Ecclesiæ in tantis tenebris & periculis servatæ, quemadmodum temporibus Noæ, Eliæ, Danielis, Iudæ Maccabæi: id quod probabis reliquiis sanæ doctrinæ & baptismo adhuc integro, itemque exemplis orthodoxorum confessorum, quas omnis ætas habuit. Vide martyrologium & testes veritatis.

Hinc facta transitione perges ad felicitatem Ecclesiæ nostrorum temporum, quibus lux verbi divini restituta: unde tria discere licet.

1. Quod nihil homo ex sese possit.

2. Quod totum justificationis & salutis nostræ negocium in gratia Dei & Christi merito, quod fide apprehendendum, consistat.

3. Quod Deum pro tantis beneficiis redamare, & in ejus honorem pie & sancte vivere debeamus.

Hinc usus legis & Euangelii recte cognitus:

Sacramentis & ceremoniis suus nitor redditus:

Idololatria & superstitio profligata:

Magistratui dignitas sua restituta:

Conjugio castitas vendicata:

Conſcientiis libertas, pax, & in omni genere tentationum ſo
tium conciliatum:

Homines amore & filiali Dei reverentia incenſi:

Denique id conſequutum, ut pie vivere, & læti migrare hinc
leamus.

Vnde in reformationis principio tantus piorum hominum ard
tanta in ſuppliciis perferendis conſtantia. Vide hiſtorias Sleid
Thuani & aliorum.

Hæc illuſtra 1. Antitheſi doctrinæ pontificiæ & reformatæ:
exemplis piorum martyrum: 3. prolepſi, qua refutes calum
pontificiorum de confuſione, licentia, & ſectis, quæ in noſtris
cleſiis.

1. Cauſa enim eorum eſt, non doctrina, ſed fraus Satanæ &
pocritarum ac hoſtium veritatis malitia: 2. Semper inter trit
zizania comperta: (vide hiſtoriam Eccleſiæ) 3. majora ſcan
apud Pontificios regnantia, ut idolatria & immanis ſcortatio: 4
noſtris Eccleſiis diſciplina ſanctior.

IV. Peroratio 1. hortabitur auditores ad piam lætitiam, &
pro tanto beneficio agendas gratias, denique ad vitam degendam,
lis filios lucis decet: 2. præibit carmine euchariſtico, qualis eſt
103, 135, 145, 146.

CLASSIS III.

CAPVT I.

Materias habens Deliberativas in monitionibus, conſiliis, hortationibus, dehortationibus, petitionibus, recuſationibus.

I. *Ora.*

I. EXordium ſumatur à tempore.

Reverſi ſumus ad lectiones ordinarias.

Igitur cogitandum de felici laborum ſucc
Stultum enim eſt in caſſum laborare.

II. Propoſitio.

Caput felicis laboris eſt, ut Deum ſtudiorum noſtrorum de
piis precibus invocemus.

1. Expositio sit bimembris.
rimum doceat, quid sit pie orare: nempe Ardenter, Humiliter,
de non dubitante res petere necessarias: ut est docentibus sapien-
studiosis cor docile, & bonarum institutionum capax.
lterum causas precandi afferat, ut 1. testimonia tum sacra, tum
ana, quibus hoc pietatis officium cum omnibus, tum nostro in-
is ordini commendatur. 11. Difficultas salutarem doctrinam in-
ndi, maxime adolescentibus, propter 1. Iudicii infirmitatem, 2.
nperiem affectuum, 3. & corruptelas pravi sodalitii. 111. Exem-
iorum, ut Davidis, Solomonis, Danielis.
. Conclusio repetat consilium de precibus, addita etiam preca-
pro studiis prosperandis, qualis est Psal. 25.

II. *Labora.*

Exordium sit prolepticum. Recte & pie ab antecessore factum,
os ad preces hortatus. Hinc enim omnium rerum bene agenda-
capienda primordia sint: nec sine Deo adjutore homo quicquam
. Sed & hoc cogitandum, Deum suam gratiam iis tandum lar-
qui ipsi officium faciunt.
. Propositio.
uare qui in studiis proficere vult, precibus addat diligentiam.
1. Expositio 1. doceat, quid sit diligentem esse: nempe stu-
m suorum habere scopum honestum, & ad eam recta via con-
re. 1. Scopus aute studiorum est incrementum in sapientia, Vir-
& Eloquentia: indeque se in vitæ usus effundens. 11. Via & ra-
d hanc metam perveniendi est tum bonus studiorum ordo, tum
itas in audiendo, meditando, & exercendo, quæ ad proposi-
copum conducant. Excurre hic in methodum κυκλοπαιδείας
dæ, donec ad disciplinam, in qua subsistere quis velit, perve-
2. Afferat rationes diligentiæ adhibendæ 1. à rerum discenda-
mplitudine, dignitate, utilitate: 11. ab exemplis tum alio-
ut opificum, rusticorum, mercatorum, militum: tum maxi-
ominum literatorum, ut Aristotelis, Euclidis, Demosthenis,
onis.
. Epilogus πάθος addat de præmiis diligentiæ, & pœna ig-

III. *Vive temperanter.*

I. Exordium ſit, quale antecedens: pium fuiſſe condiſcipul qui primus auditus: ſollicitum, qui ſubſequutus: orando enim borando in omni re plurimum perfici. Vnum tamen ſupereſſe, non minus ſtudioſis literarum neceſſarium, quam preces & labo

II. Propoſitio.

Iſtud eſt temperantia.

III. Expoſitio 1. præcipuas partes temperantiæ recenſeat ſcribat, ut ſunt ſobrietas & caſtitas. 2. rationes conſilii afferat utili: quod temperantia ſit cuſtos valetudinis, ingenii, memo judicii, probitatis: quæ omnia intemperantia perduntur. 1 exemplis & teſtimoniis: quo pertinent fabulæ poëtarum de Mi & Muſis virginibus.

IV. Epilogus addat πάθος, quale eſt Tit. 2. verſ. 12, 13, 1

IV. *Methodus diſcendi.*

I. Exordii loco ſit querela, quod pauci ex ſtudioſa juventute a lidam eruditionem perveniant, atque ſic temporis ſimul & patrim jacturam fruſtra faciant. 1. Ratio eſt, quia non adhibent in ſtudiis conſilium & operam debitam.

II. Propoſitio.

Quare ne idem quoque nobis uſu veniat, repetamus regulas diorum inſtituendorum, quas in prælectionibus ſuis præceptores per nobis dederunt.

III. Expoſitio tractabit ſeptem regulas.

Primo, ſit in adoleſcente vehemens deſiderium acquirendi ſa tiam & in ea proficiendi. Huc pertinet 1. ſapientiæ dignitas, quam merito expetenda: 2. Dei in bono iis, qui id cupiunt, larg do conſuetudo: 3. & teſtimonia ſapientum de amanda ſapientia.

Secundo, deinde opus eſt εὐπλεχέια & diligenti animadver & conſtanti aſſiduitate in audiendo, legendo, meditando. Ig enim & inconſtantibus nihil recte habet. Compara hic labores cum & aliorum: item proverbium, Δύσκολα τὰ καλά.

Tertio, requiritur puritas mentis, & doctrinæ proba conſerv Confer mentem cum vaſe ſive pleno ſive impuro: quorum illi culter, huic male, precioſum balſamum committitur. Vide etiam rabolam ſervatoris de ſemine quadruplici Matth. 13. Neque e

ræ doctrinæ est animus aliis cogitationibus jam occupatus, aut
ra aliqua libidine incensus. Hic considera, cur nostri cætus Scho-
& Gymnasia dicta.

IV. Huc accedere oportet, ut adolescens de doctrina accepta cum
conferat disputetque.

Hoc enim modo acuitur ingenium, & propius se offert veritas,
ique confirmatur memoria, & reddendi promptitudo.

V. Opus quoque est disciplinas & tempora recte dividere. Itaque
mum discenda sunt, quæ ad fundamentum eruditionis pertinent,
eque pedetentim ad alia sublimiora procedendum. Tum anni,
nes, dies ita distinguendi, ut nihil confusum & conturbatum sit,
suo quodque tempore fiat.

VI. Caput vero rei est: ut omne studium & profectum ad debi-
finem referas, hoc est, ad Dei honorem gloriamque, & ad ve-
rum tui ipsius, tum aliorum salutem. Sic enim labores nostri
grati fiunt, & consequuntur benignum ejus auxilium.

VII. Præsertim si adjungatur assidua & ardens ad Deum oratio, ut
formare & illustrare mentem dignetur. Iacob. 1. Eccles. 11. Sa-
ent. 7.

VIII. Conclusio addat preces pro consequenda sapientia: quales sunt
l. 119. Sapient. 9. Eccles. 23.

V. *Hortatio ad stylum exercendum.*

I. Exordium querelam referat præceptorum de majori parte ju-
ventutis, quæ in tanta rei literariæ luce, & divinitus discendi data
casione, nulli fere parti officii sui satisfacit: non exercet memo-
riam, non ingenium & judicium, non stylum: quibus neglectis
ruditio nulla speranda.

II. Propositio.

Vtigitur te ipsum & condiscipulos ad debitam industriam excites,
ctas te in præsentia allaturum, cur inter cætera officia Scholastica
am exercitationem styli commendatam habere debeatis.

III. Confirmatio duas causas afferat.

Prima sit ab utili: quod stylus secundum Ciceronem optimus di-
endi artifex. Hoc declarabis 1. per partes, quod sic comparetur &
opia & ubertas tum rerum, tum verborum, & judicium, quo in di-
endo utendum, formetur: 2. ex genere, quod omnes artes, & in-
imis dicendi prudentia usu perficiantur: 3. egressione in laudem
oquentiæ, ab eius dignitate, utilitate, necessitate.

Altera ratio sit à facili propter copiam magistrorum tum mu-rum, tum qui viva voce succurrant ac ducant, quam occasionem n-gligere & stultum sit, & in Deum hominesque ingratum. Illu-hæc similibus à mercatu, convivio, peregrinatione: ubi præc-boni consuluntur, & urgentur occasiones datæ.

IV. Epilogus addat πάθος à fructu diligentiæ in comparan-adminiculis quibus olim Deo & patriæ usui esse possis.

VI. *Militia Christiana. ad imitationem orat. pro Lege Manilia.*

I. Exordium sumatur à temporibus præsentibus, quibus bellan-cura mortales passim sollicitos tenet, cum interim de spirituali mi-tia parum cogitent: qua defungi 1. longe difficillimum, 2. supe-miserrimum, 3. vincere beatissimum.

II. Propositio triplex.

Quod cum ita sit, placet in præsentia de militia hominis Christi-ni tria dicere: primum quam necessaria & inevitabilis ea sit: deinde quam gravis & periculosa: postremo quis ad eam dux & imperato-optimus invocandus.

III. Expositio.

Primo, de necessitate hujus militiæ sequentes rationes excu-tiantur.

1. Ipse Deus in paradiso hoc bellum prædixit, imo decrevit & quasi primum classicum cecinit. Gen. 3.

2. Vt Deus & Satan sunt adversi: ita & servi utriusque inter se infesti sunt. Hic imitari potes Cic. 2. Verr.

3. Abel & omnes sancti ipseque Dominus hanc militiam sustinuerunt.

4. Deus in baptismo à nobis hoc est stipulatus.

5. Ni faciamus, æternum pereundum.

Secundo, magnitudo & difficultas hujus militiæ probari potest his rationibus.

1. Hostes sunt multi & magni: nempe Satan, mundus, & nostra ipsorum caro.

2. Satan est crudelis, acer, astutus, potens: mundus insidio-sus & perfidus: nostra caro stulta, pruriens, præceps, inconstans.

3. Armis nos oppugnant miris & variis: ab una parte agunt spe voluptatum, honorum, opum: ab altera metu offensionum, paupertatis, infamiæ, carceris, exitii, mortis, quibus etiam for-

tissi-

ni quique ſæpe ſuccubere. Vide exempla Samſonis, Davidis, Solonis &c.

4. Modo quoque utuntur non uno: nunc aperte pugnant, ex inſidiis: & quidem pro ratione cujuſque indolis, ætatis, s, ſtatus, temporum, unde contingit, ut victus jaceas ante, n petite ſenſeris.

5. Nos ſumus infirmi, ſimplices, & hoſtibus undecunque ii.

6. Denique res aguntur maximæ: fides, bona conſcientia, & s æterna.

Tertio, quod ad ducem, tria monebis.

Primum, quod is ſit dominus noſter Ieſus Chriſtus: qui 1. nobis ab Deo datus: 2. cui nos in baptiſmo fidem dedimus, in uſu cœnæ s repetitam: 3. qui optime callet Satanæ & cæterorum hoſtium s: 4. ſatis eſt potens ad eos ſuperandos: 5. fidelis in juvandis & ugnandis ſuis: 6. denique munificentiſſimus in compenſandis labus & periculis ſui nominis cauſa exantlatis.

Alterum, ut hujus ducis noſtri veſtigia ſequamur: 1. vigilando mnem partem, ne perturbatione aliqua proſternamur: (noſtra præcipue pugnet contra ſuperbiam, iram, ignaviam, libidi:) 2. totius mundi bonis imo nobis ipſis renunciando: 3. oo Deum, ut vires ſumminiſtret: 6. colenda communione fra, qui in eodem certamine conſtituti, eaque mutuis officiis devinda.

Tertium, ut ſi qua plaga inferatur, nihilominus fide firma perus, cogitantes primum de ſtipendio, quod Dominus victori rus: ut eſt quies ſuaviſſima: divitiæ cœleſtes: honor & gloria portalis: vita omnibus numeris beata: Deinde pœna transfugaignavorum & ſuccumbentium militum: ut eſt labor ſine fine: ria nunquam deſinens: dedecus inexſtinguibile: cruciatus & torra graviſſima, eaque æterna.

v. Epilogus hortetur commilitones, ut florem ætatis Chriſto ecrent, & ſub ejus ſignis contra omnia ſcandala fortiter pugnent, Ioſepho reſiſtant libidinibus: cum Moſe faſtum mundi contem; cum Ioſua Chananæos debellent, corruptelas & piæ vitæ offenla: cum Samſone leonem diſrumpant, id eſt, iram vincant: cum ide Goliathum proſternant, hoc eſt, ſuperbiam: & ſi qua alia llentium juvenum facinora velint: donec tandem victoriam læaſſequantur: cujus rei facultatem eis largiri velit ſummus impe & dominus exercituum Ieſus Chriſtus.

Vide de militia Christiana & Satanæ stratagematis Desid. E
smum, Iacobum Acontium, Othonem Casmanum.

VII. *Quomodo adolescens conciliare ab aliis gratiam sibi possit.*

I. Exordium sumatur à causa dicendi. Vbi tria attinges.

1. Quod homo natura societatis cum altero sit appetens.

2. Quod pauci in convictu cum aliis recte se gerant: unde propter levitatem contemnuntur: aut propter austeritatem odio bentur.

3. Quod facilime hic adolescentes propter imprudentiam affectuum intemperiem peccent.

II. Propositio duplex.

Quare ut me & commilitones ad diligentiam quandam in reg dis moribus excitem, repetam, quæ ex 2. officior. Ciceron. & Rhetor. Aristot. à præceptoribus audivimus. Primo causas quas afferam, cur nos adolescentes apud alios amabiles nos præstare ceat: deinde quibus modis id efficere queamus.

III. Expositio.

Prior pars quatuor causas afferat amabilium morum.

1. Quod præcipuus sit vitæ & familiaritatis fructus, amari altero: id quod unice velint parentes, præceptores, magistrat optimus quisque, ipseque adeo Deus.

2. Quod aliorum judicia & voluntates de se contemnere, insaniæ sit immanis, vel detestandæ arrogantiæ.

3. Quod amor sit causa bonæ famæ & existimationis: quæ plurimum adolescenti commodare potest.

4. Quod indidem concilientur amici & patroni.

Pars altera describat mores, quos in adolescentibus amamus. S autem:

1. Modestia in gerendo se humiliter, & honorandis maj bus, quales sunt parentes, præceptores, hospites, pastores, ma stratus, senes, denique omnes viri docti & magni.

2. Patientia laborum, & fides in jussis faciendis.

3. Liberalitas & obsequium suave erga convictores.

4. Taciturnitas in tacendis arcanis, & non nisi oportune quendo.

5. Verecundia & studium decori in omni vita. Vide quoqu rasmum & Galatæum.

H

Hæc illuſtra ſententiis, item exemplis adoleſcentum, qui propter ſmodi mores aliis cari fuerunt, ut Ioſephus, David, Daniel, ipio, Alexander, Titus Veſpaſianus.

IV. Epilogus contrahat paræneſin in ſummam, invocato Deo, is vitæ & officiis noſtris gratiam aſpiret.

VIII. *De diſciplinis liberalibus. ex Eunucho Terentii.*

I. Exordium ſumatur à proverbio. quod 1. proponatur: 2. expli-ur: 3. ad inſtitutum accommodetur: 4. tandemque concludatur.

1. Scitum eſt illud Ciceronis, quod legimus de Oratore: Vt entem feceris, ita metes.

2. Quod non male nobis adoleſcentibus accommodatur. Vt im ſementis bene florens largam meſſem promittit, juxta illud etæ: Si bene floruerint ſegetes, erit area dives:

Si bene floruerit vinea, Bacchus erit.

juventus honeſte & frugaliter habita, ſpem facit poſteritatis non læ. Qua de re omnes reſpubl. id ante omnia ſibi curæ habuerunt, prima ætas recte formaretur.

3. Quorſum hæc tam alte quæras? Vt, cum ſciamus, quantam homines adoleſcentes exſpectationem ſuſtineamus, omnem ope-m demus, eam ut tueri poſſimus.

4. In hunc finem paucis oſtendam, quibus ſtudiis noſtra ætas liter occupetur, Platonis veſtigia ſequens, aut (ſi poetam mavul-) Terentii, qui rem omnem ad compendium revocavit, quando Eunuchum ſuum commendat:

Fac periculum in literis, fac in palæſtra, in muſicis; Quæ libe-m ſcire æquum eſt adoleſcentem, ſolertem dabo.

II. Propoſitio triplex.

De hoc triplici noſtræ ætatis ſtudio ita agam, ut primum intelle-ri ſitis pertinere ad animum, alterum ad corpus, tertium ad huma-tatem & honeſtum otium.

III. Expoſitio.

Pars prima de literis 1. doceat, quid literarum nomine intelligen-m: 2. cur iis ſtudendum: 3. addat μύθον de earum amore.

1. Primum ætatis noſtræ ſtudium vult eſſe in literis, quarum mine philoſophiam intelligamus, cujus pars naturam, pars vitæ cia complecti tur.

Hic auditores velim conſiderent, quantum ſit, totius mundi motus converſiones perſpicere. &c. Vide Cic. 2. de natura.

Huic

Huic excellentissimæ parti sapientiæ multum commodat numer-
rum & magnitudinum doctrina, qua vita hominum non magis car-
re potest, quam mundus sole.

Quid dicam de virtutis disciplina, qua omnis honestas & felicit-
vitæ continetur?

Ejus propugnatrix est Eloquentia, animorum motrix, & suada jus-

Nam illa sanctior disciplina, quæ nos ad Deum ducit, augusti-
est, quam ut mea tenuitas eam attingere ausit. Muret. de præstan-
Theolog.

Illud tantum addam, esse adhuc duas quasi faculas, quæ disciplı-
nis, quas jam recensui, lucem præferunt: eæ sunt Grammatica
linguæ magistra, & directrix rationis Logica.

2. Hæ sunt illæ literæ, quarum notitia conducit nobis, con-
ducit aliis: privatim, publice. Muret. de laudibus literarum.

In nobis restaurant imaginem Dei lapsu primorum parentum ad
modum deformatam: ut quod in rebus verum est sciamus: & quo
rectum & sanctum velimus.

Hic fructus primum in domos & familias propagatur.

Vnde mox transfertur in rempublicam.

Nam ut publica salute continetur privata, sic ex adverso singulo-
rum felicitas una fert publicam, præsertim si ex his domibus & famili-
petantur, qui rebuspublicis præsint.

3. Agite igitur, optimi Commilitones, incumbamus his stu-
diis, quibus naturæ arcana nobis pateſcant, officia vitæ constent
nos & alios juvare queamus, &c.

Pars altera de palæstra eadem methodo pertractetur.

1. Dictum de Literis; sequitur Palæstra, in qua corpus exer-
cendum.

Hujus varii sunt modi. Deambulatione delectabantur Socrates &
Aristoteles; Galenum etiam in lucta & pugillatu se exercuisse acce-
pimus: Iulius Cæsar multum usus est equitatione & natatione, Quin-
tilianus declamationem amavit: alii vectationem, saltationem, ve-
nationem, jaculationem, remigationem, velitationem in armis, ali
alia pro conditione & viribus suis. Veget. de re militar. Virgil. 5
Æneid.

2. Habent hæ exercitationes multiplicem utilitatem.

Confirmant valetudinem, quæ cum per se jucunda, tum ad offi-
cium obeundum plane necessaria: ideoque à medicis gymnastica a
eam medicinæ partem refertur, quam ὑγιεινὴν & συντηρητικὴν vo-
cant.

Red-

Reddunt etiam corpus agile & robuſtum: quod ad ſalutem contra
m & inſidias tuendam facit. Vide exempl. Cæſaris & aliorum.

Præparant ad uſus militares, quos à civibus neceſſitas patriæ de-
ndendæ requirere poteſt. Cic. pro Muræna. In procem. Inſtitut.
perial.

Hinc apud veteres Gymnaſtica in magno honore fuit. Exſtruxe-
nt gymnaſtis publice ampliſſima ædificia, quæ gymnaſia voca-
nt: ſpectatores, imo actores erant non quotidie vulgus tantum,
d nobiliſſimi quique, imo ipſi philoſophi: nec deerant immunita-
s & privilegia. Vide Hieronym. Mercurial. de arte Gymnaſtica,
em leges imperatorum.

3. Quid ergo? Ita literis addicti ſimus, ne tamen vim facia-
us valetudini: & quia non ſemper philoſophus aut orator locum
abet, ſed nonnunquam horridus miles amatur, ut ait Ennius, ita
us paremus, ut in pace conſilio, in bello armis patriæ adſimus.

Supereſt pars tertia de Muſica,

1. Quæ eſt ars ſuaviter canendi: ſive voce, ſive inſtrumento:
ejus varia genera. Vide Pſal. 150. Daniel. 3.

2. Hæc ars multum facit ad tranquillandum animum, & ſo-
ndos labores graves.

3. Et otii honeſti (quod omnes tanquam finem laborum no-
rorum petimus) ornamentum delectabile.

4. Quid? quod ad bonos mores facit. Vide Pythagoras fidi-
s cæpit & finiit ſcholas ſuas.

5. Neque tantum in conviviis in templis & ſacrificiis, ſed in
ſa acie & prælio adhiberi ſolita; adeo ut ejus imperiti indoctiores
abiti, ut Themiſtocles. Vide Davidis Muſicam & cantores: convi-
a Deorum & heroum apud poëtas: prælia Tyrtæi & aliorum apud
ſtin. Scitum quoque eſt quod Liv. refert de tibicinibus Romam
ductis.

6. Multis etiam occaſio eſt demerendi & ad ſuas utilitates con-
iliandi hominum animos.

7. Denique omnibus artibus ceſſantibus, remanebit Muſica.
ide Ariſtot. 8. Polit. 5. Macrob. de Harmonia Pythagoræorum,
pocal. paſſim.

8. Quare quantum alii compotationibus, quantum ſpaciis
onficiendis, quantum nugis & inanibus confabulationibus tribuunt
mporis, tantum nos huic ornamento & delectamento vitæ demus.

IV. Peroratio 1. ſummam orationis faciat: 2. addat πάθος:
concludat voto.

1. Sed

1. Sed contrahenda tandem sunt vela : sequamur cons poëtæ : exerceamus nos in literis , in palæstra , in musicis: ut a & corpore valentes , viri utiles & hominibus grati evadamus.

2. Sed quia ab agricultura dicendi exordium fecimus, a cultura concludamus. Paulus plantat , ait Apostolus , Apollos r Dominus vero est , qui dat incrementum. Consimiliter cum s nostris agitur : docent præceptores : discunt discipuli : Deus a est , qui nisi utrisque benedicat , labores omnes frustra sunt.

3. Tu igitur benignissime Deus faxis , ut ita in proposito riculo versemur , ut sit mens sana in corpore sano.

IX. *Consilium Clyti de præceptore puero Alexandro eligendo. ad methodum orat. pro L. Manil.*

1. Exordii loco gratulatur regi Philippo de Alexandro m spei puero , & quia de præceptore assciscendo sententiam rogatus tit se clementer audiri.

11. Propositio sententiam dividit in tria.

Primum quod regiis pueris præ cæteris necessaria sit bona ed tio : Deinde quod filius Alexander prudenti formatore opus hab Postremo quis ille esse debeat.

111. Confirmatio.

Primum , Regum liberos probe educandos esse probat his ar mentis.

1. Quod natura sint ferociores , & ad superbiam , luxum immanitatem propendeant , quippe splendore natalium fascina elati.

2. Facile ab assentatoribus & parasitis aulicis corrumpi que

3. Ab iis pendeat decus familiæ , mores subditorum , toc adeo respublica , & tales cives evadant , quales sint principes. educatione puerorum principum vide Erasmum Roterodamum. C rad. Heresbachium. Item dial. Lud. Vivis.

Alterum de Alexandro ita demonstrat.

1. Quia patrem habet magni nominis , cujus vestigiis inf

2. Indoles elatior videtur , & nescio quid magnum & singu præ se ferens.

3. Ni moderatis moribus assuescat , metuendum ne tyran & pestis regni evadat , ut apud Persas Cambyses. His addantur o na quæ circa natales acciderunt: ut templum Ephesinum combust Draco à matre visus : aquilæ duæ in arce sederunt : patri gemina v

nunciata: denique omnes augures magni aliquid ominantur. Iustinum.

pueritia Alexandri vide Plutarchum, Curtium, Iustinum. Ad- πάθος de hostibus Persis, qui nihil magis optent, quam ut Macedonici filius degeneret.

ftremum de præceptore. Remotis Epicuro, Diogene, & Ze-, (qui à nonnullis nominati) propter mores molles, impudi- inhumanos, commendet Aristotelem, quod vir sit 1. doctus dens, id quod ex scriptis ejus constet: 2. quod disertus: 3. quod eratis & cultis moribus: 4. quod industrius & patiens, toto Ly- onteste. Vide Diogen. Laert. His addit etiam de loco edu- nis, quem minime vult esse aulam, sed domum & Lyceum Phi- hi, quod hic minus licentiæ & luxus sit, & exempla plura vir-

. Peroratio 1. excusat παρρησίαν usurpatam, 2. permittit rem regiæ prudentiæ: 3. & à Deo hunc successum optat, ut filius nder vir & patre & regno dignus evadat.

X. *Consultatio de bello Punico. ex tertia decade Livii ad ejusdem pro' L. Manil. orationis methodum formata.*

rcus Porcius Cato dissuadet pacem Carthaginensem, quemad- m Cicero Mithridaticam.

Exordium sumit à fine senatus convocati.

Propositio.

nte annos 14. hæc deliberatio nobis libera fuisset, nihil cupi- atissem: nunc autem contrarium videtur.

Confirmatio quatuor rationes affert.

ma est, quod Carthaginenses religionem jurisjurandi C. Lucta- am fregerint. ubi exaggerandi causa narrat 1. successum Luc- ontra Carthaginenses, & hujus moderationem & clementiam: nam fœderis per Iovem lapidem adjuratam: 3. sacramentum e, quo Amilcar filium Annibalem adhuc valde puerum ad bellum um initiavit: 4. Saguntum fidelium sociorum obsessum, & Romanorum elusis, tandem miserabiliter expugnatum. Qui- tractatis addit πάθος iræ, comparatione facta cum zelo Lu- ri ad stupratam Lucretiam, & civium in Appium Claudium us in Virginium, ipsius Annibalis per Alpes penetrantis, & tot Romanos vexantis.

Al-

Altera causa est fides Saguntinis debita: ubi affectus causa r
præsentantur Saguntini ultionem sui à Romanis petentes: 2. infe
tur collatio cum perfidis sociis Campanis: 3. additur epiphonem
eventu apud reliquos socios Romanos.

Tertia causa est clades Romanis illata. cujus vindicandæ nunc
tima occasio propter 1. provincias recuperatas, 2. Annibalis angu
3. & Regulos Africæ Romanis conciliatos.

Postrema causa est, quod pax nequaquam tuta futura sit, pr
gentis perfidiam satis jam notam.

v. Epilogus, collectis rationibus, παίθος addit de occasione
tra Carthaginenses urgenda.

XI. *Q. Fabii Maximi admonitio de bello Punico minime n gligenter gerendo. quemadmodum Cicero differit de belli Mithridatici magnitudine.*

I. Exordium respondet orationi præcedenti:

Recte quidem collegam Catonem de bello Punico prosequend
dicasse: sed quia jam de duce agendum, & multi hoc bellum ita
putant, ut non timendum amplius sit, paucis esse contraveniend

II. Propositio per prolepsin.

Etsi enim laudandi duces, qui hactenus contra Annibalem
bene gesserunt: ut Claud. Mercellus, qui Syracusos; Appius C
dius & Q. Fulvius, qui Capuam; P. Cornelius Scipio, qui Ca
ginem novam cum universa Hispania hostibus eripuit: tamen bel
adhuc restare grave & difficile.

III. Confirmatio in hoste considerandæ proponit quinque. Ea
1. Fortuna Annibalis, cujus tot victoriæ testes.
2. Astutia ejusdem, ex tot strategematis & fraudibus
spicua.
3. Odium adversus Romanos inde à puero.
4. Fortitudo & labor in Hispania, Gallia, Alpibus, I
cognita.
5. Potentia propter Carthaginenses, Gallos, ipsosque
Italos, imo totam barbariem Africanam.

IV. Epilogi loco admonitio sit de duce idoneo deligendo.

XII. P. Licinius Crassus imperatorem contra Carthaginenses designat P. Cornelium Scipionem: ut Cicero Cn. Pompeium.

I. Exordium sumit à prolepsi sententiæ Fabianæ.

Etsi Q. Fabio non placet propter juventutem Scipio, idemque ...um continuandum censet in Italia: tamen (quod cum pace ejus ...) ego diversum sentio. Sunt enim judicia libera.

II. Propositio.

Unum Scipionem esse, cui hoc bellum recte committatur.

III. Confirmationem sumit à descriptione & quatuor conditionibus ducis idonei, quæ sunt peritia rei militaris, virtus, auctoritas, felicitas; quæ omnes in Scipione.

1. Scientiam bellicam arguunt tirocinium ejus sub Æmylio ...lo, & res in Hispania gestæ: ubi comparatio institui potest cum ...minio Minutio, & aliis ducibus temerariis.

2. Virtutis documenta sunt: 1. Ticinus, ubi patrem hosti ...it: 2. Canusium, ubi juventutem nobilem patriæ retinuit: 3. ...ma, ubi omnibus de Republ. desperantibus, unus ipse ad bellum ...panienſe ducem se obtulit: 4. Hispania, quæ quatuor duces ho...m ab eo victos vidit.

His addit etiam de virtutibus togatis: ut continentia, justitia, ...manitate: quarum documenta sunt Allucii Celtiberi sponsa, obsi...gratis Carthagine nova dimissi, Masanissa & Syphax reguli Afri... ipsiusque Scipionis apophthegma quotidianum: Malle se unum ...m servare, quam mille hostes occidere.

3. Auctoritatem probant honores ipsi habiti: Canusii à nubi...e: Romæ à civibus: in Hispania à militibus & hostibus: postre...publica fama & spes de Scipione.

4. Felicitatis testes sunt 1. expeditio in Hispaniam: 2. Cartha...ibidem eodem die obsessa & capta: 3. victoriæ contra tam poten... duces hostium: 4. denique pietas in omnibus consiliis conspicua.

IV. Peroratio spem facit optati successus, Scipione imperatore.

XIII. *Mathathias classicum canit adversus gentes, 1 Ma cab. 2. ubi imitare partem orat. pro L. Manil. qua de gloria populi Romani agit.*

I. Exordii loco laudat constantiam filiorum & amicorum.

II. Narrat ac lamentatur miserabilem statum patriæ: ubi e gerantur Antiochi in fortunas, corpora, & conscientias pion rannis, & horum simplicitas & timor.

III. Hortatur ad arma capienda, argumento à consilio Antio qui populo Dei extrema machinetur. Hic exaggerandi causa 1. dantur Romani, qui propter socios periclitantes, patrem Anti magna parte regni mulctarunt, & hunc ejus filium Ægypto e runt: 2. repræsentantur martyres à tyranno occisi: 3. land majorum virtus, ut Abrahami Lothum liberantis: Pinchæ scort rem punientis: Iosuæ pro Gibeonitis pugnantis: Gedeonis con meliam Suchotensium, & Penuelensium excidio eorum ulciscen Saulis Iabensibus opem ferentis: Davidis legatorum injuriam b lo vindicantis: 4. instituitur antithesis virtutis & ignaviæ in Ecc defendenda.

IV. Epilogus παθητικὸς movet à Deo adjutore, & occumbenti laude immortali. Vide 9. Philip. Cicer.

XIV. *Galilæi petunt à Iuda auxilia contra gentes. 1 Ma chab. 5. quemadmodum Cicer. pro salute sociorum contendit.*

I. Exordium sumunt à laude virtutis Iudæ.

II. Narrant statum suum, & petunt opem.

III. Confirmatio & rationes eorum sunt:

1. Periculum Galilæorum extremum.
2. Vicinorum partim perfidia, partim imbecillitas.
3. Spes de Iuda concepta.
4. Communio originis & religionis.
5. Obligatio ad gratitudinem & obsequium.
6. Laus & gloria æterna præstiti officii.

IV. Epilogus habet παθητικὸν commiserationis.

XV. *Lysias Antiocho juniori suadet pacem cum Iudæis faciendam.* 1 *Macch.* 6.

I. Exordii loco est excusatio libertatis in rege monendo: scilicet d omnibus suis viribus majestati regiæ consultum cupiat.

II. Propositio:

Nihil putare sese magis è re esse regia, quam ut cum Iudæis pax

III. Confirmatio est triplex.

1. Quod in bellum Iudaicum omnes regni vires hactenus im- sæ, & quidem frustra.

2. Quod pace facta, recuperari possint ampliſſima vectigalia: collatio fertilitatis Iudææ & aliarum regionum, quemadmodum or pro L. Manil. Asiam commendat. Nominatim etiam mentio i potest balsami Iudaici, de quo Iustinus, addita hypotyposi vasta- is bellicæ.

3. Quod tantum pro religione Iudæi pugnent, in quam nihil s mortalibus, conditiones alioquin pacis nullas recusaturi.

IV. Epilogus votum facit pro rege & populo prosperando.

XVI. *Germania ab Imperatore militem avocari petit: quemadmodum Cicero in bello Mithridatico rationem vult haberi civium suorum.*

I. Exordii loco est querela de afflictione Germaniæ propter barba- militem.

II. Propositio.

Quare igitur suppliciter, ut majestas Imperatoria sui misereri, & ite misso, pacem reddere dignetur.

III. Confirmatio.

1. Quia omnes partes Germaniæ exhaustæ: clerus, principes, biles, civitates, aratores.

2. Damnum istud resarciri non queat, omnibus pariter inopia orantibus:

3. Ad ipsum etiam Imperatorem horum malorum sensus ven- us sit: nec pecunia, nec armis, nec milite, quibus contra Tur- m utendum, relictis.

IV. Epilogus urget supplicationem, subjectione & obedientia omissa.

XVII. *Hortatio ad agendas Deo gratias pro conserv. Scholarum. ad imitat. orat. pro M. Marcello.*

I. Exordium sumatur ab occasione dicendi.

Redimus nunc per Dei gratiam à feriis nostris per aliquot s nas animi recreandi causa concessis, ad labores usitatos:

Pro quo beneficio Deo maximam debemus gratiam.

II. Quod enim scholæ sunt, tantum est beneficium Dei, dicari satis non possit.

III. Confirmationis summa sit, quod cum Scholis stent & Ecclesia, Respubl., domus.

Hæc amplificentur 1. à causa, quia in scholis discitur reli stitia, frugalitas: 2. ab antithesi, id est, statu pessimo omn tium vitæ, ubi scholæ corruere: 3. ab exemplis: qualia olim nunc (pro dolor) nostra dant tempora.

IV. Epilogi loco sit ad Deum gratiarum actio, & pro precatio.

XVIII. *Abisai hortatur Davidem, ut Saulem inte 1 Sam. 26. ornamentis sumtis ex eadem oratione.*

I. Exordium sumit ab occasione agendi.

II. Propositio est quæ jam dicta.

III. Confirmatio est;

1. Quod Saul hostis sit Davidis, & quidem immerito, conciliabilis: quod declarari potest antithesi meritorum Dav injuriarum Saulis.

2. Quod sit tyrannus: in filium Ionathanem, in sacc Ahimelechum, & alios innocentes crudelissima quæque mach

3. Quod ista ratione tandem aliquando 1. ab exilio redi regnum, ad quod divinitus vocatus, capessere; 3. imo popu instantibus periculis præservare possit: ubi vatem agit eorum postea sequuta sunt in bello cum Philistæis.

IV. Epilogus habet πάθος iræ.

XIX. *Contraria oratio Gadi, ut Sauli parcatur.*

I. Exordio fatetur, Davidi multis modis injuriam fieri.

II. Propositio:

placere tamen Abisai consilium.
Confirmatio.
. Quia privata vindicta est prohibita; qui suo tempore etiam
m sit ulturus.
. Quia si pepercerit nunc hosti, id majori gloriæ futurum sit,
oliathum & tot alios hostes vicisse: atque hoc potissimum
od in orat. Cicer. imitandum.
. Quod David typus sit venturi Messiæ, proindeque patientia
entia eum vincere deceat, dum Deus liberatum in solio pro-
onat, quod certissime futurum.
Epilogus partim hortationem habet ad patientiam ex Psal.
πάθος lenitatis: partim à se & sociis suis omnem fidem &
n pollicetur, (ut est in fine Marcell.) ubi πάθος δείλπιεινο
ru bono.

K. *Ioab dissuadet Davidi fugam ad Philistæos.* 1 *Sam.* 27. *ad imitationem reliquæ partis orat. pro M. Marcello.*

xordium sit in concessione causarum, quæ fugam suadere pos-
arum præcipua est metus à Saule.
Propositio.
tamen consultum videri, ut ad Philistæos se conferat.
Confirmatio sit triplex.
. Quod id Davidi periculosum futurum: quia Philistæi homi-
bari, impii, & hostes tum totius populi divini, tum maxime
s, ob interemptum Goliathum, & alia facinora in fraudem
patrata.
. Quod item nociturum sit patriæ, cui David plurimum de-
ubi prolepsis virtutis Davidicæ, & prosopopœia populi, opem
stulantis, videlicet quomodo Cæsari rempubl. commendat o-
.
. Quod fuga ad infideles speciem habeat apostasiæ, imo per-
nis, & proinde scandalum datura.
Epilogus repetat propositionem, addita promissione custodiæ
, ut est in oratione.

XXI. *Classicum in Antichristum Romanum. qual apud Cicer. in Philip. 6. & Catilin. 2.*

I. Exordium summam habeat suasionis.

Antichristus nobis omnibus molitur periculum. E. com armis contraveniendum.

II. Propositio.

Duo igitur dicenda sunt: Cur & quomodo pugnandum.

III. Confirmatio.

Prima pars quatuor causas pugnandi afferat.

1. Quia est Antichristus, omnia instituta divina com ut sunt fides, mores, sacramenta: tum ordo œconomicus, cus, Ecclesiasticus. Vide quæ de erroribus & tyrannide pa aliis notata.

2. Nec possumus aliter, siquidem salvi esse volumus: c Antichristus omnium fortunis & vitæ insidietur: quod non vetera sed hæc quoque tempora confirmant.

3. Factum id est ab aliis feliciter, tum armis à regibus & cipibus, ut Barbarossa, Carolo quinto, Regina Angliæ Elizab & populis, ut Bohemis, Saxonibus, Belgis: quibus adda sens successus sereniſſimi Regis Sueciæ: cum prædicatione doc ab Husso, Luthero & aliis.

4. Instat fatalis ruina Antichristi per Danielem & Joh prædicta. Vide quæ ea de re hisce annis in lucem missa.

Pars altera triplicem modum agendi ostendat, ut est concor

1. Doctrinæ,
2. Precum,
3. Armorum.

IV. Epilogus paræneſin distribuat: ut senes consilio, viri te, pueri gemitu & precibus rem agant: homines docti calam Antichristum stringant: viri fortes aciem educant: vulgus opes ferat: omnes denique vota & preces intendant. Vide Psal. 68. &

XXII. *Causæ & remedia laborantis justitiæ.*

I. Exordii loco sit querela de ætatis nostræ vitiis. ubi (ut j pridem Hesiodus questus) divina illa virgo justitia è terris vi abiisse, unde tot porro calamitates. Remota enim justitia, nihil ter homines salvum esse potest.

Propositio duplex.

ob causam dicam, qui fiat quod justitia nunc sæpe vacillet, cum suum in judiciis amplius obtenere possit: & quæ isti pponenda remedia.

Expositio duplicem causam exponat cum suis remediis.

ma causa est inscitia judicis, qualem poëtæ Midam fingunt, & iteræ puerum vocant. Id declaretur ex causis.

rrat enim facile judex, cum 1. non est peritus legum & juris: rendendo socors: 3. in inquirenda veritate negligens: 4. nipendet à rabulis & tineis forensibus: 5. occupari se patitur cas & suspicionibus. Vide orat. Marcel. de offic. judicum.

igitur judex 1. Solomonis exemplo precetur sapientiam à Deo: litetur ac discat leges & jura, ut Moses Iosuam, & prophetæ pios monent: 3. adhibeat in consilium viros prudentes & æne accidat, quod Roboamo: 4. afferat in judicium aures & m vacuam instar Alexandri M. 5. Denique nulli parcat labori is cognoscendis & expendendis.

era causa est prava voluntas.

nt enim multi natura iniqui, crudeles, asperi: qualis fuit Cam- & alii tyranni.

o accedunt pravi affectus: ut 1. πλεονεξία & avaritia: 2. amor pestivus alterius litigantium: 3. vel contra, odium: 4. metus nionis: 5. ira: 6. consuetudo & exempla prava.

ic igitur requiritur in judice 1. continentia & contemptus pecu- 2. ἀφοβοπροληψία & integritas: 3. fortitudo & constantia mnens pericula: 4. moderatio animi & mansuetudo: 5. ut le- non exemplis forum agat. Vide offic. Cicer.

t vero talem se judex præbeat, hoc est, æquum & justum, se- tes rationes eum movebunt.

1. Quod judicium Dei sit, cujus judex interpres & vicarius: ntentia judicis nihil aliud sit, quam testimonium de justitia Dei.

2. Quod justitia sit vinculum concordiæ civilis, & fundamen- Reipubl. sicut injustitia discordem civitatem facit, tandemque factat ac destruit.

3. Quod hinc magna laus & amor apud cives. Vide quid Poë- prædicent de suo Rhadamante, Minoë, Æaco.

4. Postremo quod justorum hæreditas benedicta, injustorum genies exsecrabilis.

Hæc omnia sententiis & exemplis illustrari, dicique possunt sa- luculente.

IV. Epilogi loco sint tria.

1. Πάθος de fatalibus ruinis rerumpubl. quarum ... certissimum est, simul atque judices & justitiæ administri ... & officio desint.

2. Admonitio ut pro magistratu precemur, eique in ... justitia adjumento simus, cogitantes quam ille & difficilem ... ciam sustineat.

3. Gratiarum actio ad Deum, qui hactenus in nostra ... clavum tenuit, & magistratui tam perturbatis temporibus ... præsidio adfuit: addita precatione, ut propitius nobis esse ... & magistratum spiritu sapientiæ & roboris induat, ut porro ... umbra honeste & tranquille vivere liceat.

XXIII. *De valedictoria peregrinatione.*

I. Exordium sumatur à prolepsi sententiæ contrariæ.

Quibus domi nihil usui est, dulcis est peregrinatio, inquit ... histor Græcus: cui consentit orator Latinus ad Cœlium scribens, ... nis, inquit, peregrinatio, obscura & sordida est iis, quorum ... stria in patria potest esse illustris.

Neque enim peregrinationes tantum molestæ & periculosæ ... sed sæpe etiam vitia incautis afferunt, quæ postea in Rempubl. & ... perium redundant.

Hinc apud Lacones peregrinari concessum non erat, ne mo... peregrinorum, vitæque incompositæ contagium attraherent.

II. Propositio triplex, eaque præceptorum authoritate munita.

Sed longe alia est doctiorum de peregrinatione sententia. Quam ... intelligatis, de tribus vobiscum agam: 1. Cur non semper in ... hærendum, sed aliæ quoque regiones & urbes visendæ: 2. Tum quo ... id quam commodissime fiat: 3. Postremo quæ officia iter facienti ... necessaria sint. De his non ex meo, sed ex præceptorum & alio... peritorum hominum judicio disseram.

III. Confirmationis prima pars duas causas afferat peregrina... nis, quod ea adolescentibus nihil utilius, nihil etiam jucundius sit.

Vtilitates hæ sunt.

1. Augent & confirmant eruditionem & sapientiam, quæ ... cui pro ratione status & muneris sui necessaria.

Vide exempla summorum virorum omnis generis, qui majo... doctrinæ causa longinquis peregrinationibus usi: ut fuerunt Phi... sophi Pythagoras, Euclides, Plato, Aristoteles: medici Hippocr...

Galenus: Politici, Vlysses, Solon, Lycurgus, Decemviri
ani, Cicero: militares, Annibal, Epaminondas: Theologi,
etæ & Apostoli.

2. Faciunt ad bonos mores: quibus in convictu honestorum
um nihil commendabilius.

3. Parant amicos.

4. Conciliant famam & auctoritatem legatis, consiliariis, o-
bus.

unda quoque est peregrinatio.

1. Propter admiranda spectacula tum naturæ, in rebus crea-
montibus, fluviis, fontibus, plantis, bestiis, &c.

2. Tum ingenii & artis, in architectonicis & aliis rebus me-
ilibus, quarum utrarumque è locis exteris exempla afferes.

3. Propter recordationem in senectute.

4. Propter imaginem vitæ nostræ. Gen. 47. Psal. 39. Phil. 3.
11.

altera de tempore idoneo stipuletur quinque.

1. Est ætas matura, propter periculum seductionis. Aristot. 1.
4.

2. Ea si nondum contigit, adolescenti aliquis magister morum
cum Comico loquar) adminiculum dandum. Sic Homerus
Phœnicem addit.

3. Iacienda sunt ante doctrinæ liberalis fundamenta.

4. Tum tabulas chorographicas, & gentium populorumque
s notas esse oportet, ne plane hospes ac rudis venias.

5. Postremo de consilio & authoritate magistratus, ac aliorum
um hominum migrandum.

tertia de methodo & ratione itinerum faciendorum septem
seu consilia proponat.

1. Viatorem prudentem & circumspectum esse oportet in de-
habendoque comitatu: curanda pecunia: observandis tem-
us: scrutandis viis: denique in moderandis dictis & factis
s.

2. Præmunitus idem sit patientia, ut frigus & æstum, ut ho-
injurias, ut itinerum molestias & cætera constanter perferat.

3. Non sit rixosus: non gulæ & poculis deditus: non curio-
facilis, sobrius, modestus.

4. Caveat ne vitia peregrina attrahat: Aliæ enim nationes
ores habent.

5. Diligenter notet observetque tempus, loca, mores, leges,

& cætera, quibus ſibi aliiſque quondam accommodare poſſit: ne tan quam grues & ciconiæ, ſine fructu redeat. Ilind. 2.

Αἰσχρόν τοι δηρόν τε μίμνειν, κενεόν τε νέεσθαι.

Turpe eſt emanſiſſe diu, vacuumque redire.

6. Inſinuet ſe & commendatum faciat præſtantibus viris, quo rum familiaritas olim honori & emolumento ei eſſe queat.

7. Piis precibus Deo iter ſuum commendet.

IV. Epilogi loco ſit gratiarum actio ad magiſtratum, paſtore præceptores, commilitones, cives, pro officiis hoſpitalibus.

XXIV. *Studioſus ad aliam Scholam abiturus, rationem reddet, cur Theologiæ ſe dederit.*

I. Exordium ſumit à præcepto Platonis, quod legitur 1. Offic. Monet orator Romanus, ex Platone, noſtræ ætatis homines, mature conſtituant, quos & quales eſſe velint: in quo ipſo ne err mus, idem vult, ut viros prudentes & uſu peritos in conſilium adh beamus.

Ea res me quoque movit, ut cum jam per aliquot annos huj Scholæ alumnus fuerim, & tempus omne iis ſtudiis dederim, quib noſtra ætas præparari ad majora ſolet, tandem ipſe quoque cogitari in quo ſtudio ætatem abſolvere vellem.

Circumſpicienti autem de conſultore, is occurrit magiſter, q nihil ſapientius, Dominus Ieſus Chriſtus, quando inquit in Euang lio; Quærite ante omnia regnum Dei & juſtitiam ejus. Quibus verb quis eſt, qui non intelligat, rerum divinarum ſtudium ita nob commendari, ut illud omnibus aliis præferamus?

II. Propoſitio.

Quare cum ſumma omnis recti officii ſit, nihil ut agamus, cuj non probabilis ratio reddi poſſit: exponam reverendis meis domi præceptoribus, & cariſſimis commilitonibus cauſas, cur ex ſapie tiæ partibus nulla mihi magis placeat, in qua vitam conſuman quam ſacroſancta Theologia: ut ſi (quod ſpero) conſilium meu probaverim, vota à vobis fauſta impetrem, nonnullos etiam exe plo meo ad idem curriculum invitem.

III. Confirmatio ducitur ex Theologiæ tum dignitate, tum u litate.

Dignitas inde conſtat, quod divinitus inſpirata, traditaque. quod arguunt 1. teſtimonia ſcripturæ: 2. genus doctrinæ rationi cognitum: 3. idemque puriſſimum, quale decet auctorem, veri mu

um & ſanctiſſimum: 4. miracula: 5. vaticinia: 6. Eccleſiæ & pio-um omnium experientia.

Vtilitas eſt triplex.

1. Cæteris diſciplinis huic tantum vitæ ſervientibus, ſola heologia viam oſtendit ad æternam beatitudinem: quod ſummum onum Philoſophi fruſtra quæſiverunt.

Facit id vero duobus voluminibus: Legis & Euangelii. quorum la miſeriam, hæc medicinam patefacit.

Idque modo, quencunque vis, brevi, illuſtri i planè, ſymbo-co: ut præ his brevitas Stoica, facundia Platonica, facilitas Ari-otelis, ſymbola Pythagorica nihil ſint.

2. Hinc ſequitur ſecunda utilitas in pacandis & exhilarandis nſcientiis: quod nulla poteſt vel philoſophia, vel eloquentia.

3. Nullum eſt doctrinæ genus, cui non de ſua plenitudine ali-id commodet: Philoſophia, Medicina, Iurisprudentia, Orato-a, Poëtica, Hiſtoria. Vide Muretum de præſtanti i Theologia.

IV. Peroratio gratias agit 1. Deo, qui tibi hanc mentem dedit, uam ſancto ſtudio te tradideris: 2. præceptoribus, pro inſtitutione eli: 3. Condiſcipulis pro amicitia familiari ac ſuavi: 4. indeque piis ecibus ſcholam & Rempublicam univerſam Deo commendet.

XXV. H ☉ *Pueri Ieſu in templo inter medios doctores ſedentis.*

I. Exordium peti poteſt à genere: Omnibus diſcendum eſſe à Do-no Ieſu: ideoque etiam juventuti Scholaſticæ.

II. Propoſitio.

In hunc finem proponam vobis pueritiam Servatoris, de qua nuper hiſtoria: unde intelligetis, quod pro concione jampridem audi-m; quomodo nos in templo erga Deum, in Schola erga præcep-res, domi erga parentes & hoſpites geramus.

III. Expoſitio ſequatur partes propoſitas.

1. Primum quando puer duodecim annos natus, cum parentibus, templum ſe contulit, ibidemque ſacra ſolennia obiit, commen-re nobis voluit pietatis & religionis ſtudium, tanquam ſapientiæ proſperitatis fontem unicum.

Hoc exemplum ſequentes, primum ſcholas, in quibus ſonat doc-na pia & ſalutaris, tanquam officinas ſapientiæ & virtutis, ame-; cum alia conventicula ſæpe peſtes juventutis ſint.

2. Deinde, eum in templo inter doctores ſediſſe, eoſque tum audi-

audiviſſe, tum interrogaſſe ſcribitur, docilitas ejus & vir
ſtica prædicatur.

Igitur in ſchola ſedeamus, hoc eſt, tantiſper commore
fundamenta ſapientiæ recte jacta ſint.

4. Quare in tam ſancto loco nequaquam otioſi ſimus,
mis peregrinemur, ſed præceptoribus nos attentos præb
cum ipſis de rebus dubiis conferamus: Hæc una via eſt a
nem perveniendi.

Hoc loco agi poteſt de utilitate diſputationum, & ſimil
citiorum ſcholaſticorum.

Poſtremo meminerimus, intereſſe cætibus noſtris Do
ſum per præceptores nobis loquentem. Quamobrem cum
neratione & modeſtia adſimus, idque agamus, ut ſicut i
uberibus matris lac, ſic nos ex ore magiſtri ſuccum veri
hauriamus.

3. Hæc ſervatoris vita Scholaſtica fuit: Videamus
meſticos. Puer Ieſus, inquit Euangeliſta, deſcendebat
tribus, & revertebatur Nazaretham, eratque eis obediens.
hic obedierit, & quibus. Quid nos igitur homunculi
cum ipſe Dominus gloriæ mortalibus parentibus dicto au
quin ſummittamus nos genitoribus & ductoribus noſtris
dictionem ſimilem conſequamur.

Audite enim, quæ porro in Euangelio ſequuntur. Puer
proficiebat, ſapientia, & ætate, & gratia, tum apud De
apud homines.

Sapientia primo loco ponitur, ut ſummum bonum,
præmium ampliſſimum.

Adjungitur ætatis & corporis incrementum.

Complementum denique felicitatis additur apud Deum
que gratia.

Hæc ſunt ea bona, quæ omnibus votis à Deo petamus.

IV. Epilogus repetat ſummam dictorum. Quodſi ig
diis proficere, à morbis cuſtodiri, Deo & hominibus c
mus; timeamus Deum, amemus bonas literas, obedia
obedire par eſt.

XVI. *Causæ Homericæ publicarum cladium. ex oratione Nestoris, quæ est Odyss. 3.*

rdium ſumatur à præſenti rerum ſtatu, quem omnes deplo-
ci recte perpendunt.
z & variæ paſſim vexant orbem Chriſtianum calamitates.
timus & querimur omnes: ſed quotus quiſque eſt, qui de
orum malorum cogitationem ſuſcipiat: qui quid porro in-
no proſpiciat: qui manum medicam adhibeat? Tanta eſt
noſtrarum caligo! tantuſque in ipſo miſeriæ ſenſu veter-
neſti vates de veteri populo queruntur! Quid ego igitur
s faxim? conqueri mihi & lamentari cum omnibus licet:
e cæteris ætas non ſinit.
ben nihil præſtem (in communi enim periculo fas cuilibet
m eſſe) producam meo loco vobis hominem ſenem, quem
erientia gnarum rerum humanarum fecit. Is eſt triſeclis ille
ui (ut Minerva de eo teſtatur) ψεύδεα δ' οὐκ ἰδέειν μή-
ρεσσιν ἐοικώς.
cius eſt, lingua mendacia dicere vana,
illi eximia eſt variis prudentia rebus.
opoſitio.
ntus vir quid de cauſis cum cæterorum malorum, tum maxi-
arum cladium ſtatuat, operæ precium eſt cognoſcere.
ergo cum pace veſtra fiat, evocemus ſenem è Græcia, ut
n de adoleſcente Telemacho dixit, idem nunc nobis ado-
s repetat, ſed per interpretem:

--- Triſtes in patria rura.

piter (heu!) reditus quondam meditatus Achæis:
omnes etenim juſti; non pectore culti
lenti fuerant: quare pars magna Pelaſgum
riere undis, & triſti funere fati,
petiere ſimul memorem Tritoniæ ob iram
nnoſæ: illa inter Pelopeia pectora fratrum
idum poſuit furias diſcordibus iris.
nque ut denſari juſſerunt undique Achivos,
d equidem ſcite, Heſperias cum Phœbus in undas
, & hi vino gravidi madidique Lyæo
venere ſimul fruſtra, ut de rebus haberent
filium.

Intel-

Intelligitis auditores, quid olim reſpubl. & populos afflixerit: qu
dum affligat: & nociturum publice privatimque omni tempore: ſi
primam, ſive mediam, ſive ultimam cauſam ſpectetis. Vtinam ve
ipſum hunc Neſtorem ex mortuis excitare poſſem, qui pro ſua ſua
loquentia, quæ hic paucis complexus, plenius nobis ediſſereret!

Sed cum id fieri nequeat, quæſo ne adoleſcentuli vocem ſpernat
& à natu majoribus petatis, quæ mea infantia præſtare non poteſt.

III. Confirmatio ſex cauſas pœnarum publicarum in carmi
comprehenſas attingat.

Prima & architectonica rerum cauſa (ut philoſophi loquuntu
eſt Deus. Neque enim caſu fit quod fit: ſed eſt in cœlo Deus, qui ſ
ſtentat & gubernat omnia: qui bonis præmia & malis pœnas para
Vide locum de Providentia. & Amoſ. 3.

Hinc igitur Neſtor noſter: Καὶ τότε δὴ Ζεὺς λυγρὸν ἐνὶ φρεσὶ μ
δέδο νόσον Ἀργείοις.

Idem teſtantur omnes divinæ & humanæ literæ: teſtatur experie
tia. Vide Lipſ. Conſtant.

Has imperiorum periodos philoſophus Magno Pompeio poſt cl
dem Pharſalicam profitebatur: & Romani cognoverunt, Iovi Stato
ris cognomento addito.

Secundo, Quia vero juſtus eſt Deus, audi quam rationem habe
judiciorum ſuorum.

—— Ἐπεὶ ἤτε νοήμονες, ἠδὲ δίκαιοι
Πάντες ἔσαν.

Enimvero creavit Deus hominem ad imaginem ſuam: ideoque
ſapere eum, & recte affectum eſſe vult: ſtultitiam & injuſtitiam od
ac punit. Vide Pſal. 5.

Et certe quantas calamitates temeritas & boni conſilii contemptu
dare ſoleat, omnis experientia evincit.

Proinde hoc primum mutationis prognoſticon politicus obſerva
bit, cum ſtulte, cum temere & ſine conſilio res aguntur. Eſa. 3. Cic
ad Q. Fratrem.

Tertio; Sed neque δίκαιος πάντες ἔσαν inquit Neſtor, juſtitiæ &
legum contemptum notans.

Iuſtitia enim conſtant imperia: & propter injuſtitiam transferun
tur de gente in gentem.

Atque hoc alterum eſt venturi mali indicium, cum nihil juſte
omnia ex libidine aguntur.

Quarto; Recenſuit Neſtor prima & graviſſima peccata, quæ iram
Dei in genus humanum, & ſic in regna & reſpubl. provocent. Audit
dein-

inceps, quæ illinc per omnes vitæ partes alia scelera promanent, enam fatalem quasi maturantia. Sic enim pergit Orator Græcus: ἀλλ' ἐξ ὀλοῆς γλαυκώπιδ' ἀθεμιστίης. Quid istud est, audi- res? Cassandram fatidicam virginem Ajax Locrensis in templo Mi- nervæ stuprarat: indidemque Palladium abstulerat Vlysses. Hinc illa a Minervæ.

Templum Minervæ schola est: virgo in ea præsidens sapientia: alladium, tutela & favor, magistratus.

Quando igitur & qui docent, religionem & bonas literas quæstui ambitioni habent, vitium accipit sapientia: & principes avari sti- endia doctrinæ debita ad se rapiunt, Palladium aufertur: quod cer- imum calamitatis indicium.

Ab hoc enim quasi fundamento prosperitatis humanæ Deus judicia orditur. Οὐδαμῶ γὰρ κινοῦνται μουσικῆς τρόποι ἄνευ πολιτικῶν νό- μων τε μεγίστων. Plato 4. de republ.

Vide quantum semper rebuspubl. incommodarint Sophistæ, pseu- prophetæ, tyranni.

Quinto; Habetis præsagia reipubl. perituræ in labefactione nostri linis. A capite, id est, schola & Ecclesia, serpit malum ad cor. ἴεμεν. Ἀτρείδῃσι μετ' ἀμφοτέροισιν ἔθηκεν.

Neque enim potest stabile regnum esse, cui sapientia & religio cu- non sunt.

Nam hic immiscet se Spiritus ille vertiginis, principes & duces æ- mulatione & discordia implens. Neque enim consentire possunt, qui factore suo dissentiunt.

Hinc seditiones & bella civilia.

Atque hæ significationes sunt publicorum malorum in corruptio- regiminis civilis.

VI. Tandem ceu gangræna quadam inferiores etiam partes rei- bl. corripiuntur. Hinc porro Græcus noster:

--- Οὐ γὰρ κόσμον ἐς ἠέλιον καλέουσι
Οἷόν ἦλθον τ' οἶνῳ βεβαρηότες υἷες Ἀχαιῶν. — — — — —

Nimirum qui pueri in scholis vitiis & pravis opinionibus imbuti, idem postea viæ duces nacti, qui nec sibi, nec legibus constant, ui possunt, quin ad luxum, & licentiam abeant? Nam consuetudo t altera natura: & quales in republ. principes sunt, tales & reliqui ives esse solent, ut cum Platone Orator loquitur.

Hinc dissipatio opum, desertio fidei, furta, rapinæ, fraus, in- riæ, aliaque mala, quæ justus Deus tandem publice & privatim raviter ulciscitur.

IV. Epilogus.

1. Repete quæ de publicarum calamitatum cauſis & fi dicta.

2. Accommoda ea ad tempora præſentia, nec (quod po ſine lamentatione.

3. Precare Deum, ut nos ſanet, nobiſque parcat.

XXVII. *Methodus ſtudii Theologici.*

I. Exordium ſumatur à genere: quod in omnibus diſciplinis pr ticis tria conſideranda: Finis, Subjectum, Media.

II. Propoſitio.

In præſentia de ſtudio theologico te acturum, ut quod max practicum ſit. Fidei enim & pietatis laus in agendo conſiſtit.

III. Expoſitio ſit triplex.

1. De Fine Theologiæ, qui eſt beatitudo æterna hominis a Deum creatorem ſuum. Hoc igitur primum eſt, quod Theolo ſtudioſus meminerit.

2. De ſubjecto, quod eſt homo: qui initio quidem beat Deo conditus: ſed mox per fraudem & malitiam Satanæ divinis donis orbatus, & in miſerias maximas conjectus.

Huc pertinet diſſertatio de creatione hominis, lapſu, & conſeq ta pœna. Vide igitur ut poſt Deum ipſum te noris.

3. De medio, quod à Dei parte eſt Chriſtus pro nobis m tuus; ex hominis parte fides, qua Chriſtum ſervatorem ſuum app hendit, eique ſe conformiter gerit.

Huc refer quæ ſcriptura habet de Chriſto promiſſo & exhibi de fidei generatione, conſervatione, actionibus: denique de co plemento & fructu ultimo hujus ſtudii; quæ ex verbo Dei recte n perfecta ſapientia eſt.

IV. Epilogi loco precatio ſit pro ſana doctrina imbibenda.

XXVIII. *De Eruditione & moribus hominis Theologi*

I. Exordium ſumatur à commendatione ſtudii Theologici, ut q cæteris omnibus præſtantius.

II. Propoſitio. Cum vero multi ſibi nomen Theologorum ven cent, quibus nihil minus conveniat: non ingratum te putare audi rio futurum, ſi ex ſententia dominorum præceptorum de doctrin officiis Theologi verba facias.

II

III. Expositio duplex sit.

Prima agat de scientia Theologica. Cujus partes sunt:

1. Naturalis illa Dei nostrique notitia, de qua Paulus Rom. 1. 7. quam Theologus communem habet cum omnibus gentibus: licet Deum esse: eumque unum: & quidem optimum maximum: rum omnium auctorem & conservatorem: hominem autem vas infirmitatis, in consiliis parum, in agendo inconstantem; vita miserum. quæ Theologia est in libro universitatis; & in uniusque mente & conscientia: denique in uniuscujusque usu & experientia.

2. Catechesis elementa doctrinæ Christianæ complexa. de bus Hebr. 6. scilicet de articulis fidei; de vitæ officiis; de samentis; de precatione; de disciplina ecclesiastica. quam cognitionem Theologus communem habet cum Christianis omnibus.

3. Vberior illa scientia, de qua 1 Tim. 2. & Tit. 1. per quam ipse tantum percipit & credit, quæ ad salutem necessaria, sed ea etiam explicare, & confirmare & contra adversarios defendere sit. Hæc propria est Theologi, & hinc tam augustum nomen ctur.

Itaque oportet eum bene nosse sacras literas, & eas præterea linguas & artes, quæ ad verbi divini intelligentiam faciunt: ut sunt guæ Latina, Græca, Hebræa; & artes Logicæ, Mathematicæ, sicæ, Politicæ. Tum historia, maxime Ecclesiastica de certaminibus & persequutionibus Ecclesiæ.

His instructus doctus Theologus habebitur.

Pars altera, de vita & moribus, requirat in Theologo ab initio æ- preces ardentes, & virtutes illas, quibus castæ, justæ & piæ exemplum sit. Vide Matth. 5. & passim apud Timoth. & Tit. is ornatus Theologus gravis & inculpatus videbitur.

IV. Epilogus abrumpat orationem longiorem, addita cohortatione, ut si non ab omnibus, saltem à maxime necessariis studiosi Theologiæ se parent.

XXIX. *An liceat alieni juris hominibus contra injustam vim & tyrannidem aliis auxilium ferre? Vide Olynthiacas Demosthen.*

1. Exordii loco sit querela de nostris temporibus, ubi nulla fides, nulla caritas; quisque suum quærit; parvi pendens, quid fiat ubi.

Hinc fit, ut dum sibi singuli cavere volunt, omnes defe
injuriis inimicorum obvii fiant.

Causæ hujus mali variæ sunt. Alii officia caritatis suis o
metiuntur, quos (ut Poëta queritur) gratis pœnitet esse
alios terret periculum: alii quod parum decere putant alie
ciis implicari, suam rem agere malunt: omnes in eo culpa
nec Deo, nec fratribus quod debent, tribuunt. Vide Cic.

II. Propositio duplex.

Quod cum ita sit, constitui de officio defensionis duas q
edisserere: Vnam, an Christiani, præsertim principes &
alios ad se quidem non pertinentes, sed tamen injusta vi
vexatosque jure & salva pietate defendere possint? Alteram
fieri debeat pacto, & qua cautione?

III. Expositio.

Prior quæstio de jure defensionis affirmetur ex jure natura
mano, divino.

Primo, Iuris naturalis hæc idea esto.

Principio omnis natura est conservatrix sui, & amicitiis
ciis mutuis devincta.

Elementa mirabili modo inter se conveniunt: stirpes sua
gines & venulas tenaciter defendunt: bestiæ mutuo pro
(vide exempla Canum apud Herod. in histor. Cambysis: L
homine bene merito pugnantis apud Gellium, & similia a
num & Plinium: item Lemnium de sympathia rerum.) Pa
porum nostrorum quo consensu afficiantur, quis nescit? Vi
tomicos.

Secundo, jus humanum ita describi potest.

Ad hunc modum cum res brutæ & sensu ac ratione carei
se affectæ sint: quid de hominibus dicemus, quos natura oc
tionis & orationis facultate inter se devinxit?

Hinc illa principia omnibus nota: ut neminem lædamus
mus autem, quibus possumus.

Neque enim injustus tantum is est qui facit, sed etiam qui
pulsat, si potest, injuriam: nec modo tyranni sunt, qui alio
vitutem redigunt, verum multo magis ii, qui tyrannis adu
connivent, & eorum violentiam, ubi possunt, non reprim

Hinc leges natæ, humanæ societatis vincula. Ægyptior
gravi pœna eum mulctabant, qui cum alterum à latronibus
aut ab aliis injuriam pati vidisset, non subvenisset si potuisset:
næ leges Domino in servum sævienti, ferrum è manibus eripi

quo quis aut princeps generosior, aut cultior gens fuit, eo
andos alios promptior exstitit. Virtutis, (ait Orator) inge-
nisque præstantiæ fructus tum capitur maximus, cum in
m quenque confertur maxime. Quam diuturnum & difficile
esserunt pro Campanis Romani? Pro Græcorum libertate
jecerunt, & cum Philippo, Nabide, Antiocho, & quidem
imis impensis & periculis gravissima prælia sustinuerunt. Vi-
Siculum lib. 2. cap. 2. Thucyd. lib. 1. Cic. 1. & 3. offic. Liv.
& 4.

o, Iuris divini delineatio hæc esto.

on tantum natura, ipsaque humanitatis ratio hominem ho-
currere jubet: sed multo magis vox & auctoritas divina.
e (inquit Dominus) proximum tuum sicut te ipsum. Ita-
fidelis fidelem tantum, sed etiam quemlibet peregrinum &
latroni, si possit, eripere tenetur: nec disputabit, an liceat,
m tueri justum judicaverit. Quod vobis fieri vultis, inquit
, idem & vos facite aliis: necessitatibus sanctorum subvenite,
olus, & alii aliorum onera portate.

l cum intelligerent pii reges, nihil magis sibi commendatum
, quam ut verum Dei cultum quam longissime propagarent,
itantibus fratribus non tantum apud se, sed etiam inter extra-
ilio essent. Ezechias non Iudæos solum, sed Israëlitas etiam,
temporis Assyriis parebant, ad sacra Paschæ invitat, & di-
excelsis idolorum adjumento est, 2 Paral. 31. idem facit Io-
aral. 34. Constantinus Magnus pro Christianis arma sumit
m Licinium, & tyrannum Maxentium Roma expellit. Me-
in Chron.

s filius Constans pro Orthodoxis fratrem Constantium, qui
is favebat, bello petit. Theodosius auctore episcopo Attico
nis adversus Cosroem Persam opem fert. Quanta pro reli-
vexata Ecclesia bella cum Saxonum gente Carolus M. gesse-
um est. Fredericus Barbarossa & alii principes in Syriam ad-
aracenos moverunt.

l non tentarunt sequentes Imperatores, ut Orientales Eccle-
jugo Turcico liberarent.

atur πάθος à causa impulsiva: quod laudatissimi principes
erga Deum & Ecclesiam fidem probare, & quantum in ipsis,
um commune avertere studuerunt: cum tamen nec Saraceni,
ræ quenquam ad religionem cogunt, servitiis corporum con-
at vero quam nunc carnificinam conscientiarum nonnulli exer-

ceant, liquet omnibus. Vide hiſtoriam ſuperioris ſeculi & martyrologium.

Quæ ſi quem non ſatis movent, audiat, quid Deus defertor populi per ſervos denunciet. Moſes diris devovet Gaditas & ſocios quidem in bellis gentium fratres ſuos deſertos paterentur; Dan. Rubenitæ & vicini per vatem graviſſime increpantur, quod fratri Debora duce in Iabinum tyrannum moventibus non adfuiſſent. Iudic. 5. Ephraimitæ pœnas luunt, quod Gideonis & Iephthæ victo invidiſſent. Iudic. 8. & 12. Iſraëlitæ in deliciis viventes, & Ioſephi contritum & everſum deſpicientes exitio devoventur. Amoſ. 6. Vindicator æternum ignem iis minatur, qui vel minimum ex fratribus peregrinantem non excipiunt, frigentem non fovent, nudum non veſtiunt, inopem non juvant, captivum non liberant. Matth. 25.

Quid ita? Vnum corpus eſt Chriſtus & Eccleſia: unum ædificium in una ambo ſunt navicula. Itaque non poteſt vel infima pars tangi quin tota pars afficiatur: Eccleſia ubicunque locorum eſt, Chriſtus ubicunque læditur, Chriſtus læditur: ubicunque defenditur, Chriſtus defenditur. Itaque ut privati opibus & precibus, ita principes armis ſalutem Eccleſiæ tueri tenentur.

Addatur πάθος, quod deſertores Eccleſiæ gravius delinquant quam olim Iudæi Chriſtum crucifigentes, aut poſt recens natam Eccleſiam pagani, aut eandem nunc infeſtantes Turcæ: quod illi partim ignorantia, partim ſuperſtitione excæcati peccarint: at Chriſtiani ſcientes & intelligentes officium deſerant.

Altera pars de modo quatuor conditiones pertractet.

Quamobrem cum quid liceat demonſtratum jam ſit: videant porro, quas tam pium, juſtum & neceſſarium officium cautio habeat.

1. Cauſa ſit pia: nimirum non regnum, nec opes, nec vi dictæ cupiditas; nec curioſitas; ſed mera pietas, juſtitia, caritas.

2. Tempus oportunum: quando videlicet apud tyrannos non æquitas, non deprecationes, non ulla alia ſublevamenta valent, quæ miſeris extrema intentent.

3. Vires expendendæ, ne ſuſcepta defenſio turpiter deſeratur & tyrannus irritatus magis, quam fractus, plus ſæviat.

4. Deus orandus in auxilium.

IV. Epilogus repetita ſumma orationis hortetur cætum Scholaſticum, ut precibus ſuis pro afflicta Eccleſia depugnet: qua in re exemplo præibis.

XXI

XXX. *Vita Philosophica. ex* 10. *Ethic. Aristot.*

Exordium sumi potest à dicto Pythagoræ, quod proponendum, candum, accommodandum.

nita exstant sapientiæ monita à Pythagora, in quibus illud præ is memorabile: Μὴ φορεῖν στενὸν δακτύλιον. Arctum annulum stato.

est; ne suscipias aut aggrediare aliquid, unde non te queas ex-e. Vt enim annulus digitum, sic vitæ institutum hominem cir-scribit. & ut ille si laxior sit, facile decidet: si strictior, coarctat & ammodo ligat: sic vitæ curriculum imprudentius inchoatum, referendum tandem erit propter imbecillitatem virium, aut anxie m molestia & damno tuendum.

quare magno judicio constituendum est, quos & quales nos esse m velimus.

nt autem duo vitæ & genera, quorum unum in contemplatio-alterum in actione versatur. Vtrunque sua incitamenta habent. ior & minus gravis est vita philosophorum: splendidior autem claritatem aptior eorum, qui se ad rempubl. & ad res magnas das accommodarunt.

Propositio cum prolepsi calumniæ.

quod cum ita sit, magnæ mihi deliberationis est, quid ipse tan-eligam, in quo ætatem degam. Rem vero in utranque partem a possum diligentia ponderanti vehementer arridet nostrum vi-nus, theoreticum inquam, sive scholasticum.

non quod alterum illud (negocioſum) contemnam, aut Cynico carptum velim: sed ut auditis rationibus meis, alterutrum à consequar: vel ut sensu & judicio vestro in consilio meo con-er: vel de errore monitus à vobis sententiam, dum res adhuc periculum est, in melius mutem.

1. Confirmatio sumatur à partibus vitæ beatæ, quas hæc phi-hica habeat.

quæ vita maxime digna est homine, αὐτάρκης, fructuosa, jucun-& constans, illa est beata, & proinde eligenda.

Theoretica vita est talis.

E. beata & eligenda.

propositio tractetur per partes.

sumptio illustretur antithesi vitæ practicæ, tum privatæ & do-icæ: tum publicæ in republ., aula, castris.

Concluſio reſervetur Epilogo.

Propoſitio.

1. Non dubito, auditores, quin eam vitam beatam cens quæ hominis excellentiæ maxime conveniens eſt: hoc eſt, qu mus ad imaginem Dei conditus bene habet.

2. Eſt quoque beata vita libera, nulliuſque rei indigen ipſa fortuna cedit.

3. Fructus vero ingenii, virtutis, omniſque præſtanti maxime capitur, cum in proximum quenque confertur.

4. Habet quoque beata vita in ſe ipſa voluptatem ſumma

5. Eamque puram & indeſinentem. Vide Ariſtot. 1. Eth

Aſſumptionis protaſis prima.

Formam beatitudinis habetis. Videamus nunc, utra vita, ſ lativa an practica huc propius collimet.

Primo, principio certum eſt, quicquid negocioſa vita h id huic mortali & caducæ vitæ duntaxat ſubſidio venire.

Paterfamilias victum & amictum quærit: alius alia quidem r ne: omnes tamen cum labore & ſudore multo.

Qui rempubl. gubernant, pacem & externam honeſtatem t tur: idque horrendis ſæpe pœnis & exemplis.

Apodoſis prima.

At philoſophus inſtar Numinis mente operatur: & quidem i bus præſtantiſſimis: ut ſunt: Natura, Virtus, Deus. Cujus in non ſecus atque à ſole hic orbis illuſtratur: Eique dat operam, u archetypo ſuo, ſapientia & virtute ſimilis fiat.

Secundo, Protaſis ſecunda. Quid deinde? Negocioſa vita q multa requirit adjumenta ad domum, ad rempubl. tuendam?

Apodoſis ſecunda. At ſapiens dum ſpeculatur, non eget mu parvo contentus eſt, & quaſi ex penu ſuo cuncta promit.

Confer hic politicum cum philoſopho: ut Alexandrum cum gene: quorum illi totus orbis ſufficere non potuit; hic dolio ſu pane contentus vixit: ille in abundantia eguit, hic in paupertat gium animum geſſit.

Tertio, Protaſis tertia. Quid? quod practica vita perdiſ eſt, & alienæ libidini obnoxia, & multis modis periculoſa?

Domi metuenda uxor moroſa: conflictandum cum ſervis neq liberi quoque non ſemper adoleſcunt ex ſententia: tum quoties ſcientia læditur victus cauſa: quoties propter nummum de capite riclitari contingit? In republ. primum ipſa gubernatio gravis & propter potentiam ſæpe delinquit: tum inimicos & æmulos n

abet: postremo ipsi cives insurgere possunt. Vide exempla Theclis, Camilli, Scipionis, & aliorum.

eque melior fortuna est aulica. Vide Danielem, Callisthenem, am, Bellisarium.

ilitaris autem vita ipsa miseria miserior est.

podosis tertia. Iam mihi philosophum vide: quam is vitam agit m, tranquillam, divinam!

rimum totus orbis ipsi perinde est.

ide nec in rebus secundis luxuriat, nec in adversis trepidat:

udet menti puræ & defæcatæ:

otusque id agit, ut ex hoc mortalitatis carcere liberatus, ad m, unde originem suam ducit, quam primum redeat, cumque miliarius degat beatam illam & imperturbatam vitam: Neque rim negligit humanitatem: dat consilia juventuti: juvat posteriem sapientissimis monumentis, quibus plus prodest, quam omni triumphis suis potentissimi reges & principes.

Confer Davidis & Solomonis labores politicos cum psalmis & proiis: Alexandri victorias cum philosophia Aristotelis.

Quarto, Protasis quarta. Hinc practica vita plena est curarum & itudinum. Vide Ciceronem pro Archia & ad Q. Fratrem.

Apodosis quarta. Contra quam jucunda & suavis nostra est vita? ropter optima studia, quibus nulla voluptas potest esse suavior: ropter innocentiam & impollutam conscientiam: 3. propter seitatem ab invidia, & multis aliis perturbationibus.

Quinto, Protasis quinta. Postremo res ipsa loquitur, hominem s temporis tribuere posse speculationi, quam aliis laboribus.

Apodosis quinta. Est autem continuatio in omni re efficacissima, onge præstat actionibus ex intervallo petitis. Dicam paucis: Viphilosophica imago & interpres est vitæ futuræ, ubi omnibus curis manis expunctis, puræ contemplationi majestatis divinæ vacabis.

Confer politicos, qui rerum suarum pertæsi tandem vitæ solitariæ e dedidere, cum philosophis, quos spiritus citius, quam discendi luptas destituit.

IV. Peroratio 1. summam colligat: 2. definiendi auctoritate missa auditoribus: 3. concludat precatione pro vitæ gubernatione.

1. Hæ sunt rationes, auditores, propter quas nullam aliam am velim, quam hanc ipsam in qua jam per Dei gratiam versor: od eam præstantissimam, facilimam, commodissimam, tranquilssimam, & constantissimam putem.

2. Quodsi recte judicarim, quæso favete bonis studiis: si tio aberrare videatur, reducite quæso in viam. Cum enim non qui per me sapiam, studebo me eum esse, qui bene monenti pa

3. Tum tu Deus Opt. Maxim. sine cujus afflatu nemo p vir laudatus evadere, ipse consilium rectum, & tibi gratum sugg

Vide Aristot. 1. Eth. 7. & 10. cap. 7, 8. Senecam de vita be itemque de tranquillitate vitæ. Horat. 2. Satyr. 6, & 7. 1 Epist Muret. orat. 2.

XXXI. *Non esse in Schola docendum Terentium.*

1. Exordium sit prolepticum.

Etsi non ignoro, quanto cum periculo conjunctum sit, dicer quæ vel à doctorum judicio, vel à recepto nunc etiam in Sch more dissentiant: tamen cum non nisi summo in vos amore com sus ad dicendum accesserim, spero me facile à vobis veniam impe turum. Sæpe enim prima fronte absurdum aliquid videtur: q postea rationibus allatis probabile fit.

11. Propositio per antithesin.

Scitis quantopere nobis commendetur Terentius: at si dicend quod res est, mihi auctor ille moribus nostris vehementer incomm dare videtur: quod si vobis probavero, fore spero, ut ab ejus lect ne inposterum abstineatis.

111. Confirmatio ducatur ex effectis seu duplici incommo quod hic auctor juventuti occasionem præbeat partim ad contun ciam adversus parentes, partim ad libidinem.

Quod ad primum, tria præstabis. 1. docebis, qua pietate Deus lit parentes coli, & quæ præmia morigeris, quasque pœnas tra gressoribus destinarit: 2. adduces Terentianos adolescentes satis parentes suos improbos: Pamphilum, qui parenti se opponit in cenda uxore: Clitiphonem, qui per fraudes Syri 10. minas à pa aufert, quas scorto Bacchidi dat: Ctesiphonem, qui cum ruri deberet, fidicinæ & commessationibus vacat, &c. 3. Addes πῶς de cavendis scandalis.

Quod ad alterum, 1. ostendes, omnes comœdias Terentii nihil f aliud tractare, quam amores & libidines: 2. quam graviter Deus h peccatum oderit & puniat: imo ipsis quoque hominibus displice 3. quam ad illud præ cæteris juventus proclivis sit: unde eo dilige tius ab istis incitamentis prohibenda, quia φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί, ut ex veteri Poeta Paulus monet.

A

Addi potest confutatio causæ, ob quam in scholis Terentius lega-
, scilicet quia ad linguam conferat. Nam 1. lingua Latina disci
est ex aliis auctoribus: 2. potius quam cum tanto periculo morum
catur, prorsus à Latina lingua abstinendum fuerit.

IV. Epilogo 1. excusabis te, quod hac in parte à præceptoribus
issimis quorum alias tibi sancta jure sit auctoritas, discedas: 2. au-
oribus relinques libertatem judicandi, animum propensum, (de
o in exordio) repetens.

XXXII. *Terentium in Scholis retinendum esse.*

I. Exordium castigat condiscipulum, quod contra morem Scholæ
præceptorum auctoritatem agens, modestiæ (quæ maximum a-
lescentiæ ornamentum) obliviscatur: & amor iste, quem præ se
erit, rationem non habeat.

II. Propositio.

Terentium propter summam utilitatem retinendum esse.

III. Confutatio ita instituatur, ut 1. concedas vitia ista fugienda
e: 2. ostendas in poëticis exemplis non quid debeat, sed quid soleat
ri, spectandum: hoc enim esse artis poëticæ; personas repræsen-
re quales sint; qua in re pictoribus similes sint. Illustrabis hoc col-
ione historiæ sacræ & profanæ, quæ etiam multa obscœna, imo
renda describat, sed non ut imitemur, verum ut caveamus: cum
ili judicio ac animo legendos esse poetas. Vide Plutarchum.

IV. Confirmatio duas utilitates Terentii commendet: 1. quod
culum sit consiliorum & eventuum humanorum, itemque descrip-
o morum in utramque partem. Vide Aristotelem de ἀφελιμείᾳ καὶ
χρήσει poëtarum. Percurre hic fabulas Terentii, & ostende,
id in personis fictis imitari, aut fugere nos velit: 2. quod ad linguam
eloquentiam faciat: idque non tantum perspicuitate & proprietate
rationis: sed rerum pene omnium describendarum formas exhi-
ndo.

V. Epilogus moneat condiscipulum, ut inposterum modestius
gat, nec contemnat, quod non satis intelligat, & in studiorum ra-
one instituenda non ingenii sui præcipitantiam, sed doctorum &
pientum hominum judicia & auctoritatem sequatur.

XXXIII. *Dehortatio adoleſcentis à loquacitate.*

Quod adoleſcenti eſt turpe & noxium, id vitare debet:
Garrulitas eſt adoleſcenti turpis & noxia.
E. eam fugiat.

I. Exordii loco ſit Major declarata ex cauſis. Duo ſunt, quæ in ta & moribus ſemper cavere decet: primum, ne quid turpe comm tamus, quod mentis tranquillitatem turbet, & apud alios famam quinet: alterum ne ipſi nobis vitam difficilem & moleſtam reddam dum malum attrahimus, quod vitari potuiſſet.

II. Propoſitio ſit ſyllogiſmi concluſio.

Quod cum ita ſit, haud ſcio, an quid ſit, quod adoleſcens p caveat, quam garrulitas.

III. Confirmatio probet minorem.

Turpe hoc vitium eſt, quia 1. oritur ex arrogantia, aut certe vitate animi: 2. pugnat cum natura & fabrica linguæ: 3. eſt co modeſtiam & obſervantiam, quam adoleſcens debet natu majori

Idem obeſt quoque, quia 1. trahit ſecum multa alia vitia, ut m dacia, obtrectationes, contentiones: ſcilicet ut habeat materi garriendi. 2. prodit ſua & aliorum arcana, & ſic fidem fallit: 3. r dit hominem inviſum.

IV. Epilogus præcepta quædam afferat huc pertinentia: nim rum 1. rogandum eſſe Deum, ut is linguam regat, ne peccet: dandam eſſe operam, ut ſemper de rebus utilibus loquamur. 3. id circumſpecte; quando, ubi, quantum, & apud quos deceat.

XXXIV. *Contra Eloquentiam.*

I. Exordium habeat occupationem invidiæ.

Difficile eſt contra opinionem vulgatam contendere: præſertim prætextum utilitatis habet: plus tamen valere veritas debet.

II. Propoſitio.

Hujuſmodi eſt, quod de Eloquentia vulgo audimus: cujus ſt dium non tanti faciendum videtur, ut non potius rebus cognoſcen vacandum ſit.

III. Confirmatio ſit quintuplex.

Primo, ab inutili. Boni enim iſtiuſmodi illecebris non indige mali vinculis & verberibus rectius, quam verbis coërcentur.

Secundo, à noxio. Fucum enim facit veritati: corrumpit judic m

vet seditiones: & iis ipsis, qui ea excellunt, sæpe periculo cedit. de Demosthenem, Gracchos, Ciceronem.

Tertio, ab auctoritate Platonis, Spartanorum, Romanorum, aliorum, qui Rhetoricam è republ. sua expulerunt.

Quarto, à supervacaneo. Natura enim tantum quisque facile dixe-, quantum dicere necesse est.

Quinto, à digniori. Qualiscunque enim tandem Eloquentia vi-tur, tamen ei præstat sapientia, cui consequendæ vix hominis vi- sufficit. Vide orat. Hermolai Barbari in Rhetor Melanchth.

IV. Epilogus repetat propositionem cum argumentis præcipuis, auditorem hortetur ad sapientiæ studium.

XXXV. *Pro Eloquentia.*

I. Exordium sumatur à dicendi necessitate: prodiisse aliquem, i simulato amore sapientiæ contra Eloquentiam ea dicere ausus sit, nisi refutentur, magnum bonis literis, totique reipubl. erudito- periculum incumbere.

II. Propositio.

Censere te, non minus Eloquentiæ, quam rerum studiis operam dam esse.

III. Contentio sit partim generalis, partim specialis.

Generalis ostendat fontem sophisticæ, qua antecessor usus: nimi- qui eloquentiam pro inutili ornatu & fuco verborum habeat, facultas sit recte, ordine, & perspicue dicendi.

Specialis refutet argumenta adversarii.

Primum quidem sit, Nihil esse quod plus conducat Eloquentia, docendi, sive consolandi, sive monendi homines sint, sive con- mandi boni, sive terrendi mali, neque cum Stoicis fingendos esse mines, qui proficere non possint in melius, omnique humanitatis su & affectu careant.

Secundum ita: Eloquentiam esse, qua veritas & justitia defendun-, seditiones compescuntur; denique qua in periculis magis, quam is defendere & explicare se quis potest: neque divinæ rei asseri- dum esse, quod multi ea admodum abutuntur: id quod in nulla re fieri possit: postremo non esse honesta studia & consilia eventu ti metienda, cum ipsa etiam religio & fides adversitatates suas ha- eat.

Tertio argumento opponatur: sophisticam, non eloquentiam fuisse mnatam: neque à quibus, sed quo jure aliquid improbatum sit, atten-

attendendum: Enimvero ſenatum Romanum olim etiam religi noſtra interdixiſſe.

Ad quartum reſpondeatur: artem natura eſſe certiorem: id q in cæteris rebus ita quoque ſe habeat.

Ad quintum: inutilem eſſe ſcientiam, quam oratione explic & cum alios communicare nequeas. Has enim enim duas virtutes minis proprias eſſe: mente proſpicere quid verum & ſalutare ſit, id oratione interpretari ac edocere poſſe.

IV. Epilogus ſit, cum Eloquentia tam utile, neceſſarium nunquam ſatis laudatum ornamentum ſit, eſſe ejus ſtudium cum rum cognitione conjungendum. Vide Muret. de conjunct. philoſ & eloquent. & Melanchth. in defenſ. Eloquentiæ contra Barbarum

XXXVI. *Non eſſe pauperes cooptandos in magiſtratum*

I. Exordium commendet diligentiam, qua in magiſtratu con tuendo utendum, quod ab eo omnium ſubditorum ſalus depende id quod ſimilitudine rei nauticæ declarari poteſt.

II. Propoſitio.

Cum inter alia etiam fortunæ & opes conſiderari ſoleant, non deri è republ., ut gubernatio pauperibus committatur.

III. Confirmatio ſit triplex.

1. Quia ut plurimum pauperes male educantur.
2. Inhiant opibus alienis.
3. Nihil habent nervorum atque auctoritatis.

IV. Epilogus concludat pro opulentis & divitibus.

XXXVII. *Non eſſe magiſtratum commendandum divitibus.*

I. Exordium reprehendat ſententiam anteceſſoris, quod longe a ter ſenſerint, qui Fabritios, Curios, & alios viros, pauperes quidem ſed honeſtos tamen & bonos, ad rempbl. evexerunt.

II. Propoſitio:

Potius divites prohibendos à republ. eſſe.

III. Confirmatio.

1. Quod ut plurimum ſint avari.
2. Quod inſolentes & contumelioſi.
3. Quod factioſi. unde Oſtraciſmus Græcorum.

IV. Confutatio argumentorum contra pauperes contendat.

1. Mul

I. Multos pauperum honeste & frugaliter educari.
2. Continentes esse & integros, ut Fabritius fuit, Curius, [illegible].
3. Auctoritatem virtutis, non opulentiæ fructum esse.
IV. Epilogus improbet magistratum divitem.

XXXVIII. *Nec pauperes nec divites spernendos esse.*

I. Exordium hanc hypothesin tractet. In magistratu considerandum [illegible] omnia esse virtutem: ut prudentiam, justitiam, fortitudinem, moderationem: cum quibus conjuncta sit pietas.
II. Propositio:
Virtus si adsit, nec paupertatem, nec opes regimini nocere.
III. Confirmatio, quia
1. Auctoritas & felicitas Dei dona sunt:
2. Et ut plurimum sequuntur virtutem:
3. Hinc multi tum pauperes tum divites feliciter rempubl. gessere. Pauperes fuerunt Moses, Gedeon, Iosephus, Saul, David, Fabritius, Curius: Divites Solomon, Scipio &c.
IV. Epilogus concludat pro iis, qui præ cæteris virtute ornati.

XXXIX. *Non esse colendam cum aliis amicitiam.*

I. Exordium sumatur à dogmate Epicuri, non esse capessendam rempubl. (μὴ πολιτεύεσθαι:) scilicet quia res sit molesta, & laboriosa periculorum plena.
II. Propositio: idem dici posse de amicitia.
III. Confirmatio, quia amicitia est
1. Periculosa, ob hominum perfidiam;
2. Incommoda, propter dispendium temporis, fortunarum, [illegible]udinis & vitæ:
3. Molesta & difficilis, propter curas & solicitudines de aliis.
IV. Epilogus commendet vitam solitariam.

XL. *Amicitiam colendam esse.*

I. Exordium refutet errorem Epicuri de fugiendo regimine, quod [illegible] Deo, natura, & humanitate pugnet.
II. Propositio:
Nec aliter habendam esse sententiam antecessoris de vitanda ami-

III. Confirmatio.

1. Quia amicitia nihil honestius: quippe quæ ab ipso Deo tura, & omnibus bonis commendetur.

2. Neque utilius ad usum vitæ.

3. Neque jucundius in omni fortuna.

IV. Epilogus detestetur vitam solitariam, & laudet societat

XLI. *Conciliatio sive sententia media.*

I. Exordium sumatur ex Terentio: res humanas ita esse, ut mus ejus qui possidet.

II. Propositio: colendam esse amicitiam, sed prudenter & cumspecte.

III. Contentio sit duplex.

Primo, refutet argumenta contra amicitiam.

1. Quod periculis occurrendum prudentia in amico deli & habendo.

2. Nec incommoda movere nos debeant, si modo qua tur, honesta & utilia sint.

3. Nihil præclarum sine molestia haberi possit, ne vi dem.

Secundo, præcepta det de amicis ita legendis & colendis, u nia jucunda & prospera sint. Vide Cicer. Lælium.

IV. Epilogus oret Deum, ut is bonorum animos nobis conc

XLII. *Fugiendam esse rempubl.*

I. Exordium sumatur ab ænigmate Pythagoræ de abstinentia bis, id est, à magistratu, cui suffragia dabant fabis in urnam jectis.

II. Propositio: Te quoque in eadem sententia esse.

III. Confirmatio:

1. Quia plures in magistratu mali, quam boni; scilicet ter majorem occasionem & licentiam peccandi.

2. Vel cum læsione conscientiæ ad subditorum delicta co vendum, vel cum invidia contra eundum.

3. Functio est plena laborum & molestiarum: ideoque pientioribus sæpe recusata.

4. Optimo cuique principi pessima gratia refertur.

IV. Epilogus commendet vitam privatam, utpote facilior tutiorem.

XL

XLIII. *Capessendam esse Rempubl.*

Exordium sumatur à reprehensione Epicuræorum, qui omnia luptatem referebant; cum quibus etiam facere videatur adver- disputatione sua de republ.

Propositio:
non esse recusandam rempubl. si cui patria eam offerat.

Confirmatio rationes dictas refellat.

1. Magistratus munus est sanctum, & ab ipso Deo constitu- qui bonos dat principes cum benefacere; malos, cum pœnam re vult mortalibus: neque omne quod boni & mali commune t, protinus fugiendum, sed usus discernendus.

2. Non connivendum, ubi severitas adhibenda: neque me- a recte factorum invidia, quæ quamlibet excellentiam comita- Regium est, inquit Rex magnus, benefacientem male audire.

3. Neque labor defugiendus, dummodo aliis prosit: quia non tantum sed aliis etiam nati sumus. Nihil vero gubernatione ma- cessarium, nec utilius est: id quod natura & omnis societas hu- evincit.

4. Nec omnes æque ingrati sunt: neque privata gratia, sed medum publicum bonis viris spectatur: omninoque in divina tensatione parentibus, præceptoribus, magistratui atque adeo bus, qui de aliis bene mereri laborant, conquiescendum.

Epilogus hortetur, ut si patria velit, si idonei simus, onera nationis non recusemus.

XLIV. *Lucretia cum viro deliberat de morte sibi inferenda.*

Gratulatur marito reditum.

Narrat cum dolore Sexti Tarquinii facinus.

Aperit animum suum.

Affert rationes.

1. Quod pudicitiam amiserit ipsa vita cariorem.

2. Quod viro odio, aliis spectaculo & risui futura sit.

3. Quod mœchæ exemplo suo abuti possint.

Pro epilogo addit πάθος indignationis, ut maritus de ultio- Tarquinii cogitet. Vide Liv. l. 1.

XLV.

XLV. *Tarquinius respondet.*

I. Præfatur de Sympathia sua, & in Tarquinium ira.

II. Confutat consilium & rationes uxoris: quod animo tiam retinuerit, licet corpori labes aspersa: nec quisquam odii aut contumeliæ habeat, cum vis facta, & indignum si tatem exprobrare, ubi culpa nulla: 3. non sit eadem ratio peccantis, & libidinem patientis.

III. Affert argumenta vitæ retinendæ: 1. quia vita Dei minis arbitrii sit: 2. eam abrumpere non fortitudo, sed ignav adultero res sit gaudium præbitura.

IV. Addit πάθος pietatis conjugalis, cum promissione nii ulciscendi.

XLVI. *Non esse scribendam historiam.*

I. Exordium sit in reprehensione generali eorum, q scripta sua evulgant: quod hoc seculo nimis usitatum.

II. Propositio:

In his esse, qui res gestas memoriæ produnt: quod pr termittere.

III. Confirmatio sit duplex.

Primo, Quia res difficilis sit. Vide procœmium in histori

Secundo, Quia periculosa propter invidiam & odia. Vi Catilin. & Iugurth. & exemplum Callisthenis.

IV. Epilogus commendabit alia studia tum jucundio tutiora.

XLVII. *Historiam esse scribendam.*

I. Exordium prædicabit felicitatem nostri seculi propter terarum.

II. Propositio:

In his esse historicos, quorum studium & opera nunqu commendari possit.

III. Confirmatio.

1. Quod res sit omni laude digna propter testimoni ritatis:

2. Vtilis quoque: quippe testis temporum, lux verit

oriæ, magiſtra vitæ, nuncia vetuſtatis, ut ait Cicero. Vide log. Matth. Dreſſeri. Inprimis vero hic urgebis, quod hi-reat malos metu æternæ infamiæ, & confirmet bonos ſpe alis gloriæ.

Confutatio opponet 1. difficultati cauſas adjuvantes, ut ſunt uſtria, imitatio: 2. privato periculo veritatem & commo-licum: & quod ipſe Deus veritatis & judiciorum ſuorum af-non ſit deſerturus.

pilogus leges hiſtoriæ recenſeat, de quibus Cic. 2. de orat. &

XLVIII. *Lex Solonis in principem ebrium.*

ordium ſumatur à theſi, id eſt, diſciplina veterum, ſevera illa, ſed ad honeſtatem retinendam perutili: quæ res confe-m noſtræ ætatis licentia. Valer. Max. 6. cap. 3.

Propoſitio à theſi ad hypotheſin abeat.

e ſeveritatis exemplum eſſe in lege illa Solonis, cujus Plato 1,& 2. de legibus: Ἡγεμόνα καταληφθέντα μεθύοντα, θα-. Princeps ebrius deprehenſus morte mulctator. Hanc retinendam eſſe contendam, ut per vinum lapſis principi-capitalis pœna remittatur, tamen vel ab officio prorſus re-tur, vel ita ſaltem caſtigentur, ut exemplo ſint.

Confirmatio conſtet duobus argumentis.

um ſit ab honeſto; quod lex illa congruat cum voluntate di-aliis honeſtis legibus. Vide teſtimonia in ſacris literis, ubi ndatur principibus ſobrietas, & vituperatur in iis temu-Proverbior. 31. Eſa. 5. Sic vini uſu ſacerdotibus rem divi-turis interdixit Dominus Levitic. 10. & Nazaræis, Nu-6.

i Epiſcopi communione privantur canonibus apoſtolicis apud um.

ulentos, ſi quid deliquiſſent, duplici pœna plectendos cen-acus. Ariſtot. in Eth. Ebrietatis arguit Antonium Cicero 2.

rum ſit ab uſu legis: quod hac ratione principes & magiſtra-ucantur ab ebrietate, turpiſſimo & noxio admodum cri-

1. tractabis locum de ebrietate, quantum ea noceat menti, s & auctoritati, quibus præ cæteris magiſtratum valere opor-

tet ad recte judicandum, ad exemplum dandum, ad devinci
ſubditum.

2. Adduces exempla principum, qui per ebrietatem
graviſſime deliquerunt, partim in contemptum venerunt: ut
napalus, Cambyſes, Alexander M. Tiberius, Bonoſius.

IV. Epilogus accommodet legem ad juventutem ſchola
quæ temperantia & aliis virtutibus præire omnibus aliis debet,
ter ſtudia & inſtitutionem meliorem, & conditionem dignior

XLIX. *Cives etiam exercendos eſſe in artibus militaribus.*

I. Exordium ſumatur ex ſeptimo politicorum Ariſtotelis
ſex hominum genera recenſet, ſine quibus civitas conſtare ne
ut ſunt: agricolæ, opifices, mercatores, milites, magiſtrat
cerdotes.

II. Propoſitio.

Hac vice in gratiam quarti ordinis cauſas afferam, propte
inter alia honeſta exercitia, etiam militaria inter cives colenda

III. Confirmatio ſit: quia

1. In omnibus rebuſpubl. ita conſtitutum fuit: Athenis,
tæ, Romæ.

2. Conducunt ad robur augendum, & propulſanda pe
Vide Cicer. pro Milone.

3. Præparant ad tempora bellica, quæ incidere poſſunt.
pro Muræna.

Addatur correctio: ut abſint vitia quæ plerunque concurre
lent: ut fiducia ſui, ferocia, intermiſſio laborum ordinario
luxus. Omnia enim fieri debere cum timore Dei, & bono o
nec convenire luxum, ubi meditanda neceſſitas & afflicta tem

4. Exercitia illa figuram habent ſpiritualis militiæ, c
hoſtes animorum. Vide Paulum 1 Cor. 9. Eph. 6. Ita bella &
toriæ veteris populi, typi fuerunt ſpiritualis militiæ fidelium cu
tana, mundo, & ſua ipſorum carne.

IV. Epilogus repetat propoſitionem, indeque plenius cont
tanam arma artemque pugnandi commendet. Eph. 6. 1 Petr. 5

Licere ex privatis actionibus locupletare ærarium.

Exordium ſumatur ab officio eorum, qui rempubl. gubernant, eſt in tempore conſulere, ut earum rerum, quæ ſunt neceſ- copia ſit. Cic. 2. offic.

Propoſitio; cum in his quoque pecuniæ ſint, tributa ſunt nda, & ad uſus neceſſarios reſervanda.

. Confirmatio, quia

. Id permittunt leges, tum divinæ tum humanæ.

. Approbant exempla omnis memoriæ. Vide qui de contri- ibus prolixe ſcripſerunt.

. Pecuniæ ſunt nervi reipubl. maxime tempore belli.

. Tuentur magnificentiam & auctoritatem principis.

. Populus iſta ratione frugalior fit.

Epilogus hortetur, ut in dandis tributis unuſquiſque magi- ſe facilem præbeat. Rom. 13.

LI. *Tributa debere moderata eſſe, nec exigenda ſine neceſſitate.*

Exordium ſumatur à commendatione apophthegmatis impera- iberii: Boni paſtoris eſſe tondere pecus, non deglubere.

Propoſitio.

pter hanc cauſam etiam in tributis mandandis, moderationem ndam, dandamque operam, ut omnes intelligant, ſi ſalvi eſſe neceſſitati eſſe parendum. Cic. 2. offic.

Confirmatio, quia

. Princeps eſt tanquam pater civium.

. Immodicæ actiones ſunt odioſæ, & ſæpe cauſa magnorum m. Vide hiſtorias, maxime Romanas: quibus addi poteſt, e Roboamo in ſacris literis legimus.

Confutatio ſeu prolepſis quintuplex.

. Leges modum ſtatuunt, & tantum neceſſaria tributa ad- t. Vide Cic. 2. offic. & diverſorum populorum conſuetudines ditiones in imperiis moderandis & circumſcribendis.

. Exemplа liberalium & æquorum principum potius, quam um & iniquorum imitanda. Vide quæ Euſebius de optimo Im- re Conſtantio refert, cum ei Diocletianus inopiam ærarii ex- liſſet.

3. Opes civium sunt thesauri reipubl. & virtus eorum, pr
nimento est.

4. Iustitia & pietas, non luxus & rapinæ commendan
cipem.

5. Bonæ leges & principum exempla populum frugi fa
non exactiones coactæ.

v. Epilogus hortetur principes, ut amari se malint, quam

LII. *Studiosis literarum non esse danda privilegia.*

I. Exordium sit prolepticum: Esse quidem grato animo
scendam & prædicandam clementiam Imperatorum erga nostr
dinem, cui tot & tam insignes immunitates & privilegia dedi
attamen si res diligentius consideretur, favorem magis laudab
principum commendatum, quam utilitatem rei scholasticæ
tione adjutam fuisse.

II. Propositio.

Neque enim existimo nostro ordini (absit verbo invidia)
concedendum esse, quam cuivis alteri.

III. Confirmatio, quia

1. Nihil id ad virtutem aut prosperitatem facit.

2. Ansam præbet vitiorum.

3. Contra æquitatem est, cum civibus non ferre onera c
munia, & commodis tamen frui.

4. Dignitas nostri ordinis non in majori licentia, sed in
tutis excellentia consistit.

IV. Epilogus hortetur commilitones, ut non quod licea
quod deceat sequi velint.

LIII. *Studiosis literarum esse danda privilegia.*

I. Exordium sumatur ab increpatione condiscipuli, qui vel
intelligat conditionem nostri ordinis, vel ingrato animo laud
morum principum beneficia contemnat.

II. Propositio.

Enimvero magnam deberi gratiam piis principibus, qui rem
literarum privilegiis & libertate multa ornarunt.

III. Confirmatio; quia

1. Multos invitant ad literas. Honos enim alit artes.

2. Ipsæ etiam opificum tribus sua privilegia habent.

3. Sunt pars otii & libertatis honestæ. Neque enim sat est virn & bona studia colere velle, nisi id libere & sine impedimento

4. Non corrumpunt, sed in proposito honesto liberalia ingenia rmant.

5. Æquum est, ut qui patriam & omnes vivendi commoditates edeserunt; idque discendi animo, quo plus Ecclesiæ vel Reiolim prodesse possint, etiam honestius & commodius vivant.

Epilogus hortetur commilitones, ut grato animo pii magistraneficia agnoscant, iisque tanquam incitamentis virtutis ac inz utantur, eoque majorem gratiam reipubl. referre studeant, lus ab ea ornamenti acceperunt.

LIV. *De fama tuenda.*

Exordium sumatur à dicto Cicer. 1. offic.

gligere quid quisque de se sentiat, non solum arrogantis est, sed omnino dissoluti.

Propositio.

nc ob causam argumenta quædam afferam, cur famæ ratioabeamus.

1. Confirmatio: quia

1. Fama bona est præmium virtutis. Cic. pro Milone. Hæc a inductione virtutum, quarum aliæ alios nobilitarunt.

2. Nemo bonus eam negligit. Cic. pro Archia & Marcello. xempla clarorum virorum.

3. Est fundamentum auctoritatis in rebus agendis. Cic. pro Manilia.

4. Causa amoris & benevolentiæ apud alios. Cic. 2. offic.

5. Sponsor immortalitatis. Cic. pro Marcello.

Epilogus moneat, ut rectum fundamentum famæ jaciamus, ocratis consilium sequentes, quo monet, ut quales haberi vo, tales esse studeamus. Cic. 2. offic.

di etiam potest de poëtis & historicis conciliandis, qui res nod posteritatem transmittant.

LV. *Nihil delinquendum ſpe celandi.*

I. Exordium ſumatur à cauſis, quibus vulgo homines ſeduc ut male agant: in quibus eſt ſpes celandi. Cic. 1. & 3. offic. iten Amerino.

II. Propoſitio.

Non eſſe vero peccandum ſpe celandi, ſequentes rationes dunt.

III. Confirmatio.

1. Honeſta bonis viris non occulta quæruntur. Cic. 3. o

2. Conſcientia, ſi alius judex non ſit, perpetuo cruciatu mum afficit.

3. Vident angeli, ipſeque adeo Satan defert. Vide hiſto Iobi & Achabi: item Apocal. 12.

4. Multo maxime videt Deus, cujus oculis omnia (etia cani motus animorum) perſpecta ſunt.

5. Vnde plerunque etiam in hac vita contingit ut ſcelera bilibus occaſionibus innoteſcant.

6. In extremo die omnia revelabuntur.

7. Adeo ut ne verbum quidem ocioſum, imo ne occultæ dem voluntates non in judicium venturæ.

IV. Epilogus hortetur ad recte agendum, & in omnibus co cogitandum de Deo præſente, ejuſque vindice oculo.

LVI. *Hortatio ad epiſtolas Pauli diligenter legendas.*

I. Exordium ſumatur à comparatis. Magni fecerunt gentiles tas & Philoſophos ſuos; Heſiodum, Phocylidem, Pythago Socratem, Platonem, Ariſtotelem. Vide Cic. 1. Tuſcul. M igitur jure ego vobis Pauli Apoſtoli ſcripta commendo.

II. Quod ne temere facere videar, quæſo rationes meas co ſcite.

III. Confirmatio.

1. Ab honeſto: quia auctorem habent Spiritum ſanctum: ipſe Apoſtolus paſſim teſtatur, & confirmant miracula, denique experientia loquitur. Confer quæ fruſtra pagani jactitant de Soc ſpiritu familiari, Platonis apiculis, Minois Iove, Lycurgi Ap ne, Numæ Egeria.

2. Ab utili: quod ex iis 1. doctrinam ſalutarem, effica

ſolationem, & vitæ regendæ optima præcepta petere liceat.

Doctrina diſtribuatur in claſſes: de Deo ejuſque majeſtatis operi- de angelis: de hominis corruptione & per fidem Chriſti inſtau- ione: de verbo & Sacramentis divinis, de tribus hierarchiis: ec- ſtica, œconomica, politica.

Conſolationes itidem ſunt omnis generis; ut paupertatis, exilii, ris, contemptus, calumniarum, odii & perſequutionum, pec- i, mortis, luctus.

Præcepta in tres ordines dividi poſſunt: quid Deo, quid nobis ip- , quid alteri debeamus: vel referantur tanquam commentaria in ecepta decalogi.

IV. Peroratio addat παῦλον de exemplo fidei, & conſtantiæ A- oſtoli, nobis ad imitandum relicto.

LVII. *Hortatio ad conſtantiam in profeſſione fidei Chriſtianæ.*

I. Exordium ſumatur à levitate plurimorum (etiam excellentium us virorum) qui præſenti calamitate Eccleſiæ moti, religionem rant, & ad adverſarios deficiunt.

II. Propoſitio.

Quod ne nobis quoque uſu veniat, primum de natura conſtantiæ fide dicam: poſtea addam etiam rationes, cur ea præſtanda.

III. Confirmatio.

Natura conſtantiæ (de qua hic agitur) explicetur ex cauſis.

1. Materia eſt veritas Euangelii.

2. Forma, invictus animus pugnans pro veritate, eam libere, iam cum capitis periculo profitens.

Hinc abeſt tum pertinacia in errore, qualis eſt in Iudæis, hæreti- is, & ambitioſis omnibus: tum mollities, bonam cauſam vel propter metum periculi, vel propter ſpem bonorum temporalium deſerens.

3. Efficiens principalis eſt Spiritus ſanctus, conſolator ille, qui dat & voluntatem & robur perſtandi: adjuvans, diligens medita- tio verbi, jejunium, preces.

4. Finis, Chriſti gloria, & noſtra ſalus.

Rationes hæ ſint:

1. Mandatum Domini, Matth. 10. &c.

2. Ejuſdem erga nos merita ampliſſima.

3. Exempla hominum hujus ſeculi: ut hæreticorum, merca- torum, militum, ſervorum.

Vide Valer. lib. 3. cap. 3, & 8. lib. 4. cap. 6, 7. lib. 5. lib. 6. cap. 7, 8. lib. 8. cap. 4.

4. Auxilium Spiritus ſancti.

5. Confirmatio infirmorum.

6. Præmium gloria & vita æterna.

7. Pœnæ contrariæ, dedecus & cruciatus æterni.

IV. Epilogi loco ſit oratio pro perſeverantia.

LVIII. *De tuenda concordia. ex Pſal. 133. ad oration. Mureti de juſtitia.*

I. Exordium ſit à commendatione Pſalmi: quod paſſim cordiam nos hortentur ſcripta ſapientum; ſed nullus ſit loc efficacius fiat, quam in pſalmo dicto.

II. Propoſitio.

Quod ut clarius pateat, argumenta pſalmi pro conco videbimus.

III. Confirmatio.

Primo, Fratres ſumus, & pio vinculo ad commune bo dum conjuncti.

Vincula illa ſunt ſtirps & principium idem: 2. idem Pa minus: idem inhabitans Spiritus: 4. religio eadem: 5. ſp ditas eadem.

Secundo, Concordia habitatur in unum. hoc eſt; 1. a tuo: 2. curæ eſt bonum commune: 3. conjunguntur prec & officia ad mutuo juvandum.

Tertio, Concordibus promiſit Deus benedictionem ſu amplificabis 1. inductione partium vitæ, ut ſunt, domus, Reſpubl. 2. teſtimoniis & exemplis. 3. contrariis incom cordiæ. 4. cauſa ab utraque parte: quod concordiæ & p Deus, Satan vero ſit ſpiritus diſcordiæ & perturbationum.

Quarto, Concordia nihil jucundius & ſuavius: quod arg bola 1. unguenti ſacri, quo olim ſacerdotes & vaſa templi tur: 2. roris, qui loca montana fœcunda & feracia reddit. ex hortationibus & precibus ſervatoris, ante mort habitis, de quibus paſſim Iohannes, maxime cap. 17.

IV. Epilogus repetat hortationem, & precibus pro c concludat.

LIX. *Præfectus bonus.*

rdium ſumatur ab auctoritate Platonis, qui animabus præ-
um judicavit difficillimum: id quod experientia atteſtatur
ecudum quidem, quæ facile, hominum vero qui difficul-
ur: domi, in ſchola, in republ.
opoſitio.
n aliqua hujus rei cauſa in ipſis etiam rectoribus ſit, & non
endum, adoleſcentem ea meditari, quæ olim viro uſui fu-
ligam ex ſapientum monumentis, quæ in eo præfecto, cui
ſponte homines ſe ſubjiciant, requirantur.
xpoſitio in præfecto requirat quinque.
m eſt ſcientia rei, cui moderandæ datur: quod declarari
collatione cum nauclero & viæ duce: 2. inductione regi-
neſtici, ſcholaſtici, eccleſiaſtici, politici, militaris: 3.
s & exemplis in utranque partem, quæ ſingulis inductionis
pponenda: 4. παίθος addatur paræneticum, ut in ſcholis
, quæ muneri olim obeundo conducant.
m, eſt probitas & innnocentia, qua nihil in duce amabi-
exempla in omni vita, & Cicer. 2. offic. & in epiſtola ad
m.
n, eſt induſtria & vigilantia in faciendo & urgendo officio.
n dux bonum facit comitem. Vide Ariſtot. œconomica,
ruſtica, Homeri Agamemnonem Iliad. 2. Themiſtoclem

m, eſt patientia in quibuſdam nævis, atque adeo injuriis
, propter commune commodum. Nihil enim ex omni
ctum in hac imbecillitate humana datur.
m, eſt aſſiduus ardor precandi: ut (quemadmodum in
eſt) Deus utrunque faciat: ut oculus videat, & auris au-
uctoritas enim & felicitas in officio Dei munera ſunt.
ilogi loco ſit cohortatio, ut præceptoribus vos dociles
, nec onera ſcholaſtica per ſe ſatis gravia contumacia diffi-
latis: ſcilicet tales olim habituri liberos, auditores, ci-
s nunc erga veſtros parentes & magiſtros vos geſſeritis.

Vide Valer. lib. 3. cap. 3, & 8. lib. 4. cap. 6, 7. lib. 5. cap. 4, lib. 6. cap. 7, 8. lib. 8. cap. 4.

4. Auxilium Spiritus ſancti.
5. Confirmatio infirmorum.
6. Præmium gloria & vita æterna.
7. Pœnæ contrariæ, dedecus & cruciatus æterni.

IV. Epilogi loco ſit oratio pro perſeverantia.

LVIII. *De tuenda concordia. ex Pſal. 133. ad imitat. oration. Mureti de juſtitia.*

I. Exordium ſit à commendatione Pſalmi: quod paſſim ad cor cordiam nos hortentur ſcripta ſapientum; ſed nullus ſit locus, ubi efficacius fiat, quam in pſalmo dicto.

II. Propoſitio.

Quod ut clarius pateat, argumenta pſalmi pro concordia tuend videbimus.

III. Confirmatio.

Primo, Fratres ſumus, & pio vinculo ad commune bonum tuen dum conjuncti.

Vincula illa ſunt ſtirps & principium idem: 2. idem Pater & Do minus: idem inhabitans Spiritus: 4. religio eadem: 5. ſpes & hære ditas eadem.

Secundo, Concordia habitatur in unum. hoc eſt; 1. amatur mu tuo: 2. curæ eſt bonum commune: 3. conjunguntur preces, ſtudia & officia ad mutuo juvandum.

Tertio, Concordibus promiſit Deus benedictionem ſuam: quod amplificabis 1. inductione partium vitæ, ut ſunt, domus, Eccleſia Reſpubl. 2. teſtimoniis & exemplis. 3. contrariis incommodis diſ cordiæ. 4. cauſa ab utraque parte: quod concordiæ & paci faveat Deus, Satan vero ſit ſpiritus diſcordiæ & perturbationum.

Quarto, Concordia nihil jucundius & ſuavius: quod arguunt ſym bola 1. unguenti ſacri, quo olim ſacerdotes & vaſa templi illineban tur: 2. roris, qui loca montana fœcunda & feracia reddit. Addatur ex hortationibus & precibus ſervatoris, ante mortem ſuam habitis, de quibus paſſim Iohannes, maxime cap. 17.

IV. Epilogus repetat hortationem, & precibus pro concordia concludat.

LIX.

LIX. *Præfectus bonus.*

I. Exordium ſumatur ab auctoritate Platonis, qui animabus præ-
ſe omnium judicavit difficillimum: id quod experientia atteſtatur
verſa, pecudum quidem, quæ facile, hominum vero qui difficul-
reguntur: domi, in ſchola, in republ.

II. Propoſitio.

Sed cum aliqua hujus rei cauſa in ipſis etiam rectoribus ſit, & non
prehendendum, adoleſcentem ea meditari, quæ olim viro uſui fu-
ra, colligam ex ſapientum monumentis, quæ in eo præfecto, cui
lenter & ſponte homines ſe ſubjiciant, requirantur.

III. Expoſitio in præfecto requirat quinque.

Primum eſt ſcientia rei, cui moderandæ datur: quod declarari
reſt 1. collatione cum nauclero & viæ duce: 2. inductione regi-
nis domeſtici, ſcholaſtici, eccleſiaſtici, politici, militaris: 3.
ſtimoniis & exemplis in utranque partem, quæ ſingulis inductionis
membris apponenda: 4. πάθος addatur paræneticum, ut in ſcholis
ſcantur, quæ muneri olim obeundo conducant.

Alterum, eſt probitas & innnocentia, qua nihil in duce amabi-
ius. Vide exempla in omni vita, & Cicer. 2. offic. & in epiſtola ad
Q. Fratrem.

Tertium, eſt induſtria & vigilantia in faciendo & urgendo officio.
nus enim dux bonum facit comitem. Vide Ariſtot. œconomica,
aton. de ruſtica, Homeri Agamemnonem Iliad. 2. Themiſtoclem
narchi.

Quartum, eſt patientia in quibuſdam nævis, atque adeo injuriis
lerandis, propter commune commodum. Nihil enim ex omni
te perfectum in hac imbecillitate humana datur.

Vltimum, eſt aſſiduus ardor precandi: ut (quemadmodum in
verbiis eſt) Deus utrunque faciat: ut oculus videat, & auris au-
at. 3. Auctoritas enim & felicitas in officio Dei munera ſunt.

IV. Epilogi loco ſit cohortatio, ut præceptoribus vos dociles
rebeatis, nec onera ſcholaſtica per ſe ſatis gravia contumacia diffi-
iora reddatis: ſcilicet tales olim habituri liberos, auditores, ci-
s, quales nunc erga veſtros parentes & magiſtros vos geſſeritis.

LX. *Remedia peccati. ex dicto Ioh. 1. Epist. 2. Ne peccetis.*

1. Exordium sumatur à deploratione naturæ nostræ nimis a candum proclivis.

11. Propositio.

Cui malo ut remedium detur, identidem considerandum illi hannis esse, Ne peccetis.

111. Confirmationis loci sint.

Primum, hoc ipsum interdictum Spiritus sancti atque adeo summum in nos jus habentis, scilicet pro summa sua sapientia tentia, bonitate, justitia, imo etiam maximis meritis. Co dicta & jura magistratuum.

Secundo, fæditas peccati. 1. inficit enim & contaminat na à Deo tot dotibus ornatam: 2. facit è templo Dei cloacam Sata multo quam lepra magis abominabile est coram Deo, angel sanctis hominibus.

Tertio, ira Dei, & peccati pœna; animi & corporis; tem ria, æterna. Vide quam graviter Deus peccatum puniverit in lis, in primis parentibus; imo quanti peccata nostra constiterit Dei: Vide quot & quantæ in hac vita propter peccata sint æru quanti porro æternii illi cruciatus futuri.

Quarto, favor Dei, & præmia eorum, qui se à peccatis in & puros servant.

1v. Epilogus 1. repetat paræneſin. 2. adjiciat quædam adj vitæ inculpatæ. ut sunt, 1. fuga occasionis, & inprimis pra hominum: 2. resistere tentationi meditatione legis divinæ: 3. cere corpus per temperantiam: 4. precari. Itaque concludat precatione, qualis est in Psal. 144.

LXI. *Remedia contumaciæ. ex dicto Apostoli, Hebr. Obedite ductoribus vestris.*

1. Exordium sumatur à licentia nostrorum temporum in or vitæ partibus: quod malum ad horrendam ἀπειθίαν & confu spectet.

11. Propositio.

Vtile igitur esse sæpe cogitare de causis, propter quas duct nostris (ut Apostolus loquitur) obtemperemus.

III. Confirmatio primo partes & gradus obedientiæ exponat. ut 1. judicii proprii ſubjectio, 2. voluntatis conformatio cum ſu-ri, 3. & mandati exſecutio. Deinde cauſas obedientiæ afferat, ſunt:

1. Mandatum Dei ad liberos, diſcipulos, ſubditos.

2. Neceſſitas & utilitas vitæ, quæ obedientia continetur, con-cia diſſolvitur. Vide œconomiam, ſcholam, rempubl., caſtra, que ipſam rerum naturam, ubi quod inferius, paret ſuperiori. Si-diſtributio eſt in orat. Mureti de juſtitia.

3. Beneficia & merita eorum, qui præſunt.

4. Exempla tum aliorum, tum ipſius Servatoris. Philip. 2.

IV. Epilogus addat παθος, quod obedire ſit, Deum in perſona rioris intueri, & exinde quod is jubet, amare ac probare, non s, ac ſi ipſe juberet Dominus.

LXII. *Remedia ſuperbiæ. ex illo, Pſal. 8. Quid eſt homo?*

I. Exordium ſumatur à contrario, quod homo natura ſuperbus & ogans: unde multum & ſibi & aliis moleſtiæ & calamitatis at-hat.

II. Propoſitio:

Admodum igitur neceſſarium eſſe, ut de remediis tam deteſtandi pernicioſi vitii cogitemus.

III. Confirmatio.

1. Primum igitur ſciendum, omnia bona nos habere aliunde, pe à Deo, & quidem ex ipſius gratia.

2. Præſtantiſſima quæque opera & ſtudia noſtra imperfecta, & lis horrendis vitiis contaminata eſſe.

3. Nec conſtans quicquam eſſe, ſed omnes res humanas triſtiſ-mutationibus obnoxias. Vide exempla.

4. Deum odiſſe ſuperbos, tanquam homines mendaces ac in-tos: & contra amare humiles. Vide triſtes exitus ſuperborum.

5. Quo quis melior vir, eo modeſtiorem eſſe. Vide exemplum Servatoris.

IV. Epilogus addat ἦθος modeſtiæ, quale eſt in Pſalmo 131.

LXIII.

LXIII. *Remedia iræ ac odii. ex illo Psal. 4. Iraſcimini, nolite peccare.*

I. Exordium ſumatur à prolepſi: Non eſſe iram cotem fortitudinis, ut Ariſtotelici volebant, ſed furorem & pernicioſam inſaniam.

II. Propoſitio.

De cujus frænandæ ratione paucis te acturum. Summa eſt in illo Davidis: Iraſcimini, nolite peccare.

III. Expoſitio duo doceat: 1. quare proclivis ſit homo, maxime adoleſcens, ad iram: 2. quæ remedia opponenda.

Ea ſunt ſeptem.

1. Suſpicio removenda eſt, nec ſtatim pro veris habenda, quæ nobis diſplicent, aut injuſte videntur facta. Eſt enim hominis æqui boni, aliorum dicta & facta interpretari in melius.

2. De nobis ipſis modeſte ſentiendum, exiſtimandumque poſſe nos quoque delinquere, & committere, quod alios offendat.

3. Cogitandum, iram proficiſci ab animo imbecillo & abjecto. Quo enim melior vir eſt, eo ad benignitatem, quam vindictam propenſior eſt.

4. Videatur turpis habitus hominis irati, tum quod ad corpus, tum quod ad animum.

5. Metuendum, ne per iram atrox aliquod peccatum committamus: immo noſtræ ipſorum valetudini, famæ, & ſaluti noceamus.

6. Conſiderandum, quam patienter nos ferat Deus.

7. Proponenda exempla & judicia ſapientum tum de iracundia, tum de manſuetudine. Vide Plutarch. de ira, Cicer pro Marcello & Ligario.

IV. Epilogus roget Deum, ut is impetum mentis compeſcat. Vide finem Pſalmi 19.

LXIV. *Remedia invidiæ.*

I. Exordium ſumatur à dicto Sophoclis:

Φθόνος πρὸς τὸ ἔχοντα.

II. Propoſitio.

Cum vero invidere turpe ſit, laborare invidia miſerum, utriuſque mali remedia oſtendam.

III. Expoſitio.

Primum, ne cui invideamus, hæ rationes efficient.

1. Deus

1. Deus distribuit sua dona, quibus, & ut ipse vult: ideoque ...eri invidere, est in ipsum Deum insurgere, & ejus reprehendere ...ovidentiam.

2. Proximus amandus est, eique omnia bona precanda, ut ...is nobis.

3. Invidia omnino turpe vitium est, & Deo ac optimo cuique ...osum.

4. Dolor quoque est inutilis, & nemini magis, quam qui eo ...gitur, noxius.

Deinde ut aliorum invidiam ipsi fugiamus, præstemus nos 1. mo...stos, 2. beneficos, 3. innocentes, 4. studio recti imperterritos.

IV. Epilogus consilium addat de invidia ulciscenda & superanda; ...mpe 1. recte agendo, 2. bene merendo, etiam de inimicis, 3. ...ontemnendo, 4. orando.

LXV. *Remedia impuri amoris.*

I. Exordium sumatur à periculoso statu juventutis, quam præ cæ...is Satan hoc vitio inflammare solet. Vt enim arida materia facile ...em concipit: sic mens juvenilis luxuriam; qua, tanquam visco ...is, tenetur.

II. Propositio.

Quod ne nobis accidat, paucis ostendam, quid ad declinandam ...ac perniciem faciat.

III. Expositio quintuplex remedium pertractet.

Primum est fuga occasionum. ut sunt: locus suspectus, familiari...s cum impudicis, colloquia & scripta lasciva, otium, intempe...antia: quibus opponantur conversatio cum bonis & pudicis, lectio meditatio sacrarum literarum, usus sacramentorum, labor & di...gentia in officio, jejunium & castigatio corporis.

Alterum est consideratio pulchritudinis ~~in~~ castitate, & fœditatis in ...idine: quam ad rem facit imaginari sibi exempla: ut castitatis in ...epho & Scipione; & libidinis in Ammone & Appio.

Tertium est meditatio amoris Dei, angelorum, & honestorum ...minum erga castos, & indignationis ac iræ eorundem in impuros. Vnde quarto præmia speranda mundis animis, & pollutis pœnæ ...tuendæ.

Vide hic quantum scortatio noceat animo, corpori, famæ, patri...onio: imo totis familiis & civitatibus.

Postremum est in precibus pro casta mente.

IV. E-

IV. Epilogus orationem ad ſummam revocatam, precibus, les dictæ, concludat.

LXVI. *Renovamini Spiritu mentis veſtræ.* Eph. 4

I. Exordium ſumatur à dicto Chriſti ad Nicodemum: non hominem introire in regnum cœlorum, niſi ex aqua & ſpiritu vatus fuerit. Ioh. 3.

II. Propoſitio:

Itaque faciendum eſſe, quod Apoſtolus jubet, ut renovemur ritu mentis noſtræ.

III. Expoſitio tribus membris conſtet.

Primum doceat, quid ſit mente renovari: nempe deponere rem, & induere novum hominem.

Homo vetus 1. divina & cœleſtia parvi, atque etiam nihili 2. totus addictus eſt terrenis: 3. in conſiliis & actionibus non gloriam, ſed ſuam libidinem ſuamque famam & commoda 4. adverſitatum, imo admonitionum impatiens eſt: 5. in cundis ſuperbit, laſcivit, & alteri inſultat: 6. denique nihil carnem ſapit, & carnalibus utitur adminiculis. Vide exempla minum non renovatorum.

Novus homo 1. ſola divina & cœleſtia meditatur, admiratur tat, iiſque ſectandis omni mentis niſu & fervore inſtat: 2. terrena eſt, voluptates, honores, opes, imo ſe ipſum pro nihil habet: rebus agendis ad Dei gloriam & voluntatem ſe refert, & pro etiam commodare vult, quantum poteſt: 4. adverſa fert mode & à Deo auxilium exſpectat, & ab eo totus pendet, eique ſe com tit: 5. ſecundis rebus utitur modeſte, indeque non ſibi ſoli, ſe teri ſervit: 6. admonitiones cum gratia admittit, ſeque præſtat ſuetum, facilem, benignum: 7. denique totus in cœlo eſt, ſe Domino Deo ſuo oblectat. Vide exempla fidelium. Vide Davi Paulum, & alios homines ſanctos.

Deinde quatuor rationes afferantur, cur talis renovatio neceſſaria ſit.

1. Propter ſalutem propriam. Nam caro & ſanguis non piunt, quæ Dei ſunt, nec aſpirare ad Deum poſſunt. Spiritus qui nos in cœlum tollit.

2. Propter ſalutem aliorum, quibus ſtudio, facultate, & plo plus commodare poſſumus regeniti à ſpiritu Dei, quam ſub tenebris & pravitate carnali merentes.

3.

3. Propter gloriam Dei, cujus imago isto modo in nobis in-
tur.

4. Propter rei ipsius difficultatem. quam faciunt 1. lex mem-
m, id est, cognatus peccati fomes, & ad male agendum inci-
2. Continuus & juratus hostis noster Diabolus: 3. quotidiana
la & irritamenta superbiæ, luxus, invidiæ, & similium vitio-
4. occupationes & distractiones variæ: contra quæ omnia ser-
studium mentis excitandum, ad exemplum venatorum, pisca-
, viatorum, architectorum, agricolarum, militum, athle-
: quibus imaginibus scriptura passim utitur. His adde spon-
, quam in usu sacramentorum fecimus.

remo quibus adjumentis hic utendum.

1. Cogitemus quam præclara sit res.

2. Quam Deo pro ejus in nos beneficiis debita.

3. Quam breve habeamus tempus nos in spiritualibus exercen-
quam immensus & diuturnus fructus sequuturus. Eph. 5.

4. Quotidie profectum nostrum expendamus & nunquam non
di studeamus. Psal. 119.

5. Subducamus nos omni occasioni peccandi, & versemur
is.

6. Meditemur verbum Dei, & oremus, ut is imbecillitati no-
ccurrat.

Epilogus habeat exemplum talis petitionis, ut ipse Dominus
m hominem in nobis necare, & novum instaurare velit.

LXVII. *Studio minime ignavi, ferventes Spiritu. Rom.* 12.

Exordium sumatur à trepidatione naturæ humanæ, & in sanctis
ignavia, quæ omnibus modis excitanda.

Propositio.

c est, quod Apostolus vult, quando hortatur, ut studio mi-
gnavi, ferveamus spiritu.

Expositio tria agat.

mo doceat quis sit ille fervens spiritus, quem Apostolus requi-
imirum qui

1. Se totum dat sanctis studiis, & anxie desiderat spiritualia.
4.

2. Summum adhibet studium & diligentiam in iis prose-
s.

3. Non

3. Non curat obstantia pericula:

4. Invocat Deum adjutorem:

5. Eoq; fretus indesinenter pergit, dum ad perfectionem ven

Deinde causas tam pii zeli afferat. ut sunt:

I. Dignitas vocationis nostræ, nempe quia coram Deo sac dotes & reges sumus.

II. Exemplar perfectionis in Deo, cui nos conformes esse cet. 1. Itaque Dei majestas ad timorem nobis & reverentiam ex tandam valet: 2. præsentia puritatem & diligentiam requirit: 3. minium absolutam subjectionem sibi postulat: 4. beneficia ejus ma ma gratitudinem deposcunt: 5. sapientia infinita audientiam meret 6. pulchritudo ejus inexplicabilis appetentiam, & terrenarum rer despicientiam parit: 7. suavitas & dulcedo desiderium ejus acuit: bonitas orandi assiduitatem & fiduciam ingenerat: 9. amor erga cum redamari postulat: 10. quia vita nostra est, illi soli vivere bemus: 11. quia finis & centrum omnium creaturarum, in eum o nes actiones nostræ sunt dirigendæ.

III. Præmia maxima. Confer quo studio homines in vanitatib suis ferveant propter gloriolam, lucellum, aut voluptatem inane

Tertio confutet objectionem, quod ob infirmitatem human liceat peccata semper fugere, multaque impedimenta obveniant, q bus cursus pietatis retardetur: videlicet 1. quod si non omnia, s tem multa vitari queant, si vigilantia & diligentia adsint: 2. si se invocetur Deus adjutor: 3. si amor, quo in Deum tendimus, inte datur, cujus pondere tendiculæ istæ tanquam tenuissima fila corrun pentur: 4. denique quod nobis deest, ex vulneribus & perfectio Christi hauriamus.

IV. Epilogus concludat precatione pro perseverantia in fide.

LXIII. *Hoc est præceptum meum, ut diligatis mutuo. Ioh. 15.*

1. Exordium sit à comparatis. Pythagoræ magna fuit auctori apud discipulos suos: Multo sanctior sit nobis cœlestis doctoris Chr sti auctoritas.

II. Propositio.

Is nihil magis serio nobis præcipit, quam ut inter nos diligamu cui mandato ut lubentius pareamus, duo dicam: quæ sint officia c ritatis, & quibus de causis alteri alteros amare debeamus.

III. Expositio prima.

Of

Officia caritatis sunt:

1. Agnoscere in altero dona Dei, indeque eum tanquam se ipsum amare.

2. Ex animo ei bene velle & precari.

3. Loqui de eo honeste.

4. Gaudere ejus rebus secundis, & dolere adversis.

5. Succurrere ei consilio, opera, opibus.

Expositio II.

Causæ impulsivæ sunt:

1. Mandatum Dei & Servatoris.

2. Ius societatis humanæ. Homo enim Dei, æque ac nos, imaginem habet: est noster in Christo frater: eundem nobiscum sortitur spiritum: est conservus & cohæres noster.

3. Exempla Dei, Christi, & sanctorum.

4. Omnis natura in toto mundo mutuam nobis caritatem commendat.

5. Vbi amor & concordia, ibi benedictio Dei. Psal. 133.

IV. Epilogus πάθος addat de incommodis discordiæ, Deumque oret, ut animos nostros vinculo amoris conjungere dignetur.

LXIX. *Contra seductiones; Probate spiritus, an ex Deo sint.* 1 Ioh. 4.

I. Exordium sumatur à vaticinio Servatoris de ultimorum temporum seductionibus: quales nunc passim Ecclesiam turbant.

II. Propositio.

Ea de causa notas quasdam recensebo, quibus veri doctores à mendacibus discerni queant.

III. Expositio quinque notas pertractet.

1. Si doceant analoga verbo Dei.

2. Si omnia referant ad Dei gloriam.

3. Si consulant conscientiis, ut habeant fiduciam in Deo per Dominum nostrum Iesum Christum, qui est unicum propitiatorium nostrum adversus peccata & iram Dei.

4. Si urgeant caritatem.

5. Si hierarchias tres à Deo institutas salvas velint.

Hæc illustra testimoniis, & piorum doctorum exemplis.

IV. Epilogus addat causas, cur probare Spiritus debeamus: nimirum 1. quia Deus id præcepit, Deut. 18. Matth. 17. 2. & in eo ver-

vertitur salus nostra. Addi etiam potest precatio pro luce ver agnoscendæ.

LXX. *Contra securitatem. ex 7. Sirac.*

I. Exordium duci potest ab exemplo Iobi, qui quotidie pro liberis suis sacra faciebat, scilicet persuasus, non impune arbitr si quid peccaretur.

II. Propositio.

Nullum autem tutius contra peccandi licentiam præsidi quam semper de fine rerum humanarum cogitare: Memento (Sirachus) novissimorum tuorum, & non peccabis, cap. 7. quam vim habeat, paucis declarabo.

III. Expositio tria expendat.

Primum, quid sit meminisse: nempe quotidie diligenter p dere, indeque animum ad majorem vitæ regendæ providen citare. Vide quid talis recordatio in vita communi præstet.

Alterum, quænam novissima sint: ut

1. Mors indubitata: tametsi non constat quando, ubi, & modo moriendum. Hic casus humani, & repentinæ mortes derentur.

2. Iudicium. ubi judex, qui nequit falli: qui justus, qui rabilis: qui potens ad exsequendum, sive sit sententia ad vitam, ad mortem. Hebr. 9.

3. Status sequuturus in æternum beatus vel miser. Hic & omnibus sensibus repræsententur; ab una parte 1. vasta infer incendia & animæ flammis quasi ergastulis inclusæ: 2. planctus, latus, vociferationes, atque blasphemiæ in Christum & sancto impatientia cruciatuum illinc erumpentes: 3. sulphuris & sentin infernalium graveolentia: 4. amarissimæ lachrymæ, rauco conscientiæ vermis: 5. dedecus & dolor ignis intolerabilis: tera parte 1. lux & claritas Dei, angelorum & sanctorum hom 2. hymni & epinicia Ecclesiæ triumphantis: 3. fragrantia u emanans gratissima: 4. dulcedo gratiæ & mensæ cœlestis: 5. tas, gloria & lætitia, qualem nulla mens assequi potest. Vide calypsin.

Tertium, qua de causa hæc ita meditanda: videlicet ne pec propter pœnas instantes; sed bene agamus propter præmia.

Hic itaque pius homo 1. animum cohibebit, ne quid cogi versum: aut si cogitare contingat, ne immoretur: nedum a

obtemperet, Iacob. 1. contraque se revocabit ad meditationem divini, animumque sanctis & piis cogitationibus occupabit: 2. m continebit, non tantum à blasphemia, perjurio, menda- calumnia, sed etiam ab omni futili & ocioso verbo: contraque bit & confitebitur Deum, pugnabit pro veritate & justitia, & are studebit proximum: 3. denique nihil aget, nisi quod con- rum lege Domini; quod castum, justum, pium.

nc etiam existet vigilantia in se ipso quotidie examinando & endo: ut quæ perverse acta, detestetur & deprecetur; si quid actum, gratias Deo agat, & ab eo confirmari se in bono pe- ide etiam Pythagoræ virum bonum.

Epilogus sit in precatione pro studio vitæ ex Dei voluntate de- , qualis est Psal. 25.

LXXI. *Magistratui in re impia non esse obtemperandum.*

Exordium sumatur ab officio subditorum, de quo Paulus Ro- 3.

Propositio.

tamen, ubi magistratui non parendum, nimirum cum impia ita jubet. Declara hoc exemplis.

. Confirmatio.

. Deus supremus dominus est, idemque optimus maximus.

. Magistratus est tantum minister Dei, ad hoc constitutus, tur bonum, & tollat malum.

. Christus præcipit, ut Deo dentur quæ Dei sunt, & Cæsari æsaris, Matth. 22. Vide etiam Act. 5.

. Nec aliter se gesserunt sancti: ut Samuel, Abdias, Elias, & Socii, Petrus. Vide etiam judicia & exempla saniorum E- rum. ut Aristotelis 5. Ethic. Cic. 1. 3. offic.

igones fratrem Polynicem contra interdictum Thebanorum tis. apud Tragicos.

Epilogus accommodet magistratui responsum Periclis ad a- , ut in sui gratiam falsum testaretur, petentem: se amicum ed usque ad aras.

LXXII. *Suasio legis Solonis, ut inertiæ convictus infamis sit.*

I. Exordium sumatur à dicto Terentii; Ingenium omnium num à labore proclive esse ad libidinem.

II. Propositio.

Cui malo non melius occurri potest, quam pœnas inertibu quam irrogando: quod lege Solonis fiebat, qua ignavia & otium infamia mulctabatur.

III. Confirmatio.

1. Otium divina auctoritate prohibetur, Gen. 3. 1 T

2. Est species furti, & mater libidinis, furti, latrocini tionum, & similium scelerum.

3. Reipubl. interest, cives esse industrios & frugi.

4. Ægyptii & Corinthii otiosos capite, Massilienses plectebant.

5. Omnes sapientes viri otium condemnarunt.

IV. Epilogus hortabitur ad laborem & in officio sedulita fidem.

LXXIII. *Suasio legis nummariæ. ex 5. Eth. Aris*

I. Exordii loco querela sit de moneta passim corrupta; cu causa fœda avaritia, & experimentum publice ac privatim mul dis noxium.

II. Propositio.

Lex igitur revocanda & severis pœnis munienda, ne numm fiat.

III. Confirmatio.

1. Ad justitiam pertinet, nummum esse, qualis & q debeat.

2. Idem volunt leges omnium rerumpubl.

3. Interest privatim ac publice, ne nummus adulteretu

4. Nummus est vicarius indigentiæ, quæ rerum contra rum causa. Decet autem non exasperare, sed sublevare nece humanas.

IV. Epilogus hortabitur magistratum, ut inter cætera etia monetæ curam commendatam habeat.

I

LXXIV. *Dissuasio fœderis Pontificii.*

Exordium sumatur à judicio Lacoontis de equo Græcorum: quid id est, timeo Danaos, & dona ferentes. 2. Æneid.

Propositio.

de pontificiis statuendum nos in fœdus secum contra fratres invitantibus: qui nullo modo audiendi.

Confirmatio.

1. Fœdus ejusmodi est contra fidem orthodoxam, & fraternam

2. Stabilit tyrannidem pontificiam, qua tot piæ animæ sublatæ.

3. Erit ipsis nobis fraudi: quia nec pontificii fidem nobis, hæreticis & hostibus habent, servabunt, nec Deus conjuga- impiorum impunitam sinet. Vide historiam Abimelechi & Si- arum; Iosaphati & Achabi: Vladislai & Iuliani Cardinalis am in bello cum Turca Amurathe post fidem induciarum occumbentium.

4. Græci, Bohemi, Angli, Belgæ, Helvetii, & alii saga- dolis populi societatem Romanensem fugerunt.

Epilogus sumatur ex principio Psal. 1.

XXV. *Israëlita quidam hortatur Mosen, ut in aula Pharaonis maneat, nec adjungat se popularibus.*

Exordium prædicat felicitatem Mosis præ fratribus suis.

Propositio.

fulat boni statum præsentem, & in aula maneat.

Confirmatio.

1. Adoptatus est à filia Regis: quod beneficium grato animo endum,

2. Aditum habet ad honores & opes maximas.

3. Potest illic suaviter & sine periculo vivere.

4. Israelitis extrema omnia metuenda.

5. Potest in aula consilia Regis moderari, & sic genti suæ plu- commodare.

Epilogus vertatur in obtestationem, ne se & fratres perdi-

LXXVI. *Aaron ab aula dehortatur.*

I. Exordium est in detestatione consilii dicti, ut quod secu carnem, non secundum spiritum sit.

II. Propositio: ut prima occasione aula exeat.

III. Confirmatio.

1. Aula Ægyptia plena est idolomaniæ & tyrannidis: peccata etiam fratri luenda, si manserit.

2. Populus Israeliticus est vera Ecclesia, quam Deus brevi raturus est, quod ex oraculo Abrahamo facto patet.

3. Majores Iacobus & Iosephus ne ossa quidem sua in Æg quiescere voluerunt.

4. Ærumnæ piorum præferendæ cunctis opibus, hono & deliciis impiorum: quod illos vita, hos mors æterna subsequu

5. Animus divinat, Mosen brevi ad altius & sanctius m vocatum iri: neque omine carere sic eum servatum, nomina & educatum esse.

IV. Epilogus πάθος addit, ut Moses consilio & precibus a ctam rem fratrum juvet, firmiterque statuat, se eum esse, q Deus vindicem populi sui destinarit.

LXXVII. *Suasio legis sumptuariæ. ad imit. Oppianæ apud Livium.*

I. Exordium sit ab officio magistratus in ferendis honc necessariis legibus, maxime ubi mores mali invalescunt.

II. Propositio.

Cum igitur nunc luxus quoque in victu, vestitu, ædificiis & crescat, magistratus est hoc vitium legibus moderari.

III. Confirmatio.

Primum, Quod luxus nunc intempestivus sit propter præs rerum statum & angustias, quæ pœnitentiam & suspiria post Vide Ninivitas & alios.

Secundo, Quod multum noceat. 1. Primum enim exhaurit op patrimonia: 2. unde non potest in foro constare fides: 3. & fra ærario: 4. crescit avaritia: 5. confunduntur ordines & status r 6. denique accersitur ira Dei.

Tertio, Quod aliæ respubl. tales leges habeant.

IV. Epilogus repetat summam suasionis, addita admonitione

istratus exemplo frugalitatis præeat & leges latas fortiter de-

LXXVIII. *Doëgus hortatur Saulem, ut manus sibi inferat.* 1 *Sam.* 31.

Exordium sumit à periculo præsenti, ubi Rex à Deo & homi- s desertus videbatur.

I. Propositio:

Nullam vero esse viam evadendi, nisi per mortem.

II. Confirmationis loci sint:

1. Quod pulchrum, mori pro patria.

2. Quod à Philistæis, ut Ecclesiæ & regis juratis hostibus, misericordia speranda.

3. Quod liber & rex mori possit, cum captus mancipium fu- s, & contumeliosa morte mulctandus.

4. Quod ipsa morte tristius, injurias suorum spectare, nec ulcisci.

IV. Epilogus addit πάθος ab immortalitate famæ.

LXXIX. *Ionathan contra agit.*

Exordii loco reprehendit consilium Doegi, tanquam impium efarium.

II. Propositio:

Suadet patienter tolerare, quicquid Deus velit.

II. Confirmationis capita sunt:

1. Pulchrum esse mori pro patria, sed pugnantem, non despe- tem.

2. Virum fortem non minus contumelias & vim ferre, quam m mortem: secus agere animi esse ignavi & abjecti.

3. Vitam tanquam depositum esse, quod Domino repetenti orrupte reddendum.

4. Lege divina αὐτοχειρίαν prohiberi.

5. Præstare omnia ferre, quam Deum gravius offendere: & am esse gloriam, quæ secum æternam ignominiam & pœnam at.

IV. Epilogus hortatur ad fortiter pugnandum, & Deo com- endum eventum. Vide Arist. 3. Eth. Cicer. in Catone.

LXXX. *Agrippa dehortatur Iudæos, ne contra Romanos bellum moveant. Vide Ioseph. de bello Iudaico. Item Egesippum.*

I. Exordium sumit à causa impulsiva, nempe ab amore suo Iudæos, quorum saluti quidam inquieti homines obstent: nimirum partim inconsiderata spe libertatis, partim avaritia & ambitione ducti.

II. Propositio.

Cavendum esse omnibus modis, ne bellum non necessarium totí genti Iudaicæ pernicioſum cæptent.

III. Confirmationis loci sunt:

Primo, à remotione causarum, quæ erant præfectorum injuriæ & spes recuperandæ libertatis.

1. Injurias deferendas esse ad Cæsarem, 2. imo tolerandas potius quam gravius malum accersendum.

De libertate 1. serius nunc cogitari potest, postquam jugum olim pridem susceptum: 2. majores quoque Iudæorum aliquando servisse, nec sine singulari Dei oraculo quicquam mutasse: 3. multo potentiores populos Romanis nunc parere: ut Athenienses, Lacedæmonios, Macedones, civitates Asiæ, Gallos, Hispanos, Britannos, Germanos: 4. denique religionem & leges, in quibus major libertatis sit, Iudæis inviolatas relinqui.

Secundo, ab impossibili: Iudæos non posse cum Romanis bellum gerere, utpote viribus longe iis impares: nec esse quod à numine auxilia sperent, cujus iram in multis, nisi plumbei sint, sentiant: quæque inde forte, quod aliquem (ut fama fert) Deo carum violarint, quod ipsis melius, quam sibi peregrino homini constet.

Tertio, ab eventu tristi: Iudæos isto bello toti genti suæ ad internecionem turos esse exitium: id quod arguit comparatione perpetuæ felicitatis Romanorum, cum Iudæorum assiduis cladibus.

Repræsenta hic tanquam vates miseriam Iudæorum, quam postea experti sunt.

IV. Epilogus habet πάθος benevolentiæ, cum voto, ut salubria consilia locum habeant.

LXX

LXXXI. *Antiochus hortatur ſeptem fratres ut ſuilla veſcantur. 2 Macchab. 7. Vide etiam Ioſephum de Maccabæis.*

Exordium ducit ab amore ſuo erga pueros iſtos.
. Propoſitio.
ant mandato regis, & veſcantur ſuilla.
. Confirmatio.
1. Quod natura omnium rerum uſum concedat.
2. Quod cultus Dei ſui non poſſit in cibis eſſe; ſed ſufficiat, ipſi
n integrum ſervaſſe.
3. Quod morem gerentes maximis præmiis ornaturus ſit.
4. Contumaces vero extremis ſuppliciis ſubjecturus: ubi ma-
roris ergo repræſentatio carnificum cum ſuis inſtrumentis
is.
. Epilogus habet παίθος, ne florem ætatis inconſulta ſuper-
perdant.

LXXXII. *Mater contra loquitur.*

Orditur ab ipſa propoſitione per obteſtationem, ne tyrannum
.
. Confirmatio, quia
. Poſtulatum tyranni eſt contra legem, & ad idololatriam
n ſpectat.
. Vitam ac omnia commoda à Deo habent, cui ea viciſſim
ere tenentur.
. Tyrannus tantum in corpus ſævire poteſt, idque ad exi-
mpus; Deus autem cum corpore ipſum animum æternis ſup-
mactat.
. Piis & conſtantibus cœlum & æterna gloria promiſſa. Hic
mat gaudia vitæ cœleſtis, & ſimul etiam diros cruciatus in-
, qui tyrannum & omnes impios manent. Vide Sapient. 5.
. Hac ſpe pii majores, & nunc etiam multi ex popularibus,
n vicerunt.
. Epilogus παίθος habet de ætatis flore Deo conſecranda.

LXXXIII. *Non esse pueros in literis educandos. Vide Moriam Erasmi.*

I. Exordium occurrit opinioni receptæ, à qua non temere, gravi consilio discedas.

II. Propositio.

Non videri consultum, ut pueri in scholis literariis diu detine tur: quod etiam Neoptolemus ait apud Ennium. Cic. 2. Tusc.

III. Confirmatio.

1. Quia sic assuescunt ocio:

2. Eruditiores facti insolescunt:

3. Vnde facile invidiam & odia hominum concitant.

4. Spartani, Romani, veteres Germani, & alii pueros re agendis occuparunt.

IV. Epilogus repetit propositionem, & pueros rus, ad militi aut alio mittit. Vide Terent. Adolph. Palearii orat. de fortitud in fine.

LXXXIV. *Pueros esse in literis educandos.*

I. Exordium sume ab inopinato. Non te existimasse inter lit tos quenquam inventum iri, qui contra literas ageret.

II. Propositio.

Nihil salutarius pueris esse, quam ut bonis literis erudiantur.

III. Confirmatio: quia literæ sunt fons sapientiæ & bono morum: quæ duo omnis vitæ (œconomicæ, civilis, militaris) jumenta & ornamenta sint.

IV. Confutatio.

1. Institutio Scholastica non ad ocium & ignaviam, sed to magis ad laborem & frugalitatem ducit: tum quia præcept exemplis evincit; quanta in altero turpitudo, quantumque in a sit decus: tum quia nulli manuum labores cum agitatione m comparandi.

2. Insolentia indolis pravæ, non doctrinæ est, quæ mag tos & modestos facit: scilicet præceptis & exemplis docens, q imperfecta & imbecilla sint omnia humana: quamque nihil stat dum in alterum, quod tibi fieri nolis.

3. Si invidia tibi metuenda, ipsa virtus, quæ nunquam comitem habet invidiam, abjicienda sit: 2. neque culpa hæc do

, sed malevolentiæ est: 3. denique nusquam rectius, quam in olis, ars declinandi invidiam discitur.

4. Athenienses, (quorum instituta philosophus in politicis ert Laconicis) ipsique adeo Ramani & Germani mansuetiores i, imo omnes cultiores nationes, (in Ægypto, Persia, Græcia) summo honore literas habuerunt.

v. Epilogus ita pro literis concludit, ut corporis tamen exercitia n improbet.

LXXXV. *Literas etiam militaribus hominibus conducere.*

I. Exordium sumatur à prolepsi vulgatæ opinionis eorum, qui lia quæstu metiuntur: proindeque iis tantum prodesse autumant, vitam inde sustentare, aut doctrinæ famam quærere cupiunt; no- um hominum, & qui castra sequuntur, aliam esse rationem.

II. Propositio.

Contra hunc errorem ostendam, quantum usum literæ etiam in liria habeant.

III. Confirmatio.

Primo, à causis bellorum feliciter gerendorum, quæ sunt pru- ia & fortitudo: quarum illam, literæ instruunt consiliis, strate- matis, pugnis & inventis bellicis: hanc excitant proponendis præ- is & exemplis virtutis: commendando pietatem erga patriam: mittendo famam immortalem: quo pertinet, quod eloquentiam unt, qua sæpe deficientes & jam fusos exercitus legimus revo- os.

Secundo, à contrariis judiciis Cyri, Mitylenæorum, & aliorum, populis à se devictis pœnam irrogaturi, vetuerunt ne liberos suos as docerent.

Tertio, ab exemplis eorum, qui literis exculti celeberrimi impe- res evaserunt: ut Cyrus, Themistocles, Epaminondas, Alexan- , Cæsar, Augustus, Carolus M.

IV. Epilogus partim objurgabit vituperatores literarum, partim ortabitur auditores ad constantiam in literis colendis.

LXXXVI. *Detestatio Bacchanaliorum.*

I. Exordium sumi potest ab exemplis Scytharum, qui Baccho iatis pœnam capitis irrogarunt: non credibile aientes esse, bo-

num

num Deum auctorem esse sacrorum, quibus homines ad insaniam r digantur. Vide Herod. & Livium. Quanto magis Christiani hos f rores detestari, gravissimeque punire debent.

II. Propositio.

Iussus igitur auditores à Bacchanalibus dehortari, causas exp nam, cur furiosos istos ludos maximopere aversandos putemus.

III. Confirmationis argumenta sint sex.

Primo, à fine vestimentorum, quæ sunt indicium & tegumentu fœditatis nostræ, Gen. 3. ideoque iis ad luxum vel libidinem abu perinde est, ac si meretrix auricula ignominiose amissa, illum locu tali macula fædatum velit cum aliqua ostentatione spectandum pr ponere.

Secundo, itidem à fine vestitus, qui etiam discrimen arguit sexu Nam Deus non tantum voce, barba, aliisque indiciis externis sexu distinctum voluit, sed etiam vestitu: quo & Apostolus respici quando etiam propter angelos mulierem nudo capite in publico pr cari vetat. Vide legem de veste illicita Deut. 22. de veste mulieru 1 Tim. 2. 1 Petr. 3.

Tertio, à natura hominis, qui ad imaginem Dei conditus, tanto decore corporis ornatus, non committat, ut se larva truculen tæ beluæ, aut ipsius Diaboli deformet. Huc referendæ erunt fabul de Lycanthropis, Satyris, & id genus fœdis transmutationibus. Vi de Gryllum Plutarchi.

Quarto, à legibus divinis & humanis: non enim Deus tantu apud Mosen vestium permutationem severe prohibuit, adeo ut etia in rebus brutis atque inanimis confusionem aversetur: sed Roma quoque & Scythæ finibus suis Dionysium exegerunt, ut jam dictu

Quinto, ab incommodis. Sunt enim Bacchanalia ebrietatis, stu prorum, cædium, & similium vitiorum occasio.

Sexto, à tempore, quo pia consuetudine passio & mors Domi meditanda proponitur: quæ sola causa à bacchandi fœditate mente nostras abstrahere valeat. Facias hoc loco antithesin inter Christu in cruce pendentem, & bacchantium furores.

IV. Epilogus hortetur ad jejunium, preces & pœnitentiam s riam, tanquam officia hac calamitosa tempestate maxime necessari

LXXXVII. *Hortatio ad P. Rami Dialecticam discendam.*

I. Exordium sumatur à generali commendatione Dialecticæ, ut sit norma veritatis cognoscendæ in omni disciplinarum genere.

II. Propositio.

Cum multi præcepta Dialecticæ scripserint, tironibus Petri Rami cæteris aptam videri.

III. Confirmationis argumenta sint tria.

Primo, Quod methodo facilima descripta: id quod ex legibus disciplinarum, de virtute, homogenia, brevitate & ordine, probatum, distrabis antithesi dissimilium auctorum.

Secundo, Quod ad usum rationis accommodata. ubi de quadruplici re artis. ut sunt 1. rationes singulas & per se considerare: 2. enunciare seu affirmare vel negare aliquid de altero: 3. argumentari: 4. ordinare: quorum omnium ars & judicium nusquam compendiosius & efficientius, quam in hoc brevi Opusculo doceatur: ubi iterum inimi potest antithesis.

Tertio, Ab auctoritate doctorum virorum: tum veterum, cum eorum instituto Dialectica Rami convenit: tum recentiorum, qui huic auctori plurimum tribuunt.

IV. Epilogus repetat suasionem, addita correctione: ut pluscum judicii nacti, cum his rivulis conjungant fontes Aristotelis.

LXXXVIII. *Contra exercitia disputationum.*

I. Exordium præ se ferat fiduciam boni eventus: quia & auditores adsint attenti & benevoli, & causa ipsa sit bona: quippe ad totius scholiterariæ commodum directa. Addi potest occupatio invidiæ propter rei novitatem: scilicet, non quam vetus aliquid sit, sed quam utile & salutare, spectandum.

II. Propositio.

Tale quid videri disputationes scholasticas, quæ pervetustæ quidem, sed juventuti minime salutares videantur.

III. Confirmationis summa sit, quod adolescentum mentes tantum turbent, & aut φιλαυτίαν & immodestia, aut ἀπορίαν & dubitatione afficiant. Id explicari potest disputationum effectis, quæ sunt 1. modo affirmare, modo negare rem, vel saltem obscurum aliquid, & quod intelligi nequeat, respondere: 2. perpetuis rixis aures & animum

mum obtundere: 3. ſibi ipſis & aliis obſtrepere: 4. ignota &
ceſſaria inquirere, quæ ante pedes & utilia ſunt, evertere. P
plis adduci poſſunt Academici, de quorum epoche & dub
proverbium.

IV. Epilogi loco commendentur veterum 1. exercitia
lendis ingeniis: 2. methodi & rationes in veritate inquirenda
obſervatio ſingularium, uſus & experientia in exemplis ſi
probatorum artificum & doctorum conſilia & judicia, lectio
ditatio aſſidua. Vide ſcholam Pythagoræ.

LXXXIX. *Pro Diſputationibus.*

I. Exordium ſit in objurgatione adverſarii, qui ſeſe cum
tis & bonis viris tam audacter opponere non vereatur, &
tionum exercitia, quibus ad ingenii acumen & veritatis ſt
tum nihil accommodatius, improbare non erubeſcat. ubi in
teris exord. 1. Catil.

II. Propoſitio. Nihil juventuti diſputationum exercitiis u

III. Confirmatio ſumatur

Primo, Ab utilitatibus diſputationum. ut ſunt: ac
nium: confirmare judicium: frenare iracundiam, mederi
ωπίᾳ & ruſtico pudori, tum audaciæ & arrogantiæ adol
ubi excurſus dabitur de modis excolendi liberales animos
veritatem.

Secundo, Ab auctoritate & conſuetudine non tantum
in omnibus facultatibus & diſciplinis, & quidem omnibus
bus: ſed etiam opificum, ipſorumque adeo mimorum, p
rum, & ſimilium. Omnis enim natura, omniſque ars u
per contrarium invaleſcit & confirmatur.

IV. Confutatio 1. Neget diſputando turbari aut vitiari q
quod phantaſmatum & levitatis perſonarum, non rei hæc
2. Veros diſputationum fines oſtendat. Etenim in omnes
diſputatur, ut certi aliquid eliciatur: rixæ fiunt, ut tandem
rixis liberetur: nobis & aliis contradicimus, ut non homi
gumentis credatur: ignota inquirimus, ut de notis recti
mus. 3. Exemplis exempla opponat eorum, quibus diſ
multum profuere.

V. Epilogus ita approbet veterum exercitationes, & ve
quirendæ modos, ut nihilominus diſputationibus ſuus u
quatur.

XC. *De frænandis affectibus.*

ordium ſumi poteſt à dicto Pythagoræ: Οὐδεὶς ἐλεύθερος ὃς πάθεσι δουλεύει. nimirum quia affectibus obtemperare maxima ſer-

ropoſitio:
de ſequi debemus conſilium, quod ipſe Dominus Caino dicens: Sub te ſit appetitus tuus, & tu domineris ei.
Confirmationis argumenta ſint duo.
, Ab effectis, quod affectus plurimorum malorum ſint quod inductione explicetur iræ, invidiæ, ambitionis, luxuriæ. ubi oſtendendum, quantopere hæc vitia offenm: quam fæde hominem ipſum deturpent: quas calamixerint: quas pœnas dederint.
o, A difficili: quod affectus frænare majus opus ſit, quam ncere: id quod illuſtretur teſtimoniis & exemplis: ut Samrculis, Alexandri. Vide orat. pro Marcello.
ilogus, repetita propoſitione, adjumenta quædam animi dat, ut ſunt meditatio verbi divini, judicium rectæ ratios.

XCI. *De excolenda memoria.*

rdii loco ſit querela de negligentia juventutis, tum in aliis, me in memoria excolenda.
poſitio:
iæ exercitationem multis de cauſis neceſſariam eſſe.
onfirmationis loci ſint tres.
, Ab honeſto: pertinet enim ad perfectionem & dignitais. Vide contra, quam turpe, imo periculoſum ſit me-

o, Ab utili. Nam memoria eſt 1. theſaurus eruditionis: narium eloquentiæ: 3. adjutrix actionis oratoriæ: 4. ſubebus agendis; œconomicis, politicis, ſcholaſticis.
, Ab auctoritate & exemplis. Vide Valerium Maximum.
ilogus repetita propoſitione, adjumenta quædam memot: ut ſunt temperantia, animi conſtantia, & exercitatio. r. noſtram.

XCII.

XCII. *Artes ſuperiores ſine inferiorum peri tia præpoſtere diſci.*

I. Exordii loco ſit divinatio de ſuperioris ſeculi barbarie propter contemptum illarum artium, ſine quibus ſuperiore quam diſci poſſunt.

II. Propoſitio:

Neminem admittendum eſſe ad ſuperiorum diſciplinarum nes, qui non inferioribus jam recte ſit informatus.

III. Confirmationis loci ſint duo.

Primo, A genere; quod omnis tum natura, tum ars, tionem ordine & gradatim, ac cum aliqua præparatione ve

Secundo, Ab experientia utilitatis, quam peritia Li Dialecticæ, Rhetoricæ & Mathematum, ad ſuperiorum rum tam theoriam, quam praxin conferat.

Addatur excurſus in objurgationem 1. adoleſcentum, tempus, & velut illotis manibus, in Theologiæ, Iuriſprud Medicinæ penetralia irrumpunt: 2. parentum, qui liberos maturos volare volunt: 3. ipſorum præceptorum, qui an ignaviam, aut quæſtus ſui cauſa diſcipulis hac in parte in Addi etiam poſſunt exempla & teſtimonia. quale eſt illud Ph

Οὐ χωρεῖ μεγάλην διδαχὴν ἀδίδακτος ἀνὴρ.
Οὐ γὰρ ἂν νοίσαιτ' οἱ μηδέποτ' ἐσθλὰ μαθόντες.
Ne rudis accedas doctrinæ limina magnæ.
Talem non capiunt alii non ante parati.

Vide Muret. orat.

IV. Epilogus thema concludat exhortando commilito in ſtudiis ſuis ordine utantur, & tanquam per gradus ab in ad ſuperiora aſcendant.

XCIII. *Hortatio ad commilitones, ut ſchola vel eccleſiaſticæ functioni ſtudia ſua conſecrent.*

I. Exordium ſumi poteſt à more hujus ſeculi. Etſi nu genus præſtantius eſt, quam ludi magiſtrorum & verbi mi tamen nulla nunc eſt pæne functio, quam homines mag Cauſa eſt, quia multum habet moleſtiæ, parum opum &

II. Propoſitio. Ego vero exiſtimo, nihil magis optan leſcenti, quam ut aliquem in ſchola vel Eccleſia locum hab

Confirmationis loci ſint.
. Ludimagiſtri & paſtores ſocii ſunt Prophetarum, Chriſti, ſolorum.
. Præparant animos diſcentium reipubl. & cœlo.
. Ampliſſima præmia conſequentur à Domino, ad quæ opes res hujus vitæ nihil ſunt. Daniel. ultimo.
. Mentem habent tranquillam.
. Poſteritas eorum eſt benedicta.
illuſtrari poſſunt antitheſi eorum, quorum cum conditio ideatur, revera ſplendida miſeria eſt, & felicitas fucata.
Epilogus repetat hortationem ad ſacras has functiones ada-: 2. optet, ut magiſtratus & alii, eccleſiis & ſcholis plus li-tis præſtent.

XCIV. *De diſcenda Arithmetica.*

Exordium ſumatur à deploratione temporum, ubi bonæ artes unt, ſcilicet, quia non protinus inde lucrum appareat.
Propoſitio.
hoc numero cum Arithmetica ſit, cauſas afferam, cur eam entes diſcant.
Confirmationis loci duo ſint.
mo, Ab honeſto. Arithmetica apud omnes populos, He-, Ægyptios, Chaldæos, Græcos, Romanos, & alios in mag-cio fuit. Pythagoreæ & Platonicæ ſcholæ ſymbolum fuit: ἀγεωμέτρητος εἰσίτω.
ndo, Ab utili.
. Oſtendit & acuit vires ingenii.
. Prodeſt ad nullas non diſciplinas diſcendas: Geometriam, omiam, Medicinam, Iurisprudentiam, Theologiam: atque ſunt theoretici.
. Sequentes practici: in œconomiis, mercatura, quæſtura, controverſiis, de re dividunda, bellis, &c.
Epilogus concludat hortatione.

CV. *Cauſæ cur natalis Domini religioſe celebrandus.*

Exordium ſumatur ab exemplo veteris Eccleſiæ, quæ hunc ſolicite exſpectavit, & unice optavit. Teſtatur id Dominus de amo & piis regibus ac prophetis: teſtantur vota & ſuſpiria,

quibus rorare cœlum expetiverunt, & depluere justum: testa
trus de prophetis, qui in hoc mysterium, quod nunc palam f
magno studio inquisiverint. Turpe igitur omnino erit, non e
mo gaudio affici, quibus veritas promissionum divinarum
quando jampridem nomine Ecclesiæ Esaias cecinit: Puer n
nobis, filius datus est nobis.

II. Propositio:

In hunc finem causas aliquot afferam, cur hunc sanctissimu
devote celebremus.

III. Confirmatio eas potissimum causas prosequatur, qu
dem nostram pertinent.

Prima sit fidei nostræ certitudo contra Iudæos; nimirum
Christum in mundum venisse: id quod proberur collatione
lorum cum eventu, ubi inductio instituí potest vaticiniorum
Servatoris persona, parentibus, patria, natali, officio: qu
nia eventum suum consequuta demonstrabis: quo nihil scitu n
rium magis.

Altera causa sit fidei rectitudo & integritas contra hæreticos
pe Iesum Christum in una persona esse verum & Deum & hom
quod cum mysterium sit ipsis etiam angelis inscrutabile, pri
probabis: deinde causas afferes, cur servatorem nostrum tale
sonam esse oportuerit; denique detestaberis hæreses, quas
hanc orthodoxiam Diabolus excitavit: atque hac cognitione
sublimius. Postrema causa constantia fidei sit contra vitæ pr
ærumnas & persequutiones: videlicet Iesum Christum serva
nostrum esse: ubi primo antithesin facies miseriæ humanæ p
peccatum, & liberationis per Christum præstitæ: deinde remp
dus & tempora duces. Primum est obedientia & sacrificium D
tum vocatio per Euangelium toti orbi intimata: tum guberna
defensio fidelium; quam sequetur resuscitatio ex morte in v
gloriam æternam: postremo digredere in consolationem a
tempora, quæ nunc pios exercent: atque hac meditatione nih
cius.

IV. Epilogus inferat hortationem ad hos ipsos dies propter
causas sancte celebrandos: ut discamus quæ de Christo scire
nit, & simul pie vivamus: idque propter præmia quæ pios m
& propter pœnas, quæ impios: tandemque oratio διαζευκτικ
cibus finiatur.

XCVI. *De Theologia discenda.*

ordium sumatur à fine nobilissimo omnis institutionis, qui divina sapiamus, & cum Deo conjungamur: scilicet quia homaginem Dei conditus.

Propositio.

unc causam præ cunctis disciplinis vacandum esse Theologiæ.

Confirmationis summa sit: quia in ea nobis revelatur divipientia, de modo vitam æternam consequendi, quod summum hominis. Id probabis ex partibus Theologiæ, Lege & io: quarum illa naturæ nostræ imbecillitatem & à Deo dem commonstrat: (ubi excursus erit in commendationem ab auctore Deo & perfectione, facta collatione cum legibus) hoc viam ad Deum redeundi aperit. ubi 1. πάθος adeis propter φιλανθρωπίαν tum Patris, qui filium suum nobis um filii, qui homo fieri, ærumnas perpeti, & tam fœda actari pro inimicorum suorum salute dignatus est: 2. conmpla aliorum, qui ad hunc Servatoris amorem non aspirent: que ostendes, qui hoc beneficio uti possint: nimirum peccanes, dummodo in Christum credant, & bonarum actiodioſi sint, Vide Muret. orat. 1.

Epilogus repetat hortationem ad studium Theologicum.

CVII. *Præstare puerum à soluta oratione facere initium quam à ligata.*

ordium sumatur à comparatione & laude poëtarum & ora-Magna contentio fuit oratoribus cum poetis, utri alteris præ- quæ controversia ut nondum plane est composita, sic utrituo ad honestam æmulationem inflammare potius, quam alrorum laudem labefactare debent. Satis enim est; quod ut gulare vitæ ac studiorum ornamentum est, sic oratorum prorsus necessaria est: & ut illa ab hac sermonem, ita hæc merum mirabili artificio sumsit: ut non tam de alterutra enda, quam de utraque recte imitanda, cura suscipienda sit.

Propositio.

vice de ordine utriusque agam, ostensurus à soluta oratione m esse initium.

Confirmatio post prolepsin de relinquendo studio poetico,

duo argumenta habeat. Primum, quod omnis natura incipiat ab quod ſimplicius: ars vero naturam imitetur. Alterum, quod dic ſequatur planior, ſi ab oratore incipias: monſtroſior & durior poeta: videlicet quia poetis liberior vocum mutatio & trajectio c ceſſa eſt, quam oratoria ſeveritas & gravitas fert: ad quod vero nus primum aſſueſcimus, id ita nobis fit familiare, ut etiam non gitantes ſemper aliquid ſimile efficiamus. Addi his poteſt prolepſi figuris Grammaticis & Rhetoricis, quæ è poetis videntur rec diſci poſſe: ad quod reſpondebitur, multum intereſſe inter or menta poëtica & oratoria: nec pueros à poetarum ſcriptis pro arcendos, ſed ſuo tempore eo transmittendos eſſe.

IV. Epilogus reſumpta hortatione, finem tandem faciat paræ de ordine in ſtudiis ſervando.

XCVIII. *De colenda ſobrietate.*

I. Exordium ſumatur à vitiis ultimorum temporum, in quibu ebrietas.

II. Propoſitio:

Igitur rationes quaſdam afferam, propter quas ſobrie & temper ter vivendum.

III. Confirmatio ſit duplex.

Primo, Ab honeſto: quo pertinent 1. Mandatum Dei, Luc. Rom. 13. 1 Theſſ. 6. Tit. 2. 2. Auctoritas ſapientum: tum phi ſophorum, ut Platonis, Ariſtotelis; tum legumlatorum, ut L curgi, Solonis. 3. Exempla ſanctorum, atque adeo gentilium q que honeſtiorum.

Secundo, Ab utili, quod mentem, corpus, famam, & o præſtet ſalvas, cum ebrietas his omnibus noceat. Vide exempl utramque partem. Eodem pertinet conſideratio præmii & pœnæ ternæ.

IV. Epilogus repetat propoſitionem cum argumentis.

XCIX. *Actio prima cum Roboamo de relaxandis oneribus civilibus.* 1 *Reg.* 12.

Ieroboamus nomine populi:

I. Gratulatur regi de regno accepto, excuſatque orationem a toritate populi, petens ſe clementer audiri.

II. Proponit querelam populi de tot annorum oneribus, ea levari ſummiſſe petit.

III. Addit argumenta.

1. Quod causa talium onerum jam sublata, scilicet templo & ...conditis, ærario satis aucto, bellorum metu sublato.

2. Regium sit populo consultum velle.

3. Hoc ipso Rex amorem populi sibi conciliaturus: quo nihil ...erpetuitatem regni stabilius.

IV. Promittit regi fidem & obedientiam in omnibus.

C. *Actio secunda. Semaja nomine seniorum.*

I. Ipse quoque regi gratulatur de successione in regno paterno, ...veniam petit παῤῥησίας.

II. Breviter narrat memoriam Patris Solomonis, tum qua is fe... & fortunatus fuerit, tum qua exorbitare & labi cæperit: ubi ora... dum de regni divisione per Abiam denunciatum, & hucusque regi ...ctum.

III. Monet regem, ut posita aliquantisper majestatis cogitatio..., tempori cedat, & populum comiter tractet: si forte pœna fata... averti, aut saltem differri ac mitigari possit.

IV. Argumenta ejus sunt:

1. Quod æquum petatur: ubi de populi paupertate & miseria.

2. Quod ista ratione populum in obsequio retinere possit. Na... enim ita comparatum esse, ut cives delectentur regibus mansue... & de fastigio suo aliquid remittentibus.

3. Quod præcessores, ipseque adeo regis avus, populo commu... pacis ergo sæpe cesserint. Vide historiam.

4. Quod ipse Deus multum de suo jure remittat, & mortalium ...cillitati indulgeat, seque magis patrem clementem, quam po... tem Dominum probet.

5. Quodsi secus Rex fecerit, in periculum regni venturus sit: ...rum quia 1. populus oneris diuturni pertæsus, 2. & recenti in... mentia totus jam abalienatus, 3. ducem iratum, callidum, & ad ...nus promptum nactus. Vide 1 Reg. 11.

V. Obtestatur Regem, ut sibi consulat, addito voto, ut Deus ...e difficilem consulationem in bonum dirigat.

CI. *Actio tertia. Parasitus nomine Iuniorum.*

I. Post gratulationem invehitur in audaciam Ieroboami, & ti...

miditatem Semajæ, & quidem non ſine aſperſis aculeis perſi
colluſionis cum populo.

II. Hortatur regem, ut auctoritate utatur, & populi auc
reſponſo rege digno compeſcat: ſcilicet digitum ſuum craſſior
re, quam patris lumbi fuerint, & qui virgis cæſi eſſent, nunc
pionibus flagellandos.

III. Argumenta ſunt:

1. Quod rex ſit, cui jus in populum plenum, & abſol
ipſo Domino per Samuelem ita cenſente. 1 Sam. 8.

2. Quod alii reges, quibus hic non inferior, eodem moc
perent.

3. Si in præſens cedat, hoc ipſo acta patris improbet, &
ſanctos manes ejus peccet.

4. Populus ſemel fræno laxato, laſcivire non deſinat,
majeſtatem pedibus conculcet.

5. Ærarium quovis modo augendum, ut ſumptus pacis
que temporibus ſufficiant.

6. Denique adamantina regni vincula ſint populi penu
metus: quorum illa facit, ut non poſſit, hic ut non audeat c
majeſtatem aliquid tentare.

IV. Poſtremo monet, ut Ieroboamum ad ſupplicium rapia
conjuratio ducem & conſilium nanciſcatur, utque populo ſeveri
nis propoſitis imperet obedientiam.

CII. *Actio quarta. Ieroboamus ad populum, inclementi reſponſo à Rege accepto.*

I. Præ ſe fert indignationem in regem propter populum tam
tumelioſe habitum: præſertim cum æquum petierit, & re
valde adhuc juvenem, nec conſenſu populi receptum, talis
minime decuiſſet.

II. Hortatur populum ad defectionem.

III. Propter has rationes:

1. Quod onera impoſita intolerabilia ſint, à quibus lib
non poſſint, niſi domino mutato.

2. Non ſperandum, regem æquiorem fore, qui in ipſo i
tam ferox ſit. Hic invidioſe renovat offenſiones avi patriſque,
ille Saulis familia partim bello exſtincta, partim inimicis proc
regnum invaſerit: quod Ionathanis meritiſſimi patris innocent
mum filium Mephiboſetum Sibæ calumniis conceſſerit: Ioa

cidam tulerit: Vriam fidelissimum & fortissimum virum uxore caprivarit: hic vero regnum à parricidiis orsus, in ædificia, in tium plus quam barbaricum, & lege divina improbatum, in m quotidianum, in greges nequissimarum mulierum, populi rem & sanguinem fuderit. Vir muliere corruptior: denique quod rtorem libertatis popularis in exilium coëgerit, quam tyranni- ipse affinis Ægyptius improbarit: scilicet obscuro loco satos s non posse fortuna sua modeste uti.

3. Quod ipso Ieroboamo sive duce, sive socio consiliorum uti nt. Hic liberius insurgit, prodito oraculo, quod sibi per A- factum, licet modestiæ causa hucusque dissimulatum: quod sic lo probari queat, patrem, non dominum eum futurum.

IV. Refutat etiam, quod de religione objici posset. 1. Neque necesse esse, ut tantis sumptibus tam molesta itinera Hieroso- am rei divinæ causa faciant. Deum ubique esse, & in quovis lo- posse coli: se duo similia fana exstructurum, unum Bethele, alte- Danæ, quo ut commodius visum fuerit, conferre se queant: 2. rdotes etiam & rei sacræ administros creaturum, Levitis nihil in- ores: nimirum non esse apud Deum respectum personarum; per- ducere à quo colatur, dummodo pie colatur: 3. postremo ne a sacra requirant; erecturum utrobique vitulum aureum, non ut diis sint, (quis enim tam stultus, ut id putet) sed ut Numinis axat præsentiam indicent ac contestentur. Deum enim, per se in- spicuum, religiosius coli, si aspectabile quoddam ejus indicium t. 4. Nec opus esse tam frequentibus sacrificiis ac cæremoniis, hactenus per superstitionem consueverint: numen modico cultu contentum; ita una mutatione religioni, libertati, & rei fami- consultum fore.

V. Concludit hortando populum, ut occasione data recuperandæ ertatis utatur; quam ad rem pollicetur etiam operam suam.

CIII. *Neminem ad religionem cogendum esse.*

I. Exordium sumatur à tempore præsenti, ubi Diabolus religio- em partim crudelitate tyrannorum, partim sophistica hæreticorum fessat, & utrunque cum prætextu quodam relioso.

II. Propositio per prolepsin.

Etsi autem non sunt ferendi, qui hæreses aut schismata movent: amen non existimo, vi alicui religionem obtrudendam esse.

III. Confirmatio sit triplex.

Primum, regnum Christi regnum veritatis est, consistens in dicatione verbi & potentia spiritus. Hoc ipse Dominus coram tio Pilato est fassus, & doctrina & exemplo suo testatum fecit: aliis armis discipulos per totum terrarum orbem ituros instruxit: hi aliis sunt usi. His primum Iudaismus, tum paganismus, tan papatus succubuit: quamvis ferro, flammis, omnique crudeli genere contra venerint.

Secundo, animus hominis spiritus est, qui nullis nisi spirituali armis, id est, piis & firmis persuasionibus vincitur. Hinc ipse minus populum spontaneum requirit, Psal. 110. & Apostolus cul rationalem, Rom. 12.

Tertio, vis pro religione adhibita raro successum habuit: qu doquidem qui religionem propter metum ad tempus simulant, occasione ad ingenium redeunt. Vide expeditiones Caroli M. adv sus Saxones, Borbonii & sociorum adversus Saracenos, Pontific rum crudelitatem contra orthodoxos per Italiam, Galliam, His niam, Belgium, imo etiam contra barbaros Indos.

IV. Conclusio meliorem homines convertendi modum expo in orthodoxia, vitæ sanctimonia, & precibus. His addi potest p catio pro custodia verbi, & constantia in fide.

CIV. *De peste fugienda.*

I. Exordium sumatur à tempestate pestilenti, ubi multi dubita quid faciendum.

II. Qua de re tria exponam: primum quibus fugere liceat: tu quid fugientibus cavendum: postremo quid iis qui manent facie dum.

III. Expositio.

Prima pars duo agat.

1. Quibus fugere non liceat. ut sunt: 1. quibus confessio ve ritatis edenda, Matth. 10. 2. pastores & magistri Ecclesiæ & Scho læ, Ioh. 10. nisi consentiente magistratu alii sint, qui eorum vic curent, præsertim apud ægrotos, qui in tali periculo consolation maxime opus habent. 3. Magistratus, Rom. 13. nisi substituunt su loco alios. 4. qui vinculo caritatis aliis obligati sunt: ut parentes li beris; viri uxoribus; servis domini; vicini, famuli, inter se, nisi p alios officium fieri curent.

2. Quod hos extra casus discedere sit concessum. quia 1. Na tura amat vitam, & abhorret mortem. Eph. 5. 1 Cor. 12. 2. Abraha mu

s & alii ſancti periculum mortis, quoties pie potuerunt, declina-t. 3. Conceſſum eſt ſimilia fugere; ut famem, bellum, beſtias, ndia, inundationes.

Secunda pars quadruplicem admonitionem addat.

1. Ne ſpes in fuga ponatur, cum nihil homini bene cedat, Deo benedicente.

2. Ne officia caritatis deſerantur. Primo enim obligati ſumus, am cum periculo noſtro proximi neceſſitatibus ſuccurrere. 1 Ioh. 3. tth. 7. tum ægrotos viſitare pium & Deo gratum officium eſt. tth. 25. & Deus promiſit compenſationem & tutelam. Pſal. 41. Tim 4. Pſal. 91. denique experientia teſtatur eos, qui decumben-us liberaliter miniſtrant, plerunque ſalvos & incolumes manere.

3. Ne temere medicinam contemnamus, aut cum infectis ver-mur: quod eſt tentare Deum, & contemnere ipſius ordinem, imo ſe & alios iniquum eſſe.

4. Peſte laborans, aut liberatus abſtinere debet ab aliis, ne aratione inficiantur: quod homicidium eſt. Vide legem de leproſis.

Vltima pars quintuplex adverſus peſtem conſilium commendet.

1. Audiendum & meditandum eſt verbum Dei, ex eoque di-enda ars moriendi.

2. Agenda pœnitentia, remittendum proximo, & uſu ſacræ næ animus ad mortem confirmandus.

3. Corpus antidotis præſervandum.

4. Si laborare contingat, mature & ratione dum integra pa-or vocandus, & conſtituenda res domeſtica, ſi id ante neglectum.

5. Cadavera extra urbem ſepelienda.

IV. Epilogus fiat precatione pro beata vitæ clauſula. Vide Pſal. 90.

CV. *Conſilium de adipiſcenda ſapientia. ex Pſal.* 119.

I. Exordium ſumatur à commendatione ſapientiæ, ceu boni præ-antiſſimi.

II. Propoſitio.

Ejus conſequendæ rationem dicam, auctorem & magiſtrum Da-idem ſequuturus.

III. Expoſitio tres gradus ſapientiæ oſtendat. qui ſunt:

Primo, Oratio.

Deus enim eſt fons ſapientiæ, & de rivulis ſuis eam impertit ipſum vocantibus. Verum hoc eſt non tantum in divinis, ſed etiam in humanis rebus. Vide exempla Theologorum, Philoſophorum,

opificum. David in psalmis passim orat, ut Deus eum ducat & reg

Secundo, Meditatio.

Digna enim res est sapientia, in quam mentem intendas. Hi David tam serio commendat meditationem legis divinæ, quæ quovis auro dulcior: & Paulus Timotheo suo lectionem sacrar literarum: Philosophi quoque, & Poëtæ & oratores, à discipulis s stipulantur diligentiam. Isocr. Ἐὰν ἦς φιλομαθὴς, ἔσῃ πολυμ Vide exempla Cleanthis, Demosthenis, & aliorum apud Valer. M

Tertio, Patientia tentationis, sine qua in nulla re profici pote

Tentatio dat intellectum. Hinc Theologi crucem Scholam pientiæ vocant, in qua docemur agnoscere infirmitatem nostra Satanæ & mundi artes, & Dei in nobis regendis bonitatem: indid & dulcescit verbum Dei, quod nos erudit, præmonet, consolat & ipsi aptiores simus, qui hæc officia aliis quoque præstemus; scili propria experientia edocti. Dido 4. Æneid.

Non ignara mali, miseris succurrere disco.

Horat.

Qui cupit optatam cursu contingere metam,
Multa tulit fecitque puer, sudavit & alsit.

IV. Epilogus repetito triplici consilio, desinat precibus pro pientia consequenda.

CVI. *Contra saltationes.*

I. Exordium sumatur ex genere de tenendo decoro in omni vi

II. Propositio.

Nihil minus homini Christiano decorum esse, quam quæ vul saltationes ad numerum.

III. Confirmatio.

1. Pugnant cum lege Dei omnem corporis lasciviam prob bente.

2. Sunt indicium intemperantiæ & ebrietatis.

3. Fomes & incitamentum libidinis.

4. Occasio rixarum & pugnarum.

5. Ipse gestus saltantium sunt turpes & indecori, & insanie tium similes, quibus deformatur templum sancti Spiritus.

6. Ipsi Ethnici sani & graves has levitates improbarunt. Vi Cic. pro Muræna.

IV. Conclusio repetat dehortationem, cum commendatione sp ritualis lætitiæ & exsultationis in Domino.

CVI

CVII. *Deliberatio principis approbans, de regimine deponendo, & eligenda vita monastica.*

I. Exordium sumit à descriptione temporum, quæ hactenus in gubernatione expertus.

II. Propositio.

Nunc id sibi animi esse, quod abdicato principatu abdere se velit in monasterium.

III. Confirmatio.

1. Imperium res est laboriosa & periculosa, his præsertim temporibus. Vide Cicer. ad Quintum Fratrem.

2. In eo facile peccari potest, faciendo nimium, vel parum. Vide exempla.

3. Subditorum ingratitudo magna.

4. Monachorum vita est quieta, secura, & quæ tota vacare studiis pietatis & sanctis precibus potest.

IV. Epilogus vult audire consilium procerum. Vide quæ de imperatoribus Octavio & Carolo Quinto leguntur.

CVIII. *Eubulus nomine omnium idem principi dissuadet.*

I. Prædicat fidem, industriam, & moderationem principis, quam hactenus in gubernatione cum maximo commodo subditorum præstitit.

II. Rogat, ne deserere velit Rempubl.

III. Rationes sunt.

1. Vult Deus, ut quisque in statione, quam ab ipso accepit, permaneat.

2. Homo natura est civilis. Arist. 2. Polit. 2.

3. Nec sibi tantum, sed aliis quoque natus.

4. Laboribus istis virtus, & periculis Dei protectio (quam hactenus etiam expertus) opponenda.

5. Peccata gubernationis vitabit, si (quod facit) Deum adjutorem vocet, meditetur & ante oculos habeat ejus legem, & in rebus agendis sit circumspectus & diligens.

6. Monachatus etiam suas tentationes & peccandi illecebras habet.

7. Nemo mortalium de Ecclesia, republ., totoque hominum ge-

genere uberius merere poteſt, nec ampliorem gloriæ immortalis getem habere, quam bonus princeps.

8. Cujus rei ab ipſo Deo compenſationem & præmia habeb Vide etiam Cic. in Somn. Scipion.

IV. Epilogus repetit petitionem, ſimulque optat principi pace & proſperitatem diuturnam.

CIX. *Homini nobili nullum vitæ genus convenientius eſſe, quam aulicum.*

I. Exordium ſumatur à reprehenſione judicii Chryſippi de nob litate.

Inveniuntur non pauci, qui nobilitatem Stoico ſupercilio deſp ciunt, & pugnis, quod aiunt, calcibuſque perſequuntur: quod (Chryſippus dicebat) nihil aliud, quam callidum potentum atque am bitioſorum ſit inventum: qui homines nec de Deo, nec de natur nec de univerſa vita humana probe ſentiunt.

Primo enim eximium Dei donum eſt, à generoſis & laudatis p rentibus ortum eſſe.

Tum ipſa rerum natura genera & gradus diſtinguit: unde Poë (Horat. 4. od. 4.)

Eſt in juventis, eſt in equis patrum
Virtus: nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.

Quid, quod nobilitas præmium eſt virtutis? unde Cicero (1. off. Optima hæreditas à patribus traditur liberis, omnique patrimon præſtantior, gloria virtutis, rerumque geſtarum: cui dedecori e nefas & vitium judicandum eſt.

Itaque dabunt nobiles adoleſcentes præ cæteris operam, ut cel britatem nominis à parentibus acceptam virtute tueantur, illudqu vitæ genus eligant, in quo induſtria eorum conſpici maxime oporte

II. Propoſitio:

Tale eſſe puto aulicum.

III. Confirmatio.

1. Principio dubium nullum eſſe poteſt, plurimum ſplendor illic eſſe, ubi princeps, tanquam in cœlo Deus, præſidet: quo jubent agunt, & prohibente quieſcunt ceteri, cujus ſapientia illuſtrantur juſtitia diriguntur, fortitudine proteguntur, & munificentia bea tur tot mortalium millia.

2. Quid, quod aula omnium laudabilium morum ſchola

demia est, ubi prudentia, humanitas, fortitudo, justitia quasi lem suam habet.

3. Illud vero longe maximum est, quod in nullo vitæ genere aliis commodare possis: quem vitæ nostræ fructum philosophi lum prædicant: nimirum aut hic, aut nusquam sunt, qui Ecsiis & Scholis patrocinantur: qui viduarum & pupillorum causas gunt, qui rempubl. administrant.

4. Neque illud parvi æstimandum, quod ad opes & honores mparandos aula proxima & quasi compendiaria via est.

5. Postremo ubi plus honestæ recreationis & liberalis exercitanis datur, quam in aulis? Describe hic magnificentiam, ludos & nationes aulicorum.

IV. Confutatio respondeat objectioni de intemperantia & pericuaulicorum: nimirum

1. Intemperantia commune vitium est omnium ordinum.

2. In multis aulis plus severæ & sobriæ vitæ invenias, quam in ibusdam civitatibus luxu & delitiis diffluentibus. Vide quæ de Sitis, Campanis & aliis populis feruntur.

3. Nulla vitæ conditio non est periculis exposita: præsertim si dentia desit.

4. Neque omnes principes tyranni sunt: sed invenies etiam, prudentes & fortes viros in honore habent.

5. Denique si propter periculum aula fugienda, quid ipsi virri fiet, quæ ut pulchra, ita difficilis est?

V. Epilogus hortabitur adolescentes nobiles, ut ita studiorum orum cursum instituant, quo in aula, tanquam curriculi sui meta liquando subsistant: quod nusquam plus dignitatis, virtutis, offi, commodi, voluptatis sint inventuri.

CX. *Consilium aulicum.*

1. Exordium sumatur à periculis vitæ aulicæ per prolepsin.

Verum est, quod condiscipulus prolixe disseruit: est vita splendo illustrissima, virtute spectatissima, usu officiisque fructuosissima: nec illud negari potest, nisi dextre, nisi caute hæc navis regatur, cile in scopulos impingi.

Dominatur in aulis invidia: locum habent calumniæ ac obtrectaones: facile ac subito iram principes concipiunt, & conceptam diu rinent: tum moneri sese aut reprehendi ægre admodum molesteque runt: ut non immerito aliquis magni nominis supputatoriis calculis

lis ſimiles eſſe regnum ac principum amicos dixerit. Vide exe
Davidis, Danielis, Calliſthenis, Senecæ, Belliſarii: nec noſtr
tas nulla habet.

II. Propoſitio.

Dabitur igitur mihi venia, ſi orationi habitæ quaſi ſucce
cautiones quaſdam ex doctiſſimorum hominum monumentis a
de hoc vitæ genere ita inſtituendo, ut quantum humana ratio
videri poteſt, à peccato juxta & periculo immunis maneas.

III. Expoſitio ſit trimembris.

Primo, de ingreſſu vitæ aulicæ.

1. Principio videas, quam aulam ingrediaris. Præſtat
cum pio & prudente principe, quam cum impio ac ſtulto vive
tam facile eſt referre pedem, quam inferre. Confer aulas D
Solomonis, Auguſti, cum Achabi, Cambyſis, Xerxis, D
ſii &c.

2. Deinde munus ſuſcipe, cui par ſis: & tabulas obligat
mutuæ bene ſerva, ut exinde re ita poſtulante te defendere quea

Nulla enim tam præſtantia merita ſunt, quæ ſycophantæ & G
thones non calumniari atque in periculum deducere queant.
uſpiam, certe in aulis illud poëtæ cogitandum:

Omnia ſunt ingrata, nihil, feciſſe benigne, eſt.

Secundo, de continuatione.

1. Sic igitur ingreſſus aulam, cave plus principem,
Deum metuas; & hunc ardentibus votis precans invoca, ut te
ſtiſſimo hoc pelago, inter Scyllam & Charybdin navigantem,
gubernare & ſervare velit.

2. Tum vide, ut vir integer & bonus ſis: fideliter refer
narres omnia: non inferas igni oleum; non ſubſcribas conde
tioni innocentium: non turpis adulator ſis: in ſumma, recte ag
& vera dicendo vince invidiam.

3. Hoc animo cum ſis erga Deum & alterum, principi t
dem præſta & obſervantiam: ubi conſilium tuum requiret, ſis
didus, in veſtibulo palatum habens (ut imperator Fridericus
bat) poſita ſimulatione & diſſimulatione: negocia demanda
res diligenter, & quantum potes: omnium rerum agendarum a
rem ipſum habe principem, & quæ non ſunt tua mitte: poſtrem
abſente principe loquere tanquam ſit præſens, & pro ejus honore
pugna, quam de vita tua: nec præſentem contumacibus aut in
ſultis vocibus irrita.

Iratus ceu leo eſt, inquit rex Solomon.

A.M

4. Multum etiam ad favorem retinendum facit ingenium pla-
n & officioſum: ei quem princeps amat, obſequium & honorem
ere: Cum æmulis & adverſariis certare modeſtia & beneficiis:
lum etiam injurias acceptas muſſitare, mordaces ſermones le-
& decore repercutere: gratia principis & rerum ſucceſſu mini-
ntiad alios premendos: tum principe uti ut igne, non ſemper
ſſe, nec diu abeſſe: denique frontem habere ſerenam, linguam
m, mentem clauſam.
m conferam in ſummam: Homo aulicus in conſiliis ſit prudens
cumſpectus, in agendo juſtus & moderatus: in patiendo fortis
ſtans.
rtio, de abitu.
ſtremo non exſpectabis ultimam fortunam aulæ, præſertim ſi
ps nonnihil mutatus videatur, ſed rebus adhuc mediocriter
is honeſtam dimiſſionem petes, memor ejus, quod magnus
n princeps in ore habuit: Magna eſt magnatum gratia, ſed
:& quod ÆneasSylvius; Sues bene ſaginatas tandem in cœnam
i mactari: & quod imperator, Spongiam, quam bibit aquam,
eddere cogi.
. Epilogus concludat voto. Hæc ſunt, quæ orationi commi-
addere volui. Faxit Deus, ut ſive aulis, ſive aliis honeſtis lo-
deſtinarit, ita Spartam acceptam ornemus, ut futuri quo-
undi cives ſimus. Mundus enim hic præterit, & cupiditas ejus:
ro in cœlo Deus nobis paravit, manent in æternum.

XI. *Homini nobili tractanda eſſe arma & militaria.*

Exordium ducatur à diviſione temporum, quorum alterum pa-
lterum armorum.
. Propoſitio.
bili homini potiſſimum convenire officia bellica.
. Confirmatio.
1. Ordo nobilium originem ſuam habet ab armis & rebus in
præclare geſtis: hinc inſignia, prædia & privilegia majoribus
tanquam virtutis præmia.
2. Nulla virtus eſt hominem nobilem ornans, quæ non in
illuſtrior fiat: 1. pietas, ubi pro aris & focis cum periculo capi-
certandum: 2. prudentia in hoſtium conſiliis antevertendis,
metandis, inſtruenda acie, comminiſcendis ſtrategematis, &
ſmi: 3. temperantia, quando ſub dio excubiæ agendæ, in ſtra-

mine

mine aut humi cubandum, frigus, æstus, imbres, nives, fam
sitis perferenda; non alea & chartis, sed ensibus & sclopetis ter
terendum: denique vel leviſſimum delictum graviſſima pœna lu
dum: 4. fortitudo, quæ mortem levius fert, quam fugæ turpitu
nem: 5. juſtitia, pro qua defendenda arma ſuſcipiuntur, ut deinc
ſine injuria in pace vivatur: ita caſtra Scholæ, imo mera experim
ta ſunt virtutum omnis generis. Vide Valerium Maxim. de diſcip
militari.

3. Nec exempla deſunt excellentiſſimorum virorum, qui
ſtra ſequuti.

4. Vtilitas vero longe maxima eſt: ſiquidem omnes urb
res, leges, artes, religio, fortunæ unius cujuſque parentes, pat
propinqui, in tutela & præſidio ſunt armorum.

5. Privata vero commoda ſi ſpectemus, neque opes & divi
deſunt, cum virorum fortium ſint omnia: neque dignitates & ho
res non ampliſſimi patent, cum ſtrenuum militem etiam in tu
lum virtus comitetur, eumque præclaris monumentis poſteri
commendet. Vide Cic. 1. offic. & pro Muræna.

IV. Peroratio concludat hortatione.

Quapropter cum nobiles à virtute bellica nomen & ordinem ſu
habeant: cum in militia honeſtas & diſciplina militaris plus q
alibi ſplendeat: cum publica privataque res ſub armorum præ
tuta ſit: denique cum ex bellicis rebus magna gloria & opes com
rari queant: adoleſcentes nobili loco nati, ſimul atque per ætate
occaſionem poterunt, militiæ nomen dabunt, & pro Eccleſia,
patria, pro religione, juſtitia, libertate fortiter pugnabunt.

CXII. *Votum pro novo anno.*

I. Exordium ſumatur à conſuetudine veterum, quorum ali
lendis Ianuarii ſpecimen aliquod artis ſuæ edere, alii amicis ſtr
mittere, alii ad vota & preces conferre ſe ſolebant.

II. Propoſitio.

Cum vero piis precibus hoc calamitoſo tempore nihil magi
ceſſarium, ego qui nec opibus abundo, nec doctrina multa ſum
ditus, votis & precibus utar, paucis præmiſſis, quid hæ vicissi
nes temporum nos moneant.

III. Expoſitionis pars prima meditationem de temporum vic
inſtituat.

1. Sunt teſtimonium de Deo, ejuſque in natura conſervan
re

enda sapientia ac bonitate incomprehensibili. Vide Cicer. 2. de ura.

2. Commendant nobis bonum ordinem in omnibus rebus ndis observandum.

3. Monent de vanitate & inconstantia rerum humanarum.

4. Iubent cogitare de fine mundi, & æterno illo Sabbato, de sacræ literæ.

5. Postremo monent, ut pro præteritis Deo gratias agamus, entibus pie utamur, de futuris spem bonam habeamus: denique novo anno novam vitam ac mores induamus.

Expositionis pars altera fiat per inductionem ordinum vitæ, præ- sa semper & prædicata causa, cur pro iis precandum.

Primo, Ministri Ecclesiæ prædicant nobis verbum Dei, ex quo m recte agnoscimus, & in omnibus miseriis consolationem fir- m haurimus, denique regulam habemus sanctam & incorruptam; m in vita & moribus sequamur.

His precor, ut vitatis hæresibus & schismatibus veram nobis salu- viam monstrent, nec unquam consolandis, hortandis & monen- desint, donec cum ipsis perfectionem consequamur.

Secundo, Magistratus est custos justitiæ & pacis, pro capitibus & is nostris excubans.

Ei precor, ut pergat esse nutritius scholarum & ecclesiarum, nos- immunes à bello & seditionibus, sub umbra ejus tranquille, ho- e, ac pie ætatem agere possimus.

Tertio, Parentes & hospites sunt, apud quos vitam ducimus, & emus, quæ ad eam tolerandam necessaria.

Ab iis prohibeat Deus famem, pestem, incendia, eluviones & si- lia incommoda, ut eorum opera & labore nos quoque uti frui amus.

Quarto, Præceptoribus doctrinam & bonos mores, id est, ipsos mos saniores debemus.

His precor, ut profligata barbarie Deus iis augeat sapientiam; ctoritatem, aliaque dona ad nos docendos & regendos necessaria: eorum opera in religione, in linguis & artibus, in vitæ honestate progressius faciamus, quibus aliquando reipubl. usui, nobis no- isque ornamento simus.

Quinto, Mei suavissimi condiscipuli omnem mihi humanitatem convictus suavitatem præstant.

His precor, ut una mecum, secundum Servatoris exemplum, pro- iant ætate, sapientia & gratia apud Deum & homines.

Sexto, Civitas Bremenſis dat nobis halcyonia, & ad bonas lit tractandas facultatem & ocium.

Det ei Deus pacem & proſperitatem æternam.

Septimo, Poſtremo tota Eccleſia mater noſtra eſt altera, qua ex ſemine verbi divini regenitos pro filiis ſuis habet, & in ſpem h ditatis cœleſtis educat.

Ei precor glorioſam victoriam contra omnes hoſtes ſuos, pr gationem per omnes gentes, & triumphos perennes in cœlo.

IV. Epilogi loco ſit precatiuncula ad filium Dei, ut vota confirmet.

CXIII. *Hortatio ad clementiam.*

I. Exordium excuſet παῤῥησίαν monendi, culpa conjecta in latores, qui optimum principem ſævire faciant, & ſic invidiæ puli, imo etiam periculo non levi objiciant.

II. Propoſitio.

Benefacturum principem, ſi ſubditos paterne & clementer tra

III. Confirmatio.

1. Exemplum Dei, qui non agit nobiſcum pro meritis, miſericors eſt, & ad ignoſcendum paratus.

2. Exempla optimorum principum, qui ſupplices recep in gratiam, aut ſaltem pœnam mitigarunt, & in tributis exige admodum moderati & parci fuerunt.

3. Princeps tanquam populi pater eſt, cui pro magno pec (ut comicus ait) paululum ſupplicii ſatis eſt.

4. Laus & admiratio clementiæ apud mortales omnes.

5. Fructus in conciliando amore ſubditorum, & firm regno: cum ex adverſo crudelitas odia & ſeditiones concitet, demque auctores ſuos evertat.

IV. Epilogus iterum excuſet admonitionem, & principi pro bene. Vide Cicer. 2. offic. & pro Marcello.

CXIV. *Dehortatio à ſocietate armorum.*

I. Exordium cauſam dicendi exponat, quod à republ. per le conjunctio armorum contra vicinum principem petatur.

II. Propoſitio:

Non videri conſultum, ut bello non neceſſario civitas ſe imp

III. Confirmatio.

1. Bellum eſt immane quoddam & beluinum decertandi genus.
2. In bello omnium rerum triſtis eſt facies, agriculturæ, mer-
turæ, artium, judiciorum, vicorum, urbium.
3. Bellum omnis generis calamitates affert, famem, peſtem,
les, rapinas, & ipſorum quoque morum corruptelam & barba-
ni.
4. Et victum & victorem pariter exhaurit.
v. Epilogus ſuadeat, ut populares medii ſint, & ab utraque de-
rantium parte ſecuritati ſuæ caveri curent, quandoquidem in ejuſ-
di tragœdiis ſemper tutius ſpectatorem, quam actorem agere.

CXV. *Deteſtatio mendacii.*

. Exordium à generali paræneſi de peccatis fugiendis.
1. Propoſitio.
Maxime vero abſtinendum eſſe à mendacio.
11. Confirmatio.
1. Mendacium auctorem & patronum habet Satanam.
2. Habet inimicum & ultorem ipſum Deum.
3. Eſt bonis omnibus odio.
4. Trahit ſecum multa alia vitia.
5. Nulla cum mendace haberi poſſunt fœdera, pacta, com-
tia.
6. Mendaci ne verum quidem dicenti fides habetur.
v. Epilogus commendabit amorem veritatis & ſinceritatis.

CXVI. *Suſcipiendos eſſe, qui propter religionem, vel aliam honeſtam cauſam exulant.*

. Exordium ſit ab occaſione dicendi: quod multi adventarint
ites, qui poſſeſſionibus ſuis ob religionem motam exturbati ho-
um petant.
1. Propoſitio.
os recipiendos, & omnibus humanitatis officiis proſequendos
11. Confirmatio.
1. Omnes Chriſtiani ſunt fratres.
2. Cauſa exilii pia & miſerabilis.
3. Deus vult, ut ſociis fidei noſtræ ſuccurramus.
4. Et quod iis fit, ipſi fit Domino.

5. Fecerunt id ſancti quovis tempore.

6. Ipſi ethnici hoc humanitatis officium exulibus præ

7. Deus eventum bonum præſtabit.

IV. Epilogus collaudet hoſpitalitatem popularium, iiſqu exulum commendet.

CXVII. *Hortatio ad vitam ſolitariam.*

I. Exordium ſumatur à ſtultitia hominum, qui ſtudiis vitam per ſe gravem difficiliorem faciunt.

II. Propoſitio.

Te igitur ſolitudinem & honeſtum otium amare.

III. Confirmatio.

1. Solitudo magiſtra ſapientiæ. Vide exempla Patriar Philoſophorum, Poetarum, Oratorum, Theologorum, corum.

2. Eſt libera à perturbationibus, & peccandi illecebr

3. Minus periculoſa aliiſque gravis. Vide contra quam leſtiæ habeat œconomia, ſchola, reſpubl.

4. Finis omnium actionum.

IV. Epilogus hortatione concluſa, ſimul doceat, quo cium recte collocari poſſit.

CXVIII. *Hortatio ad vitam civilem & negoci*

I. Exordium ſit prolepticum, quo te à φιλονικείας crim ges: nimirum quia veritas nunquam non defendenda.

II. Propoſitio fiat per diſtinctionem: non te reprehend vel excellenti ingenio doctrinæ ſe dediderunt: aut valetudinis litate, aut aliqua graviore cauſa impediti, à rebus agendis r ſed cum iis tibi negocium eſſe, & hos ad ſaniorem mentem velle, qui habent à natura adjumenta rerum agendarum, vitam omnem ſilentio & ocio, velut pecora transigunt: alios alto ſupercilio deſpiciant, ſive quod labores & moleſtias

III. Confirmatio.

1. Homo ad ſocietatem conditus eſt, ut apparet ex ſermonis, & internis animi motibus.

2. Virtus in ſocietate plus materiæ habet & lucis.

3. Et adjumenta quoque plura commode vivendi.

IV. Confutatio argumentorum adverſarii.

Non tam ſpeculando quam agendo ſapientia comparatur.
Offendiculis & periculis opponenda prudentia, virtus, pre-
ſolitarii ſuas quoque habent tentationes & titillationes pra-
lerunque ſunt homines moroſi & inepti: denique à periculis
ſus immunes.
Homo non ſibi, ſed alteri quoque natus.
ilogus rejecta vita ſolitaria hortetur ad ſocietatem & vitæ
Vide Cic. 1. offic. Plutarch. in libello, An recte dictum, la-
e vivendum.

CXIX. *Contra uſuras.*

rdium ſit in deteſtatione avaritiæ, ut quæ contra humani-
naturam, & ſimul cauſa eſt plurimorum malorum.
ropoſitio.
iæ ſpeciem eſſe fœnerationem, quæ omnibus modis fu-

Confirmatio.
, Prohibita eſt lege divina. Exod. 22. Levit. 25. Deut. 25.
Proverb. 18. Ezech. 18. Luc. 6. Huc pertinent teſtimonia
orum excellentium: item jus Canonicum.
do, Pugnat cum lege naturæ & æquitatis. Vide teſtimonia
ſapientum inter ethnicos: ut Solonis, Lycurgi, Platonis,
is, Catonis: item quæ de Indis Ælianus refert, & de Ger-
acitus.
o, Exhaurit facultates alienas: ſibi & poſteris conflat iram
ictionem Dei: & totas ſæpe reſpubl. in ſeditiones conjicit.
l. 2. Tacit. 5. Annal.
pilogus hortetur ad caritatis officia non cauponanda, ſed
æſtanda liberali.

CXX. *Pro uſuris moderatis.*

ordium ſit prolepticum. Vitandam eſſe avaritiam, ſed nec
dam rei familiaris amplificationem, quæ nemini noceat.
Propoſitio fiat cum hypotheſi.
de cauſa non omnem prohibendam eſſe fœnerationem, maxi-
r mea pecunia lucrum facere poſſit, aut ea non ſtato tempo-
da mihi noceat.
Confirmatio ſumi poteſt

1. Ab officio gratianimi.

2. A pari. Nam pro locatione domus, fundi, operæ, & milium accipi potest lucellum.

3. A necessitate vitæ: quia pecuniæ collocatione remota, negotiationes exerceri, nec viduis, pupillis, & similibus recte prospici potest, multæque aliæ vitæ commoditates impedientur.

4. A legibus civilibus. Vide Titul. 32. libr. 4. codicis.

IV. Confutatio argumenta proposita interpretetur de usuris moderatis, & quæ sumuntur à pauperibus.

V. Epilogus addat tres usuræ restrictiones.

1. Ne à paupere sumatur.

2. Vt sit modica & legibus definita.

3. Vt absint sordes & avaritia.

CXXI. *De communione facultatum.*

I. Exordium sit in commendatione vitæ, quæ est secundum naturam.

II. Propositio.

Talem vitam fore, si omnia communia sint.

III. Confirmatio.

1. Deus cuncta sine discrimine dedit. Gen. 2.

2. Communio rerum est vinculum amicitiæ & concordiæ civilis: ut non litibus, non bellis amplius locus futurus.

3. Aptior est ad meditationes rerum divinarum: unde Scholæ & Monasteria.

4. Habet exemplum Apostolorum & primitivæ Ecclesiæ.

5. Imago est futuræ vitæ.

IV. Epilogus hortetur, ut respubl. instituatur, qualem Plato describit, & Ecclesia Apostolica exemplo suo comprobavit.

CXXII. *De rerum dominio.*

I. Exordium sumatur à præcepto Apostolico de probandis spiritibus. Multa enim prætendi, quæ sub specie veritatis noxios errores occultent.

II. Propositio.

Tale esse consilium Anabaptisticum de tollendo rerum dominio, quod nullo modo placeat.

III. Confirmatio.

1. Lex

1. Lex divina pariter & humana ſancit rerum dominia: id quod ex interdicto furti, & tot rerum contrahendarum cautionibus quas nulli non populi & reſpubl. habent.

2. Poſſeſſio rerum neceſſaria eſt ad multorum ignaviam & inſolentiam coercendam.

3. Eſt materies virtutis & liberalitatis.

4. Communio iſta pugnat cum natura, quæ ut ſuum ſingulis animalibus pabulum, & partibus corporis ſuum cuique munus tribuit, hominibus ſuas ſingulis partes, ſuaſque res eſſe vult, quas cum ratione acquirant & virtute tueantur.

5. Alia ratio fuit hominis ante lapſum, alia poſt eum: aliæ Heroſolymis & primis temporibus Apoſtolorum, cum Eccleſia pauperrimum familiis conſtabat, alia poſtea quam infinitus jam Chriſtianorum numerus factus per omnes orbis partes: alia denique in cœlo, alia in futura vita.

6. Ipſæ ſocietates Scholaſticæ & Monaſticæ ſuum peculium habent, & operas diviſas.

7. Plus litium & incommodorum è communione, quam diviſione facultatum foret. Vide hiſtoriam Anabaptiſticam.

8. Nullum exemplum communionis Platonicæ dari poteſt, præter illud quod tempore neceſſitatis de Apoſtolis memoratum.

IV. Epilogus commendet conſenſionem animorum, & rerum earum liberalem communicationem ac uſum.

CXXIII. *De magiſtratu perpetuo.*

I. Exordium ducatur à proverbio: quod omnis mutatatio periculoſa.

II. Propoſitio.

Quod cum nullis magis, quam functionibus publicis conveniat, eſſare ut idem magiſtratus maneat.

III. Confirmatio.

1. Perpetuus magiſtratus plus habet auctoritatis.

2. Plus item experientiæ: quod comparatione cum re œconomica, medica, nautica, militari, judiciali docebis.

3. Eſt minus gravis ſubditis. Vide fabellam de novis hirudinibus vulpeculæ.

IV. Epilogus concludat pro magiſtratu continuando.

CXXIV. *Pro magistratu ambulatorio.*

I. Exordium contradicat proverbio ab antecessore usurpato: terdum mutationem perutilem esse.

II. Propositio:

Id maxime in republ. perspici, ubi mutatio magistratus mul conducat.

III. Confirmatio.

1. Mutatio illa frænum est avaritiæ & tyrannidis.
2. Incitamentum virtutis.
3. Vinculum concordiæ & pacis civilis.
4. Sæpe etiam necessaria ob animum tandem senescentem.
5. In multis rebuspubl. utiliter usurpata: in populo Israelit Spartæ, Athenis, Romæ, & nunc quoque in locis non paucis.

IV. Epilogus pronunciet à magistratu temporaneo.

CXXV. *Sententia media.*

I. Exordium ducatur à consilio Aristotelis in politicis, de for reipubl. cui assuetis ea nullo modo mutanda.

II. Propositio.

Quod etiam de magistratu, sive is perpetuus, sive certi sit tempo intelligendum, certis tamen conditionibus.

III. Expositio tres hypotheses proponat.

1. Oportere summum aliquem magistratum esse, à quo re qui dependeant: id quod natura, & omnium gentium & rerumpu exempla commonstrant. Eum perpetuum posse esse ob causas a ditas.

2. In constituendo magistratu multa quidem considerandа nire; ætatem, patriam, familiam, fortunas, studia & vitæ gen sed maxime virtutem spectandam; quam quis rei civilis pruden quamque justus, fortis, temperans sit. Inde consilium sumendu magistratum eligendi, retinendi, mutandi.

3. Summam potestatem circumscribendam & moderanda esse legibus & consilio publico: ab inferioribus etiam vitæ & reru gestarum rationes exigendas, & pro recognita agendum. Vide co suetudines Persarum, Macedonum, Romanorum.

IV. Epilogus moneat, ut in republ. omnia decenter & bono co silio fiant.

CXXV

CXXVI. *De legibus reipubl. non temere mutandis.*

I. Exordium commendabit duo vincula rerumpublicarum; ju-
iam, & concordiam.

II. Propositio.

Cum vero hanc ob causam inventæ sint leges, non facile eas mu-
ias esse censeo.

III. Confirmatio.

1. Leges sunt reipubl. fulcra.

2. Vetustissimum plerumque optimum.

3. Sapientes homines semper steterunt pro legibus. Vide exem-
Lycurgi, Zaleuci, Epaminondæ, T. Manlii, Catonis.

4. Legum contemptus in ipsum magistratum, tandemque te-
rempubl. redundat. Vide exempla Laconum, Athenienſium,
panorum, Romanorum.

Addatur correctio à duplici conditione legum: ut conveniant cum
divino ac naturali, ipsaque adeo æquitate: & ut accommodatæ
temporibus. Nam salus populi suprema lex est. Sin minus, ab-
ari posse: quemadmodum multa in vita mutata sunt: victus,
s, bella. Vide leges Draconis, legem Oppiam, imo multas
que leges tum ecclesiasticas tum civiles. Vide Valerium de lege
pia, Liv. 4. Decad. 4.

IV. Epilogus moneat, ut si quid temporibus mutandum, id fiat
uro consilio, & auctoritate publica.

CXXVII. *Lex Platonis de hæreditate liberorum.*

I. Exordium sit prolepticum, quo ita laudetur philosophus, ut
ubi tamen lapsum fuisse intelligendum: id quod in multis obser-
t Aristoteles Platonis discipulus.

II. Propositio.

In his esse legem qua sancit, ut in singulis familiis singuli tantum
redes sint, reliquis sive liberis, sive cognatis exclusis. Hanc legem
e puto servandam esse.

III. Confirmatio.

1. Injustum est, ut ejusdem parentis filii, aut qui in eodem
gradu cognati, non æqualiter patrimonium dividant.

2. Pugnat cum æquitate liberis ac gentilibus debita.

3. Concitat inter liberos & familiares odia & capitales inimi-
as.

4. Lex Mosaica seu potius divina æquius de hæreditatibus sa

IV. Addatur confutatio argumentorum contrariorum.

1. Quod sic rectius familiarum dignitas servari possit: cui ponatur justitia & æquitas, quæ non fert, ut mala committa propter bonum quod videatur.

2. Quod Abrahamus Isaacum hæredem ex asse instituerit, garis & Cethuræ liberis præteritis: ad quod respondeatur, non ex plis, sed legibus judicandum esse: & Abrahamum habuisse pecu re mandatum de Isaaco, ut typo Christi.

3. Quod hanc legem regna florentissima, Angliæ, Scotiæ alia sequantur: quibus contraria statuta aliorum regnorum oppon neque id te velle ostendes, ut consuetudines populorum longo receptæ abrogentur: (hoc enim fieri sine ruina non posse) sed u advocentur, ubi æquiora jura haberi queant.

V. Epilogus addat Epiphonema de justitia publice privatim colenda: in eo sitam esse salutem omnium.

CXXVIII. *Lex castrensis Hippodami.*

1. Exordium sumatur à dicto Solonis, qui rempubl. contineri a bat præmiis & pœnis.

II. Propositio.

Hanc causam esse, cur optandum, ut lex militaris Hippoda in usum revocetur, qua jussit, ut qui fortiter in prælio milites c cubuissent, publice sepelirentur, eorumque viduæ & liberi hone alerentur. Aristot. in Polit.

III. Confirmatio.

1. Iustum est, ut qui pro patria vitam impenderunt, à pat quoque præmiis ornentur. Vide Cicer. pro Muræna.

2. Viduarum & orphanorum cura ab ipsomet Deo manda & sapientum legibus comprobata est.

3. Publice prodest, virtutem honorabilem esse. Omnes en incenduntur ad studia gloria.

4. Addantur exempla tum rerumpubl., ut Athenien sium, Sp tanorum, Romanorum: tum regum & imperatorum, ut Cyri, A lexandri M., Augusti, & aliorum. Huc pertinent præmia sacræ mi tiæ à Servatore proposita.

IV. Epilogus commendabit officia fortium militum, addito v to pro defensione & pace publica.

CXXIX

CXXIX. *Pittaci lex in ebrios. Aristot. in Ethic. & Politic.*

Exordium sit in querela de pervicacia humana, quæ vix severis à vitiis prohibeatur.

i. Propositio.

ic intellexisse Pittacum, cum legem ferret, ut qui ebrius pec- duplici pœna mulctaretur: quæ sanctio nunquam magis, quam emporibus necessaria.

ii. Confirmatio.

1. Iustum est, ut ubi plus delicti, etiam pœna exasperetur. ecurres in detestationem peccatorum, quæ ebrii in Deum, in um, in se ipsos committunt, & quidem secundum ordinem egi.

2. Interest reipubl. cives frugi & modestos esse. Vide Scholam goræ apud Iustinum lib. 20.

3. Addi possunt testimonia & comminationes divinæ in ebrios.

. Epilogus hortetur ad sobrietatem, ne experimento legis opus sit.

CXXX. *Contra ἀνηδίαν, sive securitatem.*

Exordium sumi potest à statu periculoso, in quo homo degit undique circumstantes hostes: 2. licet id minime attendat: tam horrendi lapsus, & insperatæ calamitates contingunt.

. Propositio.

a de causa è re nostra erit, ut excusso veterno & securitate car- cauti in omni vita simus, & tanquam in specula contra hostem s, ne imprudentes inopinato aliquo casu evertamur.

i. Confirmatio sit ab utili: quod industriis & vigilantibus melius habent; securis & negligentibus omnia pejus. Id de- ur triplici inductione.

ima sit domestica. ubi vide quid diligens inspectio ad rem fa- em, & ad educationem & mores liberorum conferat: quid ne- s noceat, servis nequam rem & mores proterentibus: id quod um fabulæ, Xenophontis œconomicus, ipsaque experientia atur.

a sine custode exspatians pudicitiam amittit, & totam domum periclitari facit: puer Iosephus sine pædagogo dimissus, in fra-

trum

trum insidias incurrit. Vide proverbium: Oculus Domini fa equum.

Pertinent huc incommoda itinerum & negociationum inc rum.

Altera inductio politica sit, tum armorum, tum pacis. In a nihil æque nocet, quam securitas. Vide exempla cladium bellica quarum causa temeritas ducum. In pace per magistratuum incu & oscitantiam irrepunt vitia omnibus bellorum damnis magis p ciosa; ut luxuria, injustitia, stupra, ebrietas: quæ primum m deinde rem, tandem ipsum imperium & tranquillitatem publica vadunt & perdunt. Vide exempla Assyriorum, Persarum, G rum, Romanorum, Germanorum, & aliorum: item princip qui ex optimis in pessimos degenerarunt.

Tertia inductio sit Ecclesiastica & ordinis religiosi, qui facil bem concipit, hominibus (maxime episcopis & pastoribus) in timore Domini viventibus, & gregis curam non habentibus explicetur tripliciter. 1. A causa Satanæ, qui nunquam non in stram perniciem intentus est, & mille artes contra nos habet. parabolam Christi de zizaniis, & Acontium de strategematis Sat 2. Ab exemplis tum singulorum sanctorum, qui per incuriam g ter lapsi; ut David, Petrus, & alii: tum integrarum Ecclesiar Iudæa, Græcia, & locis occidentalibus, horribiliter deformat scilicet quia rectores officio suo defuerunt. Vide omnium concilio historiam, item mysterium iniquitatis Romanensis; item tragœ Anabaptisticam, & infelix schisma, quod nostra memoria in B è scholis in totam rempubl. erupit. 3. A monitis prophetarum, C sti, & Apostolorum: ut vigilemus & oremus.

IV. Epilogus urgeat suasionem, additis precibus, ut ipse D nus cavere nobis velit, & spiritum largiri sapientiæ & constanti

CXXXI. *De Christo militiæ spiritualis duce. ad imitat. commendationis Pompeii.*

1. Exordium sumatur à militiæ nostræ difficultate. 1. Verum quod sanctus Iobus ait: Hominis vitam perpetuam militiam e Multa enim sunt, quæ nos infestant: Satan, mundus, & nost sorum caro. 3. In hoc certamine vel sanctissimi quique labi po ut exempla testantur Davidis, Petri, & aliorum. 4. Aguntur a hic res longe maximæ: fides, conscientia, ipsaque salus æterna

II. Propositio.

1. Quæ cum ita ſint, faciamus, quod in omnibus bellis pri-
um eſt, ut bonum ducem, ſub cujus auſpiciis pugnemus, nan-
emur.

2. Is eſt dominus noſter Ieſus Chriſtus.

II. Confirmatio ſumatur à deſcriptione boni imperatoris, in
requiruntur quatuor.

Primum eſt ſapientia. Sane Dominus noſter novit hoſtes: novit &
lum eis reſiſtendi: quippe in quo omnes theſauri ſcientiæ: quique
tentatus eſt in omnibus.

Alterum eſt fortitudo & potentia. Huic regi omnes creaturæ mi-
æ: cohtraque eum nec conſilium, nec robur ullum conſiſtere
ſt. Teſtantur id victoriæ, quas inde à rerum initio de ſuis & ec-
æ hoſtibus reportavit. Vide hiſtoriam Eccleſiæ.

Tertium eſt amor & fides erga milites. Quid enim non amet nos,
mortuus eſt pro nobis, & promiſſa novis ſemper beneficiis cumu-
Vide exempla defenſionum ac liberationum piorum.

Poſtremum eſt largitas in laboribus militaribus compenſandis.
fer hic munera maximorum principum cum iis præmiis, quæ
er Dominus non ſolum in hac vita quotidie largitur, ſed porro
n in cœlo fidelibus ſervis ſuis daturus eſt. Adde quod ipſe Deus
ducem nobis commendet, quodque cum eo omnes pii victores
re.

V. Epilogus tria habeat.

1. Hortationem, ut Chriſtum in pugna contra hoſtes animo-
noſtrorum ducem ardenter invocemus.

2. Conſilium, ut in certando ejus exemplum & ductum ſequa-
: in ſecundis ejus humilitatem, manſuetud nem & continen-
: in adverſis patientiam & conſtantiam: in dubiis, preces &
antiam imitantes.

3. Preces ad filium Dei, ut noſtræ infirmitati ſuo robore, ig-
ntiæ ſapientia ſua ſuccurrat, & Satanam pedibus noſtris, tan-
n cœleſtis Ioſua ſubjiciat. Poteſt etiam pro epilogo eſſe oda D.
eri in Pſal. 46. latino carmine tralata.

CXXXII. *Hortatio ad caſtitatem.*

Exordium ſumatur à dicendi cauſa per comparationem impa-
1. Cum multis vitiis obnoxia eſt noſtra ætas: tum inprimis
endum à libidine. 2. Cauſæ ſunt fervor ætatis, prava exempla;
boli inſidiæ. 3. Hinc Scipio ad Maſaniſſam, non tantum, ait,

ab

ab armatis hostibus periculi timendum, quam ab undique stante voluptate. 4. Quod cum ita sit, paucis castitatis fru bis commendabo.

II. Propositio sit trimembris.

Dicam igitur 1. in quibus consistat castitas: 2. quibus colenda. 3. quibus remediis contra libidinis æstum utendu

III. Expositio primæ partis quatuor officia castitatis quæ sunt:

1. Mundities cordis.
2. Sermo verecundus.
3. Gestus & habitus honestus.
4. Vita ipsa casta, & ab omni immunditie pura. Pro sit Iosephus Patriarcha.

Secundæ partis tractatio duas rationes afferat castitatis easque per antithesin.

1. Deus, Angeli & probi homines favent castis: c scortatores.

2. Castitas est fons omnis boni: contra scortatio om secum trahit: nimirum

1. Offendit Deum.
2. Lædit conscientiam.
3. Obest famæ.
4. Nocet valetudini.
5. Corrumpit animum.
6. Exhaurit opes.
7. Incommodat soboli.
8. Irritat iram Dei non tantum privatim, sed etia

Expositio tertiæ partis quadruplex consilium det.

1. Ponatur ante oculos pulchritudo castitatis, & deformitas.

2. Consideretur unio cum Christo & ejus sancto Spi

3. Vitentur illecebræ & flammæ libidinis, ut ebrie spurca colloquia & scripta, vicinitas & commercium c bus libidinosis, & similia.

4. Invocetur spiritus castimoniæ.

Hæc exemplis & testimoniis è sacris & profanis literis d

IV. Epilogus repetita summa orationis, preces addat casto.

XIII. *Gadus vates nomine populi Iſraelitici, mortuo , hortatur Davidem ad capeſſendam rempubl. Qualis t. Cyri apud Xenoph. lib. 7. Agrippæ ad Auguſt. apud lib. 3.*

ordii loco ſit querela de triſti interitu Saulis, & ſtatu populi qui inde conſequutus, ex 1 Sam. 31.

ropoſitio.

am omnem ſpem ſalutis habere in Davide, rogareque humi- dminiſtrationem regni ſuſcipere velit.

Confirmationis loci t. es ſint.

A legitimo: quod jam ante decennium à Deo ad regnum & ob hanc cauſam adverſus tot tantaſque perſequutiones r ſervatus ſit: denique nunc à populo deſideretur. Vide 1 Sa- &c.

Ab utili publico: quod rem afflictam patriæ reſtituere, de- ia bene mereri poſſit. Hic duo urgebis: 1. cauſam hujus ſpei, ex promiſſionibus divinis, & rebus ante feliciter theſin de pietatis officio, quod civis patriæ, religioſus Ec- t. Imitari hic potes Cicer. pro Marcel. in fine.

Ab utili privato: quod ſic è tenebris ad lucem, è turbato ietum pervenire, denique opes & immortalem gloriam oſſit. Hic theſin tractabis de ſtudio emergendi, & gloriæ nnato. Vide pro Archia & Marcello.

onfutatio reſpondeat ad argumentum Davidis de difficulta- iculis cum imperio conjunctis. Vbi duo agantur. 1. Con- gnum rem eſſe arduam & difficilem, quemadmodum ſatis perientia. Vide epiſt. Cicer. ad Quintum fratrem. 2. Con- on ideo tamen, ſi legitima vocatio adſit, recuſandum: n nobis tantùm, ſed etiam patriæ & Eccleſiæ naſcimur: r eſt prudens, & fortis, qui providere, vel ſaltem tolera- ere tales difficultates poſſit: 3. Deum, cujus patrocinium ultis modis expertus, adjutorem ſit habiturus.

ratio 1. repetat ſuaſionem de regimine ſuſcipiendo: 2. ad- in repræſentatione populi Davidi ſupplicantis, omnem- c operam pollicentis, quemadmodum orator pro Marcel.

CXXXIV.

CXXXIV. *David moribundus nuncupat successorem s Solomonem, & commonefacit officii sui. ex* 1 *Reg.* 1. *præter sacras Cicer. epist. ad fratrem, & Horologium p cipum.*

I. Exordii loco paucis narrat proceribus cursum vitæ suæ, & r quantum in ipso, fideliter administrati: & quod nunc instet fini quo Deo gratias agit.

II. Propositio orationem vertit ad Solomonem, eumque s sorem designat: addita prolepsi de ætate filii vix matura, quod ita visum, sibique id maximæ curæ sit.

III. Explicatio paræneticа sextuplicem institutionem re continet.

1. Commendat filio curam Ecclesiæ & puræ religionis, ut felicis gubernationis fundamentum sit: id quod testimoniis & ex plis confirmat in utramque partem. Moses & Iosua propter pie studium feliciter egerunt: Saul contemptor religionis se & popu evertit: ipse David propitio & irato Deo pro moribus suis usus.

2. Vult scholarum quoque & educationis juventutis ratio haberi: quod scholæ sint seminaria florentis œconomiæ, reipub Ecclesiæ: quam ob causam ipse quoque Solomon Nathani prop in disciplinam traditus. Vide Muret. orat. 2.

3. In judiciis exercendis jus & æquum sequi jubet: idemq præfectis & ministris regiis requirit. Vide Exod. 18. Deut. 1. 2 19. Psal. 101. Cicer. ad Quintum fratrem, Schedam regian gapeti.

4. Consultum etiam vult rei familiari subditorum, ut agri tura, opificia, & mercatura in bona pace obiri, & recte curari sint: siquidem civium opes thesauri & firmamenta sunt reipubl. Cicer. 2. offic. & pro lege Manilia.

5. In bellis vult esse cautum & fortem: ut nulla nisi pia & cessaria bella suscipiat, suscepta vero magno & intrepido a gerat.

6. Postremo in omnibus rebus gerendis sit æquus, moder impiger, cæteraque commendet Deo.

IV. Peroratio triplex pathos addat.

Primum paræneticum sit: ut meminerit se ducem populi esse proinde bono exemplo præeat: nimirum regis mores vulgari.

Alterum consolatorium: ut Deo fidat recte agens: eum enim

tis & piorum principum adjutorem & defensorem esse.
postremum commendatitium ad proceres: ut novitio regi fideles
obsequentes sint: id quod eos per beneficia sua populo præstita,
majestatem regiam, per vindicem Deum obtestatur.

XXXV. *Clitus hortatur regem Philippum, ut filium Alexandrum ex aula Athenas mittat, & instituendum det Aristoteli. Vide Curtium, & de educatione principis, Erasmi Roterodami, & Conrad. Heresbach.*

I. Exordium sumit à dicendi causa, quod rex ex ipso scire volue-
, quid puero Alexandro faciundum: quod proinde paucis indicare
tur, regiæ prudentiæ tamen nihil præscripturus.

II. Propositio triplex consilium complectitur: ut Alexander in
is literis instituatur: ut id accurate & prudenter fiat: ut ad
rem adhibeatur Athenienſis philosophus Aristoteles.

III. Confirmat primum consilium: quod à proba educatione
cipis pendeat felicitas gubernationis & subditorum salus. Vide
quid literæ & boni mores in principe possint.

Alterum consilium inde probat, quod in Alexandro indoles ani-
versa generosa, quæ prout assueverit plurimum regno commo-
ra vel nocitura. Vide locum philosophorum de dotibus naturæ
rtunæ, tam mali, quam boni administris. P. Ramus in præfat.
Catil.

Ad tertium consilium pertinet, quod Athenis plus frugalitatis,
nisque adulatorum sit, quam in aula: & quod Aristoteles vir sit
tus, probus, disertus, & apud discipulos auctoritatis magnæ:
es magistri præ cæteris quærendi pueris regiis. Plutarch. de
cat.

IV. Conclusionis loco 1. excusat libertatem orationis: 2. optat
xandrum ita adolescere, ut tali & regno & patre dignus evadat.

CXXXVI. *Parmenio hortatur Alexandrum, ut regis Darii filiam Roxanen uxorem ducat. Vide Plutarchum.*

I. Exordii loco est insinuatio, quod Alexander in omnibus patre
Philippo felicior, hoc uno excepto, quod talem filium nondum sus-
cerit: scilicet armis hactenus districtus.

II. Petit etiam se clementer audiri.

2. Propositio est: si hominis senis & in omnibus rebus consilium Rex admittere velit, suadere sese, ut Darii regis Roxanen ducat.

III. Confirmationis loci sunt quinque.

1. Quod conjugium ipsa commendet natura.

2. Quod ætas regis satis jam matura, quippe ultra annum gesimum tertium progressa: ubi locus de genitura & educandi bolis, parente viribus integro. Vide politic. Aristot. & Pl pædagog.

3. Quod virgo tali rege digna: quippe cui omnes doctrinæ stris fæminæ; regni natales, spectabilis forma, florida ætas, venusti & suaves, animus intrepidus. Vide locum de laude mu 1 Rhet. Aristot.

4. Quod hoc pacto regnum Persicum, majori cum tranquillitate & securitate retinere possit, proceribus & cognatis regiæ tate junctis.

5. Quod sine prole discessurus, materiam maximorum tuum relicturus sit, imo non familiam duntaxat paternam, sed regnum Macedonicum in discrimen tracturus: ubi quasi vaticinio de bellis postea subsequutis. Vide Iustinum.

IV. Peroratio habet votum felicis successus, & pathos in sentanda sobole patri Alexandro simili.

CXXXVII. *Porus Indus ab Alexandro captus castigat ejus vitia. Vide Plutarch. & Iustin.*

I. Exordii loco est prolepsis, quod tametsi captivus sit, & ea domini sui regis offensionem omnibus modis cavere debeat, non possit, quin animi sui sensa libere dicat. Sic enim se esse, nec clementiæ regis alia ratione se rependere posse.

II. Propositio cum parrhesia: si dicendum quod res sit, bi alium videri Alexandrum, quam hactenus fuerit: id minime vano laudi futurum.

III. Confirmatio fit per antithesin Alexandri bene se nunc degenerantis.

In priori parte laudetur ejus prudentia, iustitia, fortitudo deratio: in posterioricastigetur ejusdem impietas, superbia, tas, luxuria. Vide historiam.

IV. Peroratio monet, ut hæc vitia corrigat, brevi alioqu riturus: ubi quasi divinando repræsentetur id quod postea acci

CXXX

CXXXVIII. *Admonitio ad magiſtratum de fucis rerumpubl. profligandis.*

Exordii loco ſit querela de morum corruptelis paſſim invale-
us, & damnis, quæ inde conſequuntur: cujus mali cauſa non
a ſint homines inutiles & tantum fruges conſumere nati, qui-
ſim civitates & pagi redundent.

Propoſitio.

Re igitur facere magiſtratum, ejuſmodi ſtercoramenta è fini-
ejicientem.

Confirmatio ſit ab utili: ſicut corpus à ſuperfluis humoribus
dum eſt, ne in morbum incidat: ſic rempubl. ab inutili ho-
fæce liberandam, ne totæ civitates inficiantur. Hoc declare-
uctione. Vt ſunt:

. Hæretici religionem contaminantes.

. Fœneratores, injuſtis uſuris cives exhaurientes: quæ res
& alibi multum turbarum dedit.

. Mendici ignavi, in quorum numero etiam monachi multi.

. Decoctores & ocioſi ventres: quales Ægyptii, Athenienſes,
populi etiam pœnis affecere.

. Qui vanas artes profitentur, ut aleatores, funambuli, præ-
ores, & ſimiles: qui tantum hirudines ſunt rei alienæ, & ju-
s corruptores, denique faces & alimenta turbarum & ſedi-
.

Peroratio moneat, neminem niſi artem honeſtam, unde vi-
rofeſſum, ferendum eſſe.

CXXXIX. *Conſultatio de ærario. Non expedire principi amplum ærarium.*

Exordium ſumatur à reprehenſione adulatorum, qui ſubinde
es ad tributa augenda inſtigant, ſcilicet ut ærarium amplius

Propoſitio:

od quam non ſit è re principis, paucis oſtendam.

. Confirmationis loci ſint quinque.

. Fiducia opum incitat ad bella non neceſſaria, ut patet ex
lis Cræſi, Athenienſium, Antiochi, Perſei & aliorum.

. Pecuniæ multæ ſtruuntur inſidiæ: foris irritat hoſtem: do-

mi inhiant ei parasiti & sycophantæ, quos hac de causa impe
Constantinus tineas & sorices palatii vocat.

3. Non potest admodum crescere ærarium sine damno &
dia subditorum, quod initium ruinæ principum est: Vnde I
nus imperator fiscum cum splene comparabat.

4. Maximæ res gestæ sunt à principibus & gentibus mi
opulentis. Vide veteres Persas, Macedones, Romanos, Scyt
Germanos.

5. Crescentibus opibus decrescit virtus: succedit luxuria,
ritia, injustitia, tandemque regni & reipubl. ruina. Vide it
exempla.

IV. Epilogi loco monebis principem, ut modicis thesauris
tentus sit, & imperare divitibus malit, quam ipse dives esse, u
rius Dentatus ajebat.

CXL. *Non prorsus negligendum esse ærarium.*

1. Exordii loco probetur antecessoris sententia, quatenus ad
derationem spectet, & subditos non nimium onerandos: id quod
glubere, non tondere est pecus, ut imperator Tiberius dixisse fer

II. Propositio sit:

Non tamen omnino negligendum esse ærarium.

III. Confirmationis loci sint quatuor.

1. Omnes principes sapientes, & bene constitutæ respubl
rarium habent.

2. Non improbat id scriptura: nec desunt piorum reg
exempla.

3. Ipsa necessitas suadet: siquidem pecunia est subsidium
clesiarum & scholarum, ornamentum pacis, nervus belli gerend

4. Præstat divisis temporibus sine majori difficultate subd
rum pecunias exigere & ad usus necessarios reservare, quam te
necessitatis exspectare, & uno impetu miseros obruere. Vide ex
plum Iosephi apud Pharaonem.

IV. Epilogus monebit, ut diligens cura habeatur ærarii, n
tamen justis & tolerabilibus.

CXLI. *Consilia æraria.*

1. Exordium subscribat sententiæ collegæ de ærario cura
quod aliter nec dignitas principis defendi, nec sustineri onera g
nationis possint.

. Propositio promittat modum agendi.
II. Expositio prosequatur triplex consilium.
imum est, ut quæstores constituantur, qui iidem boni patres-
ias sint, id est, homines rei faciundæ periti, frugi, fideles: non
riæ famelicæ, non helluones aut gurgites, non avari & rapaces.
terum est, ut in tributis exigendis adhibeatur prudentia & æqui-
quo pertinet 1. ut oportunis temporibus & rebus subditorum
habentibus id fiat: 2. ut modice & pro singulorum facultatibus,
proinde notas esse oportet; quem in finem census Romanorum
ebat: 3. ut ex rebus idoneis, ut agris, pastione, mercibus, maxi-
s, quibus major species lucri, aut voluptatis inest.
rtium, ut ipsius principis œconomia bene habeat, dignitatis,
rani luxus ratione habita. 1. Vitandæ igitur pomposæ exstruc-
s, 2. turba ociosorum ministrorum, qui hirudines sunt num-
m, 3. epulæ Sybariticæ, 4. sumptuosa spectacula, 5. legatio-
inus necessariæ, & instructiores, quam pro re, 6. vestitus pre-
or, quam dignior, 7. donaria in turpes parasitos & adulatores,
ilia, quibus exhauriri miseri cives, & aulæ restagnare solent,
ne invidia & exsecratione eorum, qui rem moderari debebant.
egregie illustrari idoneis sententiis & exemplis possunt. Vide
onis Verrinas & Philippicas.
. Epilogus rem in pauca conferat: tondendas esse oves, non de-
ndas; ut modo imperatoris vox monebat.

CXLII. *Cautiones ærariæ.*

Exordium potest esse prolepticum:
ametsi de causa proposita satis prudenter & copiose à collegis
m: tamen ne meo loco defuisse videar, illorum orationibus
addam.
Propositio sit:
exactiones modicæ sint: & sine violentia.
II. Confirmationis loci quatuor sint.
1. Deus improbat & punit rapacitatem & avaritiam magi-
us.
2. Magistratus pater, non tyrannus esse debet civium.
3. Principes, qui moderate hac in parte se gerunt, gratiam &
am magnam consequuntur. Hinc illi patres patriæ, Augusti,
ani generis deliciæ, & alia honorifica piorum principum cog-
nta.

4. Immoderatæ rapinæ seditiones pariunt. Vide exemp litarum, Thebanorum, Romanorum, Belgarum & alia.

IV. Epilogus laudabit principis hac in re æquitatem, in sistere studeat, sic Deo, civibusque perçarus futurus.

CXLIII. *Fundus ærarii.*

I. Exordio comprobes ante dicta de moderatione vect ut qua nihil ad demerendam populi benevolentiam accomm

II. Propositio:

Non male tamen admonitioni præcessoris addi posse, qui bus vectigalia commode & sine magna invidia imponi queant.

III. Expositio triplex sit.

1. Non sunt flagellanda communia & necessaria vitæ a cula: Ratio, quia id inhumanum, pauperibus triste, & De sum. Vide Coriolanum apud Livium.

2. Nec de obscœnis & sordidis rebus aliquid petendum Vespasiano vitio datum, & Venetorum rempubl. ipsiusque po lupanaria vectigalia habentis aulam non parum infamat quia id contra dignitatem & magnificentiam principis est, qui instar alte spectare, non tanquam scarabæus in stercorib debet.

Postremo ut iis potissimum rebus vectigal asscribatur, quib gus ad intemperantiam & luxum abutitur: ut sunt vinum, pe næ cerevisiæ, aromata, holosericum, & similia. His adde po intemperantiæ, ut sunt fœda ebrietas, vagæ libidines, pugnæ pocula, &c. Rationes sunt, quia 1. hoc pacto cives adsuefie frugalitatem, castitatem & similes virtutes: 2. talis coercitio batur quoque in sacris literis: 3. nec desunt exempla. Vide lege gyptiorum, Spartanorum, veterum Romanorum.

IV. Epilogus præcidat orationem longiorem, reliquum principis prudentiæ committens.

CXLIV. *De usu ærarii.*

1. Exordium repetat summam dictorum: quod principi licet rarium habere: quod ad id tributa imperanda subditis: quod ea men modica esse debeant, & pro singulorum facultatibus. de quod ex iis potissimum rebus exigenda, quæ plus ad commodit & splendorem, quam necessitatem vitæ pertineant.

. Propoſitio.

is ego nunc colophonem addam, pauca de uſu ærarii moniturus.

1. Expoſitio diſtinguat tempora in pacis & armorum.

cis tempore ærarium varium uſum habet.

imum ſuſtinet œconomiam principis, quæ non ita reſtricta eſſe
t, ut privati hominis, ſed ad dignitatem perſonæ, quam gerit,
mmodanda. Itaque domus, veſtitus, & victus plus ſumptuum
irit. Ratio eſt, quia hæc ad auctoritatem faciunt tum apud ſuos,
apud exteros. Vide Ariſtot. lib. 4. de magnificentia, & aulam
Solomonis.

einde & alendi ſunt miniſtri, præſertim qui conſilio & opera ad-
ſtrationem juvent. Hi non parce & tenaciter, ſed honeſte & li-
liter habendi ſunt.

ationes ſunt, quia 1. id ipſi principi honori eſt, ne illud Teren-
m audiat; Ex habitu apparet pauperis domini ſervum eſſe: 2.
at in miniſtro fidem & ſtudium in officio faciendo. Honos enim
morem erga principem, omneſque incendimur ad diligentiam
iis liberalibus: 3. Cauſa præſtruitur expilandi ſubditos, & fur-
corradendi, quod rectius liberalis dominus ſponte tribuiſſet.
tot prævaricationes & corruptelæ juris & judicorum, tot artes
llum populum ſub prætextu principis exhauriendi.

Tertio, quoque cogitandum eſt de ſcholis & Eccleſiis non ſervan-
antum, ſed etiam ornandis. Ratio eſt, 1. quia princeps de po-
amplius mereri non poteſt, quam ſi hac in parte ſumptibus non
it: 2. merentur id operæ ac labores docentium. Quid enim pre-
us verbo Dei, quod prædicant? Quid bonis literis & artibus,
us juventus imbuitur, præſtantius? Hanc ob rem olim cœnobia
ruta, in quibus juventus in ſpem poſteritatis publice aleretur.
exempla Davidis, Ioſaphati, Ioſiæ, Conſtantini, Caroli Mag-
& aliorum religioſorum principum, qui maximis donariis ſcho-
ordinem ſacrum ornarunt.

Quarto ſunt & pauperes, ſunt peregrini, quorum neceſſitati cum
nes homines ſubvenire decet, tum maxime principes. Ratio eſt,
Dei perſonam gerunt, qui in hoc hominum genus clementiſſi-
s & benigniſſimus eſt.

Poſtremo excitanda & inſtruenda ſunt granaria, unde annonæ ca-
s & penuria pauperum ſublevetur. Ratio eſt, quia princeps tan-
m pater patriæ eſt, cui etiam abjectiſſimus quiſque curæ eſſe de-
. Vide exemplum Ioſephi.

Ad belli uſum pertinet, ut arma comparentur; propugnacula lo-

cis idoneis exſtruantur, commeatus in plures etiam annos
tur, denique ad militem conſcribendum & alendum pec
nantur: ut ſi quis impetus hoſtilis fiat, ſi obſidio toler
aris & focis pugnandum, omnia præſto ſint neceſſaria
Enimvero bellum facilius ſuſtinetur, tali præparatione
exempla in utranque partem.

IV. Epilogus addat πάθος, quod ad tales uſus & po
gravatim collaturus, & princeps hac ratione Deum homi
tores habiturus, poſtremo ſibi non tantum ſecuritatem,
num nomen & gloriam comparaturus ſit.

CXLV. *Conſultatio de bello. Paci ante om eſſe conſulendum.*

I. Exordium ſumatur ex genere. Vbi duo dicenda: 1.
ceps nihil temere agat, quippe qui non ſibi uni, ſed toti po
2. quod nuſquam conſideratior & tardior eſſe debeat, q
lis ſuſcipiendis, quia hæc deliberatio ſalutem omnium co

II. Propoſitio.

Ob hanc cauſam rationes quaſdam afferam, propter q
haberi poſſit, ſemper bello præferenda.

III. Confirmationis loci tres ſint.

1. Pacem non tantum ſacræ literæ, ſed ipſa etiam n
mendat. Ad pacem colendam conſtituit nos Deus: pacis
fabrica corporum noſtrorum habet: pacem clamant cœl
ra: ipſum nomen pacis jucundum & amabile eſt.

2. Pace omnes vitæ partes florent: bello vero non t
nia turbantur, ſed miſerabiliter etiam affliguntur. Vide h
do utroque tempore ſe habeat agricultura, mercatura, e
ventutis, leges & judicia publica, ipſaque etiam religio
altero delectabilis, altero triſtis ſit rerum ſpecies. Vide o
Eraſmi.

3. Bellorum exitus incerti. Conſule exempla Sc
Xerxis, Athenienſium, Antiochi, Perſei, Annibalis, &

IV. Epilogus moneat, ut pacem ſemper amemus, &
mur, etiam quæ durior & iniquior videri poſſit. Præſtat
ce affligi, quam prorſus everti.

XLVI. *Bellum aliquando paci præferendum.*

ordium oſtendat, quid in oratione collegæ probes vel

nobis deprædicavit collega, & ego pace plurimum delec-
n qui non amet, fera beſtia, non homo ſit. Quid vero; ſi
ncidant, ut hoſtis omnium noſtrum fortunas & vitam pe-
ulla æqua ratione placari poſſit, quid (inquam) facien-
m jugulum præbeamus? num conjuges & liberos tanquam
pis invadi patiamur? patriam flammis exuri? religionem,
ibertatem nobis eripi?

opoſitio.

pinor, ſi viri ſimus, ſi in Deum & noſtros pii.

Confirmationis loci ſint quatuor.

Natura ipſa defenſionem contra injuſtam vim non admittit
ſed etiam ſuadet. Vide pro Milon.

Nec repugnant ſacræ literæ, teſtantes, gladium ab ipſo
tum ad tuendum bonos, & puniendum malos: & Baptiſta &
probant ordinem militarem Luc. 3. Act. 10. imo ipſe Do-
ic. 14.

Ipſa juſtitia vetat ne magiſtratus deſertos patiatur qui inju-
patiuntur, maxime ſi propter piam cauſam infeſtentur.

Hinc omnibus temporibus inventi ſunt pii principes, qui
o divino arma ceperunt, ut Ioſua, David, Iudas & fratres
ſtantinus, Carolus, & alii.

pilogus hortetur, ut ſi aliter nequeamus, imitemur fortem
abum, pugnando fortiter pro Eccleſia & pia cauſa, & Deo
committendo. 1 Sam. 10.

CXLVII. *Bellum oportere juſtum eſſe.*

ordii loco reprehenſio ſit eorum, qui vel nimis inconſidera-
duunt, vel nimis timide fugiunt: quorum illud beluinam
ocitatem, hoc lentitudinem & abjectionem animi minime
m.

opoſitio bimembris ſit.

ne & nos ſimus, duo oſtendam: Primum, quod bellum
pium eſſe oporteat: Deinde, quid ad tale bellum requiratur.

xpoſitio primæ partis tres rationes afferat.

1. Bellum est judicium armatum. Regula autem omnium diciorum esse debet æquitas. Hinc jus feciale, divina & gentium auctoritate introductum.

3. Injustum bellum merum latrocinium est, imo bellua manitas. Vide quid Pirata Magno Alexandro exprobret.

3. Habet eventum tristem. Vide exempla Iosiæ, Xerxis aliorum.

Expositio secundæ partis quatuor ad justitiam bellicam requ

2. Vt auctor sit magistratus. Ius enim & bellum tractant sunt. Caveant igitur privati homines per seditionem & intestinum animorum arma capere.

3. Causa necessaria sit, quando videlicet hostis nos injuria afficere, nec nos, nisi injuria propulsata salvi esse possumus. Tale bellum jus naturæ, omniumque gentium suadet, natura religio, & exempla comprobant omnium gentium, ut non multa lega disputatum est.

Caveatur igitur in bellis suscipiendis ambitio: caveatur avaritia & polypragmosyne: denique caveatur privatæ vindictæ cupiditas.

3. Modus sit rectus in denunciando, persequendo, puniendo. Vide Deut. 20. Cicer. 1. offic. Institut. Theol. Iohannis.

4. Finis sit pius, nempe pax, eaque tuta & honesta.

Hæc omnia testimoniis & exemplis illustrari possunt.

IV. Epilogus exordio correspondeat, monens ut prius quam ad arma veniatur, omnes viæ pacis tententur: quæ si non succedant, cogitemus, quod Samnitium imperator ait apud Livium: Iustum esse bellum, quibus necessarium: & pia arma, quibus nisi in armis relinquitur spes.

CXLVIII. *De belli duce.*

1. Exordium habeat recapitulationem eorum, quæ jam egregia fuit oratio primi collegæ, qua belli impetum & cupiditatem inhibuit. Nec minus laudis meretur qui secundo loco dicendum nobis addens, si qua pugnandi necessitas urgeat. Hic adjunxit tertius justitiam bellicam defendens. Verum enim Poëtæ:

Frangit & attollit vires in milite causa,
Quæ nisi justa subest, excutit arma pudor.

II. Propositio:

Meæ igitur partes (quod video) sunt, ut de idoneo

Meminiſtis enim quod Græcus ille dixiſſe fertur: Malle ſe exer-
cervorum ducé leone, quam leonum exercitum cervo duce.
num igitur oſtendam, quam neceſſarius ad bellum feliciter
um dux bonus ſit: deinde quis ille ſit, addam.

Tractatio primæ partis tres rationes afferat.

. Natura & omnis vita ducem deſiderat. Aſtris ducem Deus
it Solem: animantibus hominem: homini intellectum, &
iritum ſuum: ducem habet domus, ſchola, Eccleſia, Reſ-
denique omnis ſocietas. Quidni ergo exercitus?

. Milites plerumque robore plus, quam conſilio valent, ſæ-
olliguntur ex gentibus indole, inſtitutis, lingua & moribus
differentibus: quod corpus niſi caput habeat, diſſolvi & in-
eceſſe eſt.

. Experientia militaris teſtatur, cum duce eventa belli mu-
. Vide inter alia bellum Thebanum, Vejentanum, Punicum
m.

ndæ partis expoſitio ſequatur methodum Tullianam pro lege
.

o enim in duce requiritur rei bellicæ peritia: ut militem le-
ſtra metati, urbes obſidere, obſeſſas defendere, milites re-
ciem inſtruere, victoriam urgere, cladem acceptam inſtau-
nique omnia recte & ſapienter adminiſtrare norit. Addatur
is peritiæ, quæ eſt multus uſus & experientia in omni bello-
ere. Hoc nomine commendantur Camillus, Annibal, Sci-
mpeius, Cæſar.

Imperator ſit fortis & magni animi, quem neque armorum
neque vulnerum & mortis horror, neque ipſorum militum
importunitas & tumultus perturbent, ſed tanquam murus
ſtet immotus. Vide Æneam Virgilianum cum alta quercu
tum, Æneid. 4. Addantur & hic cauſæ talis animi: ut ſunt
tio ſevera, qualis olim Spartæ fuit, 2. aſſuetudo bellica, 3.
triæ, 4. cogitatio de laude & præmiis virtutis, 5. fiducia
vini.

Cum bellica virtute concurrant & togatæ, ut humanitas,
ntia, continentia, juſtitia. Sine his enim diſciplina milita-
nihil magis neceſſarium, conſtare non poteſt. Cauſa rurſum
ucatio in bonis literis & moribus.

Imperatorem valere oportet auctoritate tum apud ſuos, tum
ſtes. Multum enim ad rem facit ducis fama & exiſtimatio.
uctoritatis eſt ducis virtus, maxime innocentia, & exem-

plum

plum bonum, quo militi præit, juxta illud : Bonus dux reddit comitem.

5. Postremo sit fortunatus & felix : siquidem multum mis fortuna valet.

Sed fortunam nemo sibi fingere potest. Itaque imperator & successum armorum à Deo petens. Hæc omnia illustrari exemplis ideæ propositæ conformibus, vel repugnantibus.

IV. Epilogus in votum abeat, ut Deus talem belli duce donare velit.

CXLIX. *De milite.*

I. Exordium se referat ad orationem antecedentem de bel quam cum voluptate audiveris.

II. Propositio sit bimembris.

Non dedignabimini me de milite dicentem audire, ita ad imperatorem à collega commendatum recursio vobis Duo autem considerabimus : qualis miles scribendus, & q regendus.

III. Expositio primæ partis quatuor in milite requira bus prolixe Vegetius.

1. Domesticus potius legatur, quam peregrinus, q plus fidei & constantiæ, nimirum propter amorem patriæ, mune periculum. Vide exempla perfidiæ peregrini militis. bet historia Tulli Hostilii apud Liv. lib. 12. Scipionum li de etiam Valer. lib. 9. cap. 7.

2. Valeat robore & velocitate corporis. Lacertis em bus pugnandum est, non jactantia & dicacitate linguæ, quo apud Virgilium in Drance notat.

3. Sit patiens frigoris, æstus, famis, vigiliarum, qualem Annibalem describit Livius, & Catilinam Salustius miles ex impatientia facile desperat ac deficit. Vide exempla

5. Sit generi bellandi aptus : pedes, eques, navicular excurres in locum de educatione puerorum, qui olim M crandi, exempla petens à Spartanis, Lucanis, Romanis, nis, & aliis priscis populis, imo ab ipsis nostræ memoriæ hortaturus etiam principem, ut inter cætera laudabilia exercitia, etiam bellica ordinet.

Secundæ partis tractatio post transitionem à delectu militis, tria duci commendet.

. Meminerit ſe caput exercitus eſſe, & proinde conſilio in
s adſit: ut miles commeatus affatim habeat, ut arma, caſtra,
n pugnandi idoneum.
. Sit gravis & vigilans in diſciplina exercenda, nullius libidi-
apacitati indulgens. Ita Deum homineſque propitios habitu-
& militibus ipſis obedientioribus uſurus. Non enim regun-
ra indulgentia: imo propter injurias & vexationes militum
egræ gentes defecere.
. Ipſe exemplo & auctoritate ſua in omnibus quæ agenda, vel
nda, præeat, memor, quod poeta canit:
Vtque ducum lituos, ſic mores caſtra ſequuntur.
. Qui bene ſe gerunt, eos laude, & præmiis ornet. Gratis, in-
ta, pœnitet eſſe probum.
illuſtrabis exemplis veteris diſciplinæ, & ſimul præſentem
n lamentare.
Epilogus addat πάθος de fructu militiæ ad prædictum mo-
itutæ.

CL. *De ferendis auxiliis.*

ordio oſtendes te conſultationi bellicæ colophonem addi-

ropoſitio ſit triplex.
n de auxiliis bellicis, quibus, quis, & quomodo ferre debeat.
Expoſitio primæ partis tria tractet.
. Quod nequaquam ſuccurrendum Eccleſiæ hoſtibus. Id enim
eſt, & exitum habet infelicem.
Nec cum ſeditioſis contra magiſtratum legitimum ſtan-
od 1. iniquum, 2. itidem calamitoſum.
Digni vero miſericordia & ope ſunt homines innocentes,
nnis injuſta & intolerabili vi premuntur. Talibus 1: favet
nitatis, quæ vult ut homo homini contra injuſtam vim opi-
2. aſtipulatur lex Dei, alteri facere jubens, quod tibi fieri
obant exempla ſacra & humana. Ita Saul defendit Gaboen-
Galilæos, Spartani Athenienſes, Romani Campanos,
nus Chriſtianos.
æ partis tractatio in defenſore duo requirat: 1. ut auctori-
eat publicam: 2. ut id commode poſſit, loco, viribus.
ibus è ſua & adverſa parte conſideratis: ne ſe & alios peſſun-
exempla.

Ter-

Tertia pars triplex officium commendabit, nimirum ut miſ
ventur 1. interceſſione & deprecatione apud tyrannum: 2. c
& conſolatione: 3. re, hoc eſt, pecunia, commeatu, armi
ſtitui etiam poſſunt preces publicæ pro ſalute amicorum.

IV. Epilogus ſit in deteſtatione tyrannorum, qui innocen
affligunt: & in voto, ut Deus piis magiſtratibus hanc det me
ut miſeris quantum poſſunt, ſuccurrant.

CLI. *Principi curæ debere eſſe leges.*

I. Exordium ſumatur à laude magiſtratus, qui eſt jus anima
deus inter mortales, cui omnes dicto audientes eſſe oportet.

II. Propoſitio ſit. Magiſtratus præcipuum officium eſſe, ut
ſtos ſit bonarum legum.

III. Confirmationis loci ſint quatuor.

1. Lex originem ſuam habet à Deo, qui eam hominii inge
ravit, poſteaque per ſervos ſuos repetivit & inculcavit.

2. Lex eſt vinculum ſocietatis humanæ, eaque ſoluta
auctoritatem magiſtratus, & ipſam rempubl. ruere neceſſe eſt.

3. Hinc nulla reſpubl. eſt, quæ non jura & leges ſuas hab
Hebræi ſuas leges ab ipſo Deo accepere, ut eſt dictum: ab Heb
mutuati ſunt Ægyptii: ab Ægyptiis Perſæ: à Perſis Græci: à G
cis Romani: à Romanis Germani, & ſic deinceps. Conſule Moſe
Herodotum, Iuſtinum, Livium, & alios.

4. Omni tempore viri ſapientes magno ſtudio pro legibus
terunt. Vide exempla tum ſacra, ut Moſis, prophetarum, ipſius
Domini, tum profana, ut Lycurgi, Zaleuci, Epaminondæ,
Manlii, &c.

IV. Epilogus hortetur principem, ut ſecundum legem judic
ipſeque exemplo bono præeat: denique obedientes defendat, con
maces puniat: niſi ſe in contemptum, cives ad peccandi more
rempubl. in periculum ducere velit.

CLII. *De Mutatione legum.*

I. Exordium ſit prolepticum. Etſi legum auctoritas ſancta,
recte à collega eſt diſputatum: tamen incidere poſſunt tempora,
pie ac utiliter mutentur.

II. Propoſitio. Id quomodo ſe habeat, nunc paucis oſtendam.

III. Tractatio ſit bimembris.

ino duæ hypotheſes diſputentur: Vna, ut leges ſint honeſtæ, divino ac naturali congruæ: Altera, ut accommodatæ ſint ribus reipubl.

inde res ipſa diſputetur tribus argumentis.

1. Nihil in vita eſt, quod mutare in melius non liceat. Vide mutatio facta in vita, veſtitu, re literaria, bellis & aliis rebus.

2. Multæ leges veterum barbaræ & iniquæ ſunt. Quære exem- legibus Ægyptiorum, Græcorum, Romanorum, Germa-

3. Fieri poteſt, ut tempora reipubl. mutentur, & quod olim & ſaluti fuit, in præſens tanquam intempeſtivum & noxium endum videatur. Vide controverſiam de lege Oppia apud Liv. 4. lib. 4.

4. Epilogus concludat thema, addita correctione, ut tales mu- es fiant maturo conſilio, & auctoritate publica, denique ſine ulſione & ruina reipubl.

CLIII. *Suaſio legis Hippodami de præmiis militaribus. Vide ſupra* 128.

Exordii loco querela ſit de virtute militari paſſim nunc defi- ; cujus rei cauſa, quod bene meritis præmia non dentur, ut

2. Propoſitio.

ropter hanc cauſam cenſeo revocandam eſſe legem Hippodami, fortiter in prælio defuncti, publice ſepeliebantur, eorumque vi- & liberi honeſte alebantur.

II. Confirmationis loci ſint quatuor.

1. Iuſtum eſt, ut qui pro patria vitam impendunt, à patria que gratiam reportent. Vide Cicer. pro Muren. & Muret. pro mna.

2. Viduarum & orphanorum cura etiam divinitus ſancita.

3. Publice prodeſt virtutem honoratam eſſe. Nam (ut orator honos alit artes, omneſque incendimur ad ſtudia gloria, jacent- a ſemper, quæ apud quoſvis improbantur.

4. Addantur exempla tum rerumpubl., (ut Spartanorum, A- enſium, Romanorum) ubi militia in magno honore fuit; tum rum principum, (ut Alexandri, Cæſaris, Auguſti) qui milites maximis præmiis ornarunt. Hinc totum jus feudale, & ordo ſe- ris.

IV. Epilogus orationem vertat 1. ad principem, ut de pa cæteris meritos amet & honoret: 2. ad collegas, ut virtute fe & præmiis dignos reddant.

CLIV. *Suasio legis Pittaci de pœna ebrietatis.*

I. Exordium deteſtetur ſeculi noſtri vitia, in quibus do ebrietas.

II. Propoſitio.

Cui ut modus ſtatuatur, agendum eſſe ex lege Pittaci, d que duplici pœna afficiendum, ſi quid delinquat: quod non ſe inebriarit, ſed etiam per ebrietatem peccarit.

III. Confirmationis loci ſint tres.

1. Iuſtum eſt, ut ubi delictum majus, ibidem & ea pœna. Hic excurre in exaggeranda peccata ebriorum, quæ in proximum, in ſe ipſos committunt, & quidem ſecund nem Decalogi.

2. Reipubl. intereſt, cives frugi eſſe, & ad publica miniſtrandam idoneos: quod non cadit in lurcones & homi ces. Vide ſcholam Pythagoræ apud Iuſt. lib. 20.

3. Addi poſſunt teſtimonia & judicia de ebriis è ſacri fanis tabulis.

IV. Epilogus repetat ſuaſionem, & commendet collegi ſobrietatis, ne experimento tam ſeveræ legis opus ſit.

CLV. *Suasio legis ſumptuariæ, qualis Oppi eſt apud Livium.*

I. Exordium ſit in querela de moribus noſtræ gentis: c cauſa magiſtratus in luxu tolerando indulgentia.

II. Propoſitio.

Legem ad exemplum Oppii ferendam, qua ſumtibus m tuatur.

III. Id explicetur & confirmetur.

Expoſitio tria recenſeat, quæ præ cæteris moderanda. Ex dificia, convivia, veſtitus.

Confirmatio quatuor rationes addat.

1. Ipſa tempora triſtiſſima monent, ut vitam corrig vitiis renunciemus, niſi iram Dei magis inflammare, & C more cum ipſo Numine pugnare velimus.

2. Vt luxus rem populatur, sic parsimonia auget, Hinc discur-
ocum de usu pecuniæ in alenda familia, juvandis pauperibus,
ovendis scholis & Ecclesiis, sublevanda republ. quibus omnibus
nocet:

3. Re familiari dissipata, multa vitia in locum cedunt: avaritia,
latrocinia, prævaricationes juris, & similia facinora, quæ
n, ut gangræna, totum corpus reipubl. inficiunt, ipsumque
aput magistratum per seditionem invadunt, quod Catilinæ
reaccidit.

. Omnibus temporibus sapientes principes id egerunt, ut
bus modum ponerent. Exemplo sint è veteribus Lycurgus,
, Cato; è recentioribus Carolus Quintus & alii.

Epilogus hortetur, ut legibus datis pareatur, imo sibi quis-
lex sit.

CLVI. *Suasio legis vestiariæ.*

ordium invehatur in luxum nostri seculi, nominatimque
n ad vestes.

ropositio sit: te aliquot rationes allaturum, propter quas in
stituta republ. vestitus peregrinus non sit ferendus.

Confirmationis loci sint quatuor.

Vestis primis parentibus fuit signum reatus, cujus & nos
memores esse oportet, & cogitare, vestibus luxuriantes si-
e meretriculæ, quæ aures ad palum propter flagitium ab-
stentet.

Vestitus argumentum est animi; casti, libidinosi, gravis,
odesti, superbi; Vide Proverbia Solom.

Peregrinus habitus simul peregrinos mores infert. Hic ages
certarum nationum in patriam cum vestitu allatis: & nunc
lasciviam, Gallorum levitatem, Hispanorum crudelitatem
Germania cernas.

Veteres dedecori putarunt civem cum habitu barbarico con-
de horologium principum: item Curtium de Alexandro,
de Ptolemæo; Suetonium de Caligula, Salustium de Sem-
rrantem: & Helvetiis, aliisque populis adhuc laudi datur,
itum patrium constanter per tot secula tuentur.

pilogi loco hortatio sit ad adolescentes, ut ornamenta æta-
on ex vestitu, sed ex bonis moribus, in quibus temperan-
dientia, petant.

CLVII. *Consiliarios & ministros principum legendos esse ex indigenis.*

I. Exordium petes à dicendi causa, quod sententiam roga consiliariis & præfectis constituendis, dicere velis quid sentias, legis sua quoque libertate relicta.

II. Propositio sit: indigenis potius utendum, quam exteris.

III. Confirmatio quatuor argumenta habeat.

1. Indigenæ rectius norunt statum reipubl., civiumque mores, tum fortunas; ad quæ tria omnis deliberatio de republ. commodanda. Hic ages de scopo consultationum publicarum.

2. Spondent plus sinceritatis & æquitatis propter patriam co munem. Hic locus est de pietate & Sympathia mutua civium: u apud Romanos præmia civica.

3. Diligentius curant rempubl. utpote qua cum suam quoq rem, imo famam conjunctam norint.

4. Advenæ ut plurimum principes peregrinis moribus i buunt, & in subditos exacerbant, tandemque opibus saturati abeu tanquam hirundines post æstatem: maxime ubi intriverunt quod esse nequeunt. Vide exempla, & inter alia in historia Alexandri Sed correctio addatur de extraneis non spernendis, siquidem de v tute & fide eorum constet. Talis apud Ægyptios fuit Iosephus, ap Persas Daniel, apud Romanos Numa & Priscus Tarquinius.

IV. Epilogo repetes consilium: paratus tandem meliori ced

CLVIII. *Ad consilia & publica officia adhibendos esse viros nobiles.*

I. Exordio ostendes, in consiliario præter patriam etiam famili & majores honestos spectandos esse.

II. Propositio sit: te multum tribuere iis, quos claritas fami commendat.

III. Confirmatio fiat tribus argumentis.

1. Sunt ut plurimum indole ingenua & bona, juxta illud H ratii:

Fortes creantur fortibus & bonis.

2. Assuescunt à pueris ad res magnas obeundas. Vide quo olim magnatum pueri educati apud Persas, Athenienses, Roma Hic locus de educatione, quæ altera natura est, dicendi aperitur.

3. Plures causas habent res suas laudabiliter instituendi: quippe totis familiis maculam aspersuri, si quid delinquant.

Addatur correctio de admittendis etiam aliis, ubi obscuritatem generis virtute compensent, & tanquam novi homines fiant.

Ita Saulis aula non respuit Davidem opilionem: nec respubl. Romana Ciceronem genere & oppidulo obscuro natum.

IV. Epilogus subjiciet sententiam judicio auditorum.

CLIX. *In consiliario & præfecto requiri doctrinam & bonas literas.*

I. Exordium præfabitur de necessitate bonæ educationis, si cujus opera patriæ locanda.

II. Propositio esto: plurimum è republ. esse, si viri literati à consiliis sint & in publicis officiis.

III. Confirmationis locus sit à qualitatibus boni consiliarii, & qui illis præficiendus, ad hunc modum:

Qui prudentia valet, est amans justitiæ, domitos habet affectus, denique est disertus, is ad consilia & munera publica utiliter adhibetur. Literati sunt tales. E. &c.

Major locum habet in philosophia practica. Vide Platonem & alios de viris politicis disputantes. Minor disputationem aperit de effectibus philosophiæ & bonarum literarum, de quibus Muretus in orationibus.

IV. Epilogus concludat pro literatis, non exclusis tamen hominibus, militaribus, mercatoribus, & opificibus, si de materiis ipsis notis, de bellis, vectigalibus, commerciis deliberetur, aut manuum ministerio aliquid agendum.

CLX. *Consiliarium & muneris publici administrum debere esse è re minime tenui.*

I. Exordium paucis referat summam antecedentium orationum: deesse in consiliario & præfecto patriam, familiam, & doctrinam non considerari.

II. Propositio.

Sed & fortunarum ac facultatum ratio habenda, ut iis locus detur ante omnes, qui & in re sunt bona.

III. Confirmatio.

1. Tales plus habent nervorum ad res gerendas.

2. Pollent quoque auctoritate.

3. Minus causæ habent ad prævaricandum, aut alio modo peccandum, quam pauperes.

4. Si quid delinquant, respubl. ab iis damnum resarcire possit.

Addatur correctio de male nummatis non rejiciendis, siquidem prudentia & virtute se commendent, ut Fabricius, Dentatus, Æmilius, Epaminondas.

IV. Epilogus deferat judicium auditoribus.

CLXI. *In consiliiis capiendis audiendos esse seniores.*

I. Exordii loco prolepsis esto, qua te excuses, quod juvenis senibus contendas: nimirum quia in sententiis ferendis causam, non homines sequi debemus.

II. Propositio.

Censeo in consiliis & muneribus publicis tribuendis etiam ætatem spectandam, & junioribus præferendos esse natu majores.

III. Confirmatio.

1. In senibus major est sapientia, moderatio & auctoritas: quæ tria in consultationibus & gerenda republ. concurrere oportet.

2. Romani & alii bene formati populi magistratus capessendi certis ætatis annis definiverunt. Vide Fenestellam & Sigonium.

3. Consilia juvenilia ut plurimum sunt calida, scilicet propter imperitiam & affectus: unde Sapiens, Væ terræ, ait, cujus rex puer. Vide Catonem Ciceronis.

Addi potest correctio de ætate non tam annorum, quam potius maturitate æstimanda. Vide librum sapientiæ, & Aristot. in Eth. Pro exemplis esse possunt Solomon, Alexander, Scipio.

IV. Epilogus commendabit adolescentibus modestiam, qua majoribus cedant, eorumque monitis pareant.

CLXII. *Quomodo se princeps in capiendis consiliis gerat.*

I. Exordium sumatur à diversitate mortalium, quorum alii duntaxat stant judicio: alii adulatores & parasitos suos audiunt, deliberant quidem multum, sed nihil effectum dant.

II. Propositio.

Ostendam igitur, qua methodo princeps, imo quivis alius, consultando recte uti possit.

III. Expositio constet sextuplici admonitione.

1. Nihil (quod quidem majoris momenti) ſine conſilio agatur. Hinc omnes populi majeſtati regiæ conſilium adjunxe. e. Magos, Athenienſes Areopagitas, Spartani Ephoros, Romanatum. Opinio enim propria multos fallit, maxime vero prin-, quod ii rebus ſecundis fere ebrii & inſolentes ſunt.

2. In conſilium adhibeat non adulatores & ſycophantas, ſed integros, id eſt, judicio, probitate, & auctoritate valentes. Davidi erat Nathan: Dario Daniel, Cyro Crœſus, Clytus Adro, Agamemnoni Neſtor & Vlyſſes.

3. Antequam in conſilium deſcendat, Deum oret ſapientiam, precetur ſpiritum vertiginis & mendacii, qualis Achabo erat cias, Alexandro Medus, Tarquinio Superbo uxor ſua.

4. Deponat ante curiam ſpem, metum, iram, cupiditatem, iles pravos affectus, qui mentem excæcant, & ſalutaribus conobſtant.

5. Conſultoribus ſummam faciat dicendi facultatem, eorumntentias inter ſe diligenter conferat, denique eo abeat, ubi plus enti, hoc eſt, honeſtatis & utilitatis videt, non quis dixerit, id dictum, attendens. Nam ut eſt apud Poëtam, etiam ſub ſorpalliolo ſapientia eſſe poteſt.

6. Rem deliberatam pro occaſione data exſequatur, Deoque ſſum commendet. Hæc omnia ſententiis & exemplis illuſtrari nt.

. Epilogi loco fit votum, ut Deus principis conſilia regere, & num publicum flectere dignetur.

CLXIII. *Officium boni principis.*

Exordium ſumatur à fabula poëtarum de gigantomachia.

runt poëtæ monſtra hominum fuiſſe, magnitudine prodigio pedibus anguinis, quæ cum cœlo minarentur, indeque Io exturbare conarentur, fulmine icta perierunt. His non abſimi homines ſeditioſi, qui adverſus magiſtratum inſurgunt. Quis neſcit, quanta dignitas boni ſit principis; quem Homerus pa populi, Xenophon patrem, imperator Leo ſolem, Spiritus s Deum & filium altiſſimi vocat.

Propoſitio.

od ut melius intelligatur, paucis de officio principis agam, nito beneficio magiſtratus, nos ad debitam erga eum gratitu, obedientiam & obſervantiam excitemus. Nolim autem au-

dientiæ obsistere ætatem meam. Vtrunque enim lubens fate rerum civilium me habere usum, nec eloquentia, ne mediocr dem præditum. Verum auctores, quos in hac materia sequ fantiam meam sublevabunt, & à vobis benevolentiam imper Animadverto autem duo esse quæ in bono principe requiran dentiam & justitiam: quæ si adsint, sua sponte sequitur cum ritate felicitas.

III. Expositio primæ partis.

De prudentia principis tria dicantur, in quibus partibus c cur necessaria: & quomodo comparetur.

1. Principum prudentiæ civilis est, nosse bonum pu & quod civibus utile & salutare. Is enim finis principatus declara similitudine navigationis, medicinæ, imperatoriæ; inductione.

Primum igitur ipsos cives, quibus præest vir in republ. tus, notos ei esse oportet: quibus moribus sint; quas h cultates; quibus dediti studiis.

Huc spectabant censuræ Ægyptiorum, Spartanorum, I rum, & Servator pastori se comparans, ego novi, inquit, o Digredere hinc in reprehensionem eorum principum, qui danapali sibi tantum vivunt, rempubl. per ministros admi & quid civibus fiat parvi pendentes.

Deinde & res, quibus salus publica continetur, consten 1. ut in Ecclesia religio bene habeat: 2. ut in foro recte sint judicia: 3. ut quisque rem familiarem tuto & sine imp tis curare possit; in officinis suis opifices, ruri aratores, ter que negociatores.

Caput vero horum omnium est, ut juventus probè educetur enim frugi sunt patres familias, sapientes rerumpubl. rectores, ligiosi doctores populi.

II. Hæc omnia princeps, qui sol & oculus suorum civ sapientia sua illustrare, consiliis regere, legibus confirmare, plo commendare debet.

1. Nimirum hi sunt philosophi illi, quos Plato rebus stinabat: hi patres patriæ: hi gubernatores ventorum & tem tum civilium: hi dii orbi terrarum consulentes.

2. Vide contra, quantum incommodi det stultus princ

3. Affer in utranque partem exempla.

III. Sed sapientiam istam princeps unde?

1. Dictum est principem philosophum esse: à philosop

sapientibus & rerum peritis discat oportet: ut à Nathane So-
à Magis reges Persarum: ab Epaminonda Philippus Mace-
Aristotele filius Philippi Alexander.

Addat mutos magistros, historicos, & monimenta docto-
orum.

Denique cum Solomone sapientiam à Deo petat.

ositio secundæ partis.

itidem tria persequere: officia justi principis, agendi mo-
& causas.

ri de principis sapientia: pergam ad justitiam, quæ funda-
est reipubl. ut Pindarus ait. Ejus duo sunt munera: jus in-
ri & defendere. Igitur princeps primum commune naturæ
um jus sequetur, deinde suas leges addat ubi opus. Excurre
historiam legum civilium pro re nata latarum, quales non
dabit Livius, ut de censu, provocatione, judiciis, bello,
sumptibus, & cæteris.

um est, ut jus defendatur, nempe contra sophisticam & ca-
: (Hinc abi in reprehensionem rabularum forensium qui
ersias quæstus sui causa alunt:) 2. contra factionem poten-
ui legum vincula tanquam vespæ & crabrones telas aranea-
rumpunt.

stitiam & fides pertinet, sanctissimum humani generis bo-

Quod ad modum agendi, bonus sit bonis, malis malus: par-
ctis, & debellet superbos.

Ante omnes pugnet pro miseris & abjectis: ut sunt viduæ,
& similes.

Quin & ipse de facultatibus suis pauperum inopiæ succurrat,
que turpe ducat, aliquem à facie ipsius, qui lumine benefi-
uæ omnes exhilarare debet, (ut Imperator Titus ajebat)
discedere.

Sed in pœnis infligendis non eodem modo procedet. Qui
casu labuntur, eos clementia dignabitur: rigida enim justi-
nis est. Qui consilio & malitia delinquunt, eorum severus
istat, idque propter exemplum. Malorum enim impunitas
mus) bonorum calamitas est.

Ad hunc modum ut agat, quinque corruptelas justitiæ fu-
credulitatem, iram, arrogantiam, avaritiam, metum.
ulitatis est, sycophantis & delatoribus temere assentiri. Au-
igitur æque est reus atque actor, & in rem quam dili-

gentissime inquirendum. Vide quæ de Alexandro M. & aliis per
bentur.

Arrogantiæ est, patere adulatoribus, seque supra leges put
esse. Quare utatur consilio fidelium monitorum: facessere jubeat
sentatores: seque hominem esse meminerit, nec dominum, sed s
vum legum.

Sed prohibenda maxime est ira in puniendo. Nunquam enim i
tus qui accedet ad pœnam, mediocritatem illam tenebit, quæ
inter nimium & parum, ut oratoris verbis utar.

Maximam autem partem injustitiæ aggreditur avaritia, leg
precio figens atque refigens: quod vitium præ cæteris cavendum.

Sed & metus justitiæ nocet; scilicet laboris, invidiæ, periculi.
igitur princeps in agendo alacer, & in periculo obeundo magn
nimus.

6. Neque ipse solus ita affectus sit, sed similem animum & m
nistris suis formet. Vide Davidis aulam Psal. 101. descriptam,
Ciceronis monita ad fratrem.

III. Causam vis scire?

1. Princeps est vicarius Dri, qui justus est, & viros just
amat.

2. Eosdem amant omnes boni.

3. Nec alia vincula sunt regiminis, quam jus & æquitas.

4. Quibus sublatis tollitur simul è civitate concordia, omn
turbantur seditionibus, perit auctoritas, tandemque ruere oport
rempubl. Vide exempla.

IV. Epilogus repetitis præcipuis capitibus, addat votum pro t
magistratu dando & sospitando.

CLXIV. *De officio ducis belli, pro adolescente nobili.*

1. Exordii loco sit excusatio, quod de re nondum usu cognita d
cere sustineas.

1. Exul Annibal olim cum Carthagine pulsus Ephesum ad r
gem Antiochum venisset, in Phormionem quendam incidit, q
cum castrensium turbarum cantum nunquam audivisset, nunqua
vidisset cum hostibus conseri manum, tamen homo scholasticus a
sus est apud magnum regem & summum imperatorem de omni
militari differere, quod Annibal ei summæ stultitiæ vertit.

2. Quod si Phormioni accidit, homini quidem minime
castris versato, docto tamen & diserto, quid mihi non metuendum
q

qui cum non tantum nullum armorum usum habeam, sed ne in literis quidem satis instructus, & eloquentia sim nulla, tamen de imperatoris officio in hac doctissimorum hominum corona dicere aggrediar. Sed veniam mihi (spero) auditores dabunt, si instituti mei causas intellexerint. Majores mei res militares tractarunt, & qualiacunque familia nostra ornamenta habet, ea ab armis habet: Nec ego me eum esse nego, qui literis, qui manu, prout tempora postulabunt, patriæ servire velim. In hunc finem non tantum jura & leges discere, sed iis quoque auctoribus vacare magistri mei me volunt, qui magnorum imperatorum res gestas bellicas memoriæ prodiderunt, ut si quando pro aris & focis armis decertandum sit, aliquid hujus officii prægustem, & ad illud præparationem faciam.

3. Ea de causa exponere vobis lubet, quæ apud bonos auctores de officio boni imperatoris observavi, quæ ne Annibal quidem ipse observaturus esset: ipsius enim Annibalis sunt, Scipionis, Cæsaris, & similium.

II. Propositio tripartita.

Tria enim tempora sunt, quorum ratio imperatori habenda: ut recte bellum suscipiat, gerat, finiat: quæ quomodo meminerim, peto cum benevolentia percipite.

III. Expositio primæ partis tria pertractet: de causa belli, præparatione, indictione.

1. Primum officium imperatoris est, belli causam nosse: eam justam & gravem esse oportet. Tales causæ sunt 1. defensio noti, vel sociorum, ut cum Iosua contra Amalecitas pro populo suo pugnat, aut contra Chananæos pro Gibeonitis dedititiis: 2. coërcio grassantis improbitatis, in quem finem idem Iosua divinitus justo bellum fecit gentilibus, Constantinus Maxentio & Licinio, Carolus M. Saxonibus, Romani Antiocho.

Quodsi cupiditas habendi, ambitio, vel inconsultus fervor causa belli sit, latrocinium est & beluina immanitas, nec exitus potest esse felix. Vide bella Cyri cum Græcis, Alexandri cum infinitis populis, Annibalis cum Romanis, Gallorum & Germanorum Italiam petentium.

Patet hinc ducem virum bonum esse oportere, & in virtutis studio à puero recte informatum.

2. Atque hoc ad justitiam imperatoris pertinet: Prudentiæ quidem est, ut tanquam bonus paterfamilias, antequam bellum inchoet, res præparet necessarias.

Talis est pecunia, quæ belli nervus. Demosthenes Athenienſibus auctor

auctor est, ut pecunias theatrales ad bellum contra Philippum co ferant. Cononem seditio militaris invasit, quod stipendium d non posset.

Non minus necessaria est annona, & similia ad victum pertine tia, quibus non suppetentibus, miles sine ferro vincitur.

Sed & arma comparanda sunt, quibus ad oppugnandum, ad fendendum opus, sive terra, sive mari pugnandum.

Postrema cura sit in deligendo milite, sive eques, sive pedes, ve classiarius ille sit. Sed is civis sit, si non patria, certe animo.

Majori enim ardore pro aris & focis, pro conjugibus & liber pro patria denique dimicabit, quam pro mercedula aliqua aut pe nia. Vide Liv. lib. 35.

Sed & robustus sit, & animo audax. Igitur ex iis legendus qui qu tidiano opere æstum, frigus, inediam, sitim ferre didicerunt, sunt aratores, fabri, lanii. Vide Vegetium.

His centuriones & tribuni dandi viri fortes, & jam aliquem in militari usum habentes, ut tironum tanquam magistri esse possi Vide Alexandri exercitum apud Iustin. lib. 11. Timpani Centuri nes apud Liv. lib. 4. Martium apud eundem libr. 35.

3. Rebus ita ad bellum præparatis, denunciari curabit. N lum enim bellum justum est, nisi quod aut rebus repetitis gerat aut denunciatum ante sit. Cic. 1. offic. Liv. lib. 1.

Expositio partis secundæ aget de castris, disciplina, & præliis.

1. Præludia belli imperator noster fecit; nunc bellabit. P mum castra metabitur, quæ militi pro patria sint, eaque in loco fr mentationi, pabulationi, aquationi, lignationi, valetudini militu apto: & forma tali, ut inde in omnes partes circumjacentes prospe tus pateat, & imperium facile percipi, & defendi ea contra vim po sint. Quam ad rem multum facit rationem locorum nosse, & in bella descriptam habere. Vide veterum imperatorum hac in pa tum diligentiam utilem, tum pericula & clades, ubi deliquerint, inter cætera, Furculas Caudinas apud Liv.

2. Castris positis, miles sub disciplina tanquam in schola a qua virtutis habendus est. Disciplina anima est belli. Vide Valeriu & apud Livium orationem Martii ad filium. Inprimis prohibend est miles ab ocio, voluptatibus, rapinis, seditione. Vide exemp imperatorum, qui militem delinquentem puniverunt fustigatio decimatione, exautoratione; officium vero facientem prolixe h norarunt: & contra, quæ ex disciplinæ neglectu mala sequuta.

3. Quod ad ipsum congressum, 1. despiciat locum idone

exploret consilia, mores, & statum hostium: 3. captet tempus fortunum, nunc celeritate hostem obruens, nunc mora depascens: præcipiat in utrumvis eventum, quid vel ad victoriam consequendum, vel ad cladem acceptam compensandam faciat: 5. aciem summa diligentia instruat: 6. militem oratione & victu confirmet, ipse primus, medius, ultimus instet: 7. strategemate etiam victoriam juvet, fama sparsa utili, insidiis locatis, rebus etiam in aciem allatis improvisis. Vide Vejentum faces, Pyrrhi elephantes, Annibalis serpentes. 8. Si quid prodigii & ostenti intervenit, ne negligat. Hosti fugienti locum det, ne desperatione retractus victoriam difficiliorem reddat. 10. Prædam differat, dum plane devicerit. Sæpe enim fit, ut victorem victus opprimat.

Tertiæ partis tractatio itidem tria videat.

1. Parta victoria utatur quidem, sed modeste: Supplices & in fidem se dant, æquis conditionibus recipiat: fidem datam servet: militem recognoscat, & pro merito ornet.

2. Quod si res non ex sententia cesserit, cladem acceptam differat, & prudenter corrigat.

3. Denique ad pacem se referat, sed quæ tempestiva, honesta, simeque insidiosa sit.

De his omnibus vide Vegetium, Lipsii politicam, P. Ramum de militia Cæsaris, & alios: exempla dabunt Herodotus, Xenophon, Livius, Cæsar, Salustius: nec poëtæ Homerus, Virgilius, Lucanus nihil dabunt.

IV. Peroratio 1. summam colligat: 2. addat πάθος ab exemplo ducis alicujus noti: 3. invocet Deum; ut duces pro Ecclesia pugnantes spiritu sapientiæ & virtutis induat: eorumque consilia prosperet.

CLXV. *De officio consiliarii.*

I. Exordium sumatur à dicto Platonis.

1. Recte à Platone dictum, ὅτι ἱερὸν ἀληθῶς πρᾶγμα ἡ συμβουλία, consilium vere rem sacram esse. 2. Nam & à Deo salutare est consilium, & rerum recte agendarum fundamentum: sine quo nec boni paterfamilias, nec in republ. princeps, nec in castris imperator quicquam feliciter aget. Quod cum ita sit, placet in præsentia de officio ejus, qui principi à consilio sit, dicere, prout à philosophorum accepimus.

II. Propositio sit bipartita.

Duo

Duo autem ſunt, quæ in conſiliario requirantur: prudentia probitas: de quibus dum verba facio, quæſo cum benevolentia tendite.

III. Expoſitio primæ partis quatuor prudentiæ conſultricis cia doceat.

1. Quod igitur ad prudentiam, oportet in conſultore in nium eſſe ſagax, & naturalem quandam vim conjectandi. Vide cer. 1. offic. & exemplum in Themiſtocle.

2. Cum hac naturali judicii bonitate conjuncta ſit rerum c lium (ut ſunt jura & arma) peritia. Imperator Severus ſolos di tos & doctos adhibebat, quoties de jure & negociis reipubl. ag dum. Cum autem de re militari quæſtio eſſet, milites veteranos bellorum peritos audiebat.

3. Sed & exemplis illuſtribus inſtructus ſit, partim ex hiſto & antiquitate, partim ex recenti uſu & experientia tum domeſti tum peregrina, depromptis: unde quid in re præſenti ſtatuendu quiſque eventus futurus, animo præcipere poſſit. Eadem enim mundo fabula agitur, mutatis tantum perſonis: & ex ſimilibus c ſiliis ſimilia eventa ſequuntur. Hæc declara exemplis conſilioru quæ bene aut male ceſſerint. Vide Melanth. præfationem in Ch nicon.

4. Poſtremo conſilium recte accommodare norit: ubi 1 nem rei agendæ ſpectabit, quæ eſt utilitas aliqua, eaque pro rati reipubl. morum atque temporum.

2. Deinde media oſtendet, quibus id quod quæritur, obti poſſit. Ea primum honeſta ſint: tum facilia & expedita: qua de c nota oportet eſſe ſtatum & vires eorum, quibus conſilium dand

3. Denique videat, ut quod conſultum videtur, tempeſtiv diſerte proponat. Quare non tantum doctrina, ſed etiam eloqu tia valebit. Vide Neſtorem Homericum.

Expoſitio ſecundæ partis itidem fiat per quatuor membra.

1. Audiviſtis de prudentia conſiliarii. Sed & probus ſit. Qu to enim quis verſatior & callidior, tanto habetur ſuſpectior, re ta opinione probitatis. Cic. 2. offic.

Probitatis præcipua pars eſt juſtitia. Nihil enim ſuadebit, q contra religionem, & contra æquum ac bonum. Vide Achitop lem, & Roboami conſiliarios juvenes.

2. Sed & fidus ſit, & principi ſuo bene volens. cum e eventum præſtare nequeat, ſat fuerit, ſi fidem. Igitur candide a ſine adulatione: modeſte tamen & ſine libidine contradicendi.

3. Purus etiam sit ab omni affectu maligno. Præpediunt enim ...mira, metus, avaritia, ambitio, & similes perturbationes. ...Salustium. Quodsi periculum obstet, & boni consilii, quod ...bonam conscientiam subterfugere nequit, pœna metuenda, vi... potius quam fidem perdat.

4. Postremo rebus deliberatis silentium præstet, nec sit, ut ...raille Terentianus, plenus rimarum hac atque illac profluens. ...silium enim proditum facile evanescit.

17. Peroratio 1. summam faciat orationis: 2. addat votum, ut ...tales de studiis & vita vestra recte instituenda monitores vobis ...re velit. Vide Psal. 141. Exempla dabunt Iosephus Patriarcha, ...han vates, Daniel, Seneca, Papinianus. Vide Lips. 3. politic. ...bermannum de consilio, Hippolytum à Collibus, Antonium ...terum, & alios.

CLXVI. *De officio Legati.*

1. Exordium agat de difficultate legationis per comparationem ...m privatarum.

Legatum agere magnus rex Persarum Cyrus inter res maximi ...menti habuisse fertur, nec sine causa.

Cum enim omnium rerum alienarum cura difficilis sit, ut orator ..., tum longe difficillima earum est, quæ ad dignitatem principis ...lutem publicam spectant.

Salutem suam & fortunas non facile aliquis committit alteri, nisi ...entiam ejus & fidem perspectam habeat: quanto majori cura ii ...gendi sunt, quibus princeps quasi faciem & os suum cum subdi... omnium prosperitate tradat?

Privatim si quis rem mandatam non dicam malitiose gesserit sui ...tus causa, sed negligentius tantum, is summum admisisse dede... æstimatur: unde mandati institutum est judicium non minus gra... quam furti. Cic. pro Rosc. Quanta fide & industria eum censes ...oportere, qui principum oculi & longæ istæ manus, quæ per...antur, sunt? Hinc Legati omnium populorum jure sancti sunt: eo...que injurias gravissimis sæpe bellis vindicatas scimus, imo ipse ...s jus Legationis per sanctos prophetas & apostolos stabilivit.

11. Propositio bimembris.

Quæ cum ita sint, placet ex doctorum virorum commentariis de ...dignitate verba facere. Primum ostendam, quinam ad tam am-

plum

plum & grande munus adhibendi, deinde quomodo is, cui hæ
tes commissæ sunt, gerere se debeat.

III. Expositio primæ partis requirat in legato quædam tum
poris ac fortunæ, tum multo magis animi bona.

Corporis bona sunt: 1. valetudo firma propter itinerum mol
perferendas: 2. dignitas formæ propter auctoritatem & bonu
men. Vide Spartanorum judicium de Tyrtæo claudo; Ægypti
de Agesilao, qui staturæ brevis; reginæ Amazonum de Alexan
M. Catonis de tribus legatis in Bythiniam, quorum unus caput
neratum habebat, alter væcordia laborabat, tertius linguæ era
ficilis: 3. ætas matura, & nonnihil ad senectutem vergens, qu
plus judicii, moderationis & auctoritatis habet. Interdum t
virtutis, quam ætatis cursus celerior est. Cicer. 5. Philip. Hæc
poris bona.

Fortunæ sunt 1. natales clari. Tales enim ad bene se geren
plus causæ habent, & apud principes gratia valent. 2. Cives
magis placent, quam peregrini: primum quia statum patriæ re
norunt, & majorem de se promittunt fidem, denique tenentur
arctius. 3. Opes minime contractæ. Nam & animum addit re
ta, & à suspicione corruptionis est tutior, denique legatum
fama & existimatio bona apud exteros ornat.

Sed ante omnia animi bona spectanda sunt, ut prudentia,
gravitas, moderatio. Prudentiæ est, ut non tantum rem, d
mittitur, sed ejus etiam ad quem mittitur, statum, mores, &
quam bene norit. Nam si quid per interpretem agendum, pri
fraus fieri potest, tum secreta etiam pluribus innotescent, de
legatus tanquam rudis & barbarus contemnetur. Huc pertine
memoria dictorum & factorum, 2. versatile ingenium, 3. &
quentia ac vis de rebus mandatis scite & nervose differendi.

Fides legati jam ante in aliis negotiis cognita sit.

Gravitas conspicitur in sermone, gestu, habitu, & vitæ p
tuo tenore.

Moderatio sit animi, linguæ, gulæ, veneris, sumptuum.

Expositio secundæ partis post transitionem officia legati dist
in tria tempora: quid ante legationem, in legatione, postremo
ea jam perfunctus, curæ habeat.

Ante legationem 1. rem ipsam propter quam mittitur, probe
sideret: facilis, an difficilis; grata, an invidiosa sit: quidq
hic possit, quid item velit, diligenter expendat. 2. Petat à pr
non tantum literas fidei, sed etiam rerum agendarum scriptam

rem, secundum quam totum legationis cursum dirigat. 3. Si res
s prudentiæ permittatur, caveri sibi curet, ne quid eventu non
ndente sibi fraudi sit. 4. Pecunias & cætera rei agendæ admini-
parata habeat: imo etiam de vestitu commode, & qui personam
ptam deceat, cogitet. 5. Deum itineris & consiliorum ducem
ret. Hæc ante legationem.

2. Vbi jam ad locum suum venit, meminerit caute & diligenter
c. 1. Auctoritatem muneris doceat: 3. insinuet se apud proceres, &
s discat molles aditus & tempora fandi, ut poëta loquitur. 3. Cau-
mandatam bona fide agat, memor se sui principis oculum, aures,
esse. 4. Si parum res initio succedat, patienter exspectet. Sæpe
dat hora, quod differt mora, plusque obsequendo, quam urgen-
roficitur. 5. Non immiscat se rebus alienis, nec temere in aliena
bl. aliquid vituperet. 6. Publice retineat dignitatem, privatim
manus, liberalis, non jactabundus, non vanus, non mordax,
obtrectator, non futilis, præsertim inter pocula, quibus aulici
quæstionibus & tormentis utuntur. 7. Habeat suum ἐφημερίδιον,
o diligenter notet quæ quotidie occurrunt, deque iis certiorem
t principem suum, sed caute, sciens hospitium legati vitreum
, & literas loquaces. 8. Ius legationis tueatur modestia, obser-
ia ac innocentia. 9. Injurias potentium non solum fortiter, sed
liberali fronte perferat, consiliaque sua ad pacem & concor-
publicam accommodet, vitam potius, quam fidem prodere
cis.

3. Postremo dimissus gratias agat bene habitus: sin minus,
rat iram in tempus oportunum. Vanum enim est, fumum prius,
flammam dare. 1. Principi tamen jus suum integrum servet: 2.
ino suo de omnibus fideliter referat, iisque certis testimoniis ac
mentis illustratis. 3. Deo pro salvo reditu gratias agat, eique se
mpubl. suam in posterum commendet. Multis enim legationes
nis, pluribus fama, non paucis etiam capite constiterunt.
Hæc omnia demonstrabis sententiis & exemplis. Vide discursum
ermanni, Christophorum Varsevicium de legato, Ciceronem
p. 9. Demosthenem & Æschinem de falsa legatione, Kirchmanni
de Legato.

4. Epilogus repetitis breviter quæ dicta orationem vertat in hor-
em de divinis legatis audiendis, prophetis, Christo, & aposto-
1. propter majestatem Dei qui misit, 2. propter beneficium am-
mum, quod Dei jussu nobis offerunt, 3. ob sinceritatem & fidem,
manus suum obierunt, 4. propter pœnam contumaciæ.

CLXVII.

CLXVII. *De conjungenda cultura rationis & orationis.*

I. Exordium ducatur à laude Aristotelis, cum aliis nomini tum maxime propter methodum, qua in docendo usus, quando ris matutinis juventutem in philosophicis, pomeridianis in eloq tia exercuit. Vide Gellium.

Existimavit enim id quod res est, ad solidam & utilem erudi nem comparandam utriusque facultatis conjunctionem perne riam esse, quod sapientia sine eloquentia infantia, eloquentia sine sapientia garrulitas sit.

Quo magis eorum reprehendendus est error, qui in altera ita borant, ut alteram vel contemnant, vel desperent.

Ea causa est, cur hanc dicendi provinciam imponi mihi pa sim, ut me ipsum, & commilitones meos in curriculo bene susce confirmem, ita ut studeamus sapientiæ, ut meminerimus profe dum tandem aliquid esse in lucem, quod sine facultate dicendi nequit: ita dicendi artem exerceamus, ut cogitemus nervos ad suadendum è philosophia suppetere.

II. Propositio.

Afferam igitur aliquot causas, cur utrunque studium & philo phiæ & eloquentiæ nobis commendatum habeamus. Vos quæso tendite.

III. Confirmatio habeat argumenta quinque.

1. A lege naturæ. Commendantur nobis hæc studia ab Deo, qui hominem his duabus facultatibus ornatum, & ab aliis a mantibus distinctum voluit. Ratio ostendit, quid in rebus ver aut falsum, utile vel noxium, honestum vel turpe sit, addit stimulum, ut quod bonum visum, velimus, contraque fugia averseamurque quod noceat. Oratio vero profert & cum aliis com nicat, quæ recta ratio dijudicavit. Constat hinc, ab ipsa nobis tura hanc methodum discendi præscribi, nimirum ut de unaqu re opinionem & sententiam sanam habeamus, & de eadem cum diserte & tempestive agere valeamus. Optimus vero agendi mo est, quem ipsa natura monstrat.

2. A lege necessitas. Huc accedit ipsa necessitas, quando dem altera facultas sine altera constare non potest. Quid enim or aget cognitione rerum destitutus? quomodo de religione, de de vitæ officiis differet, qui hæc è suis fontibus non recte perce

modo auditorem docebit, conciliabit, movebit, rationum for-
tarum, morum probandorum, perturbationum ciendarum ig-
? Contra quid attinet multa scire, de quibus nihil in lucem,
in commune commodum, usumque proferre possis? Nimirum
tio sine rebus æs est tinniens, sic doctrina orationis adminiculo
ura thesaurus reconditus est.

3. A lege utilitatis. Scientia est tanquam lumen mentis, unde
aria consilia dimanant. Distribue hoc in partes, ostendens, quid
z, morum & Dei cognitio conferat ad sanitatem, innocentiam,
m Nummis. Eloquentia ceu radius est, per quem lumen, quod
bis est, & recti amor transfertur in alterum. Vide hic quid elo-
tia præstet, primum privatim, monendo, castigando, conso-
o: tum publice in schola, foro, curia, concione, castris, le-
ibus, docendo verum, pugnando pro justitia, juvanda &
ganda republ., confirmando milite. Vide exempla. Atque hæc
iva tantum voce agit apud præsentes, sed etiam per literas absen-
, & qui multis post seculis futuri, commodat. Huc pertinent
res philosophis & oratoribus habiti.

4. A lege decori: Siquidem nihil pulchrius oratione docta &
data: & contra insipiens oratio ridicula, barbara, horrida est.

5. Ab exemplis tum philosophorum, qui diserti, tum orato-
ac poëtarum, qui philosophi fuerunt.

V. Conclusio 1. repetat propositionem: 2. addat πάθος, ne
propter rei difficultatem desperet: 3. precetur, ut Deus mentem
iret cognitione rerum necessariarum, & linguam regat, ut
& salutaria loquatur.

Vide Gellium lib. 10. cap. 22. Cicer. 1. de oratore, orationes
onii, Mureti, Palearii, denique de eloquentia Valer. Maxim.

CLXVIII. *De liberalitate.*

I. Exordium ducatur à generali commendatione virtutis, ut quæ
minis maximum decus, præsidium & voluptas.

II. Propositio bimembris esto.

Inter virtutes familiam ducit liberalitas. de qua in præsentia actu-
, duo docebis: 2. quid ad hanc virtutem colendam impellere nos
eat: 2. quæ in ea cautiones adhibendæ.

III. Expositio primæ partis sex rationes afferat.

1. Hac virtute Deo similes simus. Is enim omnibus benefacit,
am indignis, imo impiis.

2. Natura hominem homini ad benefaciendum conciliat. Sc enim omnes quasi unum corpus.

3. Ista ratione hominum animas nobis conciliare possum quo nihil melius. Vide Cicer. 2. offic.

4. Nihil glorioſius beneficentia, ut avaritia nihil fœdius.

5. Liberales homines alios viciſſim erga ſe beneficos ex riuntur.

6. Deus etiam minimum hauſtum frigidæ compenſaturus es

Cautiones ſint tres.

1. Quibus benefaciendum: omnibus nimirum indigentib idque propter jus humanitatis; maxime autem bonis, quibus coll benignitas conferenti lucro cedit.

2. Quantum: nempe pro virili & facultatibus noſtris. 1. Ca tas enim à ſe ipſa incipit: 2. & ſtultum eſt aliis largiri, ipſum ve egere: 3. nec poteſt liberalitas immodica diuturna eſſe: 4. prodig litas plerunque degenerat in injuſtitiam.

3. Quomodo: 1. liberali & benigna mente, non triſti, n cum exprobratione beneficii: 2. ſine injuria & damno alterius. Vi Senecam de beneficiis, & Cicer. 1. offic. Ariſtot. 4. Ethic.

IV. Concluſio 1. ſummam faciat dictorum, 2. addat pathos ora do, ut Deus nobis largiatur, unde viciſſim dare valeamus proxim

CLXIX. *Tabula Declinationum Grammaticarum ad paræneſin ſcholaſticam traducta.*

I. Exordii loco ſit laus Ælii Donati, qui vixit anno Chriſti 352, præceptor fuit beati Hieronymi, vir de re ſcholaſtica præclare me tus. Vide ejus vitam.

II. Propoſitio.

Is Donatus inter cætera pueris paradigmata declinationum conjugationum latinarum præſcripſit, quæ non tantum fundame continent rei Grammaticæ, ſed myſteria quoque methodo erud de hominum ſcholaſticorum officiis includunt. In præſentia ar num declinationum aperiemus.

III. Expoſitio ſequatur ordinem paradigmatum.

1. Primo loco eſt Muſa, quam cum Pallade Ethnici pro genii & doctrinæ præſide colebant: unde intelligat puer cani propter quam ad ſcholam mittitur. Ea eſt, ut doctrina & bo moribus imbuatur. Indidem & de officio ſuo, quo ad ſcopum p poſitum aſpiret, monetur. Etenim Poëtæ in veſtibulo carmin

rum Musam invocabant. & Ovidii carmen notum est:

Qui bene placarit Pallada, doctus erit.

itur primum officium hominis scholastici est, ut non quidem à ctitiis istis deastris, non ab Ἀθηνᾶ, sed ab Adonai & vero Dei filio borum suorum successum felicem imploret: ut is præceptoribus ientiam, discipulis mentem bonam inspiret. Collige de necessi- ce precum, maxime in studiis sapientiæ, testimonia è sacris & pro- is literis.

2. Musæ subjungitur Magister. Qui enim studiis rite incum- re volet, eum necesse est commodum præceptorem habere. Hinc a deduces: 1. ut præceptor se magistrum præstet: sit doctus, pius, ustrius, gravis, humanus: 2. ut discipuli præceptorem pro ma- tro agnoscant, eum amantes, audientes, venerantes: 3. sum- um Dei beneficium esse nanciscì in juventute bonum præceptorem.

3. Sed scamnum quoque declinandum. quo utrisque tria com- endantur: 1. Mens quieta, & constans, & ad officium faciendum enta: 2. modestia, qua & præceptores loco suo sint contenti, itant fastum, & cum pueris pueriliter agant: & discipuli præcepto- os reverenter se summittant: 3. patientia molestiarum, & diffi- ltatum, quæ in pulvere Scholastico occurrunt.

4. Sequitur Sacerdos: 1. quia Scholastici magna pars sunt cleri ordinis sacri: 2. sunt satores & semen doctorum in Ecclesia: 3. nique sacerdotes esse debent in tota vita: in moribus sancti, in estu & vestitu graves: denique cæteris mortalibus luminaria. Ex- rre in Satyram de plerorumque Scholasticorum scurrilitate, spur- itie & levitate.

5. Sacerdoti additur Felix. Qui enim Deum pie invocant, in ocendo & discendo fideliter officium faciunt, adversa ferunt patien- r, denique in vita sunt sancti & casti. horum studiis benedicit Deus, felicem successum habeant. Vide exempla Iosephi, Mosis, Sa- uelis, Davidis, Solomonis, Danielis, & similium. Excurras hinc et in antithesin de infelicitate eorum, qui disciplinam rejiciunt.

6. Hæc causa est, quod Fructus mox subsequitur: ut intelli- s, quam salutaria ecclesiæ & reipubl. organa sint præceptores, & uri quoque olim pii discipuli. Confer hic res gestas maximi cu- usdam herois cum unius præceptoris fidelis meritis. Tales esse pos- unt Isocrates & Themistocles, Aristoteles & Alexander Magnus.

7. Postremum paradigma est species. Pulcherrima enim res st eruditio, & ad celebritatem nominis comparandam, & omne onum propagandum peridonea: imo in altera vita tanquam stellæ ful-

fulgebunt, qui multos ad justitiam colendam informarunt. V
exempla celebrium doctorum.

IV. Epilogus paræneſin in ſummam contrahat, addita preca
ne proſcholis ſervandis ac proſperandis.

CLXX. *Similis paræneſis è conjugationibus petita.*

I. Exordium ſumatur à perſona dicentis: Quod ſcholaſtico
poſſit vitio dari, ſi de rebus ad officium ſuum pertinenibus verb
ciat, ad ſe & alios excitandos. Notum enim illud Poëtæ: Na
de ventis.

II. Propoſitio:

Dicam igitur de ordine, quem Donatus in verborum conjug
nibus pueris diſtribuendis obſervavit, & quid eo tum præcepto
tum diſcipulos monitos voluerit. Puerilia illa quidem, att
μηδὲν βλαπτόντα, πᾶσι δὲ χρήσιμα.

III. Expoſitio fiat ſecundum ordinem paradigmatum, præc
ribus pariter & diſcipulis conſideratis.

1. Primum verbum eſt Amo. Primum enim officium pra
toris eſt, ut pueros amet: unde olim patres, & hi ipſorum fili
bantur. Recenſe hic cauſas amoris, quia illa ætas eſt ſpes poſ
tis, ſemen Eccleſiæ & reipubl. denique quia nemo non ei favet,
que ſervator pueros voce & exemplo adultioribus commendavit.
de etiam oppoſita, ut ſunt triſtis auſteritas, & diſſoluta com

Sed & diſcipuli viciſſim præceptores ſuos tanquam alteros p
tes diligant. Cauſæ ſunt: 1. beneficia quæ à præceptoribus acc
ſiquidem nihil melius homini bona educatione, à qua omnis vit
liquæ proſperitas pendet. Vide Plutarch. de educatione: 2. exc
memorum diſcipulorum, in quibus non tantum philoſophi,
maximi quoque reges ac imperatores fuere.

Quid, quod & provinciam ſuam præceptores amabunt? 1. P
ceptores enim fuere omnes patriarchæ, prophetæ, Chriſtus, A
ſtoli, Philoſophi, & tot excellentes viri alii: 2. Præceptores
potentiſſimi reges ac principes plurimi fecere: 3. præceptores
ſauros habent civitatis: 4. denique ſunt, qui lumen præbent re
agendis, ſal moribus, & poſteritati Eccleſiam & rempubl. tra
mittunt.

Sed & ſtudioſi conditionem ſuam magno æſtiment: quippe
nulla 1. dignior, 2. nulla ipſis aliiſque utilior: 3. nulla denique
tior & jucundior. Confer mihi hoc loco reliqua vitæ genera,

ordine ſcholaſtico tenebræ, fæces, diſpendia, ærumnæ ſunt.

2. Ita cum jam præparati ſunt animi, res ipſa aggrediunda eſt, exprimitur voce Doceo. 1. Erit igitur juventutis informator & ad docendum aptus: doctus, perſpicuus, diligens: 2. bit autem quæ viris uſui ſint, qualia ſunt fundamenta religionis, les artes, linguæ neceſſariæ, & probati mores: 3. utetur bo- rdine: 4. denique exemplo præibit, quod omni oratione effi- s.

roinde non recte huic ætati conſulunt, qui tantum ad oſtenta- em docent: qui pueros rebus inutilibus diſcendis onerant: qui plo pravo offendunt.

ueri quoque ſe dociles præbeant, & quæ à præceptoribus propo- ur, cupide accipiant, omnibuſque theſauris præferant. Iſocr. emonicum.

3. Vt autem hoc officium bene habeat, de tertio verbo Lego andum eſt.

Qui enim cum fructu docere vult, eum præmeditari, & bonos res legere oportet, è quibus quaſi apicula ſedula, mella optima rinarum auditoribus ſuis convenienti loco & tempore referat.

Merito igitur reprehendendi, qui imparati pulpita conſcendunt, quid in buccam venit deblaterantes, & tanquam ex manica (ut gloriantur) lectiones ſuas excutientes.

Diſcipuli etiam quæ à præceptoribus præleguntur, relegant, & am in ſuccum & ſanguinem convertere annitantur. Τὸ γὰρ ζη- ων ἀλωτὸν, ἐκφεύγει ἢ ἀμελέμενον. Compara hoc loco di- em cum agro bono. Vide Cicer. Catonem.

4. Sequitur quartum verbum Audio.

Primum non pudebit ipſum magiſtrum cum aliis conferre. Nulli data ſunt omnia: & conſtat vulgatum illud Ὁμιλία ἔπτκε πό- Tum in audiendis diſcipulis, in eorumque ſtudiis & moribus vandis, explorandiſque nulli labori parcat. Confer præcepto- um patrefamilias, & imperatore exercitus, qualem Severum aiunt, ἐμμελῆ τῶ πραχτέων, ἀμελῆ ἢ τῶ ἐφ' αὐτῷ λογοποιὸ- , diligentem & intentum in ea quæ erant agenda, vulgi autem las & ſermones de ipſo ſparſos negligentem.

Quod cum ita ſit, diſcipuli viciſſim doctores frequenter audire, prælectiones publicas contemnere debent. Aures enim janua per quam ſapientia ad animum ingreditur: & Plato laudat ado- rem, qui φιλομαθὴς, φιλήκοος, καὶ ζητητικὸς. Vide Plutarch. τ' ἀκροᾶς.

Dixi de formis regularibus Amo, Doceo, Lego, Audio. Sequ
tur anomalæ, in quibus primo occurrit Fero. Enimvero cum in o
ni vita, tum maxime in pulvere Scholastico meditandum, q
proverbio præcipitur, Οἰστέον κὴ ἐλπιστέον. Talia sunt: discipulor
mores agrestes & feroces: parentum ingratitudo: convitia vul
collegarum æmulationes & calumniæ: quæ, & alia multa, part
prudentia sua præceptor moderetur, partim tolerantia ac mansue
dine vincat: cogitans 1. quam magnam rem agat: difficilia eni
quæ pulchra: 2. quid Christo & aliis fidelibus doctoribus accide
3. quæ præmia in cœlo habiturus.

Discipulus item illud poëtæ sibi dictum putet: Multa tulit, fec
que puer, sudavit & alsit, Qui cupit optatam cursu contingere m
tam. 1. Primo enim norit illud Isocratis, radicem doctrinæ esse am
ram, fructus vero dulces: τὴν ῥίζαν τ̃ παιδείας πικρὰν, τὸν δ' κ
πὸς γλυκεῖς: & indigere studia nostra πολλ̃ πόνε, χρόνε κα
δαπάνης ὐ σμικρ̃ς, ut ait Lucianus. 2. Quid aratores, opifi
nautæ, milites vilis lucri causa faciant. 3. Exempla omnium doc
rum sibi proponat. Vitupera hic tenellos illos, qui laborum & di
plinæ abjicientes studia abjiciunt, vel subinde tanquam Noma
scholas mutant.

2. Alterum ex anomalis est Volo, quo monentur puerorum
magistri, ut lubenti ac liberali animo faciant, quæ muneris sui su
non tam quæstum & emolumentum suum, quam gloriam Dei & p
rorum salutem, ac utilitatem publicam quærentes. Id enim demu
laudabile est, quod sponte promptaque voluntate fit. Absit igitu
præceptoribus invidia, absit avaritia &c.

Ipsi etiam pueri volentes ad scholam se conferant, non tam m
gistri virgam & ferulas metuentes, quam bona studia amantes. Hi
Scholæ ludi dicti. & notum est carmen:

Oderunt peccare boni virtutis amore.

Mihi ille puer detur, inquit Fabius, quem laus excitet, quem glo
juvet, qui victus fleat: hic erit alendus ambitu, hunc honor excit
bit, in hoc desidiam nunquam verebor. Vide Quint. lib. 1. cap.
& 2. cap. 9.

3. Postremum verbum est Sum: Nimirum fidelis juventu
informator est commune bonum, quo non parum tota civitas, i
exteri quoque juvantur. Ex ejus enim ludo tanquam ex equo Tro
no exeunt, qui rem privatam & publicam bene administrent: qua
laudem Isocrati Orator tribuit: unde post mortem quoque memo
ejus in benedictione.

Disc

Discipuli quoque cogitabunt, quales viri evasuri sint, officium si ciant. Repræsenta hic more Rhetorum aliquot genera clarorum virum, quales animus veluti divinet ex præsenti juventute olim exstaturos.

IV. Epilogus addat πάθος ad ordinem scholasticum excitandum confirmandumque pertinens, tandemque precibus ad Spiritum sanctum pro incremento sapientiæ & virtutis concludat.

CLXXI. *De Græca lingua discenda.*

I. Exordium sumi potest à commendatione conventuum Scholasticorum, qui nequaquam sunt levia, & ad pompam comparata spectacula: quippe in quibus Deo pro conservatione Scholarum & Ecclesiæ gratiæ aguntur, & juventus ad honesta studia excitatur.

II. Propositio. Constitui autem in præsentia adolescentibus studium Græcæ linguæ commendare.

III. Confirmatio sit triplex.

1. Quia pars est eruditionis liberalis: Est etiam ab ipso Domino in cruce, posteaque à Sp. S. in pentecoste nobilitata.

2. Prodest disciplinis omnibus. 1. Theologis ad textus sacros intelligendos, quo & patres plerique pertinent, utpote Græci. (affer huc nonnulla loca, quæ propter vitiosam interpretationem non parum difficultatis ipsi doctrinæ attulerunt. ut sunt salutatio angelica Luc. 1. vers. 28. de scandalo Matth. 18. vers. 7. de Deo Spiritu Joh. 4. vers. 24. de eo quod ab initio dictum Joh. 5. vers. 25. de muliere ex generatione salvanda 1 Tim. 2. vers. 15. & similia. quibus ex fundamentis linguæ explicatis orationem facile dilatabis.) 2. Iurisconsultis & politicis, ad origines legum & formas rerumpubl. assequendas. 3. Medicis ad herbas recte discernendas (vide Cordi botanologicum) ipsaque facultatis suæ fundamenta jacienda. 4. Philosophis, ad eruditionem in omni philosophiæ parte locupletandam. 5. Historicis ad antiquitates multarum gentium cognoscendas. 6. Poetis & oratoribus, ad præstantissimorum auctorum artem imitandam. 7. Quid multis? ne Latina quidem lingua sine aliquo Græcæ auxilio perfecte disci potest, siquidem constat, magnam ejus partem, ipsamque adeo flectendi & construendi rationem Græcismum referre: quod idem de Germanica lingua dictum, quæ magnam sui partem Græcis, præcipue nonnullis Dorensibus, debet. Habes hic campum de vocibus & formulis nonnullis ex Græcorum idiomate disputandi.

III. Quia ejus discendæ summa facilitas, tum propter linguæ uber-

ubertatem, tum propter adminicula à doctis viris noſtro ſeculo peditata. Horat.

Grajis ingenium, Grajis dedit ore rotundo
Muſa loqui.

Martial.

--- Quibus (*Græcis*) eſt nihil negatum:
Nobis non licet eſſe tam diſertis;
Qui Muſas colimus ſeveriores.

IV. Epilogus concludat hortationem, addito voto pro ling rum & bonarum literarum conſervatione.

CLXXII. *Conſilium Scholaſticum.*

I. Exordium ſumatur ab officii remoris. quæ ſunt 1. inge oſcitantia in officio tum aggrediundo, tum urgendo & perficiun ſi vellicationes & ſtimuli deſint. unde Seneca: Magna pars vitæ e bitur male agentibus, maxima nihil agentibus, tota aliud ager bus. Tametſi creaturæ Dei nos exercitare deberent, maxime Sol quotidie ſurgens, & nobis lucem & calorem ſuum impertiens. Diabolus indeſinenter id agens, ut in munere demandato nos turb & ſopitis nobis, zizania ſua ſerat, nunc metu terrens, nunc vol tate aliqua ſe vocans, nunc exemplis pravis intricans.

II. Propoſitio.

Quod cum ita ſit, paucis oſtendam, quo animo ſcholas freque tare, & quid in iis agere conveniat.

III. Explicatio ſextuplex conſilium proſequatur.

1. Homo Scholaſticus ordinem ſuum amet & magnifac propter ejus dignitatem, utilitatem, & neceſſitatem.

Dignitatis eſt, quod ipſe Deus ſcholas ſtatim à prima creatio Sabbati ſanctione inſtituit: id quod probabis partim convenien Hebrææ vocis Sabbati, & Græcæ σχολῆς: utraque enim ceſſationem & quietem ſignificat: partim finibus: utrobique enim feriandum non lurconum, ſed ſanctorum hominum more, qui à curis & reb hujus ſeculi ſe ſubducunt, ut eo expeditius vacare poſſint cœleſtibu 2. Huc accedunt expreſſa manda Dei. qualia ſunt Deuter. 6. Eph. & alibi. 3. Quid, quod Chriſtus inter doctores puer ſedens, opera ſcholaſticas τὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ vocat Luc. 2, cœleſtis patris propri opera, proprio filio commiſſa & demandata? 4. Quod tot ſumm viri ſcholas partim ipſi habuere, partim præmiis & honoribus mun mis ornarunt.

Vti-

Vilitatis est, quod scholæ sunt officinæ, in quibus reparatur imago Dei, & verus tandem formatur homo, qui sibi, qui Ecclesiæ & reipubl. utilis olim esse possit.

Necessitatis est, quod scholis sublatis, Ecclesiam occupabit ἀσέβεια & profanitas, politias obruet ἀδικία & Cyclopica confusio, privatas domos ἀσέλγεια & luxus vastabit: quæ tria, mala omnia sunt, quæ vitam infestare solent, non secus atque Cæcias nubes, tandemque extremum exitium attrahunt.

2. Adolescens studiosus in scholam afferat animum discendi cupidum, partim de rerum discendarum amplitudine, partim de brevitate temporis cogitans. Ideo in ipsa institutione Sabbati dies distinguuntur, & Hebræorum ac Græcorum vetustas literarum characteribus etiam pro numeris usa fuit. Πολυπλέκεσθαι ἀναίλυμα ὁ πόνος, ait in Anton. Plutarch. Vide Senecam Epist. 1. ad Lucilium, item de Tranquillitate & brevitate vitæ: maxime autem Ecclesiasten regem.

3. Animum intendat ad res discendas utiles: ut sunt 1. fundamenta religionis: id enim Deus jubet: & hac de causa homo conditus est: denique pietas cætera studia, atque adeo omnem vitam felicitat: 2. linguæ & liberales artes: quæ vitæ subsidia, adjumenta & ornamenta sunt: 3. boni mores, sine quibus eruditio putidum cadaver est.

4. Vtatur in studiis bono ordine, eoque ex meta & intentione ita definito: quam ad rem in consilium adhibebit præceptores suos & alios viros prudentes, qui ingenium & conditionem ejus recte norint.

5. Fugiat pestes studiorum φιλαυλίαν, ignaviam, voluptatem, & prava sodalitia.

6. Ardens & assiduus sit in precibus piis.

IV. Epilogus addat πάθος ἐλπίδας à successu & commodis exuturis, siquidem dicto modo officio instet: tandemque precatione desinat.

CLXXIII. *Classicum contra Antichristum Romanum.*

I. Exordium sumatur à miseria horum temporum, quibus Ecclesia ferro & flammis gravissime infestatur, Antichristo Romano orum propemodum orbem in excidium piorum incitante.

II. Propositio sit bimembris.

Quia vero ipse Dominus vigilare nos vult, & quod ad salutem

noſtram, cogitare, duo in præſentia videbimus: Primum, q tyrannidi iſti reſiſtere liceat: Deinde quo id fieri debeat modo.

III. Confirmatio primæ partis quatuor rationibus conſtet.

1. Quod pia defenſio, quæ neceſſaria. Neque enim ini nos oppugnare deſinent, quamdiu erit, quod prædentur, c mactent, dum tandem omne nomen confeſſorum veritatis ſi rint: juri autem naturæ, omniumque gentium convenien contra injuſtam vim ſe defendere. Vide Cicer. pro Milone.

2. Suppetunt talis defenſionis exempla ab Abrahamo, M Ioſua, Davide, Mathathia, Conſtantino Magno, Carolo M & aliis piis principibus. Vide quoque mandatum Dei Apoc. 17,

3. Quod idem nunc Germaniæ principes vicini, noſtr lamitatibus commoti, pollicentur: quorum auxilia conte ſumma ingratitudo fuerit.

4. Denique ſi ſic impune iſtos lupos graſſari patiamur, nobis tantum, ſed toti Eccleſiæ extrema metuenda erunt, o que ad priſtinas tenebras & ſuperſtitiones cum plurimarum rum exitio res recidet.

Secundæ partis explicatio quadruplex conſilium afferat.

1. Agenda eſt pœnitentia, ad exemplum veteris po quidem cauſa tot & tantorum malorum peccata. Explica ho dum ordinem decalogi.

2. Orthodoxi principes & reſpubl. in concordiam n remque conjunctis conſiliis & armis agant. Noſtra enim d & vecordia hactenus potentia hoſtium crevit. Affer exempl cendum, quid concordia proſit, & obſit diſcordia: ſcilicet ria Iſraelitarum, Græcorum, Romanorum, Germanorum.

3. Conferendæ ſunt pecuniæ, quæ bellorum gerendo vi: & opes, quam vitam pariter & fidem, perdere præſtat.

4. Preces fiant publice & privatim. His enim armis omnibus temporibus feliciter uſa fuit.

IV. Epilogus concludat hortatione, ut hoſtibus veritat buatur, quod nobis fecerunt, & tam pium ac neceſſarium quiſque pro virili ſua adjuvet, conſilio, armis, opibus, pre

CLXXIV. *Similis diſpoſitio ad imitationem pri- mæ Olynthiacæ Demoſthenis.*

1. Exordium à conſideratione temporum.

In quanto periculo fuerit hiſce temporibus Eccleſia, o

Non enim tantum inimici homines fortunis & vitæ noſtræ, ſed
n conſcientiis minitabantur. Arbitror, auditores, cunctis tum
iis vos prælaturos fuiſſe, ſi quis certam vobis opem & auxilium
ittere potuiſſet. Quod cum ita ſit, æquum eſt, ut alacriter &
magna gratia eos, qui ultro ſuccurrere vobis cupiunt, audia-
cognoſcatis. Enimvero divinæ clementiæ acceptum ferendum
quod ſereniſſimus Rex N. cum exercitu in Germaniam venit,
alia re, quam heroico animo & zelo erga religionem puram,
æque gentis amore impulſus. Is gladios in vos ſtrictos repellere,
res veſtros ſub jugo ſervitutis gementes liberare: is ſecuritatem
omnibus ſuo periculo reddere vult. Quamobrem tempus certe
edita voce vos cohortatur, ut ipſi quoque, quæ veſtra ſunt, fa-
, ſi modo ſalus veſtra curæ vobis ſit. Neſcio enim, quomodo
que ſe jam habeant, aut non intelligentes rem, aut ingrati certe
um & optimum principem.

. Propoſitio triplex conſilium complectens.

nt autem, quæ mihi videntur, hæc:

tro & quam celerrime conferendas viritim eſſe pecunias, quæ
mittantur: & nobis ipſis quoque arma capienda, ut communi-
onſiliis & viribus res agatur: & de hoc ipſo alios principes & civi-
er legatos moneri oportere, ne idem contingat, quod antehac.

. Confirmationis pars prima à neceſſario.

m hoc maxime timendum eſt, ne hoſtis, ut eſt callidus, & in
agendis acer, partim concedendo, & magnifice, ubi res tu-
promittendo, partim minis, (quas non irritas eſſe ſuperiora
ora evincunt) partim etiam nos ut ſeditioſos & perduelles cri-
do, vicinos principes à nobis alienet. Tametſi illud ipſum,
ſtutus & potens eſt, idque ad bellum gerendum & ad nos ſub-
os plurimum valet, fidei certe, quam ſibi haberi vult, pluri-
adverſatur. Neque enim obſcurum eſt, non exiſtimationem,
ri partem, ſed excidium omnium & ſervitutem, & ipſam re-
em hoc bello agi. Novimus enim quid jam fratribus noſtris di-
locis acciderit: ſcilicet quia hæreticis non attinet fidem fran-
Quæ cum ita eſſe intelligatis, cætera quæ deceat omnia vobis
nda eſſe affirmo, ut velitis: belloque, ſi unquam, nunc ſemper
e incumbatis: nec pecunias tantum prompte conferatis, ſed
am militetis, nec in vobis quicquam deſiderari patiamini.

2. Ab auxiliis.

lla eſt jam vobis, nulla excuſatio, quo minus officium facere
Nam quod omnes optaſtis, ut ducem belli haberetis, id ul-

tro

tro nunc accidit, & ea ratione, qua maxime expediat. Nam si ve impulsu, aut propter suum commodum bellum Sereniſſimus suscepiſſet, fieri posset, ut hosti magnis promiſſis reconciliare & in fœdere vobiscum facto parum constans esset. Quia vero rel eum his armis induit, & ad Dei gloriam hoc bellum susciperе per fit, probabile est eum in instituto firmiter perstiturum. Quare negligenda est occasio oblata, neque committendum, ut idem n accidat, quod antehac jam sæpius. Affer huc exempla principu qui à fœderatis deserti, sua omnia amiserunt, unde hostis tantus f tus, quantus nemo fuit monarcha.

2. Ab honesto.

Nunc autem venit occasio: quæ? Hæc, quam nobis ultro offert D qualis nunquam antehac fuit. Nam quod nostri homines ante m ta amiserunt, & res nostræ vehementer afflictæ sunt, negligentiæ discordiæ nostræ acceptum referre jure possis. Quod autem non pr sus periimus, & ostensa jam nobis est ratio quædam ex his cladi emergendi, modo uti ea velimus, divinæ benignitatis beneficii equidem interpretor. Imitemur igitur majores nostros, qui pro & focis fortiter dimicarunt. Pugnavit pro religione David. Pugn vit Iudas Maccabæus: pugnavit Constantinus M., Carolus M. alii pii principes infiniti. Veteres Bremenses cum magna gloria tem sustinuerunt: idem fecerunt Magdeburgenses, & Deus illis fuit, ut & se servarint, & posteritati exemplum laudabile re querint.

4. Ab utili.

Quod si præsentem occasionem neglexerimus, cogitate per De immortalem, quonam res nobis evasuræ sint. Primum Bohe petita fuit: ea devicta, progressi sunt in Palatinatum: hoc q que superato, vicinos principes adorti sunt: quicquid cis mare fi occupatum: imo transmarina quoque regna jam spe tenentur: nimvero propter religionem odio in nos ardent insatiabili, quod niri, nisi cum omnium exitio, non potest. Non est contentus ho pecuniis nostris: liberos nostros trucidant: uxores stuprant: & fidem abnegare nos volunt, aut solum mutare, aut jugulum p bere.

5. A possibili.

At quærat aliquis, quomodo rebus occurrendum sit: id doc consiliarii esse. Faciam utique, quamvis cum periculo. Arbitror e meæ privatæ salutis ita habendam esse mihi rationem, ne quid mulem, quod è re vestra futurum esse ducam.

Co

Censeo igitur duos exercitus alendos esse: unum qui vestra loca
tudat: alterum qui hostis regionem infestet.
Nec difficile erit militem parare, quibus non tantum Germania,
extera quoque regna patent.
Nec commeatus deesse potest, qui maris usuram habetis: nec ar-
, quæ ex vicinis locis terra marique apportari possunt. Quod ad
miam, est ea vobis tanta, quanta omnium nationum nemini.
rordamini, quantam vim pecuniæ ex aratoribus vestris per tot
os hosti dederitis: eam nunc vestram facite, & contra hostem
locate. Quæ si non sufficiat, viritim conferte, & quod conviviis,
liis levibus rebus impendere soletis, piis armis tribuite.
Illud operæ precium est cogitare & expendere, quo in loco sint res
tis. Neque enim ita bene, ut imprudentiores putant, habent. Nam
um nunquam putarunt fore, ut externus aliquis princeps aut vel-
, aut posset nobis succurrere. Hoc primum hostem turbat. De-
vacillant multorum principum animi. Nam hi quidem natura
nt libertatem: hactenus tulerunt multa, partim calumniis sub-
is seducti, partim spe vana illecti: nunc quia deceptos se vident,
Deus liberatorem misit, videtis quantæ defectiones quotidie fiant,
am in arctum stipendia, quæ peregrino militi danda, rediganr.
Neque enim ipse per se multum potest, nisi nostris viribus susten-
r. Nusquam commodius bellum cum hoste geritur, quam in
ipsius regione.
v. Peroratio.
Facite igitur hosti, quod ille fratribus vestris fecit, & vobis por-
machinatur: juvate pios conatus omnes: divites stipendia curent,
peres operas faciant: juvenes pugnent, seniores orent: alii con-
, alii armis succurrant.

CLXXV *Paræneſis de non differenda pœnitentia. ex Siracid. 18. Μὴ μείνῃς ἕως θανάτου δικαιωθῆναι.*

Exordium sumatur à stultitia mortalium in differenda pœniten-
d extremum usque: cujus rei causa est, vel quod vitam sibi pro-
ant longiorem: vel quod non credant Deum peccatis succen-
eaque tandem in judicium vocaturum: vel denique quod sive
n suarum prosperitate, sive pravorum commercio ita fascinati
ntur, ut de animæ salute parum cogitent.
I. Propositio.

Cum

Cum vero id longe periculosissimum sit, ut ex multis locis scr turæ constat, (Psal.95. Rom.2.) hortabor vos, atque adeo m sum, ex Siracide, ne differamus ad mortem usque justitiæ consequ dæ studium, sed primo quoque momento vitam & mores no emendare, & cum Deo in gratiam redire velimus.

111. Confirmationis loci sint quinque.

1. Mandatum Dei nos ad resipiscentiam invitantis: quod temnere sine dispendio salutis nostræ non possumus. Collige hi concionibus prophetarum, Christi, & Apostolorum, loca, quibu sipiscere jubemur, hoc est, declinare à malo, & sectari bonum Psal.34. interpretatur.

2. Promissio gratiæ & veniæ pœnitentibus facta. Vide Es 33. 1 Tim. 1. & alibi.

3. Ira Dei adversus impœnitentes; cujus non tantum scri est testis, (vide Psal.11. Sirach.16. Rom.2. & alibi) sed tot t casus, & pœnæ, quibus tum privatim singuli, tum totæ sæpe tates & regiones absorbentur. Vide conciones prophetarum, & tidianam experientiam.

4. Vita fragilis & incerta; quod non scriptura tantum quotidiana experientia etiam testatur. Vide de inopinatis m Plinium, theatrum Zuingeri, promptuarium exemplorum &

5. Meditatio extremi judicii. cujus probata certitud oraculis seu vaticiniis & justitia divina, ostendes

1. Christum judicem futurum, quem nec fallere, nec ef quisquam poterit.

2. Ad tribunal ejus tum angelos, tum homines omnes, ne excepto, sistendos.

3. In judicium vocatum iri non facta, non dicta tanta nia, sed omnes etiam voluntates & cogitationes pravas.

4. Sententiam fore irrevocabilem, quam vel æterna be vel æterni cruciatus tum corporis, tum animi subsequentur. à collatione hujus judicii cum humanis, quod ad j locum, cognitores, ministros seu exsequutores, & pœnæ ip vitatem: cujus etiam hypotyposin instituere, & ex prophet & lamentationes damnatorum referre potes.

1v. Epilogus 1. repetat hortationem ad pœnitentiam ag quod unicum tam horrendarum pœnarum fugiendarum re est: 2. Rem distribuat in partes; quid pastores & auditores, m tus & subditi, parentes & liberi, viri, fœminæ, juniores, senio que singuli per se agere debeant, officiis eorum è sacra scrip

: 3. Addat ex cauſis adjuvantibus, ut ſunt meditatio divini, revocatio mentis à pravis offendiculis, confirmatio ad reſiſtendum pravis concupiſcentiis & quaſi bellum cum vi-erendum, denique preces ad Deum, ut is infirmitati noſtræ rrat, & per Spiritum ſuum ipſe nos convertat: 4. ejuſmodi tiuncula deſinat.

LXXVI. *Claßicum militiæ Chriſtianæ. ex* 1 *Tim.* 1. *Milita bonam militiam, retinens fidem & bonam conſcientiam.*

Exordium ſumatur à conditione piorum, qui hic variis tenta-ous & adverſitatibus expoſiti, & tanquam in perpetua acie con-ſunt, ubi aut cum æterna gloria vincendum, aut cum ſempi-ignominia ſuccumbendum. Sirach. 2. 2 Tim. 3.

Propoſitio bimembris.

quem finem de militia Chriſtiana paucis agam, duo conſidera-, quæ Apoſtolus quoque ad Timotheum ſcribere ſubmonet: , inquit, bonam militiam, fidem & bonam conſcientiam reti-Nimirum quænam ſit militia illa, ad quam nos vocat, & quo-in illa verſandum.

. Expoſitio primæ partis quatuor conſideret.

1. Quis imperator noſter ſit? Dominus noſter Ieſus Chriſtus, ei & caput Eccleſiæ.

2. Qui milites? Nos & omnes fideles, qui in baptiſmo ei nos vimus.

3. Qui hoſtes? Diabolus cum mundo & noſtra ipſorum carne.

4. Quid pugnetur? Ab una parte, ut Deo ſua gloria maneat, cum eo beati in æternum vivamus; ab altera, ut Deus ſua r gloria, & nos in æternum pereamus.

ltera parte duo explicentur.

. Quomodo hoſtes nos oppugnent.

oſemper concupiſcit adverſus Spiritum, Gal. 5. Scatet enim affectibus: ut ſunt; voluptas, libido, ira, ſuperbia, & ſi-

quos ipſa natura propenſi ſumus: quamvis pro temperamenti, onis & aſſuetudinis ratione alii ad alios magis.

antur autem & in actum irrumpunt objectis & occaſionibus Vide Rom. 7.

dus in maligno eſt; plenus ſuperbiæ, ambitionis, luxus, adu-

adulationis: vitia pro virtutibus, & virtutes pro vitiis legens. Ioh. 2.

Huic corrupta & infirma caro facile assentitur & succumbit, immemor officii sui, nunc voluptatis, nunc opum, nunc honor causa graviter delinquat, & Deum offendat. Vide Psal. 50. & Cor. 15.

Diabolus omnibus momentis occasionem captat nos perden 1 Petr. 5.

Itaque vitia naturæ, quæ ipsi optime nota, inflammat, pravis mundo exemplis excitat: ipse etiam ex sese horrendorum scelerum zizania inserit: à dextris agit illecebris, opes, gloriam, divitias voluptates ostentat, & ad peccandum proritat: à siniſtris metu of fensionis, infamiæ, paupertatis, exilii, cruciatuum, mortis ter ret, & à bono abstrahit: nunc securos & elatos, nunc trepidantes ignavos facit: quos non potest suavitate vitiorum inescare, eos ad miratione & elatione virtutum inflat: quos impetu affligere nequi instando & perseverando vincit: nunc aperte, nunc per cuniculo agit: si hac non succedit, alia via aggreditur: denique non mitt hominem, quamdiu spiritum agit.

Vide testimonia scripturæ, & exempla non tantum hominum pa ganorum, sed etiam sanctorum, quorum alios aliis modis seduxi Addes etiam παθος commiserationis de misero statu hominis, qua est Rom. 7.

2. Deinde quid contra nostri officii in resistendo sit docebis.

1. Vigilandum est, & vitanda securitas, secundum admoni tionem Spiritus sancti, Christi & Apostolorum. Psal. 2. Luc. 2 1 Cor. 10.

2. Expedienda sunt arma, iisque in tempore & provide utendum Eph. 6. 1. Petr. 5.

Fides primum armorum est, verbo Dei fidem habens, idque pr re nata sibi applicans, quantum ad admonitiones, comminationes promissiones: illis locum dat, ut sapientissimis: istis movetur, severissimis: his erigit & confirmat se, ut benignissimis. Colligit h secundum seriem Decalogi tum testimonia, tum exempla scriptur adversus omnis generis prava delectamenta, delinimenta, irritamen ta, avocamenta, & terriculamenta, quibus ad peccandum vulg seducimur, & ostende quibus & ad quas tentationes vincendas iis p utendum: ad exemplum Servatoris Matth. 4. & Apostoli 1 Cor.

Alterum armorum est bona conscientia, ut juxta fidem è sacr fontibus haustam, vitam & mores nostros instituamus; nihil dicen

es aut agentes, quod Deus nolit: nec reticentes aut intermittentes, quod ipse velit: quantumvis illud jucundum & suave, hoc difficile & asperum inimici dicti nobis fingant: in illo iram Dei, in hoc fidem & benignitatem ejusdem ponderantes. Vide exempla sanctorum: Josephi, Moïs, Danielis, Pauli, & aliorum: in quibus familiam duxit Servator, cujus tentationes ab amicis, inimicis, internas, externas, & glorioſas in omnibus victorias expendes & commendabis.

Vltimum armorum genus ſunt aſſiduæ preces ad ducem noſtrum Jesum Chriſtum, ut is pro nobis vigilet, pugnandi modum monstret, exorbitantes corrigat, deficientes roboret, denique ceu pater infantem, manu ſua per hanc tenebroſam & aſperam lachrymarum vallem inoffenſo gradu ducat, donec ad ipſum per beatam mortem aspiremus. Hæc arma ipſe nobis toties commendavit: his omnes sancti uſi ſunt, & vicerunt. Vide Acontium de ſtrategematis Satanæ, Deſid. Eraſm. & Othon. Caſmannum de milite Chriſtiano.

Adde πάθος conſtantiæ in hoc certamine ad finem uſque vitæ perſtinendo.

IV. Epilogus 1. ſummam faciat claſſici: 2. πάθος moveat virtutis & in agendo ſtrenuitatis: quia 1. Imperator ipſe Chriſtus observat quid agamus, conſilium & vires additurus, ubi defecimus: II. ſunt in acie ſpectatores & teſtes tot ſancti angeli & homines: III. parata eſt victoribus corona immortalis gloriæ & beatitudinis. Vide quid in terrenis prælis & certaminibus propter præſentiam ducis, commilitonum applauſum, & vile brabeum, ſive monumentum, cordatus miles faciat. 3. Poſtremo deſinat precibus ad filium Dei, ut in omnibus tentationibus is nobis ſuccurrat, & largiatur victoriam, & militia noſtra defunctos, conſortes faciat gloriæ ſuæ.

CLXXVII. *Acclamatio triumphalis ad pios & fideles. ex Pſal. 32. Lætamini in Domino, & exultate juſti, & gloriamini omnes, qui recto corde eſtis.*

I. Exordii loco querela ſit de piorum in hac vita tentationibus & moerore perpetuo, mundo interim, ut Chriſtus ait, gaudente, & eos inſultante: id quod omnes prophetæ & apoſtoli experti. Vide Davidem Pſal. 37. & Apoſtolum 2 Cor. 4.

II. Propoſitio trimembris ſit.

Quod tametſi ita eſt, habent tamen pii in maximis tribulationibus ſummum gaudium, quod nemo ab ipſis tollere poteſt: contra impii in ipſa proſperitate & deliciis ſuis miſere torquentur, nec quo ſe re-

ſe recipiant, habent. Quod ut rectius intelligamus, Davidem audi
mus, his verbis eos ad lætitiam hortantem: Lætamini in Domino
& exſultate juſti &c. Vbi tria expendenda: quos, quomodo, & q
de cauſa lætari velit.

111. Expoſitionis pars prima agat de gaudio juſtorum, & qui rec
corde ſunt. Vbi 1. definitio. Iuſti enim intelliguntur fideles, qu
bus propter Chriſtum peccata ſunt remiſſa, & juſtitia Chriſti imp
tata. Recti corde, iidem, quod ſine hypocriſi ſint, & à peccat
converſi, bonæ ſtudent conſcientiæ. Hi ſunt quos gaudere vult.
Antitheſis infidelium & impurorum hominum, quos in ipſis volu
tatibus ſuus pungit vermis, ut animitus lætari nequeant. Decla
hoc in utranque partem dictis ſcripturæ & exemplis. De vi conſcie
tiæ uſurpari etiam poſſunt teſtimonia profana.

Altera pars de modo lætandi tria verba, quibus tanquam per gr
dus lætitia piorum deſcribitur, evolvat. Primum lætari deben
quod eſt animi de bono adepto ſuaviter affecti, ſibi gratulantis. Tu
exultare; quod geſtuum eſt, internam animi affectionem conteſta
tium. Tertium eſt gloriari: voce & lingua ſtatum ſuum prædican
Significatur igitur ſolidum & perfectum gaudium, quod animus ſe
tit, geſtus produnt, lingua celebrat. Confer ſimilia dicta ſcriptur
additis exemplis, ut Davidis, arcam fæderis Hieroſolymam depo
tantis, Pauli in ipſis tribulationibus gloriantis & triumphantis,
eſt Rom. 5, & 8. 2 Cor. 4. & aliorum.

Tertia pars de tantæ lætitiæ cauſa, expendat quid ſit in Domi
lætari. Primum igitur faceſſat lætitia carnalis propter voluptate
opes, honores, amicos, liberos, ſæpe etiam propter peccata, a
quid ſimile: qualis lætitia nec pura eſt: nec conſtans: ſæpe etia
ſuperbiam, arrogantiam, injuriam, & ſimilia peccata incendit: de
nique finem habet triſtem: id quod teſtimoniis & exemplis edocebi
Deinde vera hujus ſpiritualis lætitiæ cauſa (quæ Dominus) explic
tur. Caput eſt fides in Dominum Ieſum, omnis ſalutis humanæ fon
tem. Hinc ſunt 1. pax conſcientiæ, quod Deum nobis reconciliatum
& peccata gratioſe remiſſa eſſe ſcimus. Hæc lætitia ſuperat omne
intelligentiam hominis. 2. Animi erectio ad contemplandas res max
mas, ipſiſque angelis cognitu deſiderabiles. Vt eſt Deus, ejuſque in
comprehenſibilis providentia: Pſal. 139. Servator noſter verus De
& verus homo primo in ſtatu humilitatis, deinde in gloriæ, 1 Petr.
Eccleſia inde ab initio orbis mirabiliter ſervata, Pſal. 124, 129. Ip
ſideles, ut nati, ut renati, ut preſſi, ut rurſum erecti fuerint. Io
7, 10. Gloria electorum in altera vita, & ſimilia. Pſal. 16. Eph.
qu

gorum consideratio incredibilem voluptatem parit, & totum mun-
m cum vanitatibus suis contemni facit. Confer philosophorum &
orum sapientiam & speculationes. 3. Αὐτάρκεια in statu à Deo as-
nato acquiescens, nec quid aliud quærens, quam ut Domino se
debet, & talentum suum (quantulumcunque illud) bene collocet,
lis affectio regum animos superat. 4. Invictum robur in tolerandis
versitatibus, quibus premuntur quidem & anguntur, sed non op-
imuntur, verum eluctantur cum gloria. 1. Enimvero scit fidelis
imus, eas sibi à benignissimo Domino & patre suo immitti: 2. non
perdendum, sed ad servandum: 3. & finem futurum bonum: 4. de-
que non sibi uni accidere, sed socios habere omnes filios Dei, atque
eo ipsum Dominum, cujus virtus in infirmitate mirabiliter efficax.
Spes indubitata futurorum bonorum, quæ nobis in cœlo reposita.
de Davidem, Paulum, & tot pios martyres, qui hac spe confir-
ti mundum riserunt, & in diris simis cruciatibus triumpharunt.
de πάθος exclamationis. Vsque adeo verum est, quod scriptura
cit, Victoria nostra est fides. 5. Animus ita comparatus, ut nemi-
nocere, omnibus etiam inimicis benefacere velit: scilicet ad exem-
um Domini sui: qua benignitatis praxi nihil dulcius.

Declara hoc inductione per antithesin tentationum & fidei, quæ
dis scripturæ, & exemplis piorum confirmata, omnia superat, tan-
mque relicto mundo, cœlum petit.

IV. Epilogus 1. Πάθος habeat à descriptione lætitiæ perfectio-
, quæ piis in cœlo parata, cujus præsens intimatio quædam &
æsensio est: 2. preces ad Dominum, ut hunc affectum lætum in
mis nostris confirmare & augere velit, ut David orat Psal. 51.

CLXXVIII. *Paræneſis ad diſcendam Theologiam.*

I. Exordii loco querela sit de persequutionibus Ecclesiæ, & tempo-
m præsentium miserrima facie: quæ res juventutem quoque Scho-
sticam non parum afficit, ut missis divinarum rerum studiis, huic
culo se addicat, & studeat iis disciplinis, quæ plus commodi, &
inus periculi habere videantur.

II. Propositio bimembris esto.

Contra quod scandalum ut me ipsum & commilitones confir-
em, causas afferam, cur nullum studium magis commendatum
beamus, quam rerum sacrarum: in fine etiam qua ratione pie &
m fructu in ea versari liceat, paucis, ut à præceptoribus nostris ac-
pi, attingam.

III. Expositio primæ partis afferat rationes.

1. Quia studium theologicum præstantissimum & perfectis mum est: quippe de Deo agens, ad quem cognoscendum & celebra dum conditi sumus. Hinc non tantum apud Iudæos, sed etiam ap Ethnicos Sacerdotes & rerum divinarum interpretes in summo hon re fuere: & nos Christiani dicimur, qui Christum summum The logiæ doctorem sequi debemus; socios quoque habentes omnes p triarchas, prophetas, apostolos &c.

2. Quia maxime homini est necessarium: siquidem in eo velatur ratio æternum bonum & vitam consequendi. Hic doce qua methodo id docendum, primum ex Lege, tum ex Euangeli denique ex utroque. Contendere etiam facies ceterarum disciplin rum fructus, qui nulli sunt cum hoc collati.

3. Quia nullo alio studio alteri, atque adeo Ecclesiæ, cui n sumus, commodare queas. Prosunt mortalibus multis modis op ces, mercatores, milites, Philosophi, Medici, Iurisconsulti, multo uberius theologi. Huc pertinet, quod multis aliis disciplin Theologia lucem addit: inprimis Ethicæ & Physicæ.

Hinc transitione facta ad alteram partem, consilium theologicu pones in quatuor: 1. ut digna præparatio fiat philosophiam, li guas, historiam & catechesin discendo: 2. ut sacræ literæ earumq interpretes diligenter legantur & evolvantur: ut & veritatem in defendere, & errores refutare valeas: 3. ut preceris ardenter, exemplum Davidis & aliorum sanctorum: 4. Vt vitam agas Theol go dignam, & ad tentationes sustinendas te compares.

IV. Epilogus, repetita summa dictorum, precibus pro sapien consequenda desinat.

CLXXIX. *De causis & remediis publicorum malorum.*

I. Exordium sit à deploratione horum temporum, ubi omnia pejus: quibus etsi mederi nos adolescentes non possumus, conqu tamen, & meliora optare licet.

II. Propositio.

In quem finem è nupera disputatione de causis mutationum in buspubl. pauca repetam, ut cognitis malis nostris, eo diligentius c veamus, ne nos quoque huic incendio vitiis nostris alimenta dem

III. Expositio quatuor causas prosequatur: unam fatalem, re quas morales: additis testimoniis ab experientia; cum suis remedi

1. Fatalis causa est, quod Deus ut cæteris rebus omnibus,

regnis & rebuspubl. ac civitatibus suos terminos posuit, quibus in-iant, crescant, decrescant, intereant: ultra quos constare ne-rant. Declara hoc testimoniis è sacris & profanis literis: quo per-t, quod Plutarchus de Iove Statore meminit.

Remedium hic est in precibus, ut Deus mitigare judicia sua velit, hisque in pœnis meritis tolerandis patientiam dare.

Morales causæ sunt hominum vitia, publica, privata. Neque im justus Deus punit, ubi peccatum non est.

2. Ex his vitiis primarium, & cæterorum fons est impietas (ἀσέβεια) & contemptus religionis, ac nominis divini profanatio. clara hoc 1. ex fine hominis conditi, & ipsarumque adeo rerumpu-carum: 2. testimoniis: 3. exemplis.

Remedium hic est, ut ad rempubl. non nisi homines puræ doctri-gnari, & religiosi admittantur: qui & ipsi exemplo subditis rant, & scandala severis legibus & pœnis prohibeant. Vide mpla Ezechiæ, Iosiæ, & aliorum.

3. Alterum vitium est injustitia, (ἀδικία) quando & magi-tus jura & judicia quæstui habet, & jus viduarum ac pupillorum vertit: & cives lucri causa in rebus contrahendis alteri alteros fal-t. Vt enim justitia vinculum est Societatis humanæ: ita ex injus-tia indignationes & discordiæ nascuntur; qui proximus gradus est interitum.

Testimonia & exempla deesse hic non possunt.

Remedium est, ut magistratus jus & norit, & amet, & pro vi-etiam tueatur; fraudes, rapinas, & prævaricationes, severe niens.

4. Postremum vitium est intemperantia, (ἀσωτία) luxus, & gæ libidines. Vide exempla in historiis Chaldæorum, Persarum, æcorum, Romanorum.

Remedium est, ut cives inde à pueritia ad frugalitatem & honesta-m assuefiant. Hinc excurre in commendationem Scholarum; quæ nium virtutum officinæ.

IV. Epilogus 1. summam repetat orationis: 2. hortetur ad pœ-tentiam, ut à dictis peccatis in posterum abstineamus, & publi-, privatimque vivamus pie, juste, sobrie: 3. concludat precibus, ales sunt Dan. 9.

CLXXX. *De dicto Epicteti*, Ἀνέχου, καὶ ἀπέχου.

I. Exordium ſit à laude Epicteti, qui non verbis tantum, exemplo quoque philoſophatus eſt.

Docuit, cum duobus hoſtibus homini acerrimum bellum e cum opinione, & fortuna: illam diligentia, hanc virtute ſuper

Vitam, ſi fortunam ſpectes, egit miſeram: ſervus enim fuit, claudus, & Homerico Iro pauperior: ſin mores, magis regia quam potentiſſimi tyranni, ſub quibus vixit, Nero, Domitian Antonini.

II. Propoſitio bipartita.

Hic Epictetus univerſam philoſophiam duobus verbis, quæ eti frequentiſſime uſurpaſſe fertur, comprehendere ſolitus eſt: Ἀνέχ καὶ ἀπέχου: quorum altero monemur, ut adverſa fortiter tolerem altero, ut ab illicitis temperemus voluptatibus. Hæc etiam cap erunt orationis meæ: vos quæſo attendite.

III. Explicatio primæ partis docebit, quare & quid tolerandu

Tolerantia habere debet cauſam honeſtam, quam quiſque offi ſuo æſtimet. Cujuſmodi adoleſcenti Scholaſtico eſt amor doctrin patrifamilias, domus bene habens. Magiſtratui, juſtitia & ſtudiu reipublicæ: militi, pietas erga patriam: homini Chriſtiano, fi & religio pura.

Pro his tolerandum eſt, quicquid honeſte devitari nequit: labor odia, pericula, perſequutiones.

Rationes ſunt:

1. Mandatum Dei.
2. Auctoritas ſapientum.
3. Ipſa dignitas virtutis.
4. Fructus, ut ſunt Salus, tum privata, tum publica, bo conſcientia, honeſta fama, & (quod caput rei eſt) præmia futu vitæ.

Adde his exempla hominum, qui multa pertulerunt: nimiru in vita domeſtica, ſcholaſtica, politica, militari, religioſa: ta demque cum honore & gloria, imo etiam cum multorum comm do ſuperarunt.

Hinc transitione facta, ſimili modo agatur de abſtinentia.

Abſtinendum autem eſt ab omni re illicita & noxia, quantumv ſpeciem delectabilem habeat. Hujuſmodi adoleſcenti eſt pravu commercium & voluptas: patrifamilias luxus & injuſtum lucrum

m

magistratui dorophagia & ambitio: civi seditio, æmulatio, dissi-
ii: Christiano amor mundi &c.

Rationes sunt:

1. Dei mandatum.
2. Iudicia & suasiones sapientum.
3. Ipsa rei turpis fœditas.
4. Pœnæ & incommoda. Voluptatem enim sequitur dolor, crime conscientiæ: lucrum iniquum, damnum: ambitionem infa-
ia: vitam virtuti negatam mors æterna.

Addi his, vel inseri similiter possunt exempla eorum: quibus vel miliaritas cum pravis, vel voluptas & luxus, vel injustitia & ty-
nis, vel denique collusio cum hostibus piorum, vel si quid aliud ecie plausibile, fraudi fuit.

IV. Peroratio 1. summam orationis colligat: 2. πρόσ- addat postolicum, quale est 2. ad Tim. 4. vers. 5, 6. seq. ad Tit. 3, 4. & seq. Concludat precibus, quales sunt Psal. 19, 25, 119. & aliis.

CLXXXI. *Adolescens bonæ spei.*

I. Exordium ducatur ab occasione dicendi. Vbi de prælectionum holasticarum fructu.

Audivimus hac æstate nobilem orationem Ciceronis pro Pom-
io, quem ut summum virum, & imperatorem dignissimum po-
lo Romano commendat. Ejusmodi laudationes etiam nos adole-
ntes afficere debent, ut si non parem, certè similem laudem ali-
ndo mereamur. Hic enim primarius fructus talium auditionum
, ut sementem capiamus bonæ frugis, quæ tandem cum virtute gloria metatur. Quanquam enim non possumus omnes Pompeii
i, ita tamen ab initio ætatis comparare nos debemus, ut talentum
frum bene collocemus, & stationem, quam Deus dederit, cum
de tueamur.

II. Propositio quadripartita.

In hunc finem repetam, quod sæpe à præceptoribus nostris audi-
mus: nimirum summam dandam esse operam, ut quolibet tem-
re officio constare possimus. Poterimus autem, si assuescamus om-
ia prudenter, juste, constanter, & moderate agere.

III. Expositio hæc quatuor officia sigillatim resumat & explicet.

1. Prudenter agere est, probe considerare finem, quem inten-
mus; & media, quibus ad finem propositum pervenire liceat. Ni-
l enim temere faciendum: nihil etiam modo, qui plus periculi,

quam commodi habeat. Compara hæc cum ſagittariis, nam viatoribus. Excurrere quoque licebit ad finem ſtudiorum Scholi corum, & rationem ejus metæ obtinendæ.

2. Sed tum finem, tum media in omni conſilio capiendo neſta & juſta eſſe oportet. Talia ſunt, quæ cum lege Dei conveniu quæ ſunt officii noſtri, quibus non læditur proximus. Nam avare, libidinoſe, vel ambitioſe fiunt, non habent ſucceſſum p ſperum. Declara hæc exemplis.

3. Cum vero multa ſint, quæ nos à recta via abducere poſſ confirmandus eſt animus, ut, ſi quid propter juſtitiam & piam cau ferendum, ne ſuccumbamus. Fundamentum autem omnis virt & conſtantiæ eſt, non ſe, non aliis etiam hominibus, ſed Deo n In ejus enim manu ſunt omnia, nec is ullum unquam in viis ſuis ſertum patitur. Addantur hic teſtimonia & exempla convenientia

4. Diſcamus tamen in rebus omnibus tenere modum, ne q inſolentius, ne quid præter decorum committamus. Quo pertin ut vigilantes & ſobrii ſimus: ut modeſti, faciles, officioſi erga quo libet: Tales enim amantur & magni fiunt.

Sed hæc omnia quæ dixi, à timore Domini proficiſci oport nec ſimulata, ſed vera & ſincera eſſe.

Qui ita ſe à pueris inſtituunt, illi Dei & bonorum hominum g tiam invenient, nec unquam fine propoſito deſtituentur: id qu exemplis planum facies.

Tales adoleſcentes fuere Ioſephus, Moſes, David, Daniel, ſac literis celebrati: talis fuit omnium puerorum ſanctiſſimus, & c tutiſſimus puer Ieſus.

IV. Peroratio duplex conſilium addat: ut, quia ipſi non ſuffic ad tales mores comprehendendos, ſequamini fidelia monita præc torum, & in auxilium invocetis Deum. Preces enim primum, m dium, & ultimum eſſe debent omnium rerum bene agendarum. I que pro concluſione ipſe præibis forma, qualis eſt Pſal. 19. verſ. 13, 14. vel 25. verſ. 5, 6, 7. vel Pſal. 119. ſtropha ſecunda.

C

CAPVT II.

In Materiis consolationum.

I. *Consolatio temporum præsentium. ex promissione Christi, quæ est Matth. 16. 18.*

I. EXordium conqueratur Ecclesiæ statum, qui nunc propter vitia passim regnantia, & persequutiones, longe afflictissimus est.

II. Propositio.

Quare in communem consolationem agam de promissione Christi, quæ legitur Matth. 16. his verbis: Supra hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ infernales ei non prævalebunt.

III. Expositio sit trimembris.

Prima didascalica sit, verba textus expendens, & nominatim 1. quænam illa sit petra, quam Dominus pro fundamento Ecclesiæ hic destinat: nimirum quod non sit Apostolus Petrus, aut fictus Petri successor Pontifex Romanus, sed confessio illa & fides Petrina, quæ præcedit vers. 16. quod fundamentum cum Petro omnes prophetæ & Apostoli commonstrant. 2. Quid per Ecclesiam Dominus intelligat supra dictam petram ædificandam, videlicet non colluviem illam Episcoporum & Monachorum, qui tyranni Romani mancipia sunt, sed cœtum fidelium in quovis loco. Ita enim Ecclesiam sacræ tabulæ nobis describunt. 3. Quomodo filius Dei Ecclesiam ædificet: nempe eligendo, justificando, conservando, regendo, glorificando, ut est Rom. 8. 4. Quænam sint portæ illæ infernales, quæ Ecclesiam Dei infestent: Diabolus princeps tenebrarum, cum sua colluvie impiorum hominum, ut sunt, tyranni, hæretici, hypocritæ: quales jam inde ab initio mundi Satan in aciem producit, Domino Iesu interim suos mirabiliter tutante.

Altera pars parænetica esto de officio nostro: ut ad exemplum Petri fidem nostram de Servatore sincere & constanter confiteamur.

Vltima sit consolatoria: ut in his persequutionibus non desperemus, sed certo statuamus, salutem nostram stare immotam, nec posse Ecclesiam ullo modo everti. Argumenta sunt Iesu Christi, qui caput & Dominus noster est, potentia invicta, & erga suos fides immutabilis. Hæc confirmari possunt testimonio experientiæ per omnia mundi tempora. Hebr. 11.

IV. Perorationis loco ſit precatio ad filium Dei, ut Eccleſiam bi curæ habeat, hiſque turbis glorioſo ſuo reditu finem imponat.

II. *Conſolatio piorum contra metum defectionis. ex dicto Pauli 2 Tim. 2. Solidum fundamentum Dei ſtat &c.*

I. Exordium ſumatur à diſſimilitudine piorum & impiorum quantum ad vitam & fortunam. Illi enim toti ſunt in doctrina Domini, & ſecundum eam vitam ſuam inſtituunt; unde à Deo benedicuntur, & ejus favore fruuntur in ſempiternum: Hi vero odio habent omnem rectam admonitionem, & indulgent libidinibus ſuis: qua de cauſa manent ſub ira Dei & maledictione æterna.

II. Propoſitio.

Hæc omnia breviter & nervoſe complexus eſt Apoſtolus, quando ad Timotheum ſic ſcribit: Solidum fundamentum Dei ſtat, habet ſigillum hoc; Novit Dominus qui ſint ſui: Et diſcedat ab injuſtitia qui invocat nomen Chriſti.

Duo enim docet. Primum, quam firmum ſalutis ſuæ fundamentum Chriſtiani habeant in Dei providentia. Deinde quinam ſint vere Chriſtiani, ut iſtam conſolationem ad ſe pertinere certo ſtatuere poſſint: nimirum hæc illa doctrinarum capita ſunt, quibus nullis magis hiſce temporibus neceſſaria: quando ex altera parte periculum & timor, ex altera ſecuritas & hypocriſis pugnant; ut nec in adverſis animum deſpondeamus, nec in ſecundis vano religionis nomine nobis imponamus. Quæſo ut de his dicentem audiatis.

III. Expoſitio bimembris.

Primum conſolatio ſit, à certitudine ſalutis noſtræ, quod Dominus norit qui ſint ſui.

Quod quale ſit, explicat idem Apoſtolus in catena illa ſalutis noſtræ, quam texit ad Rom. 8. Vbi hos gradus facit. Primus eſt præſcientia Dei infallibilis: 2. prædeſtinatio ad conformitatem filii ſui eaque immutabilis: 3. vocatio efficax per verbum & ſacramenta: 4. Iuſtificatio abſoluta & perfecta: 5. glorificatio beata & fine carens.

Hæc omnia Apoſtolus intelligit, cum ait Dominum noſſe ſuos idque ſolidum fundamentum ab ipſo Deo jactum vocat.

Eſt enim Eccleſia tanquam excellens ædificium, à Chriſto condi-tum, cui nulla vis, nulla tempeſtas nocere poteſt. Nititur enim 1. veritate, potentia & bonitate Dei immutabili: 2. Indiſſolubili nexu cum lapide angulari domino Ieſu.

De-

Declara hæc piorum exemplis, quos non tantum calamitates, ed ne peccata quidem ipſa à beatorum numero excludere potue-unt.

Poſtremo conclude epiphonemate, quale eſt Rom. 8. 31. &c.

Alterum membrum ſit paræneticum de officio noſtro. Quod hic uplex innuitur.

Primum eſt invocare nomen Chriſti, id eſt, credere in Chriſtum, vocare eum in neceſſitatibus noſtris, & libere ac conſtanter con-teri.

Alterum diſcedere ab iniquitate, id eſt, tum peccatum odiſſe ac gere, tum ipſos quoque peccatores averſari, nec cum delictis eo-um ullo modo participare.

Declara hæc 1. teſtimoniis: 2. exemplis: 3. cauſis vitæ ſanctæ; unt creatio ad imaginem Dei, redemptio per ſanguinem Chriſti, anctificatio per inhabitantem in nobis ſpiritum Dei.

IV. Epilogus colligat ſummam tum conſolationis, tum admo-itionis, additis ad finem precibus pro perſeverantia & beato fine.

III. *Conſolatio publicarum calamitatum, ex Iuſti Lipſii Conſtantia.*

I. Exordium ab occaſione dicendi.

Calamitoſum nunc eſt ſeculum.

Cui non loci mutatio, aut ſimilis res mederi poteſt, cum morbus animum penetret.

Qui proinde conſtantiæ medicina ſanandus, ita ut nec levius, nec avius malum ſuum æſtimet, quam par ſit.

II. Propoſitio.

Enimvero ad ferenda hæc mala multum facit, ſcire unde illa ſint: o tendant, & quantula tandem ſint.

III. Confirmatio I.

Quod ad primum, perſuaſum ſit quam maxime, quicquid morta-ibus uſu venit, id non caſu aut temere evenire, ſed Deo ſciente & oderante. Talia ſunt, tyrannis, peſtes, fames, bella, incendia, di-uvia.

Teſtatur id

1. Natura Dei optima maxima.
2. Sacra ſcriptura.
3. Conſentiens vox ſapientum.
4. Experientia omnium rerum, quæ ex lege & ordine divini-

vinitus assignato nascuntur, crescunt, decrescunt, intereunt.

Confirmatio II.

Nihil autem Deus ordinat nisi cum bono nostro.

1. Est enim bonus ipse.

2. Ex malis istis, quæ videntur, plurima commoda proli

Primum per ea boni confirmantur, explorantur, aliis exemp incitamenta fiunt ad virtutem, denique ob admissa peccata casti tur, ut resipiscant.

Tum mali puniuntur & refrænantur.

Postremo commendatur œconomia Dei, qui singula certo mero & mensura definit, alterumque alteri succedere facit, ut tum hoc pulchre constare possit. Confer cum domo sapienter dinata.

Confirmatio III.

1. Etsi magna sunt mala nostra: tamen non minora runt aliis. Vide in historiis clades bellicas, pestes, famem, cas nes, scelera, tyrannides.

2. Nec comparari possunt illæ occultæ internæque pœnæ scientiæ.

3. Et quæ in orco manent impios.

4. Cum pii post modicam & brevem hujus vitæ miseri ternæ gloriæ pondus habituri sint.

IV. Epilogus sit in hortatione 1. ad humilitatem erga Deu patientia: 2. vitæ emendationem: 3. preces pro allevatione toria.

IV. *De sananda animi ægritudine. ex 3. Tuscul. Ciceronis.*

I. Exordium sit à re ipsa in hunc sensum: Animi affectiones viores & periculosiores sunt, quam corporis.

E. animo sanando plus studendum, quam corpori.

II. Propositio.

Quod cum ita sit, agam de præcipuis morbis animi, & qui modis sanari queant, ostendam.

III. Expositio tres morbos recenseat, è quibus omnis r perturbatio & ægritudo existit, iisque sua opponat remedia.

Primus morbus est stultitia mortalium, tum in eligendis, rum post pœnitet, tum in contemnendis, quæ postea frustra runt.

Remedium est prudentia in discernendis bonis à malis:

is à superfluis: quæ nostrarum virium sunt ab iis, quæ minus·
Alter morbus est cupiditas bonorum quæ putantur: ut voluptа-
, opum, honorum.
Remedium est animus moderatus, & sua sorte contentus.
Tertius morbus est impatientia malorum, quæ videntur: ut in-
arum, dolorum, paupertatis, infamiæ, &c.
Remedium est patientia & invicti animi robur.
Hæc omnia illustrari possunt causis specialibus, exemplis, sen-
tiis, testimoniis. Vide Ciceronem 2. & 3. Tuscul. Plutarch. de
quill. animi, & de affectionibus corporis & animi, Senecam,
rcham, Spinæum, & alios.
v. Peroratio vertatur in hortationem, ut animum à rebus mun-
is ad cælestes contemplandas vertamus, quæ solæ satiare & tran-
llum eum reddere possunt: quibus & precatio addi potest, qualis
Proverb. 30.

V. *Consolatio Ecclesiæ ex nativitate Domini.*

. Exordium habeat querelam de præsenti statu Ecclesiæ, armo-
n & certaminum ardore satis afflicto.
. Propositio.
Contra tam misera tempora non posse efficaciorem consolationem
, quam ex meditatione nativitatis Domini, de qua cœlestis ora-
ad pastores, Ne timete, inquit, ego annuncio vobis gaudium
gnum, quod futurum est omni populo. Natus enim est vobis ho-
alvator &c. Ostendam igitur, hoc duce & patrono Ecclesiæ da-
non esse quod furorem mundi metuamus.
. Confirmatio.
1. Servator ille est filius Dei, imo ipse Deus, cui sat potentiæ
ra hostes nostros.
2. Idem quoque vult nos tueri, qui iccirco de cœlo venit, &
apta carne nostra mortem obiit, ut nos à morte & cunctis ini-
is nostris liberaret: in cujus rei fidem verbum & sacramenta no-
edit.
3. Hinc omnibus temporibus Ecclesiæ patrocinium suscepit:
litarum contra Ægyptios, Philistæos, Syros, Chaldæos, An-
hum: Christianorum adversus Iudæos, Ethnicos, Turcas, An-
ristum: idemque faciet ad finem usque mundi. Matth. 28.
4. Vt olim, Ecclesia veteri propter sectas Iudæorum, & vim
anorum pessime habente, Christus salus mortalium in carnem
venit:

venit: sic sperandum, cum nunc extrema omnia impendeant, eu
dem ad judicium rediturum, & huic tragœdiæ mundi finem dat
rum. Vide passim Esaiam, maxime cap. 54. &c.

IV. Epilogus urgeat consolationem, tandemque precibus ad
lium Dei pro maturanda vindicatione populi sui concludat.

VI. *Alia dispositio in eandem sententiam.*

I. Exordium sumatur ex Psal. 42. vere conqueri Ecclesiam no
posse, quod de se olim rex sanctus: lacrymas sibi pro pane esse die
nocte: abyssum abyssum invocare, omnia excelsa, omnes fluc
Domini super se transiisse.

II. Propositio.

Quod licet ita sit, tamen non est animo cadendum, sed (ut
eodem est cantico) sperandum in Deo salutari nostro.

III. Confirmatio.

1. A necessario, quod non possit aliter fieri, siquidem in
conciliabiles inimicitiæ sint inter semen mulieris & serpentis, quem
admodum in paradiso Deus hoc prædixit.

2. Ab exemplis. Sic Cain afflixit fratrem Abelem: Sodom
Lothum: Israel Isaacum: Iacobum Esavus: Ægyptii Israelitas:
liam Baalitæ: Iudæi Christum ac Apostolos: imperatores gentis
Christianos: Pontificii orthodoxos: denique impii pios omnib
temporibus.

3. A præsentia filii Dei partim Spiritu suo nos consolantis, p
tim potentia sua defendentis, quemadmodum id res loquitur.

4. A fine ultimo mundi nunc imminente, ubi his miseriis
ponetur finis, impiis æternis pœnis mactatis, & piis in æterna gl
dia assumptis.

IV. Epilogus habeat πάθος fiduciæ, quale est in Psal. 46.

VII. *Contra molestiam laborandi.*

1. Causa lapsus humanus.

2. Exempla omnium sanctorum, ipsiusque adeo Domini, q
in causa salutis nostræ laboravit.

3. Tota universitas, in qua nihil ociosum.

4. Victus honestus non alia ratione, quam labore & preca
venit.

5. Deus favet diligentibus.

6. Labor est remedium contra multa peccata.
7. Sabbatum æternum tandem sequuturum.

VIII. *Contra ærumnas & adversitates omnis generis.*

1. Meditatio providentiæ divinæ.
2. Officium virtutis & constantiæ, præsertim si adjuvetur à ritu sancto.
3. Conditio vitæ humanæ in hoc mundo, atque adeo ipsa fe- li necessitas.
4. Societas & exempla aliorum hominum, itidem bonorum.
5. Inutilitas doloris nimii.
6. Spes eventus melioris.

Vide passim sacras literas, & inprimis Rom. 8. Cicer. 3. Tuscul. arch. de consolat. Petrarch. de remedio utriusque fortunæ, Spi- m de tranquill. animi.

IX. *Contra paupertatem.*

1. Natura paucis contenta, & quod nudi & inermes in mun- venimus, talesque inde discedemus.
2. Deus unicuique suum demensum assignat, in quo acquie- dum.
3. Paupertas caret insidiis & curis anxiis.
4. Est cos ingenii & virtutis.
5. Occasionem præcidit multorum peccatorum, in quæ alio- divites & opulenti facile incidunt.
6. Multi præstantes viri paupertatem æquo animo tulerunt.
7. Veros thesauros dabit Dominus in cœlo. Vide Iacob. 2. 5. Tusc. & 4. Paradox.

X. *Contra exilium.*

1. Tota vita hominis est tanquam peregrinatio & exilium ddam.
2. Viro bono & forti patria est ubicunque bene est.
3. In lucro putandum, ab hominibus impiis & sceleratis libe- à quibus quo longius absumus, hoc propius accedimus ad Deum.
4. Multis bonis viris eadem gratia relata, quibus tamen talis salvti cessit. Vide præter exempla Ethnica (Demosthenis, Sci-

pionis,

pionis, Ciceronis,) Patriarchas & Apostolos, totamque Eccle veterem.

5. Nusquam possumus excludi à Deo & communione sanc

6. Constans & vera patria in cœlo est. Vide Philip. 3. H 11. Cicer. Parad. 2. & 4.

XI. *Contra orbitatem.*

1. Sors communis omnium.

2. Temporum perversitas.

3. Conjunctio indissolubilis, quæ nobis est cum Chris Ecclesia: ille patris, mariti, & fratris loco; hæc matris & so

4. Status melior defunctorum, & spes resurrectionis. Io & 19. 1 Cor. 15. 1 Thess. 4. Sapient. 4. Cicer. 1. Tuscul

XII. *Contra contemptum & calumnias.*

1. Profani homines non agnoscunt dona Dei in piis.

2. Hi mores sunt diaboli & filiorum ejus, ut piis obtrect

3. Vere Christianum est, recte facientem male audire.

4. Accidit id ipsi Christo & ejus servis nullo non tempore

5. Calumniæ acuunt studium innocentiæ.

6. Innocentiam nostram tandem prodet dies, saltem no mus, quo ipse Deus gloriam & ignominiam, cuique prout invenietur, daturus est. Psal. 73. Rom. 2. 1 Cor. 3, & 4. 1 P 3, 4. Cicer. Parad. 4.

XIII. *Contra servitutem.*

1. Animo liber esse potes, ipsoque domino superbo Curia servum respuit, at non virtus, non industria, non fides

2. Multo tristior servitus sub peccato, libidinibus, & vanis, quæ proinde magis fugienda.

3. Quo immitior dominus, eo clarior patientia servi.

4. Nemo in hoc mundo est, quin dominum habeat: im vita est servitus.

5. Servi fuerunt Iosephus, Iacobus, populus Israeliticu Dominus: & ex Ethnicis Æsopus, Terentius, & alii, quor men virtus & doctrina nobilitata.

6. In Christo omnes liberi sumus; id quod in altera vita apparebit. 1 Petr. 2. Eph. 6. Cicer. Parad. 5.

XIV. *Contra adversam valetudinem, & cruciatus corporis.*

1. Præstat animo valere.
2. Est dehortatrix libidinum, & magistra modestiæ.
3. Signum ruinosi corporis, unde brevi egressuri.
4. Vita altera alterum quoque & melius corpus dabit. Iob. 19. Cor 15. Cicer. Tuscul. 2.

XV. *Contra luctam malæ conscientiæ.*

1. Nemo purus à crimine.
2. Misericordia Dei infinita.
3. Dignitas sacrificii Christi.
4. Promissiones Euangelii universales & ratæ, quod testantur mentum Dei, Christi mors, verbum & sacramenta.
5. Exempla peccatorum, qui in gratiam recepti: ut sunt Manes magus & tyrannus, David adulter & homicida, latro in cruce, gdalena scortum, Matthæus publicanus injustus, Petrus perju-, Paulus persequutor Ecclesiæ. Psal. 103. Rom. 3, & 8. Hebr. & 9.

XVI. *Consolatio universalis.*

I. Exordium sumatur à commendatione præcepti Apostolici, le est 1 Thess. 4. ut alius alium consoletur: addita ratione à pore hoc calamitoso, quo maxime tali humanitatis officio opus.

II. Propositio.

Dicam igitur paucis, quæ in malis & adversitatibus, quæcunque int, hominis pii consolatio esse debeat.

III. Consolatio sumatur ab honesto, utili, facili.

1. Quia quicquid homini contingit, id contingit ei Deo ita, vidente: (quod probabis testimoniis & exemplis, abiturus etiam pecies, quales sunt paupertas, calumniæ, persequutiones, mor-, mors. Vide Iobum, Davidem, Ezechiam, (Paulum, 2 Cor.) Cui ut supremo & æquissimo Domino merito obediendum. Vi- obedientiam liberorum, servorum, discipulorum, militum erga entes, dominos, magistros, imperatores suos. Hebr. 12.

2. Omnes sancti, ipseque adeo Servator noster, multo plura, aestiora passi, & quidem subjectissime, moderatissime, lubentis-. Quid multa? tota natura patitur. Rom. 8.

3. Adversitates piis bono cedunt. Rom. 8. nempe 1. ut e
sam malorum peccatum oderint: 2. discant modestiam: 3. sint ca
& circumspecti: 4. suscitent spem & fiduciam: 5. orent ardentiu
6. ipsos quoque aliorum misereſcat: 7. Dei in iis regendis & conſe
vandis commendetur sapientia, potentia, bonitas: 8. ipsorum qu
que virtus illustrior fiat: 9. rerum mundanarum pertæsi suspirent
cœlum.

4. Adversitates sunt modicæ & pusilli temporis, si compare
tur cum pœnis infernalibus, quæ impios æternum manent.

5. Datur nobis Spiritus sanctus, qui succurrit infirmitati n
strę, & cor invictum præstat.

6. Finis est salutaris, nempe præmium æternæ vitæ & glori
Testantur id 1. infallibile verbum promissionis divinæ: ejusdemq
Dei insuperabilis potentia, & bonitas immensa: 2. usus sacrament
rum: 3. communio indissolubilis cum capite & Domino nostro Ie
Christo: 4. experientia piorum, qui in cœlo jam triumphant. V
de Apocal.

IV. Peroratio 1. consolationem ad summam revocet: 2. add
πάθος fiduciæ, quale est Rom. 8. 3. concludat voto, ut est
Thess. 2. in fine.

CLASSIS IV.

Habens materias judiciales in accusationibus, defensionibus, deprecationibus.

I. *Actio de Iosepho desiderato. ex 37 Gen. ad imitationem actionis, quam apud Livium Philippi Macedonici filius Perseus fratri Demetrio intendit.*

ORatio Iacobi patris & quæsitoris.

1. Lamentatur casum filii, quod eum genuerit sene
isque adolescens fuerit pius & frugi: at nunc indig
perierit: ubi producta cruenta filii veste πάθος mov
commiserationis.

11. Cupit à filiis scire, quid de hoc casu ipsis constet: Animu
enim sibi varias curas & suspiciones, quæ ipsa re tristiores, subjicer

F

II. *Benjamin actor fratres cædis insimulat.*

I. Deplorat patris & suam vicem, quod pater jam senex carissimo filio, ipse dum puer dulcissimo fratre orbus.

II. Anticipat invidiam actionis à doloris sui magnitudine, & immitate ætatis.

III. Negat verisimile esse, fratrem à bestia laceratum fuisse: 1. od nulla vestigia morsus in veste lacerata appareant: 2. nec ulla n dira sit fera, quæ non saltem de ossibus aliquid relinquat: 3. quod tres nihil certi, qui, ubi, quando & quomodo vestem invenerint, ferant, sed mire varient singuli sine arbitrio auditi. Vide pro Amerino Cicer.

IV. Orata à patre & fratribus dicendi venia, suscipionem suam fe proponit: scilicet vereri sese, ne invidia potius, quam fera, inrtum adolescentem interemerit.

V. Recenset præsumptiones suas.

1. Notam esse crudelitatem & audaciam Simeonis & Levi ex iena Sichemitarum: quod facinus optandum, ut oblivio in æterm obruat; (Gen. 34.) Parum etiam iis esse timoris Dei cogni- ex tot idolis, quæ pater post cladem Sichemitarum ab ipsis reita defoderit: (Gen. 35.) qua reverentia sint erga patrem, nuper benem prodidisse, lectum paternum conspurcantem, quale sceine inter paganos quidem auditum. (Gen. 35.)

2. Constare etiam de odio in fratrem: quod inde ortum, quia tri propter pietatem carus erat: & in monendis & deferendis fraibus ingenuus & candidus: denique quia invidebant honoribus, os ei somnia promittere videbantur.

3. Nec patrem nescium esse, quod sæpius cum convitiis & miis acerbissimis lacerarint, imo obruerint. Hic utitur apostrophe ad trem monentem filium, ut in sermonibus suis cautior sit. (Gen. 37.) qualis est in orat. Adherbalis apud Salust.

4. Accessisse occasionem, cum eum solum, ut agnum lupi, ssi.

5. Nulla propemodum in iis luctus & tristitiæ piæ signa apparere.

6. Nec de nihilo esse, quod vultus confusi, dejectæ facies, or inconstans, trepidatio artuum ad mentionem Iosephi animadersa.

VI. Concludit orationem 1. fratres hortando ad resipiscentiam, si cul-

si culpam (quod Deus norit & judicaturus sit) habeant: 2. optand patri ac sibi tam atrocis mali consolationem.

III. *Judæ apologia.*

I. Miratur Benjaminis pueri παῤῥησίαν, & in criminandis fratr bus natu majoribus apud patrem temeritatem.

II. Præfert condolentiam & mærorem ob fratris casum.

III. Negat se scire, quod frater interierit: vestem autem fratr remisisse, qualem invenerint.

IV. Diluit præsumptiones allatas.

1. Quod de Sichemitis justa ultio sumpta, propter vim soro factam: cætera vero crimina nihil ad rem.

2. Quod non oderint fratrem, licet procacitatem ejus in def rendo, & in jactandis somniis arrogantiam improbarint.

3. Quod hæc ipsa vitia pater in filio jure castigarit.

4. Quod Benjamin non probet Iosephum à patre ablegatu ad fratres perveniss̃e.

5. Nec pueri sit de sensu adultiorum pronunciare.

6. Postremo quod vultus tristes sint non ex mala conscienti sed partim ex horrore ob atrocitatem casus domestici, partim ex i dignatione in calumniandi audaciam, quæ crimini data.

V. Concludit monendo fratrem, ut modestius ac magis pie fratribus optimis viris loquatur: 2. orando patrem, ne quid teme suspicetur: 3. denique Deum orando, ut tam tristem luctum dom Israëlis in melius vertat.

IV. *Sententia patris.*

I. Pater incertus quid statuat, majorem præ se fert tristitiam, qu præter rem satis per se dolendam, etiam culpæ suspicio inter frat orta.

II. Petit à Deo in tantis angustiis consolationem, eique tanqu omnium rerum gnaro judicium committit.

III. Filios hortatur ad vitæ emendationem & fraternam conc diam. Vide apud Salust. orat. Micipsæ.

V. *Actio de fratricidio Absolomi. ex 2 Sam. 13.*

Actor Ioabus.

I. Exordium sit in prolepsi invidiæ. Etsi à nulla re magis, quam hac accusatione abhorreo, tum naturæ meæ pudore, tum propter riculi magnitudinem, denique quia grave est filium apud patrem pitis arcessere: tamen fides, qua regi obstrictus sum, me pericula gligere cogit, regisque justitia, & judicii integritas nihil perti-escere jubent.

II. Narratio rem gestam exponat, insertis locis ad invidiam Absolomo movendam idoneis.

III. Propositio dividat actionem in tria capita: quod frater cæsus; od hospitalitatis jus violatum: quod majestas regis atque adeo pax blica violata.

IV. Confirmationis pars prima tria habeat.

1. Cædem probet testimonio satellitum & fuga Absolomi.

2. Adjungat thesin de pœna homicidii secundum leges sacrarum tabularum.

3. Addat prolepsin; non ideo parcendum esse Absolomo, quod egis filius sit, cum fratrem eumdemque regis filium necarit, & lex los non ad obedientiam astringat.

Pars altera 1. commendet jus hospitalitatis, ut violati turpitudo ajor appareat. Vide quomodo Patriarchæ apud Ethnicos habiti. doceat quomodo Absolomus contra pietatem & fidem hospitalem gerit. 3. Addat παράδειγμα à dissimilitudine Lothi, & mulieris Hie-ntinæ.

Tertia pars 1. doceat auctoritatem judicii publici imminutam: gem ludibrio habitum: latrociniis & violentiæ privatæ viam a-rtam.

2. Iudices compellet, ut tam seditiosum & impium caput coër-ant: ubi omen de atrocioribus injuriis sequuturis, nisi mature oc-urratur. Vide Cicer. pro Amerino.

IV. Epilogus 1. argumenta breviter & nervose repetat: 2. invi-am actionis deprecetur: 3. Iudices ad severitatem hortetur urgen-o auctoritatem legum, & exaggerando incommoda, quæ ex hac ecidendi licentia reipubl. evenire possint.

VI. *Achitophel Patronus.*

I. Exordium sumit à recriminatione Ioabi, qui homicidii reum gat, ipse cæde nefaria pollutus: 2 Samuel. 3. Vide Cicer. orat. in erren.

II. Propositio per diversa.

Fatendum quidem, graviter peccasse Absolomum: esse tamen q ipsum sublevet.

III. Confirmationis sive excusationis loci sunt:

1. Ammonis flagitium. ubi exaggerandæ sunt circumstanti quod per libidinem & luxuriam peccatum: quod in sororem, ea que officiose ministrantem: quæ non tantum vi compressa: sed m etiam cum contumelia exposa.

2. Lex divina de pœna stupri violenti. Deut. 22.

3. Zelus fraternus ad exemplum filiorum Iacobi Gen. 34. I neæ Num. 25. Israëlitarum Iudic. 20.

4. Absolomi persona quasi publica & pro rege.

IV. Confutatio qualiscunque argumentorum.

1. Lege homicidii eos teneri, qui privati sunt, aut saltem mere aliquem occidunt.

2. Cum Ammone actum, ut cum sorore, itidem specie h manitatis delusa.

3. Absolomum ipsa fuga & exilio testari, quam reverenter gem habeat: nec heroica ingenia ita constringi posse, ut non a quando exorbitent.

V. Epilogus vertatur in deprecationem: quod 1. juvenis fu: virtutibus heroïcis præditus: 3. populo carus: 4. hæres regni: decus familiæ regiæ: 6. & hoc ejus primum peccatum: 7. mode cautior futurus: 8. id quod ipse Achitophel spondere non dub Vide orat. pro Ligario.

VII. *De Mephiboseto perfidiæ reo. ex 2 Sam. 16, & 19.*

Siba calumniator.

I. Exordium sumit à sympathia sua erga regem, tum doloris ex a versis antea rebus, tum lætitiæ ex recens jam parta victoria.

II. Propositio.

Non eo animo esse herum Mephibosetum, qui fidem cum fortu mutarit.

III. Confirmationis argumenta sint.

1. Odium hæreditarium domus Saulinæ in Davidem propo privationem regni.

2. Occasio vindictæ è casu Davidis & Absolomi successu.

3. Res ipsa, quando deserto patre ad filium se contulit, hic hunc quoque cum tota familia Davidica oderit. Addi potest exaggera tio ab ingratitudine Mephibosetiin erga regem tam præclare meritu

IV. Epilogus offert Regi donaria, & in gratiam petit agros heri, quam perduellis, cum promissione melioris fidei ac obsequii.

VIII. *Nathan defendit Mephibosetum.*

I. Exordium sumit ab apophthegmate ipsius Regis de lingua caniatrice, quod est Psal. 120.

II. Propositio.

Hujus rei exemplum esse Sibam pessimum sycophantam, cui rex erat fidem habere.

III. Confirmatio.

1. Constat Mephibosetum propter pedum vitium non potuisse eum sequi.

2. Semper virum bonum egit, nec Siba probavit quicquam ei gocii cum Absolomo fuisse: imo ex nunciis certis cognitum, eum o tempore in squalore & luctu versatum.

3. Minime regium est damnare non auditum, præsertim ser- homine nequam deferente. Vide Cicer. pro Dojotaro.

4. Reipubl. interest, audacium accusatorum mendacia & ca- nias compescere: alioquin futurum ut nemo innocens remaneat. pro Amerino.

5. Solius Ionathanis Mephibosetí patris, & de Davide valde riti, memoria filium sublevare debet.

IV. Epilogus petit sententiam differri, dum rex in rem præsen- eat, & verum cognoscat: ubi πάθος de incommodis calido- pronunciatorum.

IX. *De vinea Nabothi.* 1 *Reg.* 21.

Izebel actrix ex lege perduellionis.

I. Exordium sumit à libera reprehensione regis, qui auctoritate nti nesciat, seque potius, quam homunculum improbum afflictet.

II. Propositio.

Nabothum arcessendum esse læsæ majestatis.

III. Confirmatio.

1. A jure regum, quorum cum sint omnia, nihil eis postulan- us denegandum. Vide 1 Sam. 8.

2. Ab officio subditorum, qui magistratui obedire tenentur am cum damno suo, dummodo quod postulatur, non sit impium.

3. Ab æquitate ipsa, quod rex liberalem compensationem ob-

tulerit: qua ratione ne privatus quidem rejiciendus fuisset.

Addit πάθος 1. ex lege divina, ne quis principi suo maledica 2. à sequuturo majestatis contemptu, si tam rustica contumacia i demnis maneat.

IV. Epilogus postulat sententiam capitis, tanquam in homine seditiosum & perduellem, indicato etiam modo agendi, ne res a quid turbarum concitet.

X. *Elias Patronus.*

I. Exordium similem habet παρρησίαν, ne Rex majestatem sua mulieris libidini prostituat, neve Nabothi factum magis ex dolo suo, quam rei æquitate æstimet.

II. Propositio.

Non peccasse in regem Nabothum, sed officium feciſſe viri p ac boni patris familias.

III. Confirmatio.

1. Ex leve Levit. 25. quæ vetat agros vendi, nisi cum cond tione recipiendi anno jubilæo: Achabum vero dominium vineæ p tiisse. Additur πάθος à minore. Colono non licere abalienare fu dum invito domino: multo minus Deo id prohibente.

2. Ab exemplo Saulis & aliorum, quorum inobedientiam tyrannidem Deus graviter ultus.

IV. Confutatio.

1. Locus Samuelis non de jure, sed de consuetudine tyranni regum loquitur: omniaque sunt regum, non quod ad dominum, s quod ad tutelam: alioquin legem furti abrogandam, ipsumque fu damentum regni, hoc est, justitiam collapsuram.

2. Regibus parendum, sed usque ad aram: ipsique barbari m gis circumscriptam potestatem habent.

3. Nulla æquitas est cogere ad contrahendum, præsertim re illicita. Latrocinium est, non emptio, quæ vi fit: denique im probi hominis est, verbo ostendere precium, animo spolium med tari: id quod Nabothum sagaciſſimum virum non fugiat. Additu ἐπιθύμησις, quod rex Deo suo fidus non sit, vir mulierosus, ipsiq fœmina corruptior: unde non verisimile, eum homini inferiori f dem servaturum.

V. Epilogus comminatur vindictam divinam, si quid gravius civem innocentem & pium statuerit: ubi furiæ Caini, & hypotypo tis ruinæ regiæ post consequutæ repræsentantur.

XI

XI. *De Baalitis necatis.* 1 *Reg.*18.

Izebel accusatrix è lege majestatis & pacis publicæ.

I. Exordium à prioribus Eliæ offensionibus: quod Schismaticus sit, religionem & pacem publicam toties sine fronte turbans, quod incantationibus tanto tempore pluvias remoretur, & populum fame necare sustineat: quod judicium de Nabotho invidiose traducat.

II. Propositio.

Nunc vero facinus patratum, quod ni Rex ulciscì properet, actum fore de majestate, actum de salute omnium. Imitare hic finem mordii pro Amerino.

III. Narratio rem gestam, hoc est, cædem Baalitarum ita exponit, ut illi misericordia, Elias odio dignus videatur.

IV. Contentio de pœna Eliæ his rationibus utitur.

1. Quia sanguinem tot innocentium & quæ sacrosancta sint, capitum fudit.

2. Religionem violavit; Regis, cui vim intulit: suam ipsius, quam suspectam fecit. Neque enim ferro, sed rationibus pugnare videri volunt religiosi.

3. Non hominis de Schola, sed magistratus politici est pœnam capitis sumere.

4. Baalitæ indicta causa mulctati.

5. Vnde non in majestatem duntaxat, sed etiam in pacem publicam peccatum.

V. Peroratio inflammat regem ira in Eliam, urgetque supplicium argumento ab incommodo, quod toti regno ex ista privata hominis necandi licentia metuendum.

XII. *Eliæ defensio.*

I. Exordio præ se fert constantiam: scilicet nihil novi sibi evenire quod apud regem ab impia muliere capitis arcessatur, cum idem omnibus prophetis Domini acciderit. Insanam mulierem non ferre veritatem cælestem, & ipsi Deo bellum indixisse.

II. Propositio.

Se nihil fecisse, quod non cum lege Dei & muneris sui ratione conveniat.

III. Narratio rem gestam repetit, sed cum majori veritate & favore. Itaque in Baalitis idololatriam & seductionem populi, & cru-

delitatem adverſus pios doctores, in ſe zelum pietatis & ſtudium po puli ſervandi notat.

IV. Defenſio facti has rationes habet.

1. Deus juſſit idololatras tolli, Deut. 13. 17, 18.

2. Baalitæ auctores fuerunt, ut Dei ſervi necarentur: juſtum autem eſſe pati, quod alteri feceris.

3. Fecit id vates auctore Deo, igne cœlitus demiſſo conte ſtante.

4. Ipſe populus non conſenſit tantum, ſed etiam adminiſte fuit ſuppliciorum, quæ jampridem ſeductores iſti meruerant.

V. Confutatio.

1. Non quamvis cædem peccatum eſſe, ſed quæ contra legem

2. Religionem regum meram eſſe idololatriam & ſuperſtitio nem impiam: orthodoxam vero ita verbo Dei confirmandam, u tamen blaſphemi homines & impuri cultores dæmonum è ſancto po pulo tollantur.

3. Propheticum munus non eſſe mere ſcholaſticum, ſed etiam politiis expurgandis & corrigendis ab ipſo Deo inſtitutum.

4. Baalitarum cauſam à toto populo fuiſſe auditam & damna tam, ipſo cœlo, ipſis elementis acclamantibus.

5. Regum impietatem & in ſanctos homines tyrannidem cau ſam eſſe calamitatum publicarum: & ſequuturas majores etiam, imo totius familiæ regiæ, ac gentis Iſraeliticæ everſionem, niſi emen dent ſeſe.

IV. Epilogus vertitur in hortationem, ut Rex tandem aliquando cum Deo tot ſceleribus offenſo in gratiam redeat, nec diutius ejus abutatur patientia, niſi pejus etiam, quam iſti deceptores & manci pia Satanæ, perire velit. Sibi perinde, quid Rex ſtatuat, exilium mortem, & cætera, quæ irata uxor minitetur, nihil nocitura: in terra loco negato, abiturum eſſe in cœlum, ubi jampridem ſancto rum fratrum animæ ipſum exſpectent.

XIII. *De Mardochæo. Eſther.* 3.

Haman actor ex lege contumaciæ.

1. Exordio invehitur in totam gentem Iudaicam: ſcilicet qua propter religionem peculiarem, & mores pervicaces ac rebelles cun ctis populis inviſa.

II. Propoſitio.

Quod cum in omnibus propemodum deprehenſum ſit, tum in nullo

nullo magis quam Mardochæo, homine arrogantissimo, & regiæ majestatis contemptore superbissimo.

III. Confirmatio.

1. Notam esse Regi fidem & officia sua toti regno præstita.

2. Tum quo loco eum Rex voluerit, licet nihil minus sibi arroganti.

3. Omnes edicto Regis parere, præter unum Mardochæum, hominem captivum, cui nec res, nec focus.

4. Qui non tam Hamanem (quod ferendum) quam ipsum legem despiciat.

5. Idque majori nunc cum ferocia, cum recens ipse eum à rege jussus honorificentius accepisset: nimirum malitiam honoratam non deponere, sed confirmare audaciam.

IV. Epilogus contendit, ut quia alte spectet Mardochæus, tollatur in aliquam altam arborem, atque adeo tota gens Iudaica ex regno ejiciatur. Non enim posse regnum pacatum retineri, quamdiu hæ pestes in regni visceribus alantur.

XIV. *Esthera apologia.*

I. Exordio increpat insolentiam Hamanis, qua non misero Mardochæo, non afflictæ genti Iudæorum, sed ipsi etiam regi insultet, si fas sit, sceptrum ei de manu excutere homo insolentissimus, & successu rerum suarum quasi ebrius, non erubescat.

II. Propositio:

Non debere Mardochæo vitio verti, quod Hamanem non adoraverit.

III. Confirmatio opposita argumentis adversarii.

1. Iudæos per legem ipsis divinitus datam neminem adorare posse præter verum Deum: Id quod ipsi quoque Magi Persarum docebant; nec ipse Rex divinos sibi honores postulet.

2. Hamanem Amalecitam esse ex posteritate Agagi; quam gentem propter veteris injuriæ memoriam ipse Dominus exsecrabilem esse voluerit. Exod. 17. Num. 24. & 1 Sam. 13.

3. Itaque istam Mardochæi recusationem nequaquam ex contemptu regiæ majestatis, cui is fidus etiam cum capitis sui periculo tenere velit, proficisci, sed ex reverentia Dei sui. Huc referri potest exemplum fidei erga Regem in detegendis insidiis ipsi paratis.

4. Cæteros subditos non habere speciale interdictum de Amalecitis non honorandis, nec forte animadvertere, cultum istum uni Deo

Deo deberi, & proinde mortali homini indecorum esse. Addi etiam potest, Hamanem Regis bonitate abuti ad tyrannidem: id quod e edictis omnium barbarorum sævitiam superantibus, à rege auten nihil mali suspicante per dolum impetratis, constet: item quod sub diti Hamanem colant, non ex amore sed metu fieri; id quod res ipsa brevi sit probatura.

5. Mardochæum facere quod viri est fortis, quandoquidem i adversis retinet constantiam, nec quicquam committere vult, quo aliis offendiculo esse possit.

IV. Epilogus 1. invidiam incitat in elatum Hamanem: 2. deprecatur pro Mardochæo & tota gente Iudaica, ab Hamane jampridem ad necem destinata: 3. addit πάθος, quod ipsa quoque Iudæa su pro vita & incolumitate sua regi supplex facta.

XV. *De Paulo. Act.* 24.

Tertullus accusat Paulum hæreseos & seditionis.

I. Exordium 1. habet insinuationem à laude præsidis, ut de gente Iudaica bene meriti: 2. gratiarum actionem, inprimis etiam pro foro dato: 3. petitionem audientiæ.

II. Narratio triplex.

1. Recitat capita accusationis. ut 1. quod Nazarenus sit, id est, hæreticus: ubi repetit calumnias de doctrina Servatoris, ut legi patriæ adversa: de magicis ejus miraculis: de conspiratione cum populo contra Cæsarem: de supplicio infami quidem, sed merito: 2. quod seditiosus: scilicet qui populum adversus seniores & principes suos concitet: & insuper templum profanarit, hominibus irreligiosis introductis.

2. Consilium synagogæ de pœna ejus.

3. Lysiæ intercessionem.

III. Epilogus 1. appellat testes rei narratæ: 2. movet πάθος iræ: 3. petit Paulum pœna affici.

XVI. *Apologia Pauli.*

1. Exordium gratulatur sibi de judice Felice, qui & intelligat rem & judicaturus sit juste: indeque παῤῥησίαν præ se fert.

II. Contentio.

1. Negat quod de seditione & profanatione objectum, argumento ab experientia, quod nunquam id adversarius probaturus sit: addit etiam de consilio suo, quod legitur Act. 21.

2. Quod

2. Quod ad hæresin, negat se quicquam docuisse extra Mosen & prophetas: ubi 1. narrat lapsum hominis: 2. promissionem de Messia, qui sua morte hominem liberaturus: quæ promissio patribus sæpe repetita, & variis typis adumbrata sit: 3. complementum per Jesum, quem ingrati Iudæi invidioso nomine Nazaræum vocent: qui absoluto sacerdotio suo, è morte resuscitatus in cœlum ascenderit, ubi in gloria patris sedeat, rediturus inde aliquando judex vivorum & mortuorum: 4. quomodo hoc Deus cunctis gentibus annunciari velit, ut resipiscentes, & in hunc Dominum credentes, salutem æternam obtineant: Hoc se ubique gentium divulgare: hoc peccatum scilicet esse sutum, de quo homines sibi præfidentes & arrogantes hypocritæ ipsum tam atrociter persequantur.

III. Epilogus 1. provocat ad testimonia auditorum suorum: 2. optat præsidi, ut Deus ipsum fide in Christum dignetur: 3. Bene sperat de æquitate ejusdem: 4. addit μάθημα de jure civis Romani.

XVII. *De Laurentio. ex Ambrosii offic. lib. 2. cap. 8. & 2. Epist. 7.*

Quæsitor palatii accusat Laurentium majestatis elusæ.

I. Exordio calumniatur Nazarenos, qui ob religionem alienam & contumaciam omnibus nationibus invisi.

II. Propositio.

Ante omnes spurcum hominem esse diaconum Laurentium, qui etiam imperatoriam majestatem ludibrio habuerit.

III. Narratio exponit rem gestam: 1. quid de thesauris Nazarenorum in aula jactatum: 2. quo consilio Imperator eos sibi tradi mandavit, scilicet ne seditio (quæ metuenda) nervum haberet: 3. quam callide simulavit diaconus obedientiam: 4. quam turpiter & contumelioſe imperatorem eluserit pro thesauris fædissima objecta manu hominum egentium, mutilatorum, male habentium, qui larvæ potius & spectra fuerint, quam homines, homines mali ominis, quales in conspectum produci principum, instar piaculi sit.

IV. Confirmatio pœnam postulat patrati criminis: quod

1. Diaconus opposuerit se imperatori, id est, supremo magistratui, & quidem cum contumelioſa pervicacia.

2. Itaque in re facili, quæ non vitam, non religionem, non honestatem publicam, sed pecuniam duntaxat concerneret.

3. Et contra sectæ suæ auctoritatem, quæ videri vult Cæsari jus suum vindicare, & pauperes beatos prædicat.

V. Epi-

v. Epilogus iram inflammat, & Laurentium in officio erga I peratorem frigidum, cratibus damnat imponendum & urendum.

XVIII. *Laurentii apologia.*

1. Exordio modeſte excuſat Chriſtianos, quod nulli mortali religioſiores, nec magiſtratuum dictis magis audientes ſint.

II. Propoſitio: quod non contumaci, ſed pio animo theſa prodere recuſarit.

III. Confirmatio.

1. Quod theſauri non ſui, ſed Eccleſiæ fuerint. Iniquum tem eſſe non reſtituere, quod bona fide depoſitum accepiſti.

2. Quod eleemoſynæ fuerint pauperibus alendis datæ: q ſpoliare his adminiculis inhumanum.

3. Quod nummuli iſti rem Romanam parum juvent.

IV. Confutatio.

1. Non eſſe magiſtratui obediendum in rebus illicitis.

2. Peccandum omnino non eſſe, ne in minimis quidem: t in ſpecie quidem tantum facultates Eccleſiæ, at re ipſa etiam religi nem, peti, id quod experientia loquatur. Enimvero has fallacias diciſſe oſores Eccleſiæ à patre ſuo Satana, ut aliud ore, aliud anim habeant. Cum enim non ignorent, non poſſe ſine nervis vitam de hoc facere eos initium Eccleſiæ evertendæ.

3. Chriſtum jubere Cæſari dare, non quæ Eccleſiæ, ſed q Cæſaris ſint, nec ullo modo injuſtas rapinas probare: nec juber ſed conſolari piorum paupertatem & oppreſſiones, multo minus tare injuſtam vim fugere, aut alios tueri.

v. Epilogus 1. deprecatur iram Cæſaris: 2. piam præ ſe fert co ſtantiam, quicunque tandem eventus fuerit. Malle enim ſe has flam mas, quæ brevi exſtinguentur, experiri; quam in orco cum impi æternum cremari.

XIX. *De conjugiis infidelium reſciſſis. Eſdr. 9, & 10. Nehem. 13.*

Eſdras & Nehemias culpantur.

1. Exordii loco fit querela de infirmitate & lapſibus mortalium etiam piorum.

II. Propoſitio.

Hujus rei exempla peti poſſe ab Eſdra & Nehemia, qui alioqui op

ime de populo ſuo meriti, in eo tamen lapſi videantur, quod con-
a Iudæorum reſciderunt.

III. Confirmatio.

1. Coniugium vinculum eſt indiſſolubile. Gen. 2. Matth. 19.

2. Talia conjugia (cum ethnicis) non ſunt improbata in Boaſo
n Ruth, Samſone cum Philiſtæa, Solomone cum Ægyptia. Vi-
etiam Pauli judicium 1 Cor. 7.

IV. Epilogus repetit propoſitionem cum admonitione, ut caute
circumſpecte agamus.

XX. *Defenſio.*

I. Exordium ſumatur ab officio pietatis erga ſanctos homines tum
os tum mortuos: quo pertinet, ne ipſorum recte facta ſugillemus
arpamus.

II. Propoſitio.

Recte Eſdram & Nehemiam feciſſe conjugia ſolventes popularium
n infidelibus.

III. Confirmatio hoc ſyllogiſmo conſtet.

Quod conjugium contra legem Dei initur, id reſcindere licet.

At conjugia iſta erant contra legem inita.

E. reſcindere licuit.

Major confirmatur 1. à genere, quod nihil contra Dei legem
endum: 2. à pœna delinquentium: 3. ab auctoritate legum hu-
narum: 4. à dignitate conjugii, quod præ cæteris ſanctè colen-
m.

Minor 1. demonſtretur ex cap. 23. Deuter. 2. Defendatur contra
ctiones: ut 1. quod locus Geneſ. agat de conjugio legitimo:
uod exempla legi non præſcribant, nec conveniant etiam, quan-
uidem de Ægyptiis, Moabitis, & Philiſtæis lex nulla: & Pauli
pore diſcrimen illud gentium ſublatum erat.

IV. Epilogi loco ſit 1. repetitio propoſitionis: 2. admonitio, ut
lla in parte vitæ, certe in matrimonio contrahendo cauti ſimus,
tantum fortunis, ſed multo magis religione pares ducamus: vi-
icet ne preces turbentur, & contagium erroris ad liberos, imo
m ad nos ipſos, redeat.

XXI. *De ſupplicio Lentuli & ſociorum.*

Clodius accuſat Ciceronem majeſtatis violatæ.

I. Exor-

I. Exordium sumit à Ciceronis hominis novi jactantia & in lentia.

II. Propositio.

Cum multa ab ipso contra leges commissa, quæ nullo modo i pune concedenda, tum hoc maxime animadvertendum, quod de Le tulo & aliis viris patritiis in carcere supplicium sumpsit.

III. Confirmatio.

1. Quod crimen nondum satis liquidum fuerit.

2. Quod lex ab ejusmodi pœnis cives eximat.

3. Quod patritii fuerint, quibus propter majorum mer parcendum.

4. Quod publice producendi fuissent.

5. Quod ejusmodi forma judiciorum tyrannidem arguat. deapud Salust. orat. Cæsaris, & nominatim, quæ ex republ. Ath nienſium allegat.

IV. Epilogus hortatur populum, ut libertatem suam tueatur, Ciceronem ex legibus mulcter.

XXII. *Cato Ciceronem defendit.*

I. Exordium habet recriminationem Clodii propter vitam mul modis contaminatam: unde jus ei non sit tam egregium & merito virum arcessendi.

II. Propositio.

Multa feciſſe Marcum Tullium, quæ laudem mereantur, sed h non satis posse prædicari.

III. Confirmatio.

1. Quod conjurati in senatu auditi, convicti, & damnati si ideoque non Consulis, sed totius senatus factum esse, quod Clodi in judicium vocet. Vide 3. Catil. & pro Sylla.

2. Quod non cives amplius, sed perduelles & hostes patr fuerint. Cicer. Parad. 4. Hic narrentur fœda & periculosa consi cor juratorum ex Salust. & Cicer. Catilinariis.

3. Quod familiæ suæ dedecora & carcinomata fuerint. H imitari potes prosopopœiam Appii in libidinem Clodiæ pro Cœlio

4. Quod non potuerint sisti populo sine tumultu & totius ci tatis concussione.

5. Quod summa justitia sit tales pestes patriæ ac bonorum qu vis modo tollere.

IV. Epilogus 1. gratulatur populo de periculo superato: 2. ho tat

ur ut honores Ciceroni à senatu decretos confirmet: 3. & Clodium elerosum hominem nequaquam audiat. Vide principium & finem Catilinar.

XXIII. *De actionibus Verrinis.*

Sulpitius desiderat in Cicerone prudentiam.

I. Exordium sumit à præceptis politicorum de vitandis offensionibus.

II. Propositio.

Hanc esse causam, cur Ciceronem non putet prudenter egisse, quod Siculorum gratia Verrem accusarit.

III. Confirmatio.

1. Siculos homines esse dubiæ fidei: id quod reguli eorum & rectores, ipsique etiam Romani experti. Vide Livium decad. 3.

2. Durum esse, nominari accusatorem. Cicer. 2. offic.

3. Verrem magistratum fuisse; quem nemo bonus carpat.

4. Ipsi Tullio hoc periculosum fore propter Metellos, Scipiones, Hortensium, aliosque magnæ auctoritatis viros, qui patroni Verris sint, offensos: contra quos homo advena, & qui vix radices in republica egerit, ac amicis & patronis nudus, steterit.

IV. Epilogus monet Ciceronem, ut quod inconsulto factum, officiis quibuscunque possit compenset.

XXIV. T. *Pomponius Atticus defendit Ciceronem.*

I. Exordium præcepto de non offendendo opponit officium viri boni.

II. Propositio.

Iuste & prudenter feciisse Marcum, Verrem deferentem.

III. Confirmationis loco refutentur argumenta adversaria.

1. Siculos populo Romano semper fidelem opem præstitisse, ex eorum proventibus ac industria magnam partem civium vitam alerare.

2. Accusare tam licere, quam non liceat peccare. Vide pro Scaurino.

3. Verrem tum magistratum deposuisse, & hunc morem patriæ esse, ut ab imperio defunctis rationes exigantur. Vide L. Cornel. de pecun. repetund. Fenestel. de Magistr. Roman. Carol. Sigon. de jure civium Roman.

4. Iustitiæ defendendæ causa nullum periculum recusandu tamque in culpa esse, qui non defendat & obsistat, si potest, injur quam qui inferat. Cic. 1. offic.

5. Verris scelera in religionem, rempubl. & privatas famil nihil aliud mereri. Vide actiones Verrin.

6. Denique Marcum hoc patrocinio multum & gratiæ & g riæ non tantum apud Siculos, sed apud omnem populum Roman poperisse.

IV. Epilogus hortatur oratores forenses, ut Ciceronis pietat & fortitudinem in judiciis imitari velint.

XXV. *De reformatione doctrinæ Euangelicæ.*

Eccius accusat reformatos hæreseos.

I. Exordio prædicat pacatum statum Ecclesiæ, qui nunc à no Euangelicis, qui vocentur, flagitiose turbatus.

II. Propositio.

Doctrinam novam & hæreticam esse, quæ nullo modo in or Christiano ferenda.

III. Confirmatio est duplex.

Primum probat hæresin, quia

1. Doctrina nova & dubia.
2. Nulla habet miracula.
3. Pugnat cum doctrina sanctorum patrum.
4. Et cum consuetudine hactenus pie observata.
5. Et cum Ecclesia, quam per tot secula nullam fuisse opo teat, si Romanensis non sit.
6. Postremo licentiam morum, tumultus & dissidia parit.

Deinde hortatur principes, ut conjunctis viribus hæreticos ist exstirpent: videlicet propter

1. Gloriam Dei:
2. Amorem tot animarum, quarum salus periclitetur:
3. Exempla laudabilia majorum. ubi de hæretico Iohan Husso.
4. Propriam salutem.

IV. Epilogus addit μὴ φθάσῃ, ut maturent, antequam ulcus lo gius serpat.

XXV

XXVI. *Orthodoxus respondet.*

I. Exordium sumit ex historia Eliæ, quem impii reges ut turbam Israëlis, & causam publicarum calamitatum, quas ipsi peccatis attraxerant, persequebantur. Idem accidit primis Christianis Imperatoribus Romanis. Vt mirandum non sit, hac quoque tempestate non meliorem fortunam esse veritatis Euangelicæ: nimirum quam fidei hostem non posse causam Euangelii speciosius invadere, quam fuco periclitantis status publici.

II. Propositio per prolepsin.

Etsi autem tam atrocibus calumniis omnium rectissime opponantur patientia & preces: tamen non est contra religionem, innocentiam Ecclesiæ demonstrare, ut pii in veritate confirmentur, & hostes fiant inexcusabiles. Qua de causa paucis ostendam, nec hæreticam esse doctrinam nostram, nec ullarum turbarum causam.

III. Confirmationis summa est, quia doctrina nostra est analoga fidei. Rom. 12. 6.

1. Nam (quod ad finem sacræ scripturæ ultimum) Deo tribuit omnem salutis humanæ gloriam. 1 Cor. 1.

2. Quod ad methodum, hominem à se, utpote in quo nihil spei sit sui servandi, abducit, Rom. 1, 2, 3. & remittit ad Christum, propter quem Deus nos vult in gratiam recipere, Rom. 3. dum-modo ei fidem habeamus, Rom. 4. & hanc fidem sancta & inculpata conversatam faciamus, Rom. 5, 6, 7. & quidem secundum verbum Domini in scriptis prophetarum & apostolorum comprehensum. Luc. 24. Apocal. 22.

IV. Confutatio.

1. Non esse hanc doctrinam novam, aut dubiam, sed eam ipsam, quæ à prima origine in Ecclesia sonuit, primum ab ipso Deo promulgata, tum per Mosen & prophetas repetita, per ipsum Dei filium confirmata, denique per apostolos eorumque successores propagata, & ab omnibus sanctis approbata: 2. nec ideo novum quid esse, quod hominum malitia aliquandiu pressum latuit, tandemque Dei benignitate restitutum: 3. postremo incredulitatem mortalium non derogare doctrinæ certitudini.

2. Nec indigere miraculis: quippe jam ante Christi, & Apostolorum miraculis satis confirmatam: 2. pontificiorum miracula partim mendacia esse, partim commenta Satanæ ad seducendos incautos usurpata, secundum vaticinia: Matth. 24. 1 Thess. 2. 2 Cor. 11. 3. denique pri-

mum de doctrina, tum de miraculis videndum, nec doctrinam r
raculis, sed miracula doctrina dijudicanda.

3. Patres ipsos scripta sua ex Dei verbo æstimari velle: 2.
consentire inter sese in omnibus: 3. in plerisque vero, iisque ad
tem necessariis nobiscum stare: 4. contra quorum sanam doctri
posterioribus seculis multi errores invecti: quod ex collatione v
statis & hodierni temporis liquido constet.

IV. Quod ad consuetudinem retinendam apostolicam, abol
dam superstitiosam & pravam. Esa. 8. Hebr. 11.

V. Ecclesiam semper esse secundum promissionem Dei, etia
interdum pressa delitescat, ut temporibus Noæ, Eliæ, Christi,
postea sub Antichristo: 2. nec Ecclesiam æstimandam esse ex v
pompa, multitudine & splendore docentium, sed ex puritate doc
næ, & recto usu sacramentorum: 3. in ipso papatu semper fuisse,
errores invalescentes improbarint, & pro veritate pugnarint: F
stremo Spiritum sanctum habere semen suum, ubicunque verb
& baptismus remanent, licet nebulæ errorum & vitiorum int
veniant.

VI. In ipso papatu non parum dissidii esse, & vitia longe fædi
ma: 2. nec Evangelium accusandum esse, sed Diabolum & hom
nes impios, qui veritatem divinam odio habent, eique parere n
lunt: 3. denique similem calumniam prophetas, Christum, Apos
los, atque adeo doctores pios omnes expertos.

V. Peroratio 1. hortatur principes & alios, ut veritati loc
dent, nec se polluant innocentium sanguine: si Dei gloriam, si sua
aliorumque salutem ament, nec experiri velint illud sceptrum ferre
Domini, de quo in Psalmo: Enimvero mansurum Euangelium,
tiamsi totus orbis & orcus frendeant. 2. Invocat filium Dei, ut m
talibus oculos aperire, causam suam asserere, & Ecclesiam tueri d
netur.

XXVII. *Defensio bonarum literarum contra Thraso-nes aulicos. ad imitat. orat. 3. Mureti.*

1. Exordii loco sit querela de aulicis quibusdam, qui homines
teratos præ se contemnunt, eorumque operam extenuant, nul
nisi militares ad officia publica aptos existimantes.

II. Propositio esto cum prolepsi: quod quidem militaribus h
minibus suam laudem relinquas: doctis tamen & literatis ideo n
esse detrahendum: idque in gratiam ordinis nostri, atque adeo
auct

toritatem Principis, qui hoſce homines multum amet, probatu-
ſit.

III. Contentio refutet triplicem calumniam: quod literati ho-
es ocioſi ſint: quod lingua, non Marte gerant: quod principes
diſputationibus ſæpe implicent.

rimæ calumniæ opponantur labores eruditorum pro republ. in
ando jure & legibus, in obeundis legationibus, in archivis &
mentariis Principum curandis & ad poſteritatem transmittendis.
loci ſunt de juſtitia civili, & principum exiſtimatione: quibus
auſis jurisconſulti, oratores, poëtæ, ac hiſtorici magnis ſumpti-
aluntur. Hinc in tanto precio fuerunt apud Ægyptios ſacerdo-
apud Perſas Magi: apud Græcos philoſophi: apud Romanos
ifices.

lteri convitio opponatur, quod etſi manu & lacertis non agant,
lio tamen & facundia domi & in caſtris rem juvent. Hinc excur-
laudem conſilii & eloquentiæ, additis exemplis imperatorum,
el ipſi prudentes & diſerti fuerunt, vel tales in magno honore
erunt. Hac de cauſa Pharaoni gratus fuit Ioſephus, Davidi Na-
, Nabuchodonoſori & Dario Daniel: Pyrrho Cyneas, Diony-
yracuſano Plato, Alexandro Magno Ariſtoteles, &c.

ertiæ criminationi opponatur 1. quod vitia certorum hominum
imputanda toti ordini: 2. quod idem dici poſſet in militares:
od ipſi Principes temeritate & arrogantia ſua ut plurimum im-
ant, prudentum hominum conſilia ſpernentes: 4. quod ſæpe
prudentis viri conſilio res inclinata reſtituatur, ut factum à
enio Agrippa, Appio Claudio, Fabio M. & aliis. Addantur ip-
n Principum judicia & privilegia, quibus hunc ordinem hono-
t.

V. Epilogus 1. concludat defenſionem literatorum, 2. roget
ares, ut æquius de iis judicent: 3. hortetur magnates, ut ho-
s doctos amare pergant.

APPENDIX

Quorundam thematum è ſacris literis collectorum quæ eloquentiæ ſtudioſis conſimiliter pro materiis orationum deſcribi poſſunt.

I. ADamus deplorat lapſum ſuum: 1. quod in Deum c
torem, in ſe, in totam poſteritatem peccavit,
quidem ſine ulla neceſſitate, 3. plus credendo mer
ac maligno Satanæ, quam optimo maximo Deo. Ge

II. Idem arguit Cainum fratricidii: 1. quod pium & innocen
fratrem, 2. ex mera invidia & malitia, 3. nihilque minus ſuſpic
tem interfecerit: 4. atque ita ſibi ulcus conſcientiæ, parentibus lacr
poſteritati deteſtabile pios & orthodoxos homines perſequendi ex
plum dederit. Gen. 4.

III. Semus expoſtulat cum Chamo de parente irriſo: nimi
1. contra ordinem & mandatum Dei, 2. nulla habita ratione mer
rum, 3. ætatis, 4. & vix exantlatarum ærumnarum pii ſenis. Ge

IV. Παθολογία Noæ 1. interitum videntis omnis carnis,
in arca inter procellas & fluctus horrendos cum tota familia de
ſcentis ac trepidantis. Gen. 4.

V. Semus dehortatur Nimrodum fratris Chami nepotem à t
condenda, 1. quod conſilium illud ſit impium & ſuperbum, 2.
ſucceſſum habiturum bonum. 3. Quam graviter enim Deus tales
natus punire ſoleat, recenti interitu generis humani teſtatum
Gen. 11.

VI. Melchiſedecus gratulatur Abrahamo victoriam, quod e
vinitus contigerit, & quidem paucioribus de pluribus, & ab A
hamo expeditio iſta pio zelo ſuſcepta, eaque res non Lotho tan
ſed toti viciniæ commodet. In teſtimonium lætitiæ profert pane
vinum ad exercitum reficiendum, rogans, ut Abrahamus boni c
ſulat. Gen. 13.

VII. Abrahamus apud Deum intercedit pro Sodomæis: 1. q
Deus ſit clemens: 2. quod multi illic innocentes, aut ſaltem no
ſperati: 3. inter quos cognatus ſuus ſit: 4. denique quod clem
illa Deo gloriæ futura. Gen. 18.

VIII. Lothus increpat petulantiam Sodomæorum contra ho
tes: 1. quod ea contra Deum ſit, 2. & conſuetudinem omnium
rium: 3. quod hoſpites præſentes innoxii: imo divinum qui

eferant: 4. quod sævire malit in se & filias suas: 5. quod gravis ena instet. Gen. 19.

IX. Pathologia Abrahami disputantis secum de filio mactando: quem unicum habeat: 2. à quo nunquam offensus: 3. quem tot is promissum, tandem effæta senecta susceperit: 4. de quo Servator mundi proditurus: 5. denique quod facinus non contemporari tantum, sed omnis etiam posteritas exsecratura, aut saltem in emplum detestabile tractura sit. Concludit tamen quod jussus erat, eo potius, quam suis rationibus parere, ejusque amorem amori i præponere volens. Gen. 22.

X. Servus Abrahami Isaaco filio heriti uxorem petit Rebeccam: quod filius unicus, 2. isque à piis parentibus pie educatus: 3. & gentis patrimonii ex asse hæres: 4. postremo quod ad fontem jam alis & fausti conjugii omen acceperit. Gen. 24.

XI. Iacobus purgat se avunculo Labani de abitu clandestino, & emtione sacrilegii: 1. quod fideliter avunculo totos 20. annos serierit: 2. quod ab eo durius & inclementius habitus: 3. quod pecum suum non ex liberalitate soceri, sed Dei benedictione habeat: 4. od indicio facto non fuisset cum bona gratia dimissus: 5. denique od ad sacrilegium provocat ad experientiam, Deum simul testem vindicem invocans. Gen. 31.

XII. Iacobus insinuat se apud iratum Esavum: 1. eum dominum gnoscens suum, cui cum tota familia obsequens esse velit: 2. ad quod otestandum simul munera offert, 3. rogans per parentes jam senes, r totius familiæ salutem, per sacra denique communia, ut placatus benedictionem suam accipere dignetur. Gen. 33.

XIII. Iacobus castigat Simeonem & Levim propter cædem Sicemitarum: 1. quod stupro sorori illato affinitatem & legitimum onjugium pacti essent: 2. quod per speciem amicitiæ & religionis rcumventi: 3. quod contra datam fidem barbarico more fontes im insontibus contrucidati: 4. quod Iacobæi infames jam facti: 5. od tota vicinia adversus eos conspiratura. Dehinc ad preces & pœitentiam hortatur. Gen. 34.

XIV. Iacobus lamentatur filium Iosephum à bestiis devoratum, putabat: 1. quod eum in senectute ex dilectissima sua Rachele susepisset: 2. quod puer fuerit optimæ indolis: 3. quod magna de eo es: 4. quod dum in negotio patris esset, perierit: 5. & quidem miserabili modo: 6. quod etiam sepultura destitutus: 7. denique quod mpios fratres hoc casu parum affici videat. Hic ναὸς addit, mortem sibi optans. Gen. 37.

XV. Ioſephus renuit libidini heræ parere: 1. quod id contra Deu ſit: 2. quod contra fidem conjugalem: 3. quod contra officium bo ſervi, & quidem tam benigne habiti: 4. quod adulteris gravis pœ legibus conſtituta: 5. denique jubet eam cogitare de dignitate pe ſonæ ſuæ, & quod ipſe vile mancipium, & vix dignus ſit, qui ejuſm di matronæ pedis ſequum agat: ſe acerbiſſima quæque ferre, qua in tam turpi re illi obſequi malle. Gen. 39.

XVI. Ioſephus purgat ſe Potiphari hero contra actionem adu terii: 1. ut qui nec animum tanti flagitii patrandi habuerit; qui Deum timens, & ab incunabulis ad caſtimoniam colendam aſſ factus, ab hero etiam liberaliter habitus; denique non ignar quam gravis pœna ſibi pro ſcelere iſto luenda foret: 2. nec ſperare tuerit libidinis ſucceſſum: nimirum mancipium de domina, ignob caput de matrona potentiſſima, ab omnibus mortalibus deſertus heroina tot miniſtris circumſepta. 3. Hinc incipit rem ipſam narr re, ſed quia fidem deſperat, & plus tantum incommodi metuit, p apoſiopeſin apologiam abrumpit, & ad Deum omniſcium & juſt vindicem provocat. Gen 39.

XVII. Ioſephus jam aulicus inſtruit Regem de rebus ad felicem gubernationem pertinentibus. 1. Primum vult, idololatriam, qu nuſquam vanior, quam apud Ægyptios, tolli, & populum ad v rum Deum, qui cœlum & terram creavit, converti. Hoc enim fu damentum florentis politiæ eſſe. 2. Deinde Scholas quoque vult co rigi, & pro ſuperſtitioſis artibus, ut eſt magia, aſtrologia, auſpic na, ſobriam philoſophiam doceri. Scholas enim recte conſtituta minaria eſſe reipubl. 3. Tum in moribus vulgatis nonnihil mu ſuadet: ut quod fæminæ negociantur, cauponanturque, viri domi latentes texunt: quod cum feris veſcuntur; quod conſpe nem pedibus, lutum manibus ſubigunt. Vide Herod. lib. 2. 4. nique granaria paſſim per totum regnum ad annonam in tempo ceſſitatis (inſtare enim ſeptem annos admodum anguſtos) re vandum excitari vult, itemque armamentaria & propugnacula, incurſiones vicinorum (ut Chaldæorum, Æthiopum, Phœnicum prohibendas. Gen. 41.

XVIII. Iuda pro Benjamine ob furtum poculi retracto in cedit: 1. quod adoleſcens inconſulto peccarit, qui hactenus fru fuerit: 2. quod parenti ſuo jam ſeni in deliciis ſit: 3. quod regia ſit, non tantum victum, ſed etiam vitam dare, & quo major cul condonetur, eo major futura gloria: 4. poſtremo quod ipſe pro fra ſe offerat, ſive ad ſupplicium, ſive ad perpetuam ſervitutem. Gen. 4

XIX.

XIX. Ioſephus ignoſcit fratribus injuriam acceptam, laudata ...pietate in fratrem Benjaminem: 1. quod fratres ſint: 2. quod ...ſilium eorum malum quidem, ſed à Deo in melius verſum: 3. ...d ipſe quoque homo peccator, & qui Deum ſibi optet propi... 4. quod id poſcat religio communis, & ſpes de Meſſia è gente ...prodituro: 5. quod non ſibi tantum, ſed toti familiæ Iacobææ, ...pluribus mortalibus, ſaluti eſſe, & de ſuis opibus commodare cu... Eant modo patrem adductum: ſe omnibus in præſenti annonæ ...cultate, quæ per aliquot annos adhuc duratura, de rebus neceſ... proſpecturum. Gen. 45.

XX Ioſephus gratulatur patri ad ſe in Ægyptum venienti: 1. ...ter ſe, qui pluris cariſſimi parentis conſpectum, quam totius ...i opes & ſplendorem faciat: 2. propter parentem, cui filius tot ...is cum dolore deſideratus, jam redditus, quique tam difficilimis ...poribus ſecum quam ſuaviſſime vivere poſſit: 3. ad quod ...m de ſe omnia pietatis ſtudia & officia promittit: nec à patre quic... aliud requirit, quam ut precibus & conſilio rem communem ...t, de cætero ætati ſuæ parcens. Gen. 46.

XXI. Iacobus 1. Regi bene precatus, 2. qui ſit narrat; majo... & vitam ſuam eamque à primo ortu difficilem ac ærumnoſam re... ens: 3. tandemque commodum in Ægypto hoſpitium petit, fi... atem promittens, quam ſubditi regi debent. Gen. 47.

XXII. Iacobus moribundus 1. hortatur filios ad amorem & ...cordiam colendam, 2. nominatimque petit, ut Ioſephus inju... fraternas ſibi condonet, 3. contraque fratres monet, ut Ioſephum ...apite & altero ſuo parente honorent: nimirum quia inter pere... os, eoſque idololatras degunt, quibus nec ſcandalum dandum, ...occaſio præbenda alteros per alteros invadendi ac perdendi: 4. ...icit ſingulis fata ſua, inprimis Iudæ, è cujus tribu ſervator mun... nturus: in quem & ipſe credit & credere vult filios: 5. qua de ...ſepeliri ſe jubet in monumento majorum, & terra promiſſa, ...Deus iis certiſſime daturus ſit: 6. cum valedictione deſinit. ...48, & 49. Vide Micipſam Saluſt.

XXIII. Ioſephus parentat patri. 1. Primum mortem ejus de... , ut qui conſilio & precibus univerſis pro muro fuerit, imo ...er quem Deus toti Ægypto benefecerit: 2. Deinde ſe & fratres, ...que comitatum ad parentis fidem, patientiam & integritatem ...dam excitat, & per præſentes reliquias obteſtatur: hanc eſſe ...viam ad beatitudinem conſequendam. 3. Poſtremo Ægyp... atias agit pro ſympathia pia; fratribus benigne de ſe promit-

tit, omnibus & singulis studia & officia offert. Genes. 50.

XXII. Iambre magus suadet tyranno Pharaoni, ut Israëlitas quoquo modo premat: 1. ne potentiores facti seditionem concitent, & advenæ indigenas aliquando expellant: aut in bello cum hoste coëant: 2. quia potiorem regni partem, quæ majori jure civibus debeatur, obtinent: 3. denique religionem colunt cum Ægyptiorum sacris multis modis pugnantem. Pertinere autem ad statum regni, tum ne peregrina & suspecta gens nimium augeatur, tum ut in regno unica tantum religio sit, & quod contra, tanquam noxia herba, uratur, secetur. Exod. 1. Vide Machiavell. & politicam Lipsii.

XXV. Moses postulat à rege ut dimittat populum suum: quia 1. Deus id jussit: 2. æquum est hospites abiturientes cum bona pace sinere: 3. satis diu Ægyptiis servierunt, nulla laborum mercede reddita: 4. Ni faxit, Deus causam populi sui acturus, & Ægyptiorum tyrannidem severe puniturus est; id quod in præsentia prodigiosis metamorphosibus baculi & aquæ testatum fecit. Exod. 5.

XXVI. Consiliarii dissuadent regi dimissionem Israelitarum: 1. Deus cujus auctoritas prætendatur, Ægyptiis ignotus sit, & forte à Mose tantum confictus: 2. multum regno discessurum, tam numerosa & opulenta gente, cujus usus in armis, in tuendis finibus, in exstruendis propugnaculis & aliis ædificiis publicis jam spectatus, decedente: 3. contra majestatem sit, regem erroni & tam vili auctori cedere: 4. quod Dii sui Ægyptios facile adversus superstitionem Hebræorum & minas Mosis defensuri sint: id quod per tot secula jam compertum, Ægyptiis Deorum suorum benignitate potentia & gloria omnia regna superantibus.

XXVII. Moses consolatur servitutem populi: quia 1. fatalis esse ur ex oraculis Abrahamo factis patet: 2. pertinet ad probandam fidem & contra tot & tanta offendicula constantiam: 3. brevi sequetur liberatio, eaque præter spem & opinionem glorioſa: 4. Eo beatior status in Chananæa futurus. Exod. 5.

XXVIII. Moses gratulatur popularibus liberationem à jugo Ægyptiorum: quia 1. angustiæ fuerint magnæ, è quibus emerserint 2. Vindiciæ inopinatæ, divinæ & glorioſæ sint: 3. sine opera, sine periculo ullius Israëlitæ: 4. spes jam indubitata sit de complemento ejus quod reliquum, dummodo Deo fidant & in mandatis ejus ambulent, id quod eos etiam atque etiam hortatur. Exod. 15.

XXIX. Moses concionatur de Manna. 1. Primum monet de gratiis Deo pro cœlesti hoc cibo agendis: 2. Deinde vult altius spectari, & de providentia Dei in homine, etiam ubi nullæ rationes ap-

pa

parent, alendo, 3. deque mystico pane animæ, qui est Christus, per manna figuratus, cogitationes capi. 4. Tandem præcepta dat de tempore, mensura & exemplo mannæ legendæ, 5. hortatusque populum, ad tam benignum patrem pie colendum desinit. Exod. 16.

XXX. Moses concionatur de prælio cum Amalecitis. 1. Primum populi describit periculum. 2. Tum victoriam divinitus datam, tanquam prodromum gentium debellandarum prædicat. 3. Postremo monet, ut rem in commentaria referant, Deo agant gratias, & siquidem in ejus cultu perstent, de reliquo etiam bene sperent. Exod. cap. 17.

XXXI. Iethro 1. renunciat idolis, & Deum Israëlitarum solum verum Deum esse profitetur. Id enim se jam ex rebus recens in Ægypto, ad mare, in deserto gestis didicisse. 2. Gratulatur populo felicitatem suam, seque pro consorte suscipi petit. Exod. 18.

XXXII. Iethro Mosen generum suum de collegis asciscendis admonet. 1. Primo causam consilii affert, quod unus vir tam numeroso populo non sufficiat, sed se duntaxat afflictet, populum remorando fatiget, & multa injudicata mittere cogatur: 2. Deinde ipsum consilium exponit: 1. quales collegas, & 2. quo ordine legere, 3. quemque ipse locum legere debeat. Exod. 18.

XXXIII. Moses præparat populum ad legem accipiendam. 1. Quam necessariæ leges politiis sint docet: 2. Deinde promittit leges ab ipsomet Deo: quod populus grato & summisso animo, tanquam maximum beneficium agnoscat, non tantum quod hic legislator sapientissimus & æquissimus sit, sed quod hinc, quem deinceps regem & propugnatorem habituri sint, nempe opt. Maxim. Deum, scire queant. 3. Postremo hortatur, ut ad Deum audiendum se pie præparent. Exod. 19.

XXXIV. Moses castigat populum propter idololatriam: 1. quod à tam bene merito Domino defecerit: 2. ad tam vanum idolum: 3. tam repente, tam inconsulto: 4. cum magno suo malo. Hinc monet, ut in genua procumbant, iram Dei deprecentur, agantque pœnitentiam. Exod. 32.

XXXV. Moses interpretatur populo mysterium tabernaculi erecti. 1. Desertum est orbis terrarum: 2. tabernaculum, ipse populus seu Ecclesiæ Dei, in ea lux est verbi divini: 3. in ea panis vitæ Christus: in ea suffitus piarum precum: alibi meræ tenebræ, desperatio, profanitas: 4. Pontifex, Messias promissus: 5. tres partes tabernaculi, tria tempora singulis fidelium distributa: Primum in Ecclesiam veniendi: alterum præstandi in ea Deo cultum suum: tertium,

præ-

præmium in Sancto ſanctorum, id eſt, cœlo, accipiendi: 6. ſacrificia & thymiamata, mors & interceſſio ſervatoris: 7. ſupellectilia precioſa, fides & bona opera ſanctorum: 8. Levitæ tabernaculum portantes & cuſtodientes, paſtores & doctores: 9. denique nubes tabernaculum tegens, Deus Eccleſiæ patronus & defenſor. His addit paræneſin, ut tanquam in templo & conſpectu Dei degentes, vitam agant juſtam, caſtam, piam, de tutela divina, & futuræ vitæ præmiis nulli dubitantes. Exod. 40.

XXXVI. Moſes populum erudit de triplici myſterio ſacrificiorum. 1. Primum ſunt teſtimonium de miſero & deteſtando hominis ſtatu, qui expiandus: 2. Deinde indigitant Chriſtum, qui olim ſe pro nobis ſanctificandis in ara crucis offeret: 3. Poſtremo monet unumquemque officii ſui: ut Deo ſe conſecret, ſtudeat miniſterio & ſcholis ſervandis, ſit non ſuus duntaxat, ſed etiam proximi, quem ad exemplum Sacerdotis myſtici, id eſt, venturi olim Servatoris, conſilio, precibus, opera juvet. Levit. 22.

XXXVII. Moſes myſterium feſtorum aperit. 1. Primum recenſet præcipua feſta, quæ celebranda. ut ſunt: Sabbatum, Neomenia, Paſcha, Pentecoſte, Tabernaculorum, Tubarum, Expiationis. 2. Deinde triplicem eorum ſignificationem pandit: 1. Teſtantur de φιλανθρωπίᾳ Dei, homini aliquid ocii & refectionis à laboribus hujus ærumnoſæ vitæ indulgentis. 11. Monent de quiete animi, dum beneficia Dei, quæ partim jam præſtita, partim promiſſa, hiſce feſtivitatibus commendentur. Paſcha recentem liberationem ex Ægypto: Pentecoſte legem & libertatem populo datam: Scenopegia alimoniam & regimen populi in his aridis & deſertis locis, celebrat. Interim cogitari etiam vult de regno peccati, è quo vendicaturus nos ſit agnus ille Dei patribus promiſſus: cogitari de lege fidei, olim per Spiritum Dei intimanda: cogitari denique de æternis tabernaculis, quæ pios hujus peregrinationis curriculo confecto in cœlo manent: ſed patiantur ſe excitari tubis verbi divini: patiantur expiari per Spiritum Dei: jejuniis & precibus crebris ad domandam carnem utantur. 111. Conſolantur feſta dicta ærumnas & moleſtias hujus vitæ, ſpe Sabbati & quietis cœleſtis, de qua jam dictum. Levit. 23.

XXXVIII. Moſes queritur cum populo de ſeditione Corachi & ſociorum. 1. Primo vocationem, fidelitatem, & patientiam ſuam commemorat, inſertis etiam beneficiis, quæ Deus per ipſius miniſterium populo contulerit: 11. Deinde accuſat ſeditioſos perfidiæ & ingratitudinis, tum in Deum, tum in ſuum ducem: 111. Poſtremo hortatur probiores, ut ſecedant, nec cum peccato perduellium communi-

municent. Instare enim pœnam, qualis ante id tempus inaudita. Vbi quasi vates repræsentat, quod post accidit. Num. 16, & 17.

XXXIX. Moses migraturus ex hac vita 1. paucis repetit res à se cum summa fidelitate & integritate gestas. 2. Commendat populo successorem Iosuam, ut qui ab ipso Deo designatus, & de cujus virtute & fideli ministerio jam constet. 3. Hortatur, ut Deo & duci suo obediant, quod ipsis saluti futurum. Deut. 31.

XL. Iosua concione funebri parentat Mosi. 1. Primo dolorem suum, quem ex tanti viri morte perceperit, contestatur. 2. Hinc abit in laudem Mosis ab ejus parentibus, educatione, vocatione, rebus gestis, moribus, (in quibus fidelitas & patientia) obitu, & quæ post sequuta. 3. Tum populum hortatur, ut memoriam Mosis sanctam habeat, & præceptis ab eo acceptis pareat. 4. Denique de se pollicetur fidem & omnia boni ducis officia. Deut. 34.

XLI. Iosua Iordanem trajecturus hortatur populum ad fortiter agendum: 1. quod Deum ducem & propugnatorem habituri sint: 2. quod ipse bono exemplo præiturus sit: 3. quod finis jam tot annorum laboribus ante oculos sit: 4. postremo quod gentes jampridem animus deseruerit, ut sine atroci pugna solo impetu debellari possint. Ios. 1. Vide Annibalis orat. castrensem ad Alpes apud Livium.

XLII. Legatus Israeliticus Rubenitas & socios accusat idololatriæ & defectionis à vero & infinite merito Deo: cujus peccati testem facit altare prope Iordanem erectum. Ios. 22.

XLIII. Rubenitæ contra idololatriæ calumniam se excusant: 1. quod religionem patriam tot oraculis & miraculis confirmatam pro vera & salvifica habeant, in qua perstare ad finem usque velint: 2. quod altare non cultus sed memoriæ causa excitarint: 3. denique rogant populares, ut purgationi suæ dent locum, & fraternitatem ac concordiam sancte tueantur, prout istud sanguinis, religionis, & pactorum ratio expostulet. Ios. 22.

XLIV. Ioasus defendit filium Gideonem propter aram Baaliticam destructam ad supplicium postulatum: 1. quod ex pio zelo id factum, quemadmodum lex jubet: 2. quod auctoritate muneris à Deo demandati: 3. quod idololatria præsentium malorum causa, quæ cum primis tollenda: 4. quodsi Baal Deus, ipse causam suam asserat. Iudic. 6.

XLV. Gideon recusat dominatum oblatum: 1. quod ad tale munus se imparem putet: 2. quod populus sit liber, præter Deum non habens principem: 3. quod sat gloriæ adeptus, patria auspiciis suis liberata: cujus tamen rei monimentum expetat. Iudic. 8.

XLVI.

præmium in Sancto sanctorum, id est, cœlo, accipiendi: 6. sacrificia & thymiamata, mors & interceſſio ſervatoris: 7. ſupellectilia precioſa, fides & bona opera ſanctorum: 8. Levitæ tabernaculum portantes & cuſtodientes, paſtores & doctores: 9. denique nubes tabernaculum tegens, Deus Eccleſiæ patronus & defenſor. His addit paræneſin, ut tanquam in templo & conſpectu Dei degentes, vitam agant juſtam, caſtam, piam, de tutela divina, & futuræ vitæ præmiis nulli dubitantes. Exod. 40.

XXXVI. Moſes populum erudit de triplici myſterio ſacrificiorum. 1. Primum ſunt teſtimonium de miſero & deteſtando hominis ſtatu, qui expiandus: 2. Deinde indigitant Chriſtum, qui olim ſe pro nobis ſanctificandis in ara crucis offeret: 3. Poſtremo monet unumquemque officii ſui: ut Deo ſe conſecret, ſtudeat miniſterio & ſcholis ſervandis, ſit non ſuus duntaxat, ſed etiam proximi, quem ad exemplum Sacerdotis myſtici, id eſt, venturi olim Servatoris, conſilio, precibus, opera juvet. Levit. 22.

XXXVII. Moſes myſterium feſtorum aperit. 1. Primum recenſet præcipua feſta, quæ celebranda. ut ſunt: Sabbatum, Neomenia, Paſcha, Pentecoſte, Tabernaculorum, Tubarum, Expiationis. 2. Deinde triplicem eorum ſignificationem pandit: 1. Teſtantur de φιλανθρωπίᾳ Dei, homini aliquid ocii & refectionis à laboribus hujus ærumnoſæ vitæ indulgentis. 11. Monent de quiete animi, dum beneficia Dei, quæ partim jam præſtita, partim promiſſa, hiſce feſtivitatibus commendentur. Paſcha recentem liberationem ex Ægypto: Pentecoſte legem & libertatem populo datam: Scenopegia alimoniam & regimen populi in his aridis & deſertis locis, celebrat. Interim cogitari etiam vult de regno peccati, è quo vendicaturus nos ſit agnus ille Dei patribus promiſſus: cogitari de lege fidei, olim per Spiritum Dei intimanda: cogitari denique de æternis tabernaculis, quæ pios hujus peregrinationis curriculo confecto in cœlo manent: ſed patiantur ſe excitari tubis verbi divini: patiantur expiari per Spiritum Dei: jejuniis & precibus crebris ad domandam carnem utantur. 111. Conſolantur feſta dicta ærumnas & moleſtias hujus vitæ, ſpe Sabbati & quietis cœleſtis, de qua jam dictum. Levit. 23.

XXXVIII. Moſes queritur cum populo de ſeditione Corachi & ſociorum. 1. Primo vocationem, fidelitatem, & patientiam ſuam commemorat, inſertis etiam beneficiis, quæ Deus per ipſius miniſterium populo contulerit: 11. Deinde accuſat ſeditioſos perfidiæ & ingratitudinis, tum in Deum, tum in ſuum ducem: 111. Poſtremo hortatur probiores, ut ſecedant, nec cum peccato perduellium communi-

municent. Instare enim pœnam, qualis ante id tempus inaudita. Vbi quasi vates repræsentat, quod post accidit. Num. 16, & 17.

XXXIX. Moses migraturus ex hac vita 1. paucis repetit res à se cum summa fidelitate & integritate gestas. 2. Commendat populo successorem Iosuam, ut qui ab ipso Deo designatus, & de cujus virtute & fideli ministerio jam constet. 3. Hortatur, ut Deo & duci suo obediant, quod ipsis saluti futurum. Deut. 31.

XL. Iosua concione funebri parentat Mosi. 1. Primo dolorem suum, quem ex tanti viri morte perceperit, contestatur. 2. Hinc abit in laudem Mosis ab ejus parentibus, educatione, vocatione, rebus gestis, moribus, (in quibus fidelitas & patientia) obitu, & quæ post sequuta. 3. Tum populum hortatur, ut memoriam Mosis sanctam habeat, & præceptis ab eo acceptis pareat. 4. Denique de se pollicetur fidem & omnia boni ducis officia. Deut. 34.

XLI. Iosua Iordanem trajecturus hortatur populum ad fortiter agendum: 1. quod Deum ducem & propugnatorem habituri sint: 2. quod ipse bono exemplo præiturus sit: 3. quod finis jam tot annorum laboribus ante oculos sit: 4. postremo quod gentes jampridem animus deseruerit, ut sine atroci pugna solo impetu debellari possint. Ios. 1. Vide Annibalis orat. castrensem ad Alpes apud Livium.

XLII. Legatus Israeliticus Rubenitas & socios accusat idololatriæ & defectionis à vero & infinite merito Deo: cujus peccati testem facit altare prope Iordanem erectum. Ios. 22.

XLIII. Rubenitæ contra idololatriæ calumniam se excusant: 1. quod religionem patriam tot oraculis & miraculis confirmatam pro vera & salvifica habeant, in qua perstare ad finem usque velint: 2. quod altare non cultus sed memoriæ causa excitarint: 3. denique rogant populares, ut purgationi suæ dent locum, & fraternitatem ac concordiam sancte tueantur, prout istud sanguinis, religionis, & pactorum ratio expostulet. Ios. 22.

XLIV. Ioasus defendit filium Gideonem propter aram Baalitidam destructam ad supplicium postulatum: 1. quod ex pio zelo id factum, quemadmodum lex jubet: 2. quod auctoritate muneris à Deo demandati: 3. quod idololatria præsentium malorum causa, quæ cum primis tollenda: 4. quodsi Baal Deus, ipse causam suam asserat. Iudic. 6.

XLV. Gideon recusat dominatum oblatum: 1. quod ad tale munus se imparem putet: 2. quod populus sit liber, præter Deum non habens principem: 3. quod sat gloriæ adeptus, patria auspiciis suis liberata: cujus tamen rei monimentum expetat. Iudic. 8.

XLVI.

XLVI. Iothamus expostulat cum Sichemitis, 1. quod Abimelecho ad fratres trucidandos, & occupandam tyrannidem operam contulissent: 2. quod Abimelechus spurius & homo nullo numero sit: 3. quod facinus ipsum improbum, & meritis paternis indignum: 4. quod non impune abiturum. Iudic. 9.

XLVII. Fecialis Iephtæ jus Israëlitarum in terra occupata contra Ammonitam defendit: 1. quod Emoræi regionem habeant, non Ammonitæ: 2. quod armis occuparint, & quidem priores lacessiti: 3. quod Deus ita jusserit: 4. quod trecentis annis jam possederint: 5. quod denique cæteri reges fortunam suam patienter ferant: ipseque eventus belli, quod Ammonita captat, jus probaturus. Iudic. 11.

XLVIII. Angelus Domini nuncium fert uxori Manoachi de filio edendo. Vbi primum nomen, indolem, educationem, officium, victorias, & vitæ exitum pueri prædicit: 2. Deinde mysterium addit de Servatore per hunc puerum præsignificato, qui sol mundi: Spiritum Dei habens sine mensura; Neziræus Dei; victor Satanæ & mundi: cujus potentia in verbo Euangelii; destructor claustrorum orci; cujus mors sponsæ Ecclesiæ lucro futura. Iudic. 13.

XLIX. Levita 1. queritur cum Israelitis, de injuria à Gibeonitis illata: 1. quod hospes fuerit: 2. quod Levita: 3. quod more Sodomitico ad stuprum postulatus: 4. quod uxorem indesinenti abusu necarint: 5. quod in auctores sceleris nihil statutum. 11. Exinde petit, ne tam horrendum scelus impunitum sinant, ni concitare in se gravem Dei iram, & vicinis gentibus scandalum cum ipsius religionis dedecore dare velint. Iudic. 19.

L. Levita consolatur Israelitas bis jam à Benjamitis cæsos: 1. quod causam bonam male egerint: quippe sine pœnitentia, sine sacrificiis, suis solummodo viribus freti rem adorti: 2. quod exitus bonus tandem futurus, siquidem Deo in auxilium humili animo vocato, prælium instaurent: oracula enim non fallere. Iudic. 20.

LI. Náomi 1. laudat Rutham nurum suam, 1. quod patienter tulit mortem viri, pietati erga se socrum quamvis pauperem, patriam postposuit, denique in religionis negocio veritati locum dedit: 2. Deinde consilio instruit de conjugio Bohazi impetrando: quia id ex lege ei debeatur; quia vir ille æquus bonus non sit recusaturus: postremo quod ista ratione miseria exantlatæ solatium habitura. Ruth. 3.

LII. Samuel 1. in concione deplorat statum patriæ ob cladem perpessam, arcam ereptam, pontificem exstinctum, & libertatem turbatam. 2. Causam tantorum malorum facit præteritorum temporum

porum peccata: 3. hortatur ad pœnitentiam & preces, & sacrificium publicum: 4. erigit in spem bonam. 1 Sam. 7.

LIII. Samuel instituit regem Saulem, ubi 1. regem officii sui in lege & grege tuendis, 2. deinde populum quoque obedientiæ regi in omnibus justis & licitis negotiis præstandæ admonet. Sic enim Dominum utrique parti benedicturum, & regnum constans futurum. 1 Sam. 1.

LIV. Legatus Gabensium petit à Saule contra Ammonitas auxilium: 1. quod fratres Israelitarum & pars sint populi divini: 2. quod in extremo periculo constituti, hoste præter servitutem etiam contumeliam intendente: 3. quod ad regis officium id pertineat: 4. quod hac ratione gloriam magnam parare, & majestatis fundamenta jacere possit: 5. quod Gabensibus subjugatis hostis non quieturus sit antequam omnem populum perdiderit: 6. quod in æternum hujus beneficii memores esse velint. 1 Sam. 11.

LV. Samuel expostulat cum populo de rege temere postulato: 1. quod hac ratione rejecerint ipsum Deum, sub cujus tutela hactenus salvi perstitissent? 2. quod non habeant de ipso (Samuele) conqueri: quippe qui non suam sed populi salutem semper spectavit, id quod ipsi beneficiari nequeant, & Deus cœlitus mox sit approbaturus: 3. quod serius aliquando & cum dolore jus regium sensuri sint. Addit tamen correctionem consolatoriam; Deum omnia mitigaturum, siquidem ei obtemperaverint. 1 Sam. 8, & 12.

LVI. Samuel objurgat Saulem de non facto officio à Deo imperato: 1. quia cum omnes mortales, tum eos maxime, qui ex humili loco evecti, Deo summo regi parere decet: 2. quod peccata cumulet, satellitium tyrannicum comparando; sacrificando: populum temere adjurando: Amalecitis ex avaritia parcendo: culpam hypocritica prætensione pietatis & clementiæ excusando, cum non nesciat, obedientiam apud Deum pluris esse, quam victimas, & quam justam Deus ultionis imperatæ causam habuerit. Metuendum igitur ne à Deo desertus in atrociora delicta ruat, dum tandem & regnum & vitam amittat. 1 Sam. 13, & 15.

LVII. Ionathan excusat se de melle sumpto: quod parens temere militem, qui recreandus quoquo modo fuisset, adjurarit: quod se hujus rei nescius: quod de populo non male meritus: quod non recuset mori, mors sua si publice prosit. 1 Sam. 14.

LVIII. Saul dissuadet Davidi duellum cum Goliatho: 1 quod sit vir vastus, rei bellicæ peritus, & immanis audaciæ: contra ipse adolescens pusillus, accitus è grege, & nulla experientia: 3. quod in

hac

hac pugna libertas & omnia salus populi vertatur. 1 Sam. 17.

LIX. David urget institutum: quia 1. gigas iste homo sit pr
fanus & impius: 2. ipse non arrogantia aliqua, sed divino instinc
agatur: 3. Experimentum opis divinæ jam fecerit in leone & ur
prosternendis: 4. Deus, cujus gloria agatur, ipsum non sit defer
rus. 1 Sam. 17.

LX. Ionathan apud patrem causam agit Davidis: 1. quod pia
causa absit: 2. & nullum ejus delictum constet: 3. sed contra de re
ac populo præclare meritus. 1 Sam. 20.

LXI. Ionathan consolatur Davidem exulem 1. bonitate ca
& testimonio conscientiæ: 2. spe læti eventus, quem ex vocatio
legitima, & miranda conservatione amici colligit: 3. exemplis m
jorum: 4. Sympatheia & opera sua. 1 Sam. 20, & 23.

LXII. Doëgus accusat Achimelechum perduellionis: 1. qu
Davidem proscriptum hospitio susceperit: 2. quod commeatu &
mis instruxerit: 3. & quidem sacris panibus & anathematis, con
expressam Dei legem: 4. quod pro eo rem divinam fecerit: 5. P
stremo cum eo in necem Regis conspirarit. 1 Sam. 22.

LXIII. Achimelechus se purgat: 1. quod de proscriptione D
vidis sibi nihil constet: 2. quod is sit regis gener, & hactenus serv
fidelis: 3. quod negocium prætenderit regis nequaquam differe
dum: 4. quod panibus sacris necessitate ita postulante etiam milita
homines vesci sine peccato possint, similiterque armis consecratis e
clesiam defendere. Quare petit, ut ignorantiæ suæ & consilio mi
me doloso ignoscatur. 1 Sam. 22.

LXIV. Ioabus suadet Davidi, ut Saulem regem interficiat:
quia hostis sit, & quidem implacabilis: 2. quia tyrannus: 3. q
ejus rei potestatem jam nactus: 4. quia isto modo finem impon
possit omnibus miseriis suis: 5. & ad regnum promissum perven
6. denique ni faciat, metuendum ne tandem captus à Saule trucid
tur. 1 Sam. 24, & 26.

LXV. Abjathar dissuadet: 1. quia socer est: 2. magistratus:
res mali exempli: 4. vindicta committenda Deo, qui Davidem lib
raturus: 5. idque brevi, quod jam furor Saulis ad summum ven
6. mori præstat innocentem, quam sontem vivere. 1 Sam. 24, & 2

LXVI. Saulis pœnitentia: 1. agnoscit se peccasse: 2. gratias D
vidi agit, quod hosti, & quidem in potestatem dato, pepercit: 3. P
mittit securitatem. 1 Sam. 24, & 26.

LXVII. Ioabus auctor est Davidi fugæ ad regem Philistæorum
1. quia in patria nusquam tutus, rege capitali odio eum prosequen
2. N

2. Majores Abrahamus, Isaacus, Iacobus & alii non malo hospitio apud exteros usi: 3. virtus ubique honorabilis: 4. sic terrori esse possit, quem nunc metuat. 1 Sam. 27.

LXVIII. Abjathar dissuadet: 1. quia Deus eum, ut ante, ita deinceps quoque tutaturus: 2. fuga ista speciem habeat ἀποστασίας & proditionis, & proinde scandalum magnum datura: 3. hosti, eique barbaro, & infideli non credendum: 4. bona causa non perdenda male agendo: 5. Res Saulis ad ultimum pervenere: 6. mori præstat, quam dare scandalum. 1 Sam. 27.

LXIX. Abigail deprecatur à Davide pœnam mariti Nabalis: 1. quod vir stultus sit, cui aliquid condonandum: 2. quod virtus vere regia, injurias condonare: 3. quod ad conscientiam pertineat: 4. quod ad famam quoque: 5. quod Deus Davidem brevi exaltaturus, & hæc clementia ei tum magnæ voluptati futura. Tandem ad pedes se abjicit, & commeatum humiliter affert, rogans ut boni consulat. 1 Sam. 25.

LXX. Philistæorum proceres recusant commilitonem Davidem: 1. quia non sit religionis suæ: 2. quia hostis: 3. isque callidus pariter & fortis: 4. nulla ratione redire cum Domino in gratiam facilius possit, quam proditione & ruina Philistæorum. 1 Samuel. 29.

LXXI. David parentat Sauli, 1. mortem ejus deplorans: 1. quia primus rex fuit Israëlitarum, & quidem ab ipso Deo designatus: 2. multas egregias tum animi tum corporis dotes habuit: 3. præclare toga & armis de populo meritus: 4. nunc vero infelici pugna occisus, & quidem ab hoste Ecclesiæ. 11. Peccata vero ejus suspicioni timori, quæ propria fere regum vitia, asscribit. 2 Sam. 1.

LXXII. Legatus Davidis Gabensibus gratias agit de Saule sepulto: 1. quod hunc honorem habuere regi: 2. quod bene de ipsis meruit: Vide supra 1 Sam. 11. 3. quod rebus desperatis. Qua de causa se benigne ipsis repromittit. 2 Sam. 2.

LXXIII. David 1 improbat cædem Abneri, ut quæ forti viri, & de Republ. bene merito, & sine causa justa, denique per simulationem amicitiæ, ex mera invidia illata. 2. Supplicium autem dictum excusat, quod regnum nondum satis stabilitum habeat, quod Ioabi potentia formidabilis. Postremo quod sine convulsione Reipubl. pœnas sumere nequeat. 2 Sam. 3.

LXXIV. David à Micale uxore majestatis prostitutæ causa obligatus defendit se: 1. quod omnibus viribus Deo gratias agere voluerit pro religionis & pacis muneribus: 2. quod Deus faveat humilibus,

bus, & ſuperbos oderit, id quod patris & ſuo exemplo probatum. Sam. 6.

LXXV. Nathan 1. laudat pium inſtitutum Davidis de templ ædificando; 2. cauſas affert, cur id tamen intermittendum: 3. pro mittit poſteritati ejus regnum æternum, idque in Chriſto. 2 Sam.

LXXVI. Mephiboſetus Davidi gratias agit pro præſtita cl mentia: 1. quod id non meritus: 2. quod hoſtis nepos: 3. quod b neficium ingens: 4. quod liberali animo collatum. 2 Sam. 9.

LXXVII. Legatus Davidis conſolatur regem Ammonitic de obitu parentis: 1. quod moriendum omnibus: 2. quod parens vitæ & gloriæ habuerit: 3. quod nunc de omnibus curis & moleſti liberatus, æternum ocium habeat: 4. quod ipſum ſucceſſorem reliquerit dignum, & ingenii ac virtutis paternæ effigiem: 5. qu conſiliarios habeat prudentes & fideles: 6. quod rex David quoq ipſi ſtudia & officia ſua deferat. 2 Sam. 10.

LXXVIII. Proceres Ammonitæ 1. calumniantur conſili Davidis, ut qui non conſolandi, ſed explorandi cauſa legatum m ſerit: 2. ideoque monent, ut rex ſibi caveat. 1. Enimvero eſſe in Ammonitas & Iſraëlitas hæreditarium odium: 2. & Davidem a tum, & quia recens rex factus, cupidum gloriæ & regni extendend 2. cujus rei initium ſine dubio à vicinis Ammonitis facturus, iiſq incautis & dolo oppreſſis. 3. Suadent igitur, ut Rex ad Davidem re rendum, & ſuam oſtendendam magnanimitatem ac providentiam legatos tractet ut digni ſint. 2 Sam. 10.

LXXIX. Ioabus vult armis ulciſci Ammonitæ injurias: q 1 contra jus gentium actum: 2. contra fidem & amicitiam: 3. legatos ipſe rex violatus, qui ſine ignaviæ fama id negligere nequ 4. nec belli nervi deſint: 5. poſtremo quia Ammonita jam prior b lum inceptet, unde cauſa juſta, & arma pia ac neceſſaria ſint, ev tus quoque ſperandus bonus. Niſi enim animus fallat, regi jam o caſionem datam omnem terram ditioni ſuæ adjiciendi. 2 Sam. 10.

LXXX. Nathan exprobrat regi adulterium: 1. quod co Dei mandatum graviter peccatum: 2. & ſubditis exemplum da impune ſcortandi: 3. quod ex mero luxu & protervitate, tot alio uxoribus & concubinis regi ſuppetentibus: 4. quod tempore bel non contemnendi periculi, ubi precibus & jejunio ira Dei mitiga 5. quod inſuper maritum hominem innocentem, & ſervum fidel ac pro ſalute regis pugnantem occidi curaverit. Hinc regem jub ſeipſo exemplum capere, quam graviter Deus peccata iſta ſit pu rus: Nimirum regem ob barbam & veſtes legatis præciſas bell

cum subditorum sanguine gerere: quid ipsi futurum, qui in majestatem Dei peccarit, hominem pium uxore & vita spoliarit, Ecclesiam offenderit, exemplum dederit non rege, sed tyranno dignum? Postremo denunciata pœna fatali hortatur ad pœnitentiam. 2 Sam. 12.

LXXXI. Ioabus intercedit pro Absolone fratricida: 1. quia filius sit regis: 2. & juvenis heroicæ indolis, populoque percarus: 3. tum zelo pio usus: 4. in quem rex non sine periculo publico animadvertere possit: 5. Ioabus fidelis servus deprecetur: 6. Postremo plus clementia quam rigida justitia profutura. 2. Sam. 14.

LXXXII. Absolon concionatur adversus patrem, 1. exaggerans ejus libidines, ignaviam & injustitiam, & præ se ferens animum generosum, æquum, & salutis populi amantem: 2. idcoque hortatur, ut patre jam ætate effæto & deliro abdicato, alteri sceptrum commendent, cuicunque velint: se ducem vel commilitonem futurum. 2 Sam. 15.

LXXXIII. Chusæus dissuadet Absoloni prælium festinum: 1. quod pater vir sit bellicosus, & milites habeat fortes: 2. quod populus animo adhuc vacillet: 3. quod à primo conflictu totius rei alea pendeat. Quamobrem vult omnem populum congregari, & tum patrem ubicunque sit gentium invadi. 2 Sam. 17.

LXXXIV. Barzillaius consolatur regem exulem: 1. quod optimates in fide erga eum perstent: 2. quod temeritas Absolonis adolescentuli brevi pœnas datura: 3. quod Deus ipsum sit vindicaturus: 4. quod ex casu Achitophelis jam liqueat: 4. quod ipse & omnes boni regem objectu laterum suorum defensuri. 2 Sam. 17.

LXXXV. Ioabus dissuadet Regi luctum de Absolone: 1. quod merito perierit: quippe in Deum, in parentem, in regem suum impius: imo ab initio ætatis superbus, arrogans, crudelis: 2. quod ille luctus contra Deum sit, cujus judicia rex videatur improbare: 3. quod contra amorem exercitus, cujus merita non agnoscat: 4. denique quod seditio nova metuenda, siquidem rex pluris devotum hoc caput, quam suam, quam populi salutem faciat. 2 Sam. 19.

LXXXVI. Simei deprecatur pœnam meritam: 1. quod primus de populo errorem suum agnoscat, & in fidem redeat: 2. quod res salutis & lætitiæ sit: 3. quod clementia reges Deo æquet, & mortalibus gratos efficiat: 4. quod delictum suum fide & obedientia compensare velit. 2 Sam. 19.

LXXXVII. Mephibosetus 1. gratulatur regi reditum in regnum, 2. seque purgat contra calumniam procuratoris sui Sibæ: 1. quod nefarie à Siba desertus, ipse propter pedum vitium regem sequi

non potuerit: 2. quod rege periclitante, toto tempore in lachrym & luctu fuerit, Deumque pro salute ejus jejunio & precibus oraverit 3. quod contentus quavis sorte sit, dummodo regi bene sit, eoqu utatur propitio. Itaque clementiæ & æquitati Regis hactenus explo ratæ se commendat. 2 Sam. 19.

LXXXVIII. Barcillajus 1. gratulatus Regi victoriam de ho stibus suis, 2. gratias agit pro honore in aula sibi oblato: 3. caus tamen affert, cur uti nolit: 1. quia jam senex & vitæ pertæsus, 2 quia homo rusticus & vitæ aulicæ insuetus: 3. quia in patria quod z tatis restet peragere malit: 4. Commendat regi filium Cimeham 2 Sam. 19.

LXXXIX. Ioabus dissuadet censum populi: 1. quia nulla just causa appareat, neque ecclesiastica, qualis fuit tempore Mosis, neq politica, ut est temporibus belli, sed contra promissiones Dei, con tra fidem Regis priorem, & contra publicam quietem veniat: 2. qui consilium Regis merum fastum, licet tot calamitatibus superiorib temporibus exerciti, prodere videatur, & iccirco eventus metuend minime bonus. His votum subjungit, ut Deus meliorem regi men tem inspiret, & ipse populo suo consulat. 2 Sam. 24.

XC. Nathan commonefacit regem de tyrannide Adoniæ. Prim rem gestam narrat & probat: deinde hortatur regem, ut contra ve niat: quia 1. Solomoni regnum sit promissum: 2. vita agatur tu regis, tum Solomonis, præsertim quia dux copiarum Ioabus c Adonia conspiret: 3. Reipubl. quoque intersit, regem habere bo omnis & probatæ vitæ. Festinet igitur Rex, & flammam prius, q incendium augescat, exstinguat. 1 Reg. 1.

XCI. David moribundus 1. monet Solomonem de offic tuenda religione, justitia, & pace: quam ob causam ei quoque co mendat ministerium & scholas: 2. consolatur ejus juventutem lio divini Spiritus, & fide bonorum consiliorum, in quibus Nat Solomonis præceptor: 3. commendat eum proceribus, ut debi ei fidem & obedientiam præstent: tum quia id per se æquum, quia ipse de iis ita meritus, tum denique quia id publice & priv sit profuturum. 1 Reg. 2.

XCII. Solomonis legatus petit conjugium filiæ Pharaonis quod rex rege patre natus, ideoque regina dignus: 2. quod dotab beat tum animi tum corporis, quales in rege quis requirat: 3. q regnum habeat nulla re aliis cedens: 4. quod ea sui experimenta dederit, quæ virum magnæ sapientiæ & virtutis arguant. 1 Reg.

XCIII. Nathan prædicat Solomonem propter optionem

ientiæ: quod ea Regi maxime neceſſaria, & reipubl. utilis: cum alioquin vis conſilio deſtituta mole ruat ſua. 1 Reg. 3.

XCIV. Hiramus Tyrius per legatum gratulatur Solomoni ſucceſſionem in regno: quia amici ſui filius: quia parenti non diſſimilis: quia Deus ei in omnibus benedicit. Dein offert ei officia ſua, & ſeduscum patre cultum renovari cupit. 1 Reg. 5.

XCV. Regina Sabæorum 1 gratulatur Solomoni ſapientiæ nomine: quam animadvertit non tantum ex colloquiis ultro citroque habitis, ſed multo magis ex œconomia, politia, & ordine Eccleſiaſtico ita ſapienter inſtitutis, ut famam jam ante acceptam res ipſa infinite ſuperet. 2. Hinc etiam felicitatem ſubditorum prædicat. 3. poſtremo munera regi offert; & pacta ſocietatem, ac bene ei precata, ſe cum bona pace dimitti petit. 1 Reg. 10.

XCVI. Seniores ſuadent Roboamo, ut populo relaxationem onerum petenti gratificetur: 1. quia per Dei gratiam non opus nunc magnis ſumptibus, ut avi memoria propter bella, & parentis temporibus ob templum & alia magnifica ædificia: 2. Rex ſit inſtar patris benigni, qui amari, quam metui malit: 3. nimia aſperitas facile ſeditionem concitet, maxime ſi caput & conſilium adſint, ipſeque populus ad motus propendeat. Hic ex annalibus ſeditiones in hoc populo exortas recenſent, & Ieroboami mores ſuſpectos faciunt. 1 Reg. 12.

XCVII. Iuniores idem diſſuadent: 1. quod contra majeſtatem incipis ſit populo cedere: 2. quod plebs ſemel indulgentius habita perunque luxuriet, tandemque jugum regiminis excutiat: 3. quod regi ad majeſtatem tuendam utile, ipſum magnas opes habere, & eorum atteri: 4. Denique Iſraëlitis circumcirca multum hoſtium eſſe, proptereaque pecuniæ in uſum neceſſitatis reponendæ. 1 Reg. 12.

XCVIII. Ieroboamus hortatur populum ad defectionem: 1 quod populus poteſtatem habeat reges certis conditionibus creandi, eorſum eis imperium abrogandi: magiſtratum enim propter populum eſſe: 2. quod præſens Rex, quantum ex minis ejus conſtet, tyrannum agat: ſcilicet exemplo patris abutens, inſuperque à paraſitis corruptus: 3. quod ipſo ſive duce, ſive commilitone, ad libertatem recuperandam uti poſſint. Nam quod ad ſacra ex lege obeunda Hieroſolymis in templo, fieri id in vicinia, & quidem per Sacerdotes, quam Levitas, poſſe. Deum enim ubique eſſe, & Sacerdotem quiſquis pie vivit. Vtantur modo occaſione, qua nunquam fuit melior. 1 Reg. 12.

XCIX. Elias hortatur populum ad pœnam ſumendam de Baali-

non potuerit: 2. quod rege periclitante, toto tempore in lachrym & luctu fuerit, Deumque pro salute ejus jejunio & precibus oraverit 3. quod contentus quavis sorte sit, dummodo regi bene sit, eoqu utatur propitio. Itaque clementiæ & æquitati Regis hactenus explo ratæ se commendat. 2 Sam. 19.

LXXXVIII. Barcillajus 1. gratulatus Regi victoriam de ho stibus suis, 2. gratias agit pro honore in aula sibi oblato: 3. caus tamen affert, cur uti nolit: 1. quia jam senex & vitæ pertæsus, quia homo rusticus & vitæ aulicæ insuetus: 3. quia in patria quod tatis restet peragere malit: 4. Commendat regi filium Cimeham 2 Sam. 19.

LXXXIX. Ioabus dissuadet censum populi: 1. quia nulla just causa appareat, neque ecclesiastica, qualis fuit tempore Mosis, neq politica, ut est temporibus belli, sed contra promissiones Dei, con tra fidem Regis priorem, & contra publicam quietem veniat: 2. qui consilium Regis merum fastum, licet tot calamitatibus superiorib temporibus exerciti, prodere videatur, & iccirco eventus metuend minime bonus. His votum subjungit, ut Deus meliorem regi men tem inspiret, & ipse populo suo consulat. 2 Sam. 24.

XC. Nathan commonefacit regem de tyrannide Adoniæ. Prim rem gestam narrat & probat: deinde hortatur regem, ut contra p niat: quia 1. Solomoni regnum sit promissum: 2. vita agatur m regis, tum Solomonis, præsertim quia dux copiarum Ioabus cu Adonia conspiret: 3. Reipubl. quoque interest, regem habere bo ominis & probatæ vitæ. Festinet igitur Rex, & flammam prius, q incendium augescat, exstinguat. 1 Reg. 1.

XCI. David moribundus 1. monet Solomonem de offic tuenda religione, justitia, & pace: quam ob causam ei quoque co mendat ministerium & scholas: 2. consolatur ejus juventutem a lio divini Spiritus, & fide bonorum consiliorum, in quibus Nat Solomonis præceptor: 3. commendat eum proceribus, ut debi ei fidem & obedientiam præstent: tum quia id per se æquum, quia ipse de iis ita meritus, tum denique quia id publice & priv sit profuturum. 1 Reg. 2.

XCII. Solomonis legatus petit conjugium filiæ Pharaonis quod rex rege patre natus, ideoque regina dignus: 2. quod docu beat tum animi tum corporis, quales in rege quis requirat: 3. regnum habeat nulla re aliis cedens: 4. quod ea sui experimenta dederit, quæ virum magnæ sapientiæ & virtutis arguant. 1 Reg.

XCIII. Nathan prædicat Solomonem propter optionem

entiæ: quod ea Regi maxime neceſſaria, & reipubl. utilis: cum oquin vis conſilio deſtituta mole ruat ſua. 1 Reg. 3.

XCIV. Hiramus Tyrius per legatum gratulatur Solomoni ſuc-ſſionem in regno: quia amici ſui filius: quia parenti non diſſimi-s: quia Deus ei in omnibus benedicit. Dein offert ei officia ſua, & dus cum patre cultum renovari cupit. 1 Reg. 5.

XCV. Regina Sabæorum 1 gratulatur Solomoni ſapientiæ no-ine: quam animadvertit non tantum ex colloquiis ultro citroque abitis, ſed multo magis ex œconomia, politia, & ordine Eccle-ſtico ita ſapienter inſtitutis, ut famam jam ante acceptam res ipſa finite ſuperet. 2. Hinc etiam felicitatem ſubditorum prædicat. 3. oſtremo munera regi offert; & pacta ſocietatem, ac bene ei pre-ta, ſe cum bona pace dimitti petit. 1 Reg. 10.

XCVI. Seniores ſuadent Roboamo, ut populo relaxationem o-rum petenti gratificetur: 1. quia per Dei gratiam non opus nunc agnis ſumptibus, ut avi memoria propter bella, & parentis tem-ribus ob templum & alia magnifica ædificia: 2. Rex ſit inſtar patris nigni, qui amari, quam metui malit: 3. nimia aſperitas facile ſe-tionem concitet, maxime ſi caput & conſilium adſint, ipſeque po-lus ad motus propendeat. Hic ex annalibus ſeditiones in hoc po-lo exortas recenſent, & Ieroboami mores ſuſpectos faciunt. 1 Reg. 12.

XCVII. Iuniores idem diſſuadent: 1. quod contra majeſtatem ncipis ſit populo cedere: 2. quod plebs ſemel indulgentius habita runque luxuriet, tandemque jugum regiminis excutiat: 3. quod gi ad majeſtatem tuendam utile, ipſum magnas opes habere, & bem atteri: 4. Denique Iſraëlitis circumcirca multum hoſtium proptereaque pecuniæ in uſum neceſſitatis reponendæ. 1 Reg. 12.

XCVIII. Ieroboamus hortatur populum ad defectionem: 1 od populus poteſtatem habeat reges certis conditionibus creandi, urſum eis imperium abrogandi: magiſtratum enim propter po-um eſſe: 2. quod præſens Rex, quantum ex minis ejus conſtet, annum agat: ſcilicet exemplo patris abutens, inſuperque à para-ſuis corruptus: 3. quod ipſo ſive duce, ſive commilitone, ad li-tatem recuperandam uti poſſint. Nam quod ad ſacra ex lege ob-da Hieroſolymis in templo, fieri id in vicinia, & quidem per s, quam Levitas, poſſe. Deum enim ubique eſſe, & Sacerdo-, quiſquis pie vivit. Vtantur modo occaſione, qua nunquam fu-melior. 1 Reg. 12.

XCIX. Elias hortatur populum ad pœnam ſumendam de Baali-

tis: 1. quia ex rege ad tyrannum defecere, 2. & populum à vero Deo
idola gentium abduxere, 3. cum totius regni calamitate, 4. denique
ut ex actis modo cognitum, impostores sunt, quos lex ad pœnam
poscit. 1 Reg. 18.

C. Izebela expostulat cum rege, quod Baalitas necari passus
quod viri religiosi & regis observantes fuerint: 2. quod inauditi,
ad unius Eliæ libidinem mactati: 3. quod ipse Elias hæreticus sit,
religionum omnium gentium contemptor: homo singularis & m
rosus: imo magus, qui præstigiis suis nunc siccitatem inducat,
ignes cœlo concitet, nunc regis ministros fulminibus obruat:
multis? ipsius regis illusor, quando, proscriptus licet, ei per tot
liaria præcurrere, & majestatem ludibrio habere non erubuit: 4.
res non ad majestatis tantum, sed totius regni imo religionis
tum spectet. Hinc jurat, si rex officio desit, se exemplum statu
1 Reg. 19.

CI. Izebela per legatum Nabothum accusat majestatis
postulatque ut cum ipso agatur ex lege, Exod. 22. & Levit. 24.
lapidibus obruto, & bonis fisco regio annotatis; qualia ana
Dathan & Abiramus habiti. Num. 16. & Achan. Ios. 7. 1 Reg.

CII. Elias Nabothum defendit: 1. quod in Regem nihil
quam peccarit: 2. quod vineam postulatam non licuerit per leg
abalienare: Levit. 25. Num. 36. 3. quod Izebelæ impiæ mulier
lumniæ sint: 4. quod Deus innocentem sanguinem vindicatu
Reg. 21.

CIII. Micha responsum suum adversus Zedeciæ calumnia
tur: 1. quod ex Deo illud habeat: 2. & eventus sit probaturus: 3.
cum interim agant, quod velint. 1 Reg. 22.

CIV. Elisa concionem habet de vita Eliæ, & migratione
lum: ubi ejus doctrinam, miracula, persequutiones, consta
zelum, & subsequutum beatum statum deprædicat. 2 Reg. 2.

CV. Elisæus concionem funebrem habet de impia Izebela,
fornicationes, tyrannidem & fatalem pœnam recensens, &
ribus pro exemplo commendans. 2 Reg. 9.

CVI. Iojada Sacerdos commendat populo superstitem pri
Ioasum: 1. quod de familia sit Davidis, & in regno successor leg
2. quod mirabiliter contra tyrannidem Athaliæ servatus, &
educatus: 3. quod ejus pueritiam consiliis ipse & alii boni regni
ceres juturi: 4. quod denique ad veritatem promissionum divi
res pertineat. 2 Reg. 11.

CVII. Azaria Sacerdos 1. parentat Elisæo, comparans cum

turo Messia, quantum ad vocationem, miracula, mortem: 2. & nuntiatis pœnis instantibus, 3. hortatur populum ad pœnitentiam. ide 2 Reg. 2, 4, 5, 6, 13.

CVIII. Legatus Sennacheribi postulat urbem Domino suo de- : 1. quod contra potentiam Assyriorum defendi non possit, Deo opter excelsa violata irato, & præsidio non suppetente quod suffi- t: 2. quod conditiones Rex daturus æquas ac tolerabiles: 3. quod nsantes extrema maneant, qualia alii populi jam experti. 2 Reg. p. 18.

CIX. Esaias Hiskiam consolatur, & deditionem dissuadet: 1. od commeatus & aliquid præsidii adhuc suppetat: 2. quod paganis es non habenda: 3. quod præstet liberos mori, quam infidelium ncipia vivere: 4. quod Deus mirabili modo populum suum pro- gnaturus, blasphemumque tyrannum puniturus. 2 Reg. 19.

CX. Berodachus Chaldæus per legatum 1. narrat Hiskiæ inter- m Sennacheribi, & regni relicti statum: 2. gratulatur bis jam rato; ab obsidione & à peste: ubi periculum pii regis miseratur, gnoscit liberatricem manum Dei: 3. offert munus, & petit regis icitiam. 2 Reg. 20.

CXI. Ieremias reliquiis Iudæorum concionatur de utriusque ni, Israëlitici, & Iudaici eversione. ubi 1. accusat peccata inco- m: impietatem, injustitiam, luxum; quæ horum malorum cau- 2. deplorat miserabilem statum patriæ: 3. consolatur populum liberationis, de qua oraculum habeat; addita hortatione, ut aldæis patienter se submittant, vitam emendent; & jejunio pre- usque liberationem maturent: tum caveant, ne propter tam tri- n Ecclesiæ faciem desperantes, religionem avitam deserant ad olatriam gentium abeuntes, sed in veritate agnita perstent, jactu- commodorum hujus vitæ, æternæ felicitatis præmiis metien- Enimvero & populo divino superesse Sabbatum, & Chaldæis endam vindictam decretam. 2 Reg. 25. Vide etiam threnos & ciuia prophetæ.

CXII. Iudæi accusantur apud Regem Persicum rebellionis: 1. d Hierosolymam instaurent, urbem inimicam regum & populo- aliorum: 2. atque ita subducere se conentur imperio Persico: fisco regio multum decessurum. Esdr. 4.

CXIII. Aggæus hortatur Iudæos, ut inchoatum opus templi mant: 1. quia rex Persicus id permittat: 2. Deus adjumento ven- s: 3. pietasque ista ingentia præmia habitura: 4. denique istud plum sit, in quo Servator mundi docturus. Esdr. 5.

CXIV. Esdra recondito jam templo concionatur. 1. causa deplorans malorum per pessorum, nempe peccatum: 2. prædicat misericordiam Dei, qua factum, ut reliquiæ manserint, & libertas cu patria reddita, & quod omnium maximum, religionis exercitia i staurata: 3. hortatur, ut Deum inposterum offendere caveant: a que adeo mulieres alienigenas, quas contra legem duxerint, dim tant. non enim esse conjugium, quod illegitimum. 4. precibus E clesiam dimittit. Esdr. 9.

CXV. Nehemias præmonet populares de triplici hominum g nere ipsis insidiantium. ut sunt 1. tyranni & qui palam hostes; co tra quos vigilandum & pugnandum: 2. pseudoprophetæ; qui lege Dei probandi: 3. falsi fratres; quibus non fidendum. Addit e paræneſin mysticam de insidiis à Satana, mundo, & propriis c instantibus; quæ fide & piis precibus vincendæ. Nehem. 6.

CXVI. Nehemias perstringit quatuor peccata popularium. I termissionem cultus publici: violationem Sabbati: usuras: co gium cum infidelibus: allegata de singulis lege Dei, & denunci pœnis, quæ non parentibus eventuræ. Nehem. 13.

CXVII. Rex Assuerus per fiscalem suum in collegio septe rali accusat uxorem Vasthi, 1. quod ad regem vocata non p 2. quod sic majestas violata: 3. & fœminis omnibus scandalum tra viros suos datum. Esther. 1.

CXVIII. Mardochaius popularibus suis causam dicit, cur H mani genu flectere nolit, uti rex præceperit. 1. quia Amalec è stirpe Agagi, cum qua gente Iudæis æternæ inimicitiæ. videl 17. Num. 24. Deut. 25. 2. adorationis cultus uni Deo debeat sic probaturus sit hominis insolentiam, & piis daturus scand Esth. 3.

CXIX. Haman accusat Iudæos, ut rebelles & regno no & pro iis tollendis ingentem pecuniam pollicetur. Esth. 3.

CXX. Esthera apud regem accusat Hamanem, 1. propter i lentiam, quando pro Numine adorari velit: 2. propter tyranni quod innocentem, nec de ipso rege male meritum virum Mardo ium suspendere constituerit, imo universam gentem Iudaicam, jus ipsa pars sit, ad internecionem destinarit: idque contra jura vina, & humana: & cum totius regni Persici infamia & damno: in ipsius majestatis Regiæ despectum. Petit igitur malitiam hom compesci. Esth. 7.

CXXI. Amici Iobi deplorant ejus statum miserrimum, & suspicantur, grande aliquod peccatum ab ipso patratum, hort

ad pœnitentiam: 1. quod Deum nihil cælare possit: 2. quod ira ejus in pertinaces horrenda: 3. quod in supplices & pœnitentes bonitas immensa. Iob. 4.

CXXII. Iobus 1. agnoscit se satis miserum: 2. negat tamen peccatum malorum suorum causam esse: 3. arguit amicos inhumanitatis, qui quem solari debeant, amplius exagitent: 4. avocat mentem ad Deum, cui ratio judiciorum suorum constet, & in ejus misericordia conquiescere vult, post has ærumnas beatam vitam sperans. Iob. 6. &c.

CXXIII. Daniel pro regio cibario reverenter panem & aquam recit: 1. quod per legem non liceat promiscue vesci omnibus: 2. quod simplici cibo melius habiturus, tum quod ad animum, tum quod ad corpus. Dan. 1.

CXXIV. Daniel refert regi somnium oblitum, cum mysterio de recipuis mundi imperiis, usque ad consummationem seculi. Dan. 2.

CXXV. Daniel accusatus apud regem de contumacia se purgat: quod interdictum regis impium; cui per conscientiam obedire neliverit: 2. quod dolo malo à rege, bono quidem principe, sed arte Sycophantarum non satis considerante, extortum, & quidem in eidem Danielis, ex mero livore & malitia: 4. quod in cæteris Regi delis, unde hæc flamma invidiæ: 5. quod Deo vindice nitatur, pro suis gloria mori paratus sit. Dan. 6.

CXXVI. Iunior Tobias 1. prædicat patri officia sibi à comite itinere præstita, qui dux, sospitator, paranymphus, procurator, patris medicus fuerit: Vultque liberalem mercedem reddi. Tob. 12.

CXXVII. Tobias senior ex hac vita migraturus 1. vaticinatur ruina Ninives, & populi Israelitici liberatione: 2. præcepta filio de colenda pietate, castitate, beneficentia erga pauperes, modia: 3. monet etiam de sepultura sua & matris. Tob. 4, & 14.

CXXVIII. Achior 1. Holopherni narrat Israelitarum antiquates, & fatales vicissitudines: 2. unde imperator intelligat, gentem invictam esse, quam diu in lege Dei sui perstet, 3. proindeque consultum videri, ut eos bello petat. Iudith. 5.

CXXIX. Iuditha 1. castigat impatientiam populariu: 2. fa-spem liberationis, fide Dei, & exemplis majorum freta: 3. parat consilium, quod precibus publicis & privatis maturari vult. 8.

CXXX. Iuditha insinuat se Holopherni. primo enim multis de ejus sapientiam, virtutem, majestatem, felicitatem deprædi-2. deinde popularium peccatum, & hinc consequutum statum

deploratum revelat: 3. Tum victoriam ei promittit, suamque rem istam operam. 4. Postremo clementiæ ejus se commendat vult. Iudith. 11, & 12.

CXXXI. Pontifex Ioachim concionatur de admirabili liber tione populi. 1. Primo lamentatur tristem statum, in quo fuit: 2. tu liberationem præter omnem spem factam miratur, ubi excurrit laudes pietatis, prudentiæ, & fortitudinis Iudithæ, quam prisci h roibus anteferre non dubitat: 3. denique hortatur, ut tam meri matronæ monumentum ponatur, & Deo moderatori hominum gr tiæ agantur: qua in re ipse verbis præit. Iudith. 15.

CXXXII. Daniel Susannæ adulterii accusatæ causam agit. Pr mo contendit, tale facinus in tam castos mores non cadere. Tum ad res propter discrepantiam attestatorum redarguit calumniæ, & cr men in ipsos retorquet. Postremo castigat levitatem populi in se tentia dicenda, urgetque pœnam falsi testimonii. Dan. 13.

CXXXIII. De efficacitate vini ad exhilarandum, dementa dum, enervandum, incendendum, medicandum. 3 Esdr. 3.

CXXXIV. De auctoritate regis in fortunas, in vitam subd torum: ad mandandum, prohibendum: in pace, in bellis. Esdr.

CXXXV. De potestate mulieris, 1. quod ex ea rex & cæt mortales: 2. quod ejus causa tot sumptus fiant, tot labores & pe cula subeantur: 3. quod denique amore sui vincere & expugnare fo tissimos & augustissimos quosque possit. Esdr. 4.

CXXXVI. De excellentia veritatis, quam ipse Deus ama 2. quæ sine vitio & macula: 3. quæ æterna: 4. quæ in Ecclesia, foro, in negociationibus, in pactis, in omni vita perneccssar Esdr. 4.

CXXXVII. Matthatias hortatur filios ad constantiam in re religione, & capiendæ arma pro patria: 1. quod hoc pium sit: quod necessarium: 3. denique quod Deus felicem successum dabit ad quod persuadendum finem belli urget, qui est Dei gloria: & exe plis utitur majorum. 1 Macbæor. 2.

CXXXVIII. Iudas hortatur milites ad fortiter pugnandu 1. quod Dei gloria agatur, 2. & populi divini salus: 3. quod Deu habeant adjutorem: ubi exempla repetit superiorum temporum: quod nusquam glorioſius aut vincere aut occumbere possint: 5. q denique præmia maneant non caduca, sed æterna. 1 Macb. 4.

CXXXIX. Iudæi à gentibus obsessi implorant auxilium Iu dæ: 1. quod fratres sint: 2. quod in necessitate magna: 3. quod hos stes gentes crudeles, maxime propter diversitatem religionis: 4. qu

is victis, cæteri consimiliter periclitaturi: 5. quod opis latæ glo- æterna. 1 Macb. 5.

CXL. Legatus Iudaicus petit à Senatu Romano societatem & edus. 1. Causam impulsivam exponit, quæ est fama de virtute, vi- oriis, & fide Romanorum. 2. Narrat bella Iudæorum cum Syris, sim Romanorum quoque hostibus: 3. fedus petit, gentis suæ fidem officia prædicans, promittensque. 1 Macb. 8.

CXLI. Onias dehortatur Heliodorum à sacrilegio: 1. quod pium sit: 2. quod infelicem exitum habiturum: 3. quod privatim opulares conferre malint. 2 Macb. 3.

CXLII. Mater filios suos hortatur ad constantiam in ferendis pliciis: 1. quia Dei gloria agitur: 2. quia tyrannus brevi peritu- s: 3. quia exempla virtutis habent in fratribus: 4. quia post tem- raneos hosce cruciatus gaudium & gloriam æternam habituri. 2. lacb. cap. 7.

MVLIERES LAVDABILES.

Sara mariti Abrahami observantissima. Gen. 12.
Rebecca casta Isaaci. Gen. 24.
Rachel patiens. Gen. 29.
Siphra & Puha obstetrices piæ. Exod. 1.
Maria soror Mosis religiosa. Exod. 15.
Rachaba fidelis. Ios. 2.
Debora magnanima. Iud. 4.
Rutha frugi. Ruth. 2.
Hanna religiosa. 1 Sam. 1.
Abigail prudens. 1 Sam. 15.
Sapiens mulier Abelensis. 2 Sam. 20.
Regina Sabæorum sapiens. 1 Reg. 10.
Anna Tobiæ sedula. Tob. 2.
Iuditha constans & circumspecta. Iudith. 8.
Mater septem filiorum animosa. 2 Macb. 7.
Elisabetha Zachariæ pia. Luc. 1.
Mater Domini speculum omnium virtutum muliebrium, & ty- s Ecclesiæ. Luc. 2.
Maria soror Lazari, fratris amans, & simul pia. Ioan. 12.

FINIS.

OCTO LIBRORVM

PRO

EXERCITATIONIBV

Rhetoricis Series.

LIBRORVM ANALYTICORVM.

I.

Exempla habet promiſcue ex variis auctoribus collec
ſecundum ordinem Epiſtolarum Ciceronis & Plini
itemque Generum cauſarum; ubi argumenta om
nium orationum Demoſthenis, Iſocratis, Ciceron

II.

Secundus aliquot libros & orationes Ciceronis reſolv

III.

Tertius ideam exhibet orationum Antonii Mureti.

IV.

Quartus eſt commentariolus Analyticus in omnes or
tiones T. Livii quotquot extant, artificium Rhet
cum & fundamenta Philoſophiæ practicæ oſtend

V.

Quintus, Commentarius eſt in orationes Criſpi Sal

INTER SYNTHETICOS VERO

VI.

Materias & diſpoſitiones habet componendorum C
minum.

2. JY 58

VII.

Septimus, Epiſtolarum.

VIII.

Octavus, Orationum.

SEX

SERIES

SINGVLORVM CAPITVM.

CAPITA LIBRI PRIMI.

CAPVT I.

EXempla hominum Eloquentium. Pag. 1
Exempla eorum, qui in dicendo solliciti fuerunt. 2

CAPVT II.

xempla Enthymematum Rhetoricorum; secundum ordinem Loco-
rum dialecticorum. 2

CAPVT III.

Exempla didactica; Nimirum
Simplicis interpretationis. 27
Paraphrasium. 28
Textus alicujus explicati. 31
Responsionum ad aliorum dicta vel scripta. 32
Narrationum & fabularum. 33
Disputationum. 38. Vbi Methodus Orationis Antonii Mureti
de circumcisione. 43. Item Paradoxorum Ciceronis. 43, 44

CAPVT IV.

Exempla Laudationum & Vituperationum. 48
Persona laudata: ubi Oeconomia orationis Mureti de Iohanne
Euangelista. 52
Dicta aut Scripta. 53
Facta. 55. Vbi methodus orat. Mureti. 57
Res. 58. Vbi.
Methodus orationis Mureti de dignitate studii Theologici. 60
Persona Vituperata. 61
Exempla commendationum. 68
Exempla gratulationum. 70
Exempla gratiarum actionum. 74. Vbi Synopsis orationis Cice-
onis ab exilio revocati ad Quirites. 75
Exempla dedicationum. 78
Exempla lamentationum. 80

CA-

INDEX.

CAPVT. V.

Exempla deliberativa.

I. *Exempla consultationum.* 83. *Vbi adversaria orationes Livii de lege Oppia.*

II. *Exempla exhortationum, suasionum, admonitionum:* 95. *Methodus Epistola Ciceronis ad Quintum fratrem de administranda Provincia.* 102. *Item Orationis pro lege Manilia. Et Antonii Mureti de creando Pontifice.*

III. *Exempla dissuasionum & dehortationum,* 104. *Vbi methodus septima Philippica Ciceronis de Pace cum Antonio.* 107, 108. *secunda Agraria contra Rullum.*

IV. *Exempla petitionum.*

V. *Exempla consolationum.*

VI. *Exempla recusationum.*

CAPVT. VI.

Exempla judicialia.

I. *Exempla accusationum & objurgationum.* 122. *Vbi* 25. *orationum Demosthenis.* 125. *Et* 10. *Ciceronis. Omnes quoque Verrina ultima.*

II. *Exempla defensionum, excusationum, purgationum, dilationum;* 132. *Vbi œconomia orationum Ciceronis pro Archia, Milone.*

III. *Exempla querelarum.*

IV. *Exempla supplicationum, deprecationum, intercessionum. Vbi resolutio uberior deprecationis, qua est in Epilogo pro Milone.*

LIBRI II,

Aliquot Ciceronis libros & orationes resolventis.

LIBRI RESOLVTI SVNT:

1. ORator Ciceronis.
2. Quinque libri Tusculanarum quæstionum.
3. Tres de officiis.
4. De amicitia.
5. De Senectute.
6. Somnium Scipionis.

Orationes præter eas quæ libro antecedente resolutæ, sunt:

Pro Quintio. 169
Pro Roscio Amerino. 175
Pro M. Marcello. 179
Quatuor Catilinariæ. 183
Pro Quinto Ligario. 191
Pro Rege Dejotaro. 194
Quinque actiones in Verrem. 196
Quatuordecim orationes Philippicæ in M. Antonium. 214
Appendix exhibens ordinem, statum & usum Ciceroniarum omnium. 229

LIBRI III,

Methodum habentis Orationum Antonii Mureti.

Nempe, e Libro Primo.

Encomium Theologiæ. 235
Laudatio bonarum literarum. 236
Defensio literarum contra earum vituperatores. 237
Consilium de Philosophiæ & Eloquentiæ conjunctione. 238
Gratulatoria nomine Regis Galliarum ad recens creatum Pontificem. 240
Gratulatoria nomine Regis Navarræ ad eundem Pontificem cum quadam excusatione. 241
Isagogica in Philosophiam moralem. ibid.
Adversus Philosophiæ practicæ momos. 242
Isagogica in quintum librum Ethicæ Aristotelis. ubi laus justitiæ. ibid.
Isagogica in sextum librum Ethicæ Aristotelis. ubi de sui cognitione, maxime quæ ad facultates animi. 243
Gratulatio nomine Alphonsi Ferrariensis ad Pontificem. 244
Gratulatio Alphonsi Ferrar. ad Pium V. 245
Gratulatio ad Pontificem nomine Caroli IX. Regis Galliarum. 246
Gratulatio Sigismundi Regis Poloniæ ad Pium V. ibid.
Actio Logica de studiis suis, nominatimque quod Eloquentiam & Philosophiam cum Jurisprudentia conjunxerit. 247
Actio Logica, quod provinciam depositam receperit. 248

17. *De officio Doctoris, deque modi docendi Iurisprudentiam.* ib
18. *De authoritate & officio judicum.* 2
19. *Gratulatio de M. Columna victoria contra Turcas.* ib
20. *In funere Pontificis.* 2
21. *Consilium de ratione perveniendi ad eloquentiam.* 2
22. *Gratulatio nomine Regis Galliarum ad Pontificem.* 2
23. *Commendatio bonarum literarum.* ib
24. *In funere Caroli IX. Galliarum Regis.* 2
25. *Officiosa Regis Gallia, Pontifici promittentis obedientiam.* 2
26. *In funere Pauli Foxli Archiepiscopi & oratoris.* ib

E Libro Secvndo.

1. *De circumcisione Domini pro felici auspicio novi anni.* 1
2. *Laudatio Iohannis Euangelista.* 1
3. *Isagogica in librum Seneca de providentia. ubi causa, pr*
quas pii viri sape male habeant. ib
4. *Isagogica in libros Platonis de optimo statu reipubl.* 1
5. *Defensio Platonis, qui in libris de republ. contra justitiam*
deri posset sentire. 1
6. *De lectione librorum Ciceronis de officiis.* ib
7. *De libris Rhetoricis Aristotelis.* 2
8. *Repetitio primi Rhetoricorum Aristotelis.* 2
9. *In libros Aristot. de republ. Quod prudentia propria virtu*
perantium. ib
10. *In Catilinam Salustii. ubi de historia in genere.* ib
11. *In Æneida Virgilii. ubi de poësi.* 2
12. *In Satyras Iuvenalis, ubi de autoribus minorum gentium.* ib
13. *Ad annales Taciti. ubi auctorem commendat.* 2
14. *Defensio Taciti.* ib
15. *In tertium annalium. ubi juventutem excitat ad ma*
diligentiam. 2
16. *In epistolas ad Atticum. ubi lectio epistolica commendatur.* ib
17. *In libros Aristotelis de moribus. ubi causas ostendit, cur*
pauciores docti & diserti homines inveniantur quam olim. 2
18. *De ratione tradendarum disciplinarum.* ib
19. *Symbuleutica ad cardinales novum Pontificem design*
20. *In funere Hippolyti Cardinalis.* ib
21. *In funere Iohannis militia Melitensis magni Magistri.* 2

INDEX.

LIBRI IV,

Ideam habentis Orationum T. Livii. Quarum

Decas I. Ex Lib. I.

1. Præfatio autoris in historiam suam. 269
2. Metius Suffetius ad Tullium Hostilium de prælio intermittendo. 271
3. P. Horatius ad populum pro filio perduellionis reo. 273
4. Tullus ad milites de perfidia Metii. 274
5. Tarquinius Priscus ad populum pro regno consequendo. 275
6. Divinatio reginæ Tanaquilis de puero Servio. 276
7. Ejusdem preces ad generum Servium, ut soceri eadem ulciscatur, & regnum capessat. 277
8. Indignatio Turni Herdonii ad populares in Tarquinium Superbum. 278
9. Lucretiæ lamentatio de vi sibi à Tarquinio factæ. 279

Ex Lib. II.

1. Iunius Brutus ad collegam Tarquinium Collatinum de consulatu deponendo. ibid.
2. Supplicatio Tarquinii ad Vejentes de se restituendo. 280
3. P. Valerius ad populum de regno affectato. 281
4. Tarquinii ad Lartem Porsenam de consilio suo. 282
5. Mutius Scævola ad Porsenam de consilio suo. 283
6. Senatus Romanus ad legatos Porsenæ de recipiendo Tarquinio. 284
7. Veteranus quidam ad populum de iniquitate fœneratorum. 285
8. Menenius Agrippa ad populum seditiosum. ibid.
9. M. Coriolanus ad patres de frumento advecto. 286
10. Actius Tullius ad Romanos de Volscis à ludis prohibendis. 287
11. Idem ad suos in Romanos. 288
12. Veturia ad filium Coriolanum de patria obsessa. 289
13. Q. Fabius de lege tribunitia. 290

Ex Lib. III.

1. Aulus Virginius de ferocia Cæsonis Quintii. 291
2. P. Valerius ad Tribunos seditiosos. 292
3. Quintus Cincinnatus ad populum adversus Virginium. 293

26. *Cincinnatus adversus licentiam patrum.*
27. *Decemviri ad populum de legibus Atticis.*
28. *M. Horatius de Tyrannide decemvirum.*
29. *Icilius ad Appium Claudium, pro sponsa sua.*
30. *Virginius pro filia contra Appium.*
31. *Virginius ad milites de tribunatu delato.*
32. *Seniores de decemviratu abrogando.*
33. *Legati senatus ad postulata plebis seditiosa.*
34. *Appius Claudius magistratum deponens.*
35. *Legati senatus ad postulata plebis.*
36. *Virginius contra Appium ad plebem.*
37. *C. Claudius pro fratris filio in carcerem compacto.*
38. *M. Duillius de potestate tribunitia.*
39. *Valerius ad equites.*
40. *Horatius ad milites.*
41. *Q. Capitolenus ad populum de concordia.*
42. *Sceptius ad populum de agro Aricinorum.*
43. *Contraria oratio consulum.*

Ex Lib. IV.

44. *Consules de consulatu & conjugio plebeiorum.*
45. *Contraria oratio Canuleii Tribuni.*
46. *Q. Quintius ad populum de cade Sp. Metii.*
47. *Vectius Messius ad milites fugientes.*
48. *Mamercus Æmylius ad milites turbatos.*
49. *Tribuni ad plebem de repetendo consulatu.*
50. *C. Iulii quæstiones de Sempronio.*
51. *Appius Claudius de legibus Agrariis.*
52. *Sextius ad populum de mimis M. Posthumii.*

Ex Lib. V.

53. *Tribuni de hybernaculis.*
54. *Contraria oratio Appii Claudii.*
55. *P. Licinius Tribunatum recusans.*
56. *Deliberatio senatus de præda Vejenti.*
57. *Camillus ad Ludimagistrum perfidum.*
58. *Falisci in senatu Romano urbem dedentes.*
59. *Camillus contra Gallos.*
60. *Camillus de urbe instauranda.*

INDEX.

Ex Lib. VI.

Camillus ad milites timidos. 332
A. Cornelius ad milites. 333
Idem ad M. Manlium de calumniis in senatum. 334
Manlii Apologia. ibid.
Idem ad populum contra senatum. 335
Camillus ad senatum Tusculanum. 336
Legati Tusculani in senatu pro pace. 337
Q. Cincinnatus ad magistrum equitum. 338
Camillus ad plebem de intercessione. ibid.
Appio Claudius contra consulatum plebeium. 339

Ex Lib. VII.

Servius Tullius ad dictatorem pro venia pugnandi. 341
Popilius ad milites. 342
Campani de ferendis auxiliis. 343
Senatus responsum. 344
Instantia Campanorum. ibid.
Valerius ad milites. 345
P. Decius ad Imperatorem. 346
Idem ad centuriones & milites. ibid.
Valerius ad milites seditiosos. 347
Annius Setinus Latinus ad populares de consulatu communi-
ndo. 348
Idem in senatu. 350
T. Manlii responsum. 351
T. Manlius ad filium de auctoritate violata. 352
Camillus de pœna Latinorum. 353
Papyrius de authoritate à Fabio lasa. 354
Fabii Patris provocatio ad populum. 355
Papyrii responsum ad preces Fabii. ibid.
Claudius Pontius Samnis de bello Romano. 357
L. Lentuli consilium de deditione. 358
L. Posthumii de pace Caudina. 359
Posthumii in consilio dato constantia. 360
Mutii expostulatio de fœdere rupto. 362
Q. Fabii Classicum. 363
T. Menonii apologia contra. ibid.
Sempronii actio in Appium Claud. censorem pertinacem. 364

96. *P. Decius pro Sacerdotio plebeio.*
97. *Fabius Maximus consulatum recusans.*
98. *Papyrii judicium de apparatu belli apud Samnites.*

DECAS II. desideratur.

DECAS III. EX LIB. I.

1. *Hanno de Annibale designato duce belli Hispaniensis.*
2. *Hanno de eodem Annibale Saguntum obsidente.*
3. *Alorcus Saguntinus de urbe dedenda.*
4. *Senator Carthaginensis de legatione Romanorum.*
5. *Volcianus de Societate Romana.*
6. *Annibal ad militem.*
7. *Annibal ad militem per Alpes in Italiam ducendum.*
8. *P. Cornelius Scipio ad militem.*
9. *Annibal ad militem animandum.*
10. *L. Sempronius de prælio ineundo.*

EX LIB. II.

11. *Flaminius de prælio non differendo.*
12. *Q. Minutius de cunctatione Fabii.*
13. *Q. Minutius de auxiliis Fabianis.*
14. *Q. Fabius Maximus de temeritate Terent. Varronis.*
15. *P. Sempronius de reliquiis ex clade Cannensi.*
16. *M. Iunius de captivis redimendis.*
17. *T. Manlius Torquatus redemptionem dissuadens.*

EX LIB. III.

18. *Pacuvius Calavius, de veteri Senatu.*
19. *Varro ad legatos Campanorum.*
20. *Calavius ad filium Annibali insidiantem.*
21. *Perolla filius respondet.*
22. *Himilco res gestas Annibalis extollit.*
23. *Hanno se defendit.*
24. *Marcellus conciliat sibi juvenem L. Bantium.*
25. *Legati Samnitium petunt ab Annibale auxilia.*
26. *Annibal ad militem segnius pugnantem.*

EX LIB. IV.

27. *Q. Fabius Maximus de consulibus ineptis.*

INDEX.

Q. Pinnarius de perfidis Ænnensibus. 400

Ex Lib. V.

Miles exul pro se & sociis suis. 401
Legati Syracusanorum ad Marcellum de recipiendis deditiis. 402
L. Martius de ulciscendis pœnis. 403

Ex Lib. VI.

Vibius desperat rem Campanam. 405
Marcellus defendit se contra calumniam Syracusanorum. 406
Attilius Regulus de pœna Campanorum. 408
Levinus Consul de supplemento remigum. 409
P. Scipio Novellus imperator ad milites in Hispania. 410
P. Scipio de Carthagine novæ oppugnanda. 412
P. Scipio ad Mardonium & Allucium supplices. 413

Ex Lib. VII.

Marcellus fugam militum castigans. 414

Ex Lib. VIII.

P. Scipio ad seditiosos milites. 415
Saguntini de Romanorum erga se beneficiis. 417
Q. Fabius Maxim. de expeditione in Africam. 418
P. Scipio Fabio se opponit. 420

Ex Lib. IX.

Locrenses de injuriis Pleminii. 422

Ex Lib. X.

Sophonisba ad Masanissam. 423
Scipio ad Masanissam, de Sophonisba in uxorem ducta. 424
Annibal pacem à Scipione petit. 425
P. Scipio pacem renuit. 427
Annibal de risu suo. 428

Decas IV. Ex Lib. I.

Q. Sulpitius ad populum de bello Macedonico. 429
Legatus Philippi in Panatolio pro societate regia. 431
Athenienses in eodem concilio pro ferendo ipsis auxilio. 432

4. *Legati Romani contra Philippum.*

EX LIB. II.

5. *Ariſto in concilio Achaeorum de reſponſo legatis Quintii d*
do.
6. *Ariſthenus ad proceres Achaeorum pro ſocietate humana.*
7. *T. Quintius ad Philippum de loco & ordine colloquii petiti.*
8. *Philippi reſponſio ad poſtulata conſulis.*

EX LIB. IV.

9. *M. Portius Cato pro lege Oppia.*
10. *L. Valerius contra legem.*
11. *M. Cato ad milites.*
12. *T. Quintius de bello contra Nabin.*
13. *Ariſthenus arbitrium belli Romanis defert.*
14. *Nabis cum Quintio expoſtulat.*
15. *Quintius reſpondet.*
16. *Quintius de Sparta obſidenda.*
17. *Quintius valedicit Gracis.*

EX LIB. V.

18. *Minio ad legatum Romanum de jure Regis ſui Antiochi*
19. *Legatus Romanus reſpondet.*
20. *Annibal purgat ſe Antiocho contra ſuſpiciones colluſionis*
Romanis.

EX LIB. VI.

21. *Annibal conſilium dat Regi de bello cum Romanis gerend*
22. *Attilius ad milites.*
23. *Quintius ad Achaos de Inſula Zacyntho.*
24. *Quintius intercedit pro Naupacto.*
25. *Quintius ad preces Actolorum.*

EX LIB. VII.

26. *Eumenes de pace cum Antiocho.*
27. *P. Scipio ad legatum Antiochi de pace.*
28. *Legatus Antiochi ſupplicat pro pace.*
29. *P. Scipio reſpondet.*
30. *Eumenes de libertate civitatum Antiocho ereptarum.*
31. *Rhodiorum adverſatio.*

Cn. Manlius cum Gallis pugnaturus. 463

Ex Lib. VIII.

Q. Furius & L. Æmylius triumphum Manlio abnuunt. 465
Manlius urget. 466
P. Scipio contra duos Petilios Tribunos. 468

Ex Lib. IX.

Consul Posthumius contra Bacchanalia. 469
Philippus de injuriis suis ad legatum Romanum. 471
Licorta pro Achais. 472

Ex Lib. X.

Philippus ad filios litigantes. 474
Persius accusat fratrem Demetrium. 475
Demetrius se defendit. 477
T. Sempronius vult veteranos retinere. 479
P. Calius Metellus ad censores inter se dissidentes. 480
Philippus ad Antigonum de successore in regno. 481

Decas V. Ex Lib. I.

Callicrates cum fœdere pro Perseo. 482
Arco contra fœdus. 483

Ex Lib. II.

Eumenes præmonet senatum de consiliis Persei. 484
Sp. Ligustinus locum honestiorem in militia petit. 485
Martius ad Perseum de Consiliis belli. 486
Perseus se excusat. 487
Perseus gloriatur de victoria sua. 488

Ex Lib. IV.

L. Æmylius Imperator designatus contra Perseum, provinciam accipit certis conditionibus. 489
L. Æmylius excusat pugnam dilatam. 490

Ex Lib. V.

Æmylius ad Perseum supplicem. 492
Rhodii deprecantur officium neglectum. 493
Theodotus suadet Passaronensibus deditionem. 495

13. *M. Servilius pro triumpho Æmylii.*
14. *L. Æmylii oratio funebris.*
Appendix. Elenchus orat. Livii secundum genera causarum.

LIBRI V,

Habentis Exercitat. ex orationibus Crispi Salustii.

I. Ex Conivratione.

1. *Catilina insinuat se conjuratis.*
2. *Defendit in senatu.*
3. *Legati C. Manlii ad Q. Martium deprecantur bellum.*
4. *Catilina scribit ad Q. Catulum de armis sumtis.*
5. *Cæsar in senatu conjuratos damnat carcere perpetuo.*
6. *M. Cato capite plecti vult.*
7. *Catilina ad milites ante prælium.*

II. E bello Ivgvrthino.

1. *Micipsa hortatur filios ad concordiam.*
2. *Adherbal quærit in senatu Romano de injuriis Iugurthæ.*
3. *Iugurtha ad legatos se expurgat.*
4. *Adherbal per literas petit à senatu Romano defensionem.*
5. *C. Memmius instigat populum ad vindictam.*
6. *Marius novellus consul ostentat se apud plebem.*
7. *Sylla dehortatur Bocchum ab amicitia Iugurthina.*
8. *Bocchus transit ad Romanos.*
Appendix. Sylloge harum orationum secundum genera Ca-
rum.

LIBRI VI,

Habentis materias & dispositiones scribendorum Carminum.

Cap. I. Ex Psalmis Davidicis ad imitationem Georgii Buch-
ni, vel alterius docti paraphrasta.
II. Ex odis Horatii.
III. Ex Elegiis Ovidii.
IV. In Metamorphosibus sacris ad imitat. Metam. Ovidii.
V. In materiis Virgilio imitando aptatis.
VI. In sententiis carmine dilatandis, maxime per exempla
in odis suis fecit Henricus Smetius & multi alii.

VII. *Habens Emblemata & imagines: cujusmodi materias tractat Cosmoscopia Christiana N. Chytrai.* 557
VIII. *In materiis historicis è Sacra scriptura, quales in carminibus suis tractat Georgius Fabricius, & in fastis Nathan Chytraus.* 559
IX. *Habens materias ex historiis Servatoris. ad imitationem Georgii Fabricii.* 565
X. *In materiis carminum ex Iustino. ad imitationem epigrammatum Nicolai Reusneri.* 569
XI. *Mythologia Herculis fabulosi ex Natale, Sabino & aliis collecta, & ad figuram viri laudati accommodata.* 572.
XII. *In materiis majorum carminum, qua sint vice declamationum. ad imitat. Æneid. Virg. & Lucani Pharsalic.* 576

LIBRI VII,

Habentis materias & dispositiones scribendarum Epistolarum.

I. Materiæ Didascalicæ.

Cap. I. *IN materiis Disputationum.* 595
I. *In materiis Narrationum.* 601
II. *In materiis Denuntiationum & Ominationum.* 609
V. *In materiis Laudationum.* 613
. *In materiis Reprehensionum & Vituperationum.* 617
I. *In materiis Commendationum.* 621
II. *In materiis Conciliationum.* 625
III. *In materiis Dedicatoriis.* 628
X. *In materiis Gratulatoriis.* 630
. *In materiis Eucharisticis.* 633

II. Materiæ Deliberativæ.

I. *In materiis Deliberativis.* 636
II. *In materiis Monitionum, Suasionum, Hortationum.* 644
III. *In materiis dissuasionum, dehortationum, recusation.* 651
IV. *In materiis Petitionum.* 658
V. *In materiis Consolationum.* 662
VI. *In materiis Accusationum, Expostulat., Objurgat.* 665
VII. *In materiis Excusationum & Purgationum.* 667
VIII. *In materiis Supplicat., Deprecat., Intercessionum.* 670
IX. *In materiis querelarum & lamentationum.* 674

INDEX.

LIBRI VIII,

Materias & disposítiones habentis orationum formandarum,

CLASSIS I,

Materias continens Didascalicas.

CAP. I.

In sententiis & imaginibus sacris de hominis miseria.

1. *Omnia vanitas. Eccles.* 1. 677
2. *Cuncta res laboriosa. Eccles.* 1. ibid.
3. *Peregrinus sum & advena sicut omnes patres mei. Psal.* 39. 679
4. *Dies annorum nostrorum septuaginta anni &c. Psal.* 90. ibid.
5. *Omnis Caro fœnum. Esai.* 40. 682
6. *Omnis Caro ut vestimentum veterascit. Ps.* 102. *& Eccl.* 14. 683
7. *Sunt tanquam somnus. Psal.* 90. 684
8. *Dives ut flos peribit. Iacob.* 1. ibid.
9. *Quid est homo quod memor es ejus. Psal.* 8. 685

CAP. II.

In sententiis & imaginibus sacris ad fidem & consolationem pertinentibus.

1. *Cœli enarrant gloriam Dei. Psal.* 19. 68
2. *Quo ibo à Spiritu tuo? Psal.* 139. 68
3. *Puer natus est nobis, & filius datus est nobis. Esa.* 9. 68
4. *Ecce agnus Dei &c. Ioh.* 1. 68
5. *Absit à me ut glorier, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. &c. Gal.* 6. 69
6. *Memento Iesum Christum resurrexisse ex mortuis.* 2 *Tim.* 2. 69
7. *Quos præscivit, eos etiam prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui. Rom.* 8. 69
8. *Virtus mea in infirmitate perficitur.* 2 *Cor.* 12. 69
9. *Arca fœderis. Exod.* 25. ibi
10. *Examinet homo se ipsum, & tum demum de hoc pane edat & de hoc poculo bibat* 1 *Cor.* 11. 70
11. *Vos ipsos tentate an sitis in fide.* 2 *Cor.* 13. 70

Ca

INDEX.

CAP. III.

In ſententiis & imaginibus ſacris ad piam vitam facientibus.

1. *Initium ſapientiæ timor Domini. Pſal.* 111. 703
2. *Spiritus tuus bonus deducat me in terram planam. Pſ.* 143. ibid.
3. *Gentiles habent opus legis in cordibus ipſarum inſcriptum. Roman.* 2. 705
4. *Humiliamini ſub potenti manu Dei.* 1 *Petr.* 5. 706
5. *Ante confractionem ſuperbia. Proverb.* 16. 707
6. *Num ſicut de nobis male loquuntur &c. faciamus mala ut eveniant bona &c. Rom.* 3. 709
7. *Filii hujus ſeculi prudentiores ſunt filiis lucis in generatione ſua. Luc.* 16. 711
8. *Sua cuique rei tempeſtivitas. Eccl.* 3. ibid.
9. *Pacem colite inter vos.* 1 *Tim.* 5. 712
10. *Alii aliorum onera portate. Gal.* 6. 713
11. *Ne inebriemini vino &c. Eph.* 5. 714
12. *Fugite ſcortationem.* 1 *Cor.* 6. ibid.
13. *Obedite ductoribus veſtris. Hebr.* 13. 715
14. *Quiſquis poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit. Rom.* 13. 716
15. *Ex eadem ſententia diſpoſitio alia.* 717
16. *Memento noviſſimorum tuorum, & non peccabis. Syrach.* 7. 718
17. *Eadem ſententia variata.* 719
18. *Lazarus Scholaſticus. Luc.* 16. 720
19. *Saul inter prophetas.* 1 *Sam.* 10. 721
20. *Qui ſeminant cum lachrymis, cum exſultatione metent. Pſal.* 125. 722
21. *Omnia probate, quod bonum eſt retinete.* 723

CAP. IV.

Habens Methodos ſacras de hominis miſeria.

1. *Baculus Moſis.* 724
2. *De lege leproſorum. Levit.* 13. 725
3. *De peſte Davidis.* 2 *Sam.* 24. 726
4. *De longævitate patrum ante diluvium. Gen.* 5. ibid.

INDEX.

CAP. V.

In Methodis fidem & consolationem facientibus.

1. *Vaticinium Iacobi. Gen. 49.* 727
2. *Promissio de Messia Achabo. Esa. 7.* 729
3. *Christum vere incarnatum fuisse.* 730
4. *Quid sit incarnatio Christi.* 731
5. *Cur Verbum oportuerit carnem fieri.* 732
6. *De fructu incarnationis Domini.* 733
7. *De Iohanne Baptista ex patre muto & surdo nato.* 734
8. *De passione Domini.* 735
9. *De signis fidelium. ex Marc. 16.* 736
10. *De Samuele excitato. 2 Sam. 28.* 738
11. *Orcus Pontificius.* 739
12. *Circumcisionem non minus quam baptismum, praedicationem fuisse pœnitentiæ.* 741
13. *De imagine Dei. Gen. 2.* 742

CAP. VI.

In Methodis piæ vitæ.

1. *De bonis operibus.* 743
2. *De pace.* 745
3. *De communicatione cum peccato alieno. 1 Tim. 5.* 746
4. *De Oratione.* 747

CAP. VII.

Habens sententias & imagines Ethicas.

1. *Nazianz.* Ἀρχὴ ἁπάντων ἡ θελ῀ ποίει θεόν. 749
2. *Homer.* Ὅστις θεοῖς ἐπιπείθηται, μάλα τ' ἔκλυον αὐτοῦ, 750
3. *Plutarch.* Παιδεία ἀθανάτου ἡ θεῖον. ibid.
4. *Plato.* Οὐδεὶς ἀγεωμέτρητο῀ εἰσίτω. 751
5. *Virg. Omnia vincit amor.* 753
6. *Phocyl.* Οὐδὲν ἄνδ῀ ἁμάτου ῾ρ῀. 754
7. *Aurora Musis amica.* ibid.
8. *Isocrat.* Σοφία μόνη τ῀ κτημάτων ἀθάνατον. 755
9. *Gell. Veritas filia temporis.* ibid.
10. *Virg. Felix qui potuit rerum cognoscere causas.* 756
11. *Epich.* Μεμνῆσθαι ἀπιστεῖν. 757
12. *Ovid. Nil prodest quod non ladere possit idem.* 758

13. *Homer.* Ἔπτα πλεόειν. ibid.
14. *Aristot.* Ὅπ ὁ ἀνὴρ ἀγαθὸς πατρώων. 759
15. *Plato: Neminem esse injurium in alterum, nisi prius talis in se ipsum sit.* 762
16. *Magnum pondus conscientiæ.* ibid.
17. *Cic. Nullum officium referenda gratiæ magis necessarium.* 763
18. *Herod.* Φιλέει ὁ θεὸς τὰ ὑπερέχοντα πάντα κολούειν. 764
19. *Phocyl.* Ἡ φιλοχρηματσύνη μήτηρ κακότητος ἁπάσης. ibid.
20. *Prosopopœia invidiæ. Ovid.* 765
21. *Apell. Pictura Calumniæ.* 766
22. *Cicer. In voluptatis regno virtus non potest consistere.* 767
23. *Demosth.* Οὐκ ὠνῆμαι δραχμῶν μυρίων μεταμέλειαν. 769
24. *Cicer. Solem e mundo tollit, qui amicitiam tollit.* 770
25. *Pythag. Non cuivis dexteram injicias.* 771
26. *P. Mim. Honestus rumor alterum patrimonium est.* 772
27. *Pandora Hesiodi.* 774
28. *Rota Sesostris.* 775
29. *Stulte, quid est somnus, gelida nisi mortis imago? Ovid.* ibid.
30. *Terent. Omnium rerum vicissitudo.* 776

CAP. VIII.

Habens sententias & imagines Oeconomicas.

1. *Hesiod.* Οὐκ αἰεὶ ἥρως ἐστεῖται. ποτεῖδε καλιάς. 777
2. *Sen. Solius temporis honesta avaritia.* 778
3. *Eurip.* Ἔρδοι τις ἢν ἕκας ἐιδείη τέχνην. 780
4. *Cicer. Nec vero rei familiaris amplificatio nemini nocens vituperanda, sed fugienda semper injuria est.* 781
5. *Idem: Contentum suis rebus esse, maxima sunt certissimaque divitiæ.* ibid.
6. *Antiph.* Ὁ βίος οἴνῳ γίνεται προσφερής. &c. 782
7. *Horat. Qui studet optatam cursu contingere metam, Multa tulit fecitque puer.* 784
8. *Pericl. Ver ex anno sublatum.* 785
9. *Pythag. Hirundinem ne sub tectum recipias.* 786
10. *Inter os & offam.* 787
11. *Formica magistra.* ibid.

CAP. IX.

In sententiis & imaginibus politicis.

1. *Homer.* Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω. 788

2. *Pla-*

2. *Plato: Tum demum beatas futuras respubl. cum aut sapientes regere caperint, &c.* 789
3. *Bapt. Mant. Virtute decet, non sanguine niti.* 790
4. *Thal.* Γνῶθι σεαυτόν. 792
5. *Leo Imper. Princeps ut sol sit.* 793
6. *Dux bonus bonum reddit comitem.* 794
7. *Titus Vespas. Delphin cum Anchora.* 795
8. *Pindar. Iustitia incolumis fundamina continet urbis.* 796
9. *Cicer. Nihil laudabilius &c. placabilitate.* ibid.
10. *Salust. Concordia res parva crescunt.* 797
11. *Tiber. Boni pastoris est tondere pecus, non deglubere.* 798
12. *Rerum bonarum consuetudo pessima.* ibid.
13. *Harpyia rerumpubl.* 799
14. *Socratis via ad gloriam.* 800
15. *Plutarch.* Τὸ νόμιμον θεῖόν ἐστιν. 801
16. *Foro te para.* ibid.

CAP. X.

Habens methodos Philosophiæ practicæ.

1. *De natura virtutis.* 802
2. *De connexione virtutum cardinalium.* 803
3. *De signis virtutis. ex Plutarcho.* 804
4. *Virum bonum non esse* ἀπαθῆ. 805
5. *De prudentia.* 806
6. *Cur senes prudentiores cateris.* 807
7. *De justitia.* ibid.
8. *De differentia legis naturæ & civilis.* 808
9. *Fur, an mendax, tolerabilior.* 809
10. *De justitia bellica.* ibid.
11. *Quid sit fortem esse.* 810
12. *In quibus partibus consistat temperantia.* 811
13. *Amicitia.* ibid.
14. *De felicitate.* 812
15. *Politicus.* 813
16. *Stulto omnis fortuna gravis.* 815
17. *De conservatione rerumpubl.* ibid.
18. *Divinatio.* 816
19. *De amicitia.* 817

INDEX.

CAP. XI.

Habens Antiparadoxa.

1. *Epistola dedicatoria.* 818
2. *Antiparadoxum* I. 819
3. *Antiparad.* II. 822
4. *Antiparad.* III. 823
5. *Antiparad.* IV. 825
6. *Antiparad.* V. 826
7. *Antiparad.* VI. ibid.

CAP. XII.

In mysteriis sacris ad paradoxorum imitationem.

1. *Præfatio.* 827
2. *Mysterium* I. 828
3. *Mysterium* II. 832
4. *Mysterium* III. 834
5. *Mysterium* IV. 837
6. *Mysterium* V. 839
7. *Mysterium* VI. 842

CLASSIS II,

Habens materias demonstrativas.

CAP. I.

In personis laudandis aut vituperandis.

1. *Abrahamus pater credentium.* 844
2. *Iosephus œconomus aulicus Pharaonis.* 846
3. *Moses legislator populi Israëlitici.* 848
4. *David, rex, & vates illustris.* 850
5. *Iohan. Baptist. primus præco Euangelii.* 851
6. *Semiramis heroïna.* 852
7. *Semiramis bestia.* 853
8. *Sardanapalus princeps pacificus.* 854
9. *Sardanapalus vir muliere corruptior.* 855
10. *Alexander Rex prudens.* ibid.
11. *Alexander Rex justus.* 856
12. *Alexander Rex magnanimus.* 857

13. *Alexander Rex moderatus.* 858
14. *Alexander Rex degener.* ibid.
15. *Scipio Africanus princeps laudatus.* 859
16. *Delila ſeptem funes papatui accommodati.* 863
17. *De Antichriſti facie agnina & corde lupino.* 864

CAP. II.

In laudandis & vituperandis factis.

1. *Moſes renuit vocari filius filiæ Regis.* 867
2. *David parcit Sauli hoſti.* 868
3. *De nativitate Domini. ad imitationem orat. pro Marcello.* 869
4. *Salomon à Deo petit ſapientiam.* 870
5. *Ezechiæ miraculoſa liberatio.* 871
6. *Excellentia λύτρου Ieſu Chriſti.* 873
7. *Latronis cum Domino in cruce pendentis pœnitentia.* 874
8. *Aſcenſio Domini in cœlum comparata cum triumphis Romanis.* 876
9. *De eadem ad imitat. orat. Muret. de victoria Turcica.* ibid.
10. *De miraculo linguarum in Penteceſte.* 878
11. *Scipio Allucio ſponſam inviolatam reddens.* 880
12. *Lamentatio de interitu Cyri ſub perſona Nehemiæ.* 882
13. *Libidinem vincere plus laudis mereri, quam victoriam abſte retinere.* ibid.
14. *Cain fratricida. Gen. 4.* 883
15. *Lamechus Polygamus. Gen. 4.* 884
16. *Turris Chananæorum. Gen. 11.* ibid.
17. *Cambyſes Tyrannus. Herod. 3.* 885
18. *De Iudæorum obſtinata malitia adverſus Euangelium.* ibid.
19. *De Paganorum rabie adverſus regnum Chriſti.* 887
20. *De Mahometiſmo.* 888
21. *De Antichriſto Romano.* 889
22. *Lapſus Regis Saulis.* 890

CAP. III.

In laudandis & vituperandis rebus.

1. *De præſtantia ſtudii Theologici.* 89
2. *De eodem Themate.* 89
3. *Fides Chriſtiana.* 90

4. *Nomen Iesu.* 894
5. *Nomen Christi.* 896
6. *Christiani.* 899
7. *Lex Domini perfecta.* 901
8. *Doctrina ingenua. ex Pindaro.* 902
9. *Literas praferendas esse armis.* 904
10. *Non esse prorsus vituperandam militiam.* 905
11. *Iuriprudentia.* 907
12. *Studium anatomicum.* 908
13. *Historia.* 909
14. *Poësis.* 910
15. *Oratoria.* 911
16. *Quanam ex Cyclopadia ex septem artibus liberalibus praestantissima sit. Vbi encomia: Grammatica.* 912
17. *Dialectica.* ibid.
18. *Rhetorica.* 913
19. *Musica.* 914
20. *Arithmetica.* ibid.
21. *Geometria.* 915
22. *Astronomia.* ibid.
23. *Studia linguarum & bonarum artium.* 916
24. *De virtutibus brutorum.* 917
25. *Vindicia excellentia humana.* 919
26. *Commendatio vita aulica.* 920
27. *Aulica vita reprehensio.* 921
28. *Fur cum mendace comparatus.* ibid.
29. *Detestatio negligentia.* 922
30. *Detestatio scortationis.* 923

Στοιχειολογία.

1. *De terra.* 924
2. *De aqua.* ibid.
3. *De Aëre.* 925
4. *De igne.* ibid.
5. *De visu.* 926
6. *De ambitu.* 927
7. *De olfactu.* ibid.
8. *De gustu.* 928
9. *De tactu.* ibid.
10. *Apes.* 929

41. *Linum.*
42. *Ferrum.*
43. *Horologium.*
44. *Gratiarum actio ad magistratum pro munificentia in Scholasticam.*
45. *Laus scholarum, ut quæ officina sapientiæ & virtutis.*
46. *Laus pacis.*
47. *Lyra Mercurii.*
48. *Scholarum commendatio Isagogica.*
49. *Vita rustica.*
50. *Gratulatio de repurgata Luce Euangelii ab anno 1517.*

III. CLASSIS.

CAPVT I.

Materias tradens Deliberativas, in monitionibus, consiliis, hortationibus, dehortationibus, petitionibus, recusationibus.

1. *Ora.*
2. *Labora.*
3. *Vive temperanter.*
4. *Methodus discendi.*
5. *Hortatio ad stylum exercendum.*
6. *Militia Christiana. ad imitationem orationis Cicer. pro lege Manilia.*
7. *Quomodo Adolescens conciliare ab aliis gratiam sibi possit.*
8. *De disciplinis liberalibus. Ex Eunucho Terent.*
9. *Consilium Clyti de præceptore puero Alexandro eligendo. ad methodum orat. pro Lege Manil.*
10. *Consultatio de bello Punico. ex 3. dec. Liv. ad ejusdem pro Manil. orat. methodum.*
11. *Q. Fabii admonitio de bello Punico minime negligenter gerendo. quemadmodum Cicero differit de belli Mithridat. magnitudine.*
12. *P. Licinius Crassus imperatorem contra Carthaginenses designat P. Corn. Scipionem. ut Cicero Cn. Pompeium.*

13. Mathathias Classicum canit adversus gentes. 1 Mach. 2. quemadmodum Cicero contra Mithrid. pro L. M. 962
14. Galilai petunt à Iuda auxilia contra gentes. 1 Mach. 5. uti Cicero pro salute sociorum contendit. ibid.
15. Lysias Antiocho juniori suadet pacem cum Iudais faciendam, 1 Mach. 6. Iudaam commendans, ut Asiam Cicero. 963
16. Germania ab Imperatore militem avocari petit. quemadmodum Cicero in bello Mithridatico rationem vult haberi civium suorum. ibid.
17. Hortatio ad agendas Deo gratias pro conservatione scholarum. ad Imitat. orat. pro M. Marcello. 964
18. Abisai hortatur Davidem, ut Saulem interficiat. 1 Sam. 26. ornamentis sumtis ex eadem oratione. ibid.
19. Contraria oratio Gadi, ut Sauli parcatur. ibid.
10. Ioab dissuadet Davidi fugam ad Philistaos. 1 Samel. 27. ad imitat. reliqua partis pro Marcello. 965
21. Classicum in Antichristum Romanum. quale est apud Cicer. Phil. 6. & 2 Catil. 966
22. Causa & remedia laborantis justitia. ibid.
23. Valedictoria de peregrinatione. 968
24. Studiosus ad aliam Scholam abiturus, rationem reddit, cur Theologia se dederit. 970
25. Hꝭ & pueri Iesu in templo inter medios doctores sedentis. 971
26. Causa Homerica publicarum calamitat. ex oratione Nestoris Od. 7. 973
27. Methodus studii Theologici. 976
28. De eruditione & moribus hominis Theologi. ibid.
29. An liceat alieni juris hominibus contra injustam vim & tyrannidem aliis auxilium ferre? 977
30. Vita Philosophica. ex 10. Ethic. Aristot. 981
31. Non esse in scholis docendum Terentium. 984
32. Terentium in scholis retinendum esse. 985
33. Dehortatio adolescentis à loquacitate. 986
34. Contra Eloquentiam. ibid.
35. Pro Eloquentia. 987
36. Non esse pauperes cooptandos in Magistratum. 988
37. Non esse magistratum commendandum divitibus. ibid.
38. Nec pauperes nec divites spernendos esse. 989
39. Non esse colendam cum aliis amicitiam. ibid.
40. Amicitiam colendam esse. ibid.

41. Conciliatio seu sententia media. 990
42. Fugiendam esse rempublicam. ibid.
43. Capessendam esse rempubl. 991
44. Lucretia cum viro deliberat de morte sibi inferenda. ibid.
45. Tarquinius respondet. 992
46. Non esse scribendam historiam. ibid.
47. Historiam esse scribendam. ibid.
48. Lex Solonis in principem ebrium. 993
49. Cives exercendos esse in artibus militaribus. 994
50. Licere ex privatis actionibus locupletari aerarium. 995
51. Tributa debere moderata esse, nec exercenda sine necessitate. ibid.
52. Studiosis literarum non esse danda privilegia. 996
53. Studiosis esse danda privilegia. ibid.
54. De fama tuenda. 997
55. Nihil delinquendum spe celandi. 998
56. Hortatio ad Epistolas Pauli legendas. ibid.
57. Hortatio ad constantiam in professione fidei Christiana. 999
58. De tuenda concordia. ex Psal. 133. 1000
59. Praefectus bonus. 1001
60. Remedia peccati. ex dicto Ioh. 1. Eph. 3. Ne peccetis. 1002
61. Remedia contumaciae. ex dicto Apostoli ad Hebr. 13. Obedite ductoribus vestris. ibid.
62. Remedia superbiae. ex illo Psal. 8. Quid est homo? 1003
63. Remedia irae. ex illo Psalmi 4. Irascimini? nolite peccare. 1004
64. Remedia invidiae. ibid.
65. Remedia impuri amoris. 1005
66. Renovamini Spiritu mentis vestrae. Eph 4. 1006
67. Studio minime ignavi, ferventes Spiritu. Rom. 12. 1007
68. Hoc est praeceptum meum, ut diligatis vos mutuo. Iohan. cap. 15. 1008
69. Contra seductiones. Probate Spiritus an ex Deo sint. Iohan. cap. 4. 1009
70 Contra securitatem. ex 7. Syrach. 1010
71. Magistratui in re impia non esse obtemperandum. 1011
72. Suasio legis Solonis, ut inertia convictus infamis sit. 1012
73. Suasio legis Nummariae. ex 5. Eth. Aristot. ibid.
74. Dissuasio foederis Pontificii. 1013
75. Israelita quidam hortatur Mosen, ut in aula Pharaonis ma-

neat, nec adjungat se popularibus. ibid.
76. Aaron ab aula dehortatur. 1014
77. Suasio legis sumptuaria. ibid.
78. Doëgus hortatur Saulem, ut manus sibi inferat. 1 Samuel. cap. 13. 1015
79. Ionathan contra agit. ibid.
80. Agrippa dehortatur Iudaos, ne contra Romanos bellum moveant. 1016
81. Antiochus hortatur 7. fratres, ut suilla vescantur. 2 Mach. cap. 7. 1017
82. Mater contra loquitur. ibid.
83. Non esse pueros in literis educandos. 1018
84. Pueros esse in literis educandos. ibid.
85. Literas etiam militaribus hominibus conducere. 1019
86. Detestatio Bacchanaliorum. ibid.
87. Hortatio ad P. Rami Dialecticam discendam. 1021
88. Contra exercitia Disputationum. ibid.
89. Pro Disputationibus. 1022
90. De frenandis affectibus. 1023
91. De excolenda memoria. ibid.
92. Artes superiores sine inferiorum peritia praposterè disci. 1024
93. Hortatio ad commilitones, ut Scholastica vel Ecclesiastica functioni studia sua consecrent. ibid.
94. De discenda Arithmetica. 1025
95. Causa cur natalis Domini religiosè celebrandus. ibid.
96. De Theologia discenda. 1027
97. Praestare puerum à soluta oratione facere initium, quam à ligata. ibid.
98. De colenda sobrietate. 1028
99. Actio cum Roboamo de relaxandis oneribus civilibus. 1 Reg. 12. Ieroboamus nomine populi. ibid.
100. Semaia nomine seniorum. 1029
101. Parasitus nomine juniorum. ibid.
102. Ieroboamus ad populum. 1030
103. Neminem ad religionem cogendum esse. 1031
104. De peste fugienda. 1032
105. Consilium de adipiscenda sapientia. ex Psal. 119. 1033
106. Contra saltationes. 1034
107. Deliberatio principis de regimine deponendo, & eligenda vita monastica. 1035

108. *Eubulus nomine omnium respondet.* ibid.
109. *Homini nobili nullum vitæ genus convenientius esse quam aulicum.* 1036
110. *Consilium aulicum.* 1037
111. *Homini nobili tractanda esse arma & militaria.* 1039
112. *Votum pro novo anno.* 1040
113. *Hortatio ad Clementiam.* 1042
114. *Dehortatio à societate armorum.* ibid.
115. *Detestatio mendacii.* 1043
116. *Suscipiendos esse exules, &c.* ibid.
117. *Hortatio ad vitam solitariam.* 1044
118. *Hortatio ad vitam civilem & negociosam.* ibid.
119. *Contra usuras.* 1045
120. *Pro usuris moderatis.* ibid.
121. *De communione facultatum.* 1046
122. *De rerum dominio.* ibid.
123. *De magistratu perpetuo.* 1047
124. *De magistratu ambulatorio.* 1048
125. *Sententia media.* ibid.
126. *De legibus Reipubl. non temere mutandis.* 1049
127. *Lex Platonis de hæreditate liberorum.* ibid.
128. *Lex Castrensis Hippodami. Vide infra.* 153. 1050
129. *Pittaci lex in ebrios.* 1051
130. *Contra ἀκρασίαν.* ibid.
131. *De Christo militiæ spiritualis duce. ad imitat. commendat. Pompeii.* 1052
132. *Hortatio ad Castitatem.* 1053
133. *Gadus vates nomine populi Israëlitici mortuo Saule hortatur Davidem ad capessendam rempubl. qualis est oratio Cyri apud Xenophont.* 1055
134. *David moribundus nuncupat successorem filium Salomonem, & commonefacit officii sui.* 1056
135. *Clytus hortatur regem Philippum, ut filium Alexandrum ex aula Athenas mittat, & instituendum det Aristoteli.* 1057
136. *Parmenio hortatur Alexandrum, ut Regis Darii filiam Roxanem uxorem ducat.* ibid.
137. *Porus Indus ab Alexandro captus castigat ejus vitia.* 1058
138. *Admonitio ad Magistratum de fucis rerumpublicarum profligandis.* 1059
139. *Consultatio de Ærario: Nimirum non expedire principi amplum*

plum ararium. ibid.
140. *Non prorsus negligendum esse ararium.* 1060
141. *Consilia araria.* ibid.
142. *Cautiones ararie.* 1061
143. *Fundus ararii.* 1062
144. *De usu ararii.* ibid.
145. *Consultatio de bello; paci ante omnia esse consulendum.* 1064
146. *Bellum aliquando paci præferendum.* 1065
147. *Bellum oportere justum esse.* ibid.
148. *De belli duce.* 1066
149. *De milite.* 1068
150. *De ferendis auxiliis.* 1069
151. *Principi curæ debere esse leges.* 1070
152. *De mutatione legum.* ibid.
153. *Suasio legis Hippodami.* 1071
154. *Suasio legis Pittaci.* 1072
155. *Suasio legis sumptuariæ. qualis Oppia est apud Liv.* ibid.
156. *Suasio legis vestiariæ.* 1073
157. *Consiliarios & ministros principum legendos esse ex indigenis.* 1074
158. *Ad consilia & publica officia adhibendos esse viros nobiles.* ibid.
159. *In Consiliario & Præfecto requiri doctrinam & bonas Literas.* 1075
160. *Consiliarium & muneris publici administrum debere esse è re minime tenui.* ibid.
161. *In consiliis audiendos esse seniores.* 1076
162. *Quomodo se princeps in capiendis consiliis gerat.* ibid.
163. *Officium boni principis.* 1077
164. *De officio ducis belli pro Adolescente nobili.* 1080
165. *De officio Consiliarii.* 1083
166. *De officio legati.* 1085
167. *De conjungenda cultura rationis & orationis.* 1088
168. *De liberalitate.* 1089
169. *Tabula declinationum Grammaticarum ad Paranesin Scholasticam traducta.* 1090
170. *Similis paranesis è conjugationibus.* 1092
171. *De Græca lingua discenda.* 1095
172. *Consilium Scholasticum.* 1096
173. *Classicum contra Antichristum Romanum.* 1097
174. *Similis dispositio. ad imitat. 1. Olynth. Demosth.* 1098

175. *Paranesis de non differenda pœnitentia. ex Syrach. 18.* 110
176. *Classicum militiæ Christianæ. ex 1 Tim. 1.* 110
177. *Acclamatio triumphalis ad pios & fideles. ex Ps. 32.* 110
178. *Paranesis ad discendam Theologiam.* 110
179. *De causis & remediis publicorum malorum.* 110
180. *De dicto Epicteti: Ἀνίχου, καὶ ἀπίχου.* 111
181. *Adolescens bonæ spei.* 111

CAPUT II.

In materiis Consolationum.

1. *Consolatio temporum præsentium. ex promissione Christi. Matth. cap. 26.* 1113
2. *Consolatio piorum contra metum desperationis. ex 2 Timoth. 2.* 1114
3. *Consolatio publicarum calamitatum. ex Iusti Lipsii constantia.* 115
4 *De sananda animi ægritudine. ex 3. Tuscul. Ciceronis.* 1116
5. *Consolatio Ecclesiæ ex nativitate Domini.* 1117
6. *Alia dispositio in eandem sententiam.* 1118
7. *Contra molestiam laborandi.* ibid.
8. *Contra ærumnas & adversitates omnis generis.* 1119
9. *Contra paupertatem.* ibid.
10. *Contra exilium.* ibid.
11. *Contra orbitatem.* 1120
12. *Contra contemptum & calumnias.* ibid.
13. *Contra servitutem.* ibid.
14. *Contra adversam valetudinem.* 1123
15. *Contra luctam conscientiæ.* ibid.
16. *Consolatio universalis.* ibid.

CLASSIS IV,

Habens materias judiciales in Accusationibus, Defensionibus, Deprecationibus.

Actio de Iosepho desiderato. ex Gen. 37. 1124
1. *Iacobus pater & quæsitor.* ibid.
2. *Benjamin actor.* 1125
3. *Iuda apologia.* 1126

4. Sem

4. *Sententia patris.* ibid.

Actio de fratricidio Absolomi. ex 2 Sam. 13.

5. *Actor Ioabus.* ibid.
6. *Achitophel patronus.* 1127

De Mephiboseto perfidiæ reo. ex 2 Sam. 16, 17.

7. *Siba calumniator.* 1128
8. *Nathan patronus.* 1129

De vinea Nabothi. ex 1 Reg. 21.

9. *Izebel actrix.* ibid.
10. *Elias patronus.* 1130

De Baalatis necatis. ex 1 Reg. 18.

11. *Izebel accusatrix.* 1131
12. *Elias se defendit.* ibid.

De Mardochæo. Esth. 3.

13. *Haman actor.* 1132
14. *Esthera apologia.* 1133

De Paulo. Act. 24.

15. *Tertullus accusator.* 1134
16. *Apologia Pauli.* ibid.

De Laurentio. ex Ambrosii Officiis.

17. *Quæsitor actor.* 1135
18. *Laurentii apologia.* 1136

De conjugiis infidelium rescissis. Esdr. 9, & 10. Nehem. 13.

19. *Esdras & Nehemias culpantur.* ibid.
20. *Defensio.* 1137

De supplicio Lentuli & sociorum.

21. *Clodius accusator.* ibid.
22. *Cato patronus.* 1138

De

INDEX.

De actionibus Verrinis.

23. *Sulpitius desiderat in Cicer. prudentiam.* 11
24. *Atticus defendit.* ibi

De reformatione doctrinæ Euangelicæ.

25. *Ecclus accusator.* 114
26. *Orthodoxus respondet.* ibi
27. *Defensio bonarum literarum contra Thrasones aulicos.* 114
Appendix thematum è sacris literis collectorum. 114
Mulieres laudabiles. 116

FINIS.

2 JY 58

1139
ibid.

1140
ibid.
1142
1144
1165